J O A N N. L U D O V I C I  S C H Ö N L E B E N

Carnioli Labacensis SS. Theologiae Doctoris, Proto-Notarij Apostolici

# D I S S E R T A T I O  P O L E M I C A
## D E  P R I M A  O R I G I N E
## A U G U S T I S S I M A E  D O M U S
## H A B S P U R G O - A U S T R I A C A E
## I N  Q U A

Viginti Diversae Opiniones Authorum Ventilantur

Et

## V E R A  O R I G O
## A
## C A R O L O  M A G N O
## I M P E R A T O R E

E I U S Q U E  M A I O R I B U S  F R A N C O - G E R M A N I S

Cum multiplici Praerogativa

Participati sanguinis, ante alios Europaeos Principes, ostenditur, & solidè probatur

## P R O L E G O M E N O N
## A D  A N N V M  S A N C T V M  H A B S P V R G O - A V S T R I A C V M
## I N  Q U O

Per singulos Anni totius dies Quingenti

S a n c t i, B e a t i, & V e n e r a b i l e s  u t r i u s q ; sexus

~~s e x u s~~

Haspurgo - Austriacis sanguinis & cognationis nexu illigati proponentur.

(Vinjeta)

L A B A C I, Sumpt. & Typis J O A N N. B A P T I S T A E  M A Y R,

Typographi & Bibliopolae.

Anno Christi M.DCC.LXXXI. Anno Aemonae seu Labaci Conditae MM.DCCCCIII.

*IMP. CÆS.*

# LEOPOLDO

## D. FERDINANDI III. FILIO

## AUGUSTO

## HABSPURGO-AUSTRIACO

Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Slavoniæ, &c. Regi.

## ARCHIDUCI AUSTRIÆ,

*Duci Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carnioliæ, &c. Comiti Tyrolis, Goritiæ, &c.*

## PATRI PATRIÆ,

FELICITATEM.

ARduum opus *Augustißime Cæsar*, tentatum multis, nulli expeditum aggredior, dum *Vestræ Majestatis* Majorum inquiro originem. Seculorum hic labor est obvolutam multis seculis gloriam evolvere, & primordia Re-

gnatricis Domûs, quæ omnium ætatum Principes familias Majeſtate pariter,& felicitate tranſcendit, inveſtigare. Temerarium videri poſſet conſilium poſt tot eruditorum virorum laborioſos conatus, poſt eruderatam omnem penè antiquitatem, excuſſa veterum monimenta, inſpecta monumenta, deterſos chartophylacijs pulveres, ſperare melius, aut certius quidpiam in lucem protrahere. Mihi verò hæc temeritas neceſſaria ſemper eſt viſa, de tantæ Domûs initijs, aliorum, qui hactenus ſcripſerunt ingenioſas inventiones ad examen vocare, aurum à luto ſecernere, verum à falſo diſcriminare, & in id unum curiosè eniti, ut quod inter omnia maximè verùm ſit, ſolidis argumentis fulciatur. Quod quidem plurium annorum vigilanti ſtudio tandem me conſecutum exiſtimo, dum ventilatis viginti diverſis opinionibus, in duas potiſsimùm ceu veriores me ſenſi inclinatum. Altera eſt, quæ primam Originem Auguſtæ Domûs à Francorum antiquis Regibus repetit; tametſi conjecturæ tantum innixa, & in diverſas diſtracta vias, certum & indubitatum Authorem generis ante *Ottobertum Comitem Vindoniſſæ*, qui circa añum CHRISTI 630. floruit, aſsignare non poſsit. Altera verò generis Authorem ſtatuit *Carolum Magnum Auguſtum*, ſed per ſe-

xum

xum fœmineum deductâ Genealogiâ: quâ tamen quia Principes alij gloriantur, nihil detrahitur Majeſtati & antiquitati Auguſtæ Domûs, quin plurimùm potius accreſcit: cum inter cœteros Europæos Principes in Carolino ſanguine participato *Habſpurgo-Auſtriaci* felicitatis & primogenituræ obtineant principatum. Quanquam & hæc miſſa facere poſſem, nullo Auguſtæ Domui illato præjudicio. Apud omnes quippe hiſtoriarum peritos indubitatum eſt, quin & publicis teſtatum Inſtrumentis, & antiquis firmatum Schediaſmatis, quòd â mille quinquaginta annis *Habſpurgica Domus* Magnorum Dynaſtarum & Comitum ornata titulis, meritò cœteris in Europa Principum familijs ſit præferenda: utpote, cùm nulla alia æquè certis Originem ſuam tanto annorum cenſu roboratam evincere poſsit documentis. Hoc non glorioſiùs dictum quàm veriùs, hæc *Polemica* & *Anni Sancti Auſtriaci* (quem melior) *Prolegomena Diſſertatio*, abundè, ut ſpero, teſtatum faciet. Veterum enim teſtimonijs fultus evincã Auguſtam *Habſpurgo-Auſtriacam Domum* inter Principum Europæorum familias, ceu ſolem inter Planetas incedere, & præ illis (ſi quæ adhuc de ſanguine Carolino partici-

 pant)

pant ) Primatûs & *Primogenituræ* titulō gloriari. Totum verò hoc quidquid eſt laboris mei, non debetur alteri, quàm *Conſilio & Induſtriæ Majeſtatis Veſtræ*, quæ & indubitata hæres Coronatorum in Majoribus titulorum, & eorundem in felicem poſteritatem canalis, acceptam à Magnis Majoribus, majorem virtutem & gloriam, omnium populorum ſuffragijs acclamantibus feliciſsimè transfundit in ſucceſſores, ut eam non tàm æquâſſe, quàm multis incrementis auxiſſe videatur. Leget hic *Majeſtas Veſtra*, quàm altas radices egerit Imperatricis familiæ nobiliſsima Arbor, plurium ſeculorum vetuſtate ſolidata, decorata titulis, coronata diadematis, & jam (quod ſtupent duabus añorum centurijs univerſi) ad utrumque Orbis cardinem explicata. Leget hic etiam *Majeſtas Veſtra*, veluti pendulos à Gentilitia Arbore lemniſcos. *Viginti Tiaras Pontificias, Sexaginta quinq; Occidentalis, & Centum Orientalis Imperij Coronas*, quas ſuæ cognationis vinculo illigatas, ſuarum Coronarum Auctarium jure meritò poſsit agnoſcere. Hæc verò dum leget, in ſe *Uno* collecta intelliget: quo ſanè nullum ab Orbe condito

Prin-

Principem tantâ ditatum hæreditate admirabitur.. Unum flexo poplite pronus deprecor, ut *Veſtra Majeſtas* calamo meo ignoſcat, qui nudam ſectatus veritatem, elegantiarum deſtitutus ornatu, ad apices & faſtigia humanæ potentiæ provolare eſt auſus. Nihil (ut ſpero) detrahet Auguſtæ magnitudini ſuâ exilitate, dum in Nuce contrahet Iliadem, relictâ alijs ſpartâ digerendi laxiore, & venuſtiore ſtylo Auſtriacam cœlo parem amplitudinem: quod quidem multi tentârint, aſſecutus fuerit nemo. Hoc in Auſtriadum laudibus palmare eſt, pro dignitate explicari non poſſe: & omnem commendationis conatum infrà eorum merita conſiſtere. Majeſtas divinæ contermina ſuo tantùm celebratur argumento. Id ego dum paucis attingo, duco lineam, quam alij feliciore peñicillo in æternitatem extendant. Annuat ſolùm propitium Numen, ut evolutus nunc *Habſpurgo-Auſtriacæ* felicitatis *Seculorum Quaternio* (ex quo videlicet *Auſtria* cœpit adorare *Habſpurgum* ab Anno Chriſti M. CC. LXXVIII.) auſpicatiſsimi *Secularis Quinarij* exordium ab anno Imperij *Veſtræ Majeſtatis* vigeſimo, id eſt CHRISTI

# DEDICATIO.

M. DC. LXXVIII. triumphalibus de invidiæ temporum & hoſtium ornamentis clareſcens in myriades ſeculorum procurrat. Ita vovebam animitùs Labaci, Cal. Martij, Año Milleſimo Sexcenteſimo, Octogeſimo; Quo hæc abſoluta prælo ſubjeci.

## Sacratiſsimæ Veſtræ Majeſtatis

*Æternùm ſubmiſſiſſimâ devotione obſtrictus Servus*

JOANNES LUDOVICUS SCHÖNLEBEN,
SS. Theologiæ Doct. Proton. Apoſtolicus.

# Præmonitio ad Lectorem.

NIhil in omni re literaria laborioſius eſt, quàm Geneographicum ſtudium, quod totum requirit hominem, magnam in conquirendis antiquis documentis induſtriam, in digerendis ſolertiam, in diſcernendis cautelam, in combinandis attentionem, memoriam, judicium; adhæc non mediocrem hiſtoriarum cognitionem, in Chronotaxi ordinanda peritiam, & denique in promerenda apud doctos fide ſynceræ & ſolidæ veritatis curam. Non enim ſatis eſt pro libitu adferre nomina vndecunque congeſta, ſed ſingula requirunt ſuam probationem per originalia, vel authentica inſtrumenta, & in horum defectu, ſaltem per authorum nequaquam de adulatione, vel figmentis ſuſpectorum, præſertim veterum clara teſtimonia. Ubi hæc deſiderantur, laborat fides, vacillat legentium aſſenſus. Et erit aliquando tempus quo nonnullorum ætatis noſtræ Geneographorum labores ad examen revocabuntur, quibus conſultius fuiſſet abſtinere ab omni opere, quàm in vanum laborare; multa ſine Conſule, ſine Prætore aſſeverare, per quæ illuſtres familiæ certaturæ de ſtirpis antiquitate inter ſe committentur; & quos in paucis deprehendent falſos, æquè reos pronuntiabunt in omnibus. Quæ veritas vſque adeò altè meo inſedit animo, vt licet jam viginti annis per intervalla plenam Habſpurgo-Auſtriacam Geneſim fundatè non fucatè ordinare conniſus ſim, nondum tamen præſumam, niſi novis & iteratis curis reviſam & elimatam in lucem producere: quod ſpero (ſi boni cœlites aliquantiſper vitam prorogaverint) futurum tandem, cùm aliis affectis opuſculis ſupremam manum impoſuero. Intereà verò *Annum Sanctum Habſpurgo-Auſtriacum*, ſive Sanctos & Beatos Auguſtæ Domui conſanguineos, & cognatos, præmittere libuit, non ſimpliciter, ſed cum Schematibus Genealogicis, ſeu deductione graduum, ex mente aliorum Authorum, & potiſſimum quidem juxta opinionem, quæ Habſpurgo-Auſtriacos deducit à Carolo Magno, quæ tam certa eſt, vt à nullo veritatis cordato amatore diſputari poſſit; & quia Caroli Magni origo à vetuſtioribus Francorum Regibus citrà controverſiam deducitur, nulli diſplicere debebit Opinio illa Communis & plurimorũ Authorum ſuffragiis fulta, quòd Habſpurgo-Auſtriaci ortum habeant à vetuſtis Francorum Regibus Merovingis, aut poſteris Pharamundi. Altiùs ordiri nec opus eſt, nec libet, quià majori indagine opus habent, quæ antiquiora ſectantur opiniones, vti ex Prolegomeno conſtabit. In hoc enim, priusquam aggrediar ipſum *Annum Sanctum* Viginti diverſas opiniones, quas hactenus ex varia lectione deprehendi, de prædicta Habſpurgo-Auſtriaca origine exhibeo, cum ſingulorum fundamentis & cenſuris, cæteris præferens illam, quæ à Carolo Magno ejusque Majoribus deducit Habſpurgicos, vt conſtet Lectori benevolo, me non gratiis ſcribere, ſed patrocinio veritatis. Adjungam Prærogativas Auguſtæ Domûs, quibus cæteras Europæas familias antecedit, præter Sanctos 500. (qui in Auſtria Sancta enumerantur) etiam Romanos Pontifices 20. Romanos Imperatores Occidentis 65. Romanos Imperatores Orientis 100. potentiam etiam, Dominiorum amplitudinem, titulorum eminentiam, quibus omnes tàm modernos, quàm veteres Principes excellit: tantæ denique felicitatis veram cauſam, & vt ſperamus perpetuitatem, quæ PIETAS eſt, attingam veriùs quàm deducam. Et in hoc conſiſtet Diſſertatio Polemica, ſeu Prolegomenon ad ipſum *Annum Sanctum Habſpurgo-Auſtriacum*, cui aliud Volumen propediem ſubſecuturum deſerviet.

# CENSURA.

DIſſertationis Polemicæ de Origine Auguſtæ Domûs Habſpurgo-Auſtriacæ Reverendiſs. Domini JOANNIS LUDOVICI SCHÖNLEBEN, SS. Theol. Doctoris Protonotarij Apoſtolici, Priorem de ipſa Origine: Poſteriorem verò de ejusdem Prærogativis Partem ex Commiſſione per Venerabile Officium Epiſcopale mihi facta, lectione accuratâ percurri. Et in priore quidem Super-Auguſtam hanc Domum, ſicut inter cunctas Orbis vniverſi maxima eſt; ità à Nobilitate & virtute à MAXIMO CAROLO MAGNO deductam, ad propriam Author non minùs fundatè, quàm meritò reducit Originem. In poſteriore verò iis prærogativis, quas ſicut ortu ipſo ſibi ſenſit ingeneratas, ità continuatâ ſanctitate, Imperiique ſui, adverſus quod nec Inferi prævalent portæ, firmatrice Hæreditariâ Pietate ſibi propriiſſimas effecit, æquiſſimo calamo adeò exornat, vt ſive inter cælites repoſitam beatitatem venerari, ſive Maximorum Pontificum ſummam dignitatem revereri, aut Orientis, & Occidentis Imperia combinare alicujus fuerit voti, is eam pluribus Habſpurgo-Auſtriaci pijſſimi ſanguinis ſacro cultui expoſitis Cælicolis quotidie *Sanctam*, ſub Tiaris divinæ in Terris proximæ dignitati *Summam*: in vtroque orbe Diademate *Auguſtiſſimam*, Authoris hujus integerrimæ fidei collyrio, etiam cùm invidus quiſpiam nollet, debeat videre. Ità ſine Orthodoxæ fidei, & bonorum morum offendiculo eandem me vidiſſe, reverenterque luſtraſſe fateor: digniſſimam proinde cenſeo, quæ præli beneficio, Orbi vniverſo colenda, veneranda, admiranda, maximè verò ſuâ in Pietate avitâ Chriſtianis Principibus imitanda, vtpote in qua nemo aliquid magnificandæ, ex qua omnis plurimum ditandus, quod deſideret inveniet, proponatur. Sic cenſebam in Conventu B. V. Aſſumptæ PP. Minorum S. P. N. FRANCISCI de Obſervantia. Die 6. Maij ANNO 1680.

Fr. ANTONIUS LAZARI, Ord. Min. de Obſervant. SS. Theol. Lector Generalis, & Conſiſtorialis Officij Epiſcopalis Labacenſis.

---

# *Approbatio Officij Epiſcopalis.*

EQuum nobis Diſſertationes Polemicæ à Reverendiſs. Domino JOANNE LUDOVICO SCHÖNLEBEN SS. Theol. Doctore ac Protonotario Apoſtolico, pro approbatione præſentatæ fuerint: noſque easdem Adm. R. ac Religioſo in Chriſto Patri, Fr. Antonio Lazari SS. Theol. Lectori Generali, Ord. Min. S. FRANCISCI de Obſervantia, & Conſiſtoriali Labacenſi diſcutiendas tradiderimus, eodemque referente acceperimus, prædictam Diſſertationem nihil Orthodoxæ fidei diſſonum, aut bonis moribus incongruum continere; imò in maximam Auguſtiſſimæ Domûs Auſtriacæ gloriam, decus, & ornamentum adaptatam eſſe: Ideò pro eo quo fungimur munere, eandem Typis mandandi plenariam facultatem præſentium vigore concedimus, & impertimur. Labaci ex Officio Epiſcopali die 7. Maij. Anno 1680.

FRANCISCUS JOSEPHUS GARZAROLLI à Garzarollshoffen SS. Theol. Doctor, Officialis ac Vicarius Generalis.

JO-

JOANNIS LUDOVICI
SCHÖNLEBEN
*Carnioli Labacenſis SS. Theol. Doct. Protonotarij*
*Apoſtolici*

# DISSERTATIO POLEMICA
*DE*
## AUGUSTISSIMÆ DOMUS
Habſpurgo-Auſtriacæ
## PRIMA ORIGINE
## *VIGINTI DIVERSÆ OPINIONES DISCUSSÆ.*

## PROOEMIUM.

OMnes, ſi ad primam originem reſpiciant à DEO ſunt, ſi ad æſtimationem ab hominibus. *A primo mundi ortu vſque in hoc tempus perduxit nos ex ſplendidis, ſordidiſque alterna ſeries*, ait Seneca. Æſtimatio ſplendorem à ſordibus in eodem luto ſejunxit. Sarculum, ligo, aratrum, totius mundi quondam erant inſignia. Et quià omnes vnum genus (facili inter paucos memoriâ) reſpiciebant, fraterno contenti nomine, Dominorum ac ſervorum relativos titulos ignorabant. Tunc nondum ſceptra & coronæ inventæ erant. Crevit ingenium provecto mundo. Cum augmento mortalium aucta ſunt nomina, & ſubinde cum nominibus ſui quoque ad incu-

Senec. Epiſt. 44.

nabula reſpectus. In primordiis ad leges ſimplicitatis compoſita vetuſtas neglexit diſcretionem natalium. Accuratior, quià auctior poſteritas, mutuæ ſtudio æmulationis, ad majores cœpit animos reflectere; ac bonæ indolis prolem antiquiorum factis ceu ſtimulis ad ſequelam impellere, vt non tam natalibus deberetur nobilitas, quàm virtuti. Unde ajebat Magnus Gregorius: *Omnes homines natura æquales genuit, ſed pro variis meritis aliis alios diſpenſatio juſta præponit.* Excogitata ſunt à factis nomina, à nominibus ſucceſſio, à ſucceſſione imitatio; & quem quisque agnoſcebat glorioſum atavum vel tritavum, ejus ſibi non tàm exemplo vivendum putavit, quàm ſanguine gloriandum. Ità ſenſim orbis partitus in diverſas familias nominibus majorum tantum tribuit, vt crederet per illa parem aliàs mortalium naſcendi conditionem diſcerni poſſe. Hinc illa inveteratæ opinionis nomenclatura, qua alij, & alij nominamur. Pares morimur, ſed impares naſcimur. Eadem terra Dominos & ſervos, Reges & colonos mortuos ſinu excipit; ſed non eadem faſcia natos ligat. Habent aliquid ſplendoris nobiles faſciæ quo carent plebejæ, & Magni cenſentur etiam in cunis, qui generantur à Magnis. Radicis quippè ſuccum attrahunt thyrſi, & parentum indolem proles imitatur. Quin ferè quos ſcimus illuſtres origine, ad virtutem credimus propenſiores. Quodſi opinione noſtrâ quandoq; fallimur, non multò poſt videmus antiqua ſtemmata interire. Nobilitas enim, quæ ſolis majorum ceris ac ſimulacris innititur, verè cerea eſt, & ſolido virtutis fulcro deſtitutæ ſtirpes diuturnitatem ſperare non poſſunt. Argumentum proinde eſt perennaſſe virtutem in familia, cujus ſplendorem natalium longo annorum cenſu firmatum conſpicimus. Idque tantò amplius confert ad generis claritatem, quantò altius origo accerſitur. Sed in hoc delinqvunt nonnulli ætatis anterioris Geneographi, quod omnem penè familiam

S. Greg. l. 21. Moral. c. 17.

miliam ab equo Trojano, à Priamo, Antenore, Ænea, quin à Noëmo trahant, nullis Añalium vel faſtorum præſidiis fulti. Eâ re tamen Mecœnatibus placere ſe putant, cùm fidem perdunt; & Principum Regumque illuſtrare familias, cùm maximè obſcurant. Merè ſiquidem ficta cenſeri ſolent, quæ in vno fabuloſa notantur: & demeretur aſſenſum integra narratio, quæ fictionis indicium exhibet in parte. Supervacanea profectò illa cura eſt, quâ omnis ſanguis Regius purpuræ acceptus refertur, quaſi decederet aliquid Principali familiæ, ab origine non Regia profluxiſſe. Deveniendum tandem eſt ad vnum aliquem, qui nullo dignitatis vocabulo honeſtari poſſit, ſi nimiùm curioſi majorum ſcrutatores, altiùs ſemper & altiùs originem inquiramus. Fuit enim aliquando tempus, quo nullos Reges adoravit orbis. *Sepè originem neſciri*, (ajebat Puteanus) *aut confundi, illuſtre antiquitatis ſignum eſt, nec pulchriori monumento durat rerum memoria, quàm cùm quæri eæ debent.* Quærantur ergo: ſed ità, ne qui legerint, de fide conquerantur. Adulatio abſit: eliciatur è tenebris veritas nuda, ſincera, & incorrupta. Separentur à falſis vera, à veris dubia, & ſuum cuique tribuatur: hoc quippe munus eſt probi Geneographi. Porrò & illis noſtræ ætatis ſcriptoribus ſuccenſeo, qui Geneſes truncant, & nihil niſi quod mille teſtibus, argumentiſq; comprobatum eſt, pro ſincero habent. Danda ſunt aliqua ſcientiæ, aliqua etiam opinioni: quæ ſciuntur, in controverſiam non cadunt: quæ opinione conſtant, colliſione ſententiarum emicant, & ſenſim ad gradum ſcientificæ veritatis promoventur. Multa, quæ olim vocabantur in dubium, diſputationum beneficio certitudinem ſunt conſecuta. Non omittam numerare inter majores familiæ, de quorum certa & indubitata ſerie non ſum omninò certus. Locabo illo ordine, quem maximè probabilem judicavero: ſuccedet fortè aliquis qui mutabit, & addet inventis citrà injuriam

Putean lib. 1. hiſt. Inſubr.

riam mei & invidiam. Præiverunt alij viâ multiplici: ſequar, quà placuerit: præibo etiam alijs, quà potero. non ideò reus, quià fortè poſt me aliquis feliciore ſemitâ decurret ad metam. Suæ ſunt inventiones certis deſtinatæ ingeniis, ſuæ certis temporibus reſervatæ. Nondum omnia ſcimus. Multa latent ſub dubij, & opinionis velo, quod forſan olim aliquis reducet. Dubitandum, opinandum, conjecturandum aliquando eſt. Nunquam multa ſciunt, qui nunquam dubitant. Quare mihi poſt multos alios *Auguſtæ Domûs Habſpurgo-Auſtriacæ* originem inquirenti, illud optimum viſum eſt conſilium, Authores primùm, qui in eadem ſudarunt arena in ſuas Claſſes partiri, opiniones eorum ſecernere, dubia & falſa à certis ſeparare; & tunc demum ijs ſubſcribere, quos minimum à veritate intellexero deflexiſſe: qua in re

Certum eſt I. quòd Origo *Auguſtæ Domûs* plurima hactenus eruditorum exercuerit ingenia. Evolutæ membranæ veteres, ſepoſitis dudum chartis deterſi pulveres, antiqvorum rudera ædificiorum, ac monumentorum diligentius inſpecta materiem dederunt literatæ diſcordiæ, vt dum qvisqve novi aliqvid invenit, vel addit inventis, nullus cum altero conſentire videatur. Hinc ſicubi verum eſt; hîc maximè locum habet: *Quot capita, tot ſententiæ.* Et licet nonnulli conveniant in prima origine, vbi tamen ad generationum ſeriem proceſſerint, diſſociantur. Quos hactenùs ego ſpeciatim legi de Genealogia *Auguſtæ Domûs* tractantes ſunt ſuprà ſexaginta, præter Manuſcriptos. In ſingulis aliquid placuit, in nullo omnia. Quædam alicubi ſuperflua, quædam manca: bona aliqua, aliqua etiam erronea.

Certum eſt II. Si de origine *Auguſtæ Domûs* ſub Auſtriæ nomenclatura quæratur, à RUDOLPHO I. Habſpurgico Cæſare inchoandam, & in hoc velut indubitato conveniunt omnes. Primus enim RUDOLPHUS Auſtriam familiæ ſuæ partim jure ſanguinis (vt

ſuo

ſuo loco oſtendam) partim beneficio Imperij adjecit, Magnus Auſtriacorum Ducum primò, mox Archiducum Genearcha.

Certum eſt III. ante Rudolphum I. Imperatorem vixiſſe plures Ordine ejus majores Comites Habſpurgicos, quorum ſeriem varij variè locant: plures alij, alij pauciores agnoſcunt. Ab Italis alij, alij à Trojanis, à Francis alij, à Gothis & Burgundionibus, ab Helvetiis, ab alijs alij ortos volunt, vt mox conſtabit. Ex iis Authoribus, qui hactenùs ad meas pervenerunt manus, deprehendi Opiniones viginti, ità diverſas, vt tamen aliquæ potiori ex parte conveniant. Has ordine proponam; & quid de ſingulis ſentiam breviter indicabo, ſalvo ſemper meliori judicio.

Certùm eſt IV. Inter majores Rudolphi I. Imperatoris ſub titulo Comitum Habſpurgi, Altenburgi, & Vindoniſſæ numerari Ottobertum Comitem, qui S. Trudberto locum condendæ ædiculæ in ſuo patrimonio aſſignavit, & hunc vixiſſe ad annum 667. floruiſſe circà annum 630. Unde ſequitur indubitatum eſſe nobilitatem Habſpurgicam probari poſſe evidenter ab anno Chriſti 600. id eſt per mille ſeptuaginta, & plures annos, quod fortè nulla hodie per orbem Principalis familia de ſuis majoribus tam certis, & tam fide dignis monimentis oſtendere poteſt. Cùm verò de majoribus Ottoberti nulla certa habeatur notitia, ſed ſolæ conjecturæ à pluribus formentur, ſiſtemus in Ottoberto tanquam radice maſculinâ indubitatâ.

Certùm eſt V. Si fœmineum ſtemma inſpiciatur, multæ poſſent origines Habſpurgicorum oſtendi: nulla tamen magis honorifica eſt, quàm à Carolo Magno, à quo & aliæ Principum familiæ ſuam conantur ſtirpem deducere. Et reipſa poſſunt Reges Franciæ Capetini, Valeſij, Borbonij, Duces Lotharingiæ hodierni, ſed prioritas, & *primogenituræ* prærogativa eſt penes Habſpurgicos,

ſpurgicos, vt probabimus. Moderni Lotharingi ex Andegavenſibus, & Guiſijs ortum habent, Guiſij verò ex Capeticis, vt eſt apud Chiffletium,& Bucelinum. Quare cùm plures Familiæ certent pro hac origine Carolinga operæ pretium fuerit pluribus oſtendere,ac probare prioritatem, & *Primogenituram* reſpectivam Habſpurgo-Auſtriacorum à Carolo Magno. Ex qua probatione pariter liquebit Originem Habſpurgo-Auſtriacam magis honorificam eſſe provt repetitur à Carolo Magno, quàm prout nonnulli volunt eam deducere à Perleonibus Romanis. Nam præterquam, quòd opinio illorum ſit fictitia, vt oſtendemus, omnia illa decora, quibus ornantur Perleones, in triplum, & quadruplum ampliora ſunt in Carolingis.

Chifflet. in Com. Lotha. cap. 23. f. 90. Buc. P. 1. Ger. Geneal. f. 48.

Totum verò hoc opus duabus partibus conſtabit, In Priore adducentur Viginti opiniones,de Origine Habſpurgo-Auſtriacorum, & opinio *Nona*, quæ à Franco-Germanis Regibus ceu communiſſima, & præ cœteris probabilis: *Vigeſima*, quæ à Carolo Magno per fæmineum ſexum deducit originem, tanquam certa, & indubitata oſtendetur. In Poſteriore verò Decem Prærogativæ Auguſtæ Habſpurgo-Auſtriacæ Domûs præ cæteris Europæis Principibus, velut ex præmemorata Vigeſima opinione, & Carolinga origine, orna menta conſectanea propo nentur.




DISER-

# DISSERTATIONIS POLEMICÆ SEU PROLEGOMENI PARS PRIOR.

*Viginti opiniones diverſæ de Origine prima Habſpurgicorum ventilantur, & verior inter illas ſtabilitur.*

## CAPUT I.

*Prima Opinio de Origine Auguſtæ Domus Habſpurgo-Auſtriacæ.*

Habſpurgicos derivari ab Oſiride Ægyptio.

### §. Unicus.

*Exponitur Opinio Prima & rejicitur.*

AGgredimur Diſſertationem noſtram Polemicam à remotiſſimis opinionibus, quæ ſe ultra memoriam & fidem humanam extendunt. Earum prima explodenda occurrit, quæ ex Ægypto accerſit Habſpurgicos. Joannes Aventinus in Annalibus Bavariæ allegatus à Martino Zeillero aſſerit, quod Maximilianus I. Cæſar Auſtriacus ſtemma ſuum derivari voluerit ab Oſiride Ægyptio, quem Poëtæ fabulantur fuiſſe Jovis filium ex Niobe. Ego Aventini editionem Baſileenſem Anni 1580. conſului, nec quidquam ſimile de Maximiliano reperio in allegato libro. Sicubi tamen alibi id aſſeruit Aventinus (cui aliàs non multum tribuo) putem quod ſolùm reſpexerit ad mentem Joannis Stabii, de qua ſeq. capite Nam Oſiris Ægyptius fuit idem, qui Mitzraim filius Cham, nepos Noë, dictus etiam Philoni Meſtra, Diodoro & Herodoto Mena vel Menes, Plinio Menon antiquior Phoroneo, Beroſo Oceanus. Die qua natus eſt Oſiris fertur audita vox, quæ indicavit Dominum omnium rerum in lucem prodire, Plutarcho teſte. Rex Ægypti conſtitutus eſt Anno Mundi 1950. Idem hic Oſiris creditur fuiſſe Ægyptius Pharao, qui (uti notat ſacer textus) Abramo Sarai uxorem ſuſtulit, & flagellatus ob eam cauſam à Deo, reſtituit, Anno Mundi, ut ſupputant aliqui 2026. Iſis ejus ſoror & uxor fuit, quæ & Jo & Juno Ægyptia, & Ceres frugifera dicta eſt, quia frumenta invenit, cùm antea homines glandibus veſcerentur. Mortua eſt Anno ætatis 539. Oſiris à fratre proprio Typhone interfectus eſt Anno Mundi 2223. Poſt mortem divinus honor ei tributus, & nominari cœpit Jupiter Juſtus, Apis, & Serapis, id eſt Sanctus Taurus. Quæ quam fabuloſa, & fabulis ſaltem mixta ſint, nemo non videt. Cœterùm, quod opinio hæc non placuerit Maximiliano Cæſari, conſtabit ex dicendis ſeq. cap. & ſi verum eſt, quod

Joan. Avent. Annal. Bav. Lib. 1. apud Mart. Zeiller. Itiner. Germ. cap. 6.

Diodor. Sicul. Herodot. lib. 2. Plin. lib. 7. c. 56.

Plut. lib. de Iſide, & Oſirid. Gen. 12.

ſcripſit de Maximiliano Cuſpinianus, ejus Aulicus & Conſiliarius, neceſſariò falſum eſt quod Aventinus. De quo Authore non benè ſenſit Cæſar Baronius, uti videre eſt Tomo 9. Annalium Eccleſiaſt. Ipſi Boij, quorum hiſtoriam ſcripſit pleraque ejus repudiant, ceu fabulis inſperſa: unde ſicubi etiam Geneſes attingit, curandus non eſt. Quanquam nullius recentis authoris in hoc ſcriptionis genere ſufficiens per ſe eſſe poteſt authoritas: niſi antiquis documentis, literis, privilegiis, marmoribus &c. fulciatur. Recentes verò illos arbitramur qui à duobus aut tribus ſeculis ad nos uſque vixerunt. Dignior fide antiquior ætas. Liceat hic cum Cuſpiniano dicere de hac Opinione: Auſtriaci *equidem ( ut ſunt candidi Principes ) nollent ſeduci ac tales audire nugas, quas etiam mediocriter docti ſubſannant ac deridٍent.* Hæc de Prima Opinione ſufficiant.

Baron. ad An. 277. Adelzreit. in Annal.

Cuſpin. in deſcript. Auſtr.

# CAPUT II.

## *Secunda Opinio de Origine Auguſtæ Domus Habſpurgo-Auſtriacæ.*

### Habſpurgicos derivari à Noë & Cham ejus filio.

### §. Unicus.

### *Exponitur Secunda Opinio, & rejicitur.*

VEritatis amantiſſimus Maximilianus I. Imperator Auſtriacus cum Imperii ſedula adminiſtratione ſeriam ſuſcepit curam inveſtigandi Originem Domus Habſpurgicæ, & plurima ingenia impulit in hunc laborem. Certarunt ſub ejus auſpiciis Ladislaus Sunthemius Cappella: Joannes Stabius, Joannes Abbas Trithemius, & paulò poſt Hieronymus Gebuilherus, Jacobus Menlius, & alii, qui per audaces ſaltus ex Aſia ſuperiore in Europam, ex Europa ad montes Pyrænæos in Galliam, inde in Germaniam ſuperiorem & Helvetiam, majores Habſpurgicorum traduxerunt. Sed alii aliam iniere viam. Unus Stabius Hiſtoricus & Poëta fertur à Noë & Chamo ejus filio auſpicatus originem. Verùm opinio hæc facile apparet vana, & commentitia. Mihi certè priuſquam ſeriam curam ſuſcepiſſem hujus laboris, cum in eam incidiſſem, adeò ridicula viſa eſt, ut inde arreptâ occaſione cœperim inquirere, num & quinam alii felicius ſe in hac arena inveſtigandæ Habſpurgicæ Originis exercuiſſent. Joannes Cuſpinianus vir ſuis laudibus ſuperior Maximiliano Cæſari familiariſſimus, & ejus nomine ad Principes non ſemel Legatus, refert in deſcriptione Auſtriæ ( quam nondum legi ) allegatus à Lequile, Cæſarem intellectâ Joannis Stabii ſententiâ de Habſpurgica Origine, excanduiſſe, & in ejusmodi prorupiſſe verba: *Tu me ex Arca Noë deducis, & ſtemmatis Originisque meæ Authorem tribuis Cham, qui pudenda patris detexit, quaſi ex radice non bona poſſit produci ſtirps bona & fertilis: cum tamen mala arbor nunquam bonum producat fructum.* Cumque Stabius in præſentia multorum Aulicorum propugnare vellet ſuam ſenten-

Jo. Stab. ap. Lequil.

Gebuilher. lib. ad Ferdin. I. Imp.

Joan. Cuſpin. in Auſtria.

Lequile de reb. Auſtr. P. 1. fol. 103.

ſententiam, replicuit Maximilianus: *Caveas hanc ignominiam mihi & poſteris meis inurere, qui mihi iraſcentur; & aliis exertâ lingua me ſubſannabunt.* Hinc ſatis apparet quod non minus hæc Opinio, quàm prior ex Aventino relata diſplicuerit Maximiliano Imperatori, & quod in ipſis adhuc incunabulis figmentum hoc eliſum ſit. Quæ tamen deinceps Stabius contexuit, ubi ad Pharamundum Francorum Regem pervenit, eodem in pretio habenda ſunt, quo Trithemii, Lazii, & plurium ſequacium opinio, de qua infra ſuo loco fusè agemus. Petrus Lambecius vir inprimis eruditus in Bibliotheca Cæſarea amplexus opinionem Pierleoniſtarum producto Henrico Gundelfingenſi, quem in pluribus Bibliothecis obvium, ſed ſolum manuſcriptum, vidi: (ipſe primus publici juris fecit) incidenter de Stabio ait: *Loco antiquæ hujus, & veræ traditionis, excogitavit tempore Imperatoris Maximiliani I. Joannes Stabius novam aliquam, & antea inauditam ejusdem Auguſtiſſimæ Domus originem, à Francorum Regibus derivatam, quam poſtea Hieronymus Gebuilherus, Jacobus Menlius, & complures alii, inter quos etiam ipſe Wolfgangus Lazius, variis licet modis ſibi invicem contradicentes propagarunt.* &c. Lambec. Bibl. Cæſ. To. 2. f. 467. An prior fuerit Joannes Stabius Joanne Trithemio hujus opinionis inventor nolim decernere, quia Trithemius obiiſſe putatur Anno 1509. circa quem annum Stabius in flore fuiſſe videtur, coævi tamen fuerunt: ſed quod opinio Pierleoniſtarum verior & antiquior ſit, quàm Stabii & Trithemii, caret fundamento; ut infra dicemus, cùm de ea acturi ſumus. Neque reprehendo in eo Stabium, quod à Francis deduxerit Habſpurgicos, ſed quod à Chamo Noë filio.

# CAPUT III.

## *Tertia Opinio de Origine Auguſtæ Domus Habſpurgo-Auſtriacæ.*

Habſpurgicos derivari à Scipionibus aut Fabiis Romanis.

### §. Unicus.

### *Exponitur Opinio Tertia, & rejicitur.*

TErtia Opinio eſt Alberti Baronis de Bonſtetten Einſidlenſis in Helvetia Decani, quem Lazius perſtringens, ait nugas inſcripſiſſe Cæſari Maximiliano. Exorſus eſt à Scipionibus Romanis (teſte Didaco Lequile in Proſis & Panegyricis) & ab his progenitos Habſpurgi Comites docuit libello de majoribus Maximiliani I. Imperatoris, cujus tempore vixit. Ego hactenus luſtratis aliquot Bibliothecis Albertum hunc deprehendere non potui, ut fundamenta ejus inſpicerem. Videtur arenæ inædificata opinio ſeipſa corruiſſe, cùm neque Bonſtettani opus hactenus in lucem prodierit, nec ullus reperiatur, qui ei ſuppetias tulerit. Simili ratione apud Lequilæum citatum alii à Fabiis Romanis conati ſunt accerſere Habſpurgicorum Comitum originem, labore prorſus inutili, utpote quem poſteri non approbarunt. Meminit quaſi per Laz. comment. Geneal. lib. 1. Lequile mihi pag. 197.

Guilliman. Habſpurg. lib. 1. cap. 1. Seifrid. lib. 1. cap. 6. fol. 27.

tranſennam Alberti de Bonſtetten Guillimannus, ſed opinionem rejicit. Ipſe etiam Joannes Seyfridus, qui à Romanis ortos contendit Habſpurgicos, de Alberto ſic ſtatuit; *Generis* Habſpurgici *originem retulit ad Scipiones: ſed cum nullas afferat rationes aut teſtimonia, quibus opinionem ſuam ſtabiliat, non audemus in re tam incerta certi quippiam affirmare, ſi tamen conjecturæ aliquis eſt locus, fortè ad Avienos Fauſtos reſpexit: ſiquidem & ipſi Anicianæ ſtirpis germen fuiſſe videntur; quos conſtat authoritate Ennodii affinis eorundem inter majorum ſuorum imagines, Scipiones etiam numeraſſe.* Sed & hæc conjectura incerta, & ſtirps Anicia nihil ad Habſpurgicos, ut infra dicemus. Addit Seifridus: *De Fabia verò gente nullum extat, quod ſciam, ne levis quidem conjecturæ indicium.* Nec ego ullum invenio.

Ennod. Epiſt. ad Fauſtum Junior.

# CAPUT IV.

## *Quarta Opinio de Origine Auguſtæ Domus Habſpurgo-Auſtriacæ.*

Habſpurgicos derivari ab Antenore Trojano Cimmeriorum ad oſtia Danubii Rege.

### §. I.

### *Explicatur Quarta Opinio.*

Sciopp. ap. Lequil. in Arciduc. Carlo. mihi fol. 153.

HÆc Opinio non multum differt à ſuperiore, niſi quod tardius ordiatur. Gaſpar Scioppius, vir ſi motus mordacis ingenii cohibuiſſet, inter primos hujus ſeculi Philomuſos cenſendus, Genealogiam Ferdinando II. Cæſari contexuit, quæ primum Anno 1653. Conſtantiæ prodiiſſe fertur, quam tamen nondum videre potui. Apud Lequilæum reperio hujus Authoris primigeniam delineationem, qua Habſpurgicos, & conſequenter Auſtriacam domum ab Antenore Trojano auſpicatur. Libet eam ad verbum exhibere.

### FERDINANDO II. CÆSARI AUGUSTO.

*QUibus Religio non fuit Deo, Eccleſiæ, & S. Romano Imperio cultum, honorem, & obedientiam negare, iidem Auguſtæ Domus Auſtriæ nobilitatem allatrare animos induxerunt. Horum in circulis, conviviis, paſſim demiꝝ auditæ ſunt voces, non deeſſe vel inter Auſtriæ Superioris & Inferioris Regulos ſeu Barones, quibus Habſpurgenſes Comites de vetuſta generis nobilitate multum concedere neceſſe habeant. Ego igitur poſtquam ſedulò feci omnia, quibus monſtrorum iſtorum conſilia conatusq; circumſcribi, & impediri poſſent (cujus rei nomine Majeſtatis Tuæ Elogio non ſemel cohoneſtatus fui) etiam hac in re vanitatem eorum compeſcendam, Auguſtamq; Tuam & Regiam nobilitatem locupletiſſimis teſtimoniis comprobatam, totius Orbis conſpectui repræſentandam mihi ſumpſi. Quæ frons inveniri poterit tam ferrea, quod os tam caninum ac pudore nullo, ut contra vel hiſcere quidquam audeat; ubi inter Majores Tuos, à quibus directa ac perpetua alterutrius ſexûs ſerie dèmonſtratos Imperatores plus quadraginta, Reges trecentos & amplius numerari viderit? Liber ille propediem propitio Deo extrudetur. Interea Paternum ac Maternum Tuum ſtemma, quo utriusq; gentis Auſtriacæ ac Bavaricæ origo aperitur, Majeſtati Tuæ mitto, velut conſtantis meæ erga Te voluntatis, fidei, & devotionis ſponſorem, ſimul Deum veneratus, ut non modo invictæ Tuæ pietati præmium, continuas tribuendo victorias perſolvat, ſed & conſilii ſpiritum Tibi impertiatur, ut victoriis uti, & Tuæ, poſterorum, totius denique Reipub. Chriſtianæ ſecuritati in perpetuum conſulere ſcias. Quod quid habeat argumenti, ſæpè coràm, ſæpè per*

*literas*

*literas Majeſtati Tuæ demonſtravi. Vale Chriſtianiſſime Imperator, & vince: & ita deniq; Te compara, ut illo Davidis Regis verbo verè ac libere adverſus Deum uti poſſis:* Nonne qui oderunt Te Domine oderam, & ſuper inimicos Tuos tabeſcebam? Perfecto odio oderam illos, & inimici facti ſunt mihi.

Devotus nomini Majeſtatique Tuæ

G. S.

## *Genus Paternum & Maternum Sacratiſſimi D. N. Imperatoris Ferdinandi II. Cæſaris Auguſti. Bohemiæ, Hungariæ, Slavoniæ, Dalmatiæ, & Croatiæ Regis, &c.*

1. Antenor ex poſteritate Dardani & Priami Regum Trojanorum, Rex Cimmeriorum ad oſtia Danubii, occiſus Anno CCCCXL. ante Chriſtum natum.
2. Marcomirus Rex.
3. Antenor II. Rex.
4. Priamus Rex Sicambrorum.
5. Helenus Rex.
6. Diocles Rex.
7. Baſanus Rex, & Pontifex.
8. Clodomirus Rex.
9. Nicanor Rex.
10. Marcomirus II. Rex.
11. Clodius I. Rex.
12. Antenor III. Rex.
13. Clodomirus II. Rex.
14. Merodacus Rex.
15. Caſſander Rex.
16. Autharius Rex.
17. Francus Rex, à quo Sicambri dici cœperunt Franci.
18. Clogio Rex Francorum quo regnante Chriſtus natus eſt.
19. Marcomirus III. Rex.
20. Clodomirus III. Rex.
21. Antenor IV. Rex.
22. Ratherius Rex.
23. Richimirus Rex.
24. Odomarus Rex.
25. Marcomirus IV. Rex.
26. Clodomirus IV. Rex.
27. Pharabertus Rex.
28. Sunno Rex, aliis Hunno Veliphus.
29. Childericus Rex.
30. Bartherus Rex.
31. Clodius II. Rex.
32. Gualterus Rex.
33. Dagobertus Rex. Obiit An. 317.
34. Genebaldus Dux Oriental. Franc. frater Clodionis III. & Clodomiri V. Regum.
35. Dagobertus Dux.
36. Clodius Dux.
37. Marcomirus Magnus Dux.
38. Pharamundus Rex Francorum.
39. Clodio Crinitus Rex.

40. Meroveus Rex à quo poſteri Reges dicti Merovingi.
41. Childericus Rex.
42. Clodoveus Rex primus Chriſtianus.
43. Clotharius Magnus Rex.
44. Sigebertus Rex Auſtraſiæ, frater Chilperici Regis.
45. Childebertus Rex.
46. Theodobertus Rex.
47. Sigebertus Exul Dux Alemanniæ.
48. Othobertus Comes Vindoniſſæ.
49. Ambertus ſive Amprinctus Comes.
50. Hettobertus Comes.
51. Rampertus Comes.
52. Guotramus Comes.
40. Albericus Rex.
41. Wambertus Rex.
42. Ansbertus Senator Romanus Dux Moſellanicæ.
43. Arnoldus Buggiſus Dux Moſella.
44. S. Arnulphus Dux Auſtriæ Moſellanicæ.
45. Anſegiſus Dux Brabantiæ.
46. Pipinus Heriſtallus Dux Brabantiæ.
47. Carolus Martellus Dux Brabantiæ.
48. Pipinus Brevis Rex Francorum.
49. Carolus Magnus Imperator.
50. Pipinus Rex Italiæ.
51. Bernardus Rex Italiæ.
52. Pipinus Comes Lengefeldenſis.

53. Luitfridus Comes.
54. Luitfridus II. Comes.
55. Hunifridus Comes.
56. Guotramus II. Comes.
57. Landolus vel Lancelinus Comes.
58. Ratpotus Comes.
59. Wernerus Pius Comes Habſpurgi.
60. Otto Comes Habſpurgi.
61. Wernerus II. Comes.
62. Wernerus III. Comes.
63. Adelbertus Comes.
64. Rudolphus Comes.
65. Adelbertus II. Comes.
66. Rudolphus I. Imperator.
67. Albertus I. Imperator.
68. Albertus Contractus Dux Auſtriæ.
69. Leopoldus Probus Dux.
70. Erneſtus Ferreus Archidux.
71. Fridericus III. Imperator.
72. Maximilianus I. Imperator.
73. Philippus I. Rex Hiſpaniæ.
74. Ferdinandus I. Imperator.
75. Carolus Archidux Auſtriæ. Uxor---

53. Bernardus Comes Lengefeldenſis.
54. Luitbaldus Dux Bavariæ.
55. Arnulphus Dux Bavariæ.
56. Arnulphus II. Dux Bavariæ.
57. Bertholdus Comes Schyrenſis.
58. Vernerus Comes Schyrenſis.
59. Otto I. Comes Schyrenſis.
60. Otto II. Comes Schyrenſis.
61. Otto III. Comes Schyrenſis.
62. Otto IV. Comes de Wittelſpach.
63. Otto Magnus Dux Bavariæ.
64. Ludovicus Dux Bavariæ.
65. Otto Dux Bavariæ Elector.
66. Ludovicus II. Severus Elector.
67. Ludovicus Bavarus Imperator.
68. Stephanus Senior Dux Bavariæ.
69. Joannes Dux Bavariæ.
70. Erneſtus Dux Bavariæ.
71. Albertus III. Dux Bavariæ.
72. Albertus IV. Sapiens Dux Bavariæ.
73. Gulielmus Dux Bavariæ.
74. Albertus V. Dux Bavariæ.
75. Maria Duciſſa Bavariæ.

Ferdinandus II. Imperator.

Hucuſque delineatio ſtemmatis Auſtriaci, quam Scioppius inſcripſit Ferdinando II. Cæſari per 75. gradus rectâ ſerie maſculinâ, ut ipſe putat. Conſentit quoad primam originem ab Antenore Scioppio etiam Joan. Georgius Kieffer in Diſſertatione Politica, qui præterea ait, hanc Opinionem Ferdinando III. Auguſto placuiſſe.

Kieff. Diſſert. Polit. q. 15. fol. 15.

## §. II.

## *Probatur Quarta Opinio.*

OPinionem ſuam ut probet Scioppius prælibatæ ſtemmatis Auſtriaci delineationi adjungit (uti puto ex Lequilæo colligi,) notas marginales aliquot, inſtar Probationum.

I. Ad numerum 17. ait Francum Regem filium Autharii, ex Dardano Trojæ Rege deſcendentis, memorat Carolus Simplex Rex Galliæ, in Diplomate quod ex Trevirenſibus Tabulariis integrum recitatur in libro ſtemmatum Lotharingiæ.

II. Ad numerum 42. ait: Veritas Genealogiæ uſque ad Clodovæum nititur hiſtoriâ, quam Hunnibaldus eo Rege ex Sacerdotum monumentis confecerat; & teſtimonio Dagoberti Regis Galliæ Magni, cujus literas recitat liber Stemmat. Lotharingiæ; tum Sigeberti Gemblacenſis Chronico, quingentis abhinc annis ſcripto.

Franc. Roſier. in Stemmat. Lothar.

III. Ad numerum 44. ait: Sigebertum Ottoberti patrem fuiſſe filium Theodoberti ex multis Hiſtoricis tradidit Trithemius, cui Galli Sciptores aſſentiuntur, ut probat Pieſpordius.

IV. Ad

IV. Ad num. 48. ait: Ab Ottoberto uſque ad Rudolphum Imperatorem gradus omnes egregiè probat Franciſcus Guillimannus in Habſpurgiacis editis Mediolani Anno 1606. Franc. Guillim. in Habſpurgiac.

V. Ad num. 49. ait: Origo Caroli Magni multis Imperatorum & Regum literis confirmatur, quæ ex Trevirenſibus ſcriniis recitantur in lib. Stemmat. Lotharingiæ.

VI. Ad num. 51. ait: Bernardi poſteros, uſque ad hodiernos Bavariæ Duces luculenter aſſerit Chriſtophorus Gewoldus Conſiliarius Ducis Bavariæ, in Genealogia Bavar. & in Adverſariis Hiſtor. Bavar. *niſi quod in Luitbaldi Ducis patre allucinatus eſt.* Gewold. in Geneal. Bavar.

VII. Suppetias ferre poteſt Scioppio Joſeph Texera, qui eandem opinionem amplexus eſt in Exegeſi Genealogica Henrici IV. Regis Franciæ, exorſus ab Antenore per intermedios Duces ac Reges Sicambrorum uſque ad Pharamundum deducens Genealogiam, & in Paræneſi ad Francos allegat authores quorum fidei innititur. quorum primus eſt Vaſtaldus, qui ab excidio Trojano majorum geſta conſcripſit per annos 758. Secundus eſt Clodomirus Augur, qui Clogionis Sicambrorum Regis filii Franci conſiliarius fuit, & multa ſtupenda carminibus explicuit. Tertius eſt Arebaldus vates & hiſtoricus, qui Ratheri Regis geſta cecinit. Quartus Doractus Francorum Sacerdos, qui Regum Francorum hiſtoriam uſque ad tempora Marcomiri IV. conſcripſit. Quintus eſt Carodochus Lancarbanenſis Hiſtoricus qui vixit tempore Pharaberti Regis, & Francorum Regum ſucceſſiones, annales, & præclarè geſta deſcripſit. Sextus Hildegaſtus vates, qui ſcripſit geſta Sunnonis Regis Germanico idiomate, fuitque Chiderici Francorum Regis XIV. Conſiliarius. Hos authores qui per annos 660. ſucceſſivè ſcripſerunt, eſt ſubſecutus Hunibaldus temporibus Clodovei Primi Regis Chriſtiani, qui contexuit hiſtoriam per annos 926. Hujus Hunibaldi narrationem confirmarunt Trithemius, Richardus Waſſeburgius, Joannes Functius, & alii plures. Joſeph Texera in Exegeſi Geneal. Henrici IV. in Paræneſ.

## §. III.

## *Cenſura Quartæ Opinionis.*

RObuſtis argumentis, & primâ fronte utcunque plauſibilibus fulcitur hæc opinio. Non deſunt tamen quæ plauſum minuant; &

I. *Contra* eſt 1. De ſerie primorum Regum Cimmeriorum vel Sicambrorum adeò magna eſt inter authores diſſenſio, ut plerisque videatur merum figmentum, aut ſi qua fuit certa ſeries, ſaltem ſæpius interrupta, ac interpolata per alios alterius ſanguinis Reges. Id quod in illa vetuſtate barbara planè obvium eſt ſuſpicari. Vix enim alicubi antiquorum Regum familia ſeculum unum alterumve exceſſit, priuſquam Chriſti fides per orbem propagata fuit. Quis igitur credat 400 ante natum Chriſtum annis ſeptendecim generationes per continuam ejusdem ſanguinis Regii ſucceſſionem duraſſe? quis deinceps aliis quadringentis uſque ad Clodoveum primum Chriſtianum idem prorſus ſtemma propagatum ſibi perſuadeat? II. *Con-*

II. *Contra* 2. Ea quæ Vaſtaldus ſive Weſtaldus quidam, & Hunibaldus ſcripſiſſe feruntur, vel meræ fabulæ ſunt, vel fabulis permixtæ narrationes, ut paſſim affirmant Recentiores authores. Gerardus Joannes Voſſius de Hunibaldo. *Hunibaldus iſte nec treſſis ſcriptor eſt. Imò nihil illo ineptius, ſtultiusve, Sanè quidquid de antiquis Germanorum temporibus Romanis indictum prodit, id omne comminiſcitur. Nec enim veteres Germani geſta ſua mandabant literis, quas neſciebant. At ille ferrei oris, plumbei cordis Hunibaldus, non modo promit* his indicta, *ſed planè repugnantia, ut fidem ei habere non poſſimus.* Simile de eo & Weſtaldo judicium formant Hermannus Comes Nuenarius, Janus Douza, Scaliger, Cluverius, & alii. Ex hoc ipſo capite reprehendit Megiſerus Stabium, Gebuilherum, Sunthemium, Marenum, quod illis hiſtoricis, an potius fabularum conſarcinatoribus fidem nimiam habuerint. Cùm ergò hujus Quartæ Opinionis potiſſimum fundamentum ſit Weſtaldi & Hunibaldi traditio, facilè concluditur quid de opinione ſentiendum, ſi de authoribus parùm.

Gerard. Jo. Voſſ. de Script. Lat. lib. 2. cap. 22.

Nuenar. diſſert. de Orig. Franc. Jan. Douza. not. ad Eleg. Annal. Batav. præfix. Scaliger de emend. temp. lib. 6. Gluver. Germ. antiq. lib. 3. c. 20. Iſaac. Pontan. de Origin. Franc. Hadria. Jun. Batav. cap. 9. Megiſer. lib. 1. Annal. Carin.

III. *Contra* 3. Dubium, imò fortè falſum eſt quod num. 40. ponit Scioppius, Meroveum Regem, à quo cæteri Reges Merovingi ſunt dicti, fuiſſe filium Clodionis, nepotem Pharamundi, licet ei in regno ſucceſſerit. Joannes Jacobus Chiffletius in Luminibus Salicis producit duo vetuſta Schemata ex Andrea du Cheſne, quorum primum ſic habet.

Chifflet. Lumin. Salic. lum. 7. fol. 793. Cheſne. To 1. pag. 793.

*Genealogia Regum Francorum à Faramundo uſque ad Pipinum ex vetuſto Codice MS. Conciliorum ac Capitulorum.*

Primus Rex Francorum Faramundus.
Secundus Chludio filius ejus.
Tertius Merevius filius Merevei.
Quartus Childericus filius Merevei.
Quintus Clodovius filius Childerici.

IV. Ex hoc ſtemmate (cujus authoritate utitur Baro Antuellius) perſpicuum eſt Meroveum non fuiſſe filium Clodionis Criniti. Alterum ſtemma ſequitur:

Antuell. in Prol. Miniſt. Franc.

*Genealogia poſterorum Clodionis Regis, qui hactenus ignoti fuerant, ex veteri MS. Codice Legis Salicæ.*

Primus Rex Francorum Pharamundus dictus eſt.
Faramundus genuit Cleno & Clodiono.
Clodius genuit Chlodebaudo.
Chlodebaudus genuit Chloderico.
Chlodericus genuit Childerico & Hlodmaro.
Childericus genuit Hildeberto, Theodorico, & Hlothario.
Chlotarius genuit Gunthario, Heriberto, Gunthranno.
Hilprico, Chranno, & Sigiberto.
Sigebertus genuit Hildeberto.
Hildebertus genuit Theodberto, Theodorico, & Chilperico.
Chilpericus genuit Hlothario Flodrio.

Adjungit tamen Chiffletius ex Gregorio Turonenſi Meroveum fuiſſe *de ſtirpe Clodionis*, & ex Aimoino, fuiſſe *Clodionis affinem*. Unde Joannes Tilletus ſcitè:

*Le Roy Merovée ſuccede collateralement au Roy Clodion.* Interim ex his colligitur ſaltem dubium eſſe an Meroveus fuerit filius Clodionis, & ad hunc uſque numerum vacillare Genealogiam, quam pro ſincera habet Scioppius. Gregor. Turon. Aimoin. ap. Chifflet.

V. *Contra* eſt 4. circa num. 46. & 47. magna eſt difficultas, an ſcilicet verè Sigebertus fuerit in rerum natura, quem Exulem cognominant; aut ſi fuit, an verè fuerit filius Theodeberti, qua de re alibi latius diſſeremus.

VI. *Contra* 5. In linea collaterali, quæ à num. 40. per Alberici Regis ſucceſſores deducitur etiam ſunt multa controverſa. Nam Ansbertus qui num. 42. ponitur filius Wamberti Regis, fuit ſecundùm alios natione Romanus non Francus, & ideò nominatur Senator, adeóque alterius ſtirpis quam Pharamundanæ. Joannes Bollandus in vita S. Aviti Epiſcopi Viennenſis probat Ansbertum fuiſſe pronepotem Fl. Aviti Imperatoris, qui Anno Chriſti 456. abdicavit, & factus eſt Epiſcopus Placentiæ, diſponitque in hunc modum ejus Geneſim, quantum mihi ex diſcurſu ejus licuit combinare. Bolland. To. 1. Feb. fol. 662.

Fl. Avitus Imperator.

Papianilla Uxor S. Sidonii Apollinaris.

N. filia nupta Tonantio Ferreolo Præfecto Prætorii Galliarum.

S. Iſichius Senator, qui poſt ſuſceptas proles, ordinatus eſt Epiſcopus Viennenſis.

N. - - - Uxor - - - N.

Ansbertus Senator. Uxor Blithildis filia Clotharii Magni Regis Francorum.

S. Apollinaris Epiſcopus Valentiæ ad Rhodanum, & S. Avitus Epiſcopus Viennenſis in Gallia fratres.

Proinde alii authores, cùm non inveniant Ansbertum cohærere ſtirpi Merovingicæ, & tamen inter Majores Caroli Magni eum numerare debeant, prudentius habent rationem potius Blithildis vxoris, quam mariti Ansberti, & eâ ratione ſanguinem Carolingum derivant à Merovingo. Plura alia circa hanc opinionem diſputari poſſent. Cœterùm prætermiſſis majoribus Merovei aut Clodionis, gradus ſubſequentes facilè coordinari & probari poſſunt. nec differt quoad hanc poſteriorem partem hæc opinio ab opinione communi, quæ à vetuſtis Francorum Regibus deducit Habſpurgicos, eo igitur & hæc habenda loco, quo illa, quam Capite 9. producemus.

VII. Ad id quod proferebat Bucelinus de S. Clodulpho dicent Henſchenius & Papebrochius eſſe diploma confictum, quia præter morem ejus ætatis facta ſubſcriptio, quin & ipſe titulus nullam ſapit antiquitatem; & modus nominandi patrem, avum & proavum ante ſeculum vndecimum non reperitur vſitatus. Robuſtius argumentum pro hoc eſſet Pauli Diaconi authoritas, qui de S. Arnulpho ajebat: *Venerandus iſte vir juventutis ſuæ temporibus ex legitimi matrimonii copula duos filios procreavit, id eſt Anſchiſum, & Clodulphum, cujus Anſchiſi nomen ab Anchiſe patre Æneæ, qui à Troja in Italiam olim venerat, creditur eſſe deductum.* Sed cum dicat ſolum nomen ab Anchiſe deductum, non ſequitur etiam ſtirpem ab eo deductam. Putat tamen Paulus Æmilius temporibus Caroli M. Henſchen. To. 2. April. Propyl. Ant. p. 1. Paul. Diac. lib. de Epiſc. Meten.

Paul. Æmil. hiſt. Franc. lib. 1.

creditum vulgo & jactatum, quod Carolus ab Anchiſe & Ænea originem duxerit; ait enim de Pipino Rege Caroli Magni patre: *Ex ampliſſima familia, & tam veteri nobilitate natus erat, ut cum auctor gentis origoque prima ignoraretur, quod multi ejus ſtirpis Anchiſii vocitati invenirentur, ab Anchiſe Trojano eos oriundos plerique jactarent.*

Chifflet. de Matrim. Ansberti fol. 452.

Idem affirmat, ſed vanum putat Chiffletius: *Citerior antiquitas priſcæ non ceſſit adulationi, quippe quæ ſtirpem deceſſorum Caroli Magni, ab ipſis quoque Magnæ Trojæ cineribus eruendam eſſe duxerit, eodem quo Romanorum primo Cæſari veteres blandiebantur fundamento* (qui ſcilicet Julius ab Æneæ filio Julo ſtemma ſuum deducere voluit) *ſeu nominum Anſigiſi & Anchiſis ſimilitudine.*

Geſta Epitom. c. 1. & 2.

Habet itaque hæc opinio præter Scioppium patronos Texeram, Bucelinum, Joannem Georgium Kieffer, & quendam apud hunc, Dauberum, quoad primam Francorum Regum originem. Addi poteſt author Geſtorum Epitomatorum de Francis, qui eos à Trojanis ortos affirmat: *Franci qui fuerunt de Troja ejecti.*

Aimoin. lib. 1. c. 10.

Et Aimoinus: *Regnum Francorum antiqua Trojanæ gentis proſapia nobilitatum.* quæ ſi cui arrideant, non refragabor.

# CAPUT V.

## *Quinta Opinio de Origine Auguſtæ Domus Habſpurgo-Auſtriacæ.*

Habſpurgicos derivari ab Ænea, ejusque poſteris Italiæ Regibus.

### §. I.

### *Explicatur Quinta Opinio.*

SIcut olim pro Homero ſeptem urbes Græciæ, ſic hodie pro Auſtriacis tria præcipua Europæ Regna diſceptant. Italia origine ſuos dicit, ſuos Germania, ſuos etiam Francia. Et ferè Itali pro Italia, Germani pro Germania; Franci ſeu Galli pro Francia pronuntiant, quanquam veteres Franci verè fuerint Germani.

Didac. Lequil. Panegyric. Proſa. 3. Conſid. 2. fol. 128.

Didacus Lequile Neopolitanus Reformatus Ordinis S. Franciſci, Sereniſſimi Archiducis Tyrolenſium Principis Concionator Aulicus edidit Anno 1653 Antverpiæ Italico Idiomate Panegyricos Poëticos, & Proſas Politicas in laudem memorati Archiducis. Inter alia promiſcuè congeſta Proſa 3. Conſid. 2. producit tres Opiniones (ut vocat) principales de Origine Domus Habſpurgicæ, quarum prima ejus majores repetit à ſanguine Trojano Æneæ, imò & ab ipſo Atlante Rege Italiæ. Secunda à Francis Germanis veteribus. Tertia ab Helvetiis, de quibus infra ſeorſim agemus; nunc de prima, quæ nobis eſt quinta.

II. Hæc verò Opinio quinque diverſi nominis (fortè etiam ſanguinis) familias connectit & vinculat: nempe ex Æneadum radice, familiam Juliam, Julianam, Aniciam, Pierleoniam, Habſpurgicam, quaſi hæ quinque familiæ continuatâ generationum ſerie ſibi invicem ſucceſſerint, & ſolum per intervalla mutato nomine, familiæ Habſpurgicæ hodie regnanti initium dederint. Authores, quos pro hac opinione Lequilæus citat, Cornelium Vitignanum,

gnanum, Philippum Gothum, Bardum, Arnoldum Wion Benedictinum nondum mihi videre licuit. Puto tamen potiorem inventionem Vitignani esse, nonnulla à Lequilæo adjecta, qui fusiore tractatione, & argumentorum ex oppositio solutione, satis se huic opinioni devotum ostendit.

III. Porrò series Generationum ex variis Authoribus collecta, quantum ego assequor ab Atlante hæc est.

1. Atlas Rex Italiæ maritus Electræ (quam tamen Messala Corvinus ad Octavianum Augustum scribens ex Jove concepisse ait) genuit Dardanum. Mess. Corvin. de orig. Aug.
2. Dardanus Atlantis vel Jovis filius discedens ex Italia venit in Phrygiam Anno Mundi 2484. ubi de suo nomine Dardaniam condidit Anno 35. Moysis.
3. Erichtonius Rex Dardaniæ ejus filius.
4. Tros filius Erichtonii Rex Dardaniæ, quam à suo nomine Trojam appellavit, duorum filiorum pater.

| | |
|---|---|
| 5. Ganymedes. | 5. Assaracus. |
| 6. Ilus à quo Ilium Troja dicta. | 6. Capiis. |
| 7. Laomedon. | 7. Anchises. |
| 8. Priamus. | 8. Æneas. |

9. Creusa uxor Æneæ, mater Ascanii. Æneas igitur in recta linea ab Atlante octavum occupat locum: de quo Messala Corvinus: *Æneas genuit Ilum cognominatum Ascanium ex Creusa matre natum, qui & Julus fuit, à quo gens Julia: inde Tuæ gentis vocabulum trahis Serenissime Auguste, ut Virgilius.*

*At puer Ascanius cui nunc cognomen Julo*
*Additur, Ilus erat, dum res stetit Ilia regno.*

Sed non multò post idem Messala paulò aliter, & dubitanter scribit: *Absumpto Ascanio frater ejus Sylvius, qui & Julus, à quo gens Julia, & antiquum Tuæ generosæ prolis derivatum cognomen Auguste, regnat: quanquam inter Auctores veterum in ambiguo constat, utrum hunc Sylvium, an Ascanium cognominatum fuisse Julum.* Ab horum duorum alterutro igitur processerunt Albani Reges, & Julia familia.

10. Ascanius vel Julus Sylvius Rex Albanorum II.
11. Sylvius Æneas Rex Albanorum III.
12. Alba Sylvius Rex Albanorum IV.
13. Atys Sylvius Rex Alban. V.
14. Capys Sylvius Rex Alban. VI.
15. Capetus Sylvius Rex Alban. VII.
16. Tiberinus qui in Albula demensus mutavit fluvio nomen Rex Alb. VIII.
17. Agrippa Sylvius Rex Alban. IX.
18. Romulus Sylvius, qui sine prole fulmine ictus periit. Rex X.

* *

19. Aventinus stirpis ejusdem. Rex Albanus.
20. Proca Rex Albanorum.
21. Numitor & Amulius fratres.
22. Rhea Sylvia, compressa ut aliqui volunt à Marte.
23. Romulus & Remus Martis & Rheæ filii.

IV. Non ſum neſcius Henningem paulò aliter hanc Geneſim deſignare, ſed ego ſequi malui Meſſalam Corvinum, qui Auguſto Cæſari coævus, imò familiaris de ejus progenie peculiarem libellum ſcripſit, & ubi ad Numitorem pervenit, ſic fatur: *Hunc ſcito Cæſar Auguſte gentis Juliæ Albanorum Regum ultimum, eamque gentem ad Julium uſque Cæſarem Teque Principum decus, ſine imperio privatam in tuæ felicitatis tempora terminaſſe. Namque Romulum Romanæ Urbis Imperiique Tui conditorem, materna lineâ incognito patre ortum, Tuæ ſtirpis non cenſeo, ſi majorum Genealogiam rectè complector.* Verùm qua ſerie proceſſerint Julii ab Æneâ, ſilet Meſſala. Interim credamus Henningi, qui in Theatro ſuo hanc Geneſim depromit nullo allegato authore.

Meſſala Corvin. lib. de progen. Aug.

Henning. To. 1.




V. Hæc ad longum & ſingillatim referre placuit, ut conſtaret quibus in terminis verſetur Quinta Opinio, tametſi Lequilæus Juliam Geneſim tam accuratè

curatè non exhibuerit. Quo autem ordine, aut qua generationum ſerie, & quamdiu Julia familia perſeveraverit; quomodo ex ea cœteræ prodierint, id quidem neminem hactenus tradidiſſe comperio. Quare ſicut Lequilæus facit perfunctoriè ſolum inſinuo cœterarum familiarum nexum cum Habſpurgicis. Leq. in Paneg. Ferd. Carol.

1. Familia Julia per multas generationes propagata multis annis Romæ duravit.
2. Familia Juliana orta eſt ex Julia, & diu etiam continuata.
3. Familia Anicia orta ex Juliana, imò eadem cum Juliana, dicta eſt Anicia quaſi Invicta, ob ſingularem virtutem & heroica facinora Julianorum.
4. Familia Frangepania & Pierleonia eadem cum Anicia, à Petro Leone Romano viro fortiſſimo ſtirpis Aniciæ orta.
5. Denique familia Habſpurgica per Petri Leonis poſteros propagata.

Hæc eſt ſeries Æneæ poſterorum uſque ad hodiernos Auſtriacos conformiter ad Quintam Opinionem. Lequile in Recentiori Opere conatur quidem Julios cum Julianis & Aniciis connectere, & ſeriem aliquam ordinare, ſed arbitrariè & abſque ulla probatione. Locando enim poſt Domitium Neronem, Acilium Glabrionem, & poſt hunc Toxotium S. Paulæ maritum non oſtendit quomodo per intermedias generationes cohæreant. Lequil de reb. Auſtr. P. 1. fol. 188.

## §. II.

## *Probatur Quinta Opinio.*

I. COnſtat ex multis Authoribus, Homero, Ovidio, Darete Phrygio, Martiali, Joanne Villano, Euſebio Cæſareenſi, Lucio Floro, Guidone Collenutio, Pio II. ſive Ænea Sylvio, & aliis ut ait Lequile, quod prima pars Genealogiæ ab Atlante ad Æneam vera & juſta ſit. Lequil. ſup. alleg. & de reb. Auſtr. To. 1. fo. 184. Æneas Sylv. Ep. 78.

II. Altera pars ab Ænea uſque ad Romulum optimâ fide tranſſumpta eſt ex Meſſala Corvino, cui ſuffragantur Virgilius, Titus Livius, Euſebius & alii allegati: ut proinde quoad hanc partem nullum dubium eſſe debeat.

III. Tertia pars à Tyberino Sylvio ad C. Julium Cæſarem Dictatorem digeſta eſt ex probis Authoribus ab Henninge collectore univerſali Genealogiarum. Adhæc Julium Cæſarem ab Ænea traxiſſe Originem plures authores etiam antiqui teſtantur. Strabo loquens de eo, inquit: *Alexander erga Ilienſes magnopere erat affectus; Cæſar verò quia Alexandri amantiſſimus fuit, & certiſſima cum Ilienſibus cognationis ſigna habebat, impendio ad beneficium incitabatur, certiſſimè quidem quia Romanus erat: Romani autem Authorem generis Æneam putant.* Strabo de ſitu Orbis lib. 13.

Idem teſtantur Meſſala Corvinus, Juſtinus Hiſtoricus, Seneca, Silius Italicus, imò & S. Auguſtinus. Quomodo verò Julia gens dependens ab Æneæ poſteris Romam translata ſit, tradunt etiam Livius, Dionyſius Halicarnaſſæus, Suetonius, Manutius &c. S. Aug. de civ. Dei lib. 1, cap. 4.

IV. Quarta pars quod ex Julia familia orta ſit Juliana, videtur conjectura ſufficiens ex derivatione nominis. Nam à Julius fit denominativum Julianus. Hinc Cicero: *Vectigalia Juliana à Julio impoſita & exacta*: & Franciſcus Petrarcha: Cicero.

Petrarch. ap. Lequil. trarcha : *Oppidum Juliani inter Neapolim & Averſam fuit ædificatum à Julio Cæſare.* Ejuſmodi plura poſſet comportare curioſum ingenium, ex Inſcriptionibus antiquis, Petro Appiano, Juſto Lipſio, aliis.

V. Quinta pars quod à Juliana familia ortum habeat Anicia oſtendit clarè Baronius ex antiquis Epitaphiis, Juſtus Lipſius, Paulus Manutius, &c. Extat etiam in Caſinenſi Monaſterio Privilegium Imperiale, ex quo colligitur Anicios derivari à ſanguine Trojano Æneadum. Sed & Epiſtola Juſtiniani Imperatoris, qui fuit Anicius, ad Vigilium Papam data, incipit : *In nomine Domini Jeſu Chriſti Imperator Cæſar Flavius Juſtinianus Æneida.* Hinc mirum non eſt, quod hæc familia memor ſui nominis Anicia id eſt Invicta, gaudeat innumeris famoſiſſimis heroibus, Conſulibus, & Prætoribus ſupra quadraginta, Imperatoribus Juſtinis duobus, Juſtinianis quatuor ; Sanctis Benedicto Patriarcha, Felice III. Papa, Gregorio Magno Papa, Cæcilia V. & M. Placido Abbate, Eutychio, Victorino, & Flavia ſorore MM. &c. Enumerat verò Lequile Sanctos viginti & unum, Summos Pontifices quinque, Imperatores octodecim, Conſules & Prætores Romanos viginti tres.

Baron. To. 3. Annal.

Leq. de reb. Auſtr. f. 153.

Lequil. cit. fol. 194.

VI. Sexta pars quod familia Anicia ſucceſſu temporis appellata ſit Frangepania & Perleonia probant ſolidis rationibus Philippus Gothus, Hieronymus Bardus, Arnoldus Wion, & alii adducti à Cornelio Vitignano in Genealogia Auſtriaca dicata Philippo III. Regi Catholico. Et extant Inſcriptiones antiquæ, in quibus legitur : *Anicius Juſtinianus, Anicius Frangepanis, Anicius Petrus Leo, &c.* Et hæ ſunt probationes quas partim inſinuat, partim deducit Lequilæus. Quantum verò ad connexionem Frangepanum & Pierleonum ſeu Petrileonum cum Habſpurgicis ſequenti capite fuſius tractabitur.

Lequil. cit. fol. 195. & 199.

## §. III.

## *Impugnatur Quinta Opinio, & refelluntur probationes.*

HUjus Genealogiæ principium ſi non totum fabuloſum eſt, fabulis tamen mixtum ; neque allegati authores uſpiam texunt integram Geneſim, ſed ſparſim aliquorum, qui in illa ponuntur, meminerunt. Recentiores verò colligentes ea nomina, ſæpè ſolis conjecturis ſunt uſi ; proinde quoad hanc partem, vel falſa eſt opinio, vel ſaltem dubia.

II. Julium Cæſarem ab Ænea originem traxiſſe, videtur à ſcriptoribus antiquis adulatoriè magis quàm verè ſcriptum. Et cur Meſſala proximus temporibus Julii non explicuit paulò clarius, quomodo, & quibus gradibus Julia familia ex poſteris Æneæ orta ſit, ſicuti explicuit gradus ab Ænea uſque ad Numitorem ? Id quod erat laboris ſcopus, origo nempè Julii & Auguſti ab Ænea, debebat præ aliis explicatè deſignari ; quod cùm non fecerit Meſſala, tacitè inſinuavit ſe Principum favori ſcribere, qui ſæpè aliena à veritate, vera videri volunt : aut certè eo tempore de nexu inter Julios & Æneadas nihil certi conſtitiſſe.

III. Etiamſi verò Julius Cæſar abſque omni controverſia ex Æneæ poſteris natus fuiſſet, adhuc tamen probatione indigeret, quod Juliana familia orta ſit ex Julia. Nam argumentum in præſenti caſu deſumptum à derivatione nominis frivolum eſt, & nimium probat: quia tali ratione licebit aſſerere omnes Julios, Julias, Julianos, Julianas fuiſſe de eadem ſtirpe Julii Cæſaris; cùm tamen de plurimis conſtet ne remotè quidem Cæſaris familiam attigiſſe. Julia Trajani Imperatoris (quem Hiſpanum fuiſſe tradunt Authores) ex Marciana ſorore neptis, nihil de Cæſaris ſanguine participavit. T. Julius Candidus, & A. Julius Quadratus fuerunt Conſules Anno V. C. 858. ambo Julii, ſed an fuerint ex familia Cæſaris nullus Authorum prodidit. Similiter C. Julius Africanus Anno V. C. 865. Q. Julius Balbus Anno 883. C. Julius Servilius Anno 887. & plures alii deinceps Conſulatus honore aucti, vel ignotæ originis vel prorſus à Cæſare diverſæ fuerunt. Par eſt ratio de Julianis. Didium Julianum Imperatorem, cujus avus Jureconſultum egit Mediolani, nemo hactenus à Julii Cæſaris familia ortum aſſeruit: Julianum Apoſtatam multò minus, utpotè qui majores ſuos è Britannia repetebat. Inſpiciatur Baronii Martyrologium; quot ibi Julii, Juliæ, Juliani, & Julianæ, alii in Africa, alii in Græcia, in Ægypto, in Illyrico, & alibi vitæ ſanctitate clari obierunt, quos omnes in unam Juliam & Julianam familiam cogere nemo ſapiens audebit. Et quis dicet Maximinum Imperatorem fuiſſe ex poſteris Iulii Cæſaris, quia dictus eſt C. Iulius Maximinus, cùm conſtet eum in Thracia obſcuris parentibus natum, Micæa patre Gotho, Abaha matre Alana? Non ſine irriſionis ſpecie refert Tacitus quendam Iulium Sabinum hac nominis affinitate ſeu ſimilitudine, ſe in Iulii Cæſaris ſtirpem conatum intrudere; & facit etiam mentionem alterius Iulii, cui hanc vanitatem non impingit, ac proinde innuit ex ſimilitudine nominum non illicò eandem familiam debere argui. *Miſcuere ſeſe* (verba ſunt Taciti) *Julius Tutor, & Julius Sabinus; hic Trevir, hic Lingon. Tutor ripæ Rheni à Vitellio Præfectus; Sabinus ſuper inſitam vanitatem, falſæ ſtirpis gloriâ incendebatur: proaviam ſuam D. Julio per Gallias bellanti, corpore atque adulterio placuiſſe.* Forſan ejuſmodi Julios plures tam in Gallia quàm Illyrico, & aliis Provinciis, per quas Julius Cæſar bellum geſſit, licuiſſet reperire; uti & Cæſariones ex Cleopatra, qui parùm ad laudem Aniciorum, Julianorum, Juliorum facerent. Tacit. hiſt. lib. 4.

IV. Veteres Scriptores paſſim affirmant in Nerone familiam Cæſarum extinctam. Sext. Aurel. Victor. *Hic finis Cæſarum genti fuit.* Eutropius: *Atque in eo omnis familia Auguſti conſumpta eſt.* Iisdem verbis Author Miſcellæ. Ut proinde nec Julii nec Juliani qui poſt Neronem vixerunt ullo modo ſpectare videantur ad hanc ſtirpem. Sed ſuppoſito quod ſpectarent, nihilominùs Sext. Aurel. in Nerone. Eutrop. in hiſt. Rom.

V. An & quomodo Anicii prodierint ex Julianis id non ſatis probant argumenta adducta. Videamus quid Baronius habeat citato loco pro hac opinione ad annum Chriſti 322. meminit Iuliani Conſulis, eique præfigit prænomen Anicii, cum Caſſiodorus, Cuſpinianus, aliique Hiſtorici ſimpliciter appellent Iulianum, aitque eum cum Probino Collega Chriſtianum fuiſſe, & de eo putat ceciniſſe Prudentium:

*Fertur*

Prudent. lib. 1. adv. Symmach.

*Fertur enim ante alios generoſus Anicius Urbis*
*Illuſtraſſe caput, ſic ſe Roma inclyta jactat.*

Addit deinde Aniciam familiam fuiſſe celebrem, & de ea ſæpius ſe facere mentionem in ſuis Annalibus. Id quod re ipſa præſtat; nuſpiam tamen (quod ego invcniam) aſſerit Anicios ex Julianis, Julianos ex Juliis oriundos. Alter locus ejusdem Baronii ex Martyrologii Notis ad 7. Febr. tàm non favet probationi hujus opinionis, ut eam potius impugnet; exhibeamus: *Julianam viduam laudibus cumulat S. Ambroſius in exhort. ad Virg. ſed illa (ut apparet) Florentiæ nobiliſſima fœmina claruit, quæ erexit illic illuſtrem Baſilicam, quam S. Ambroſius dedicavit, locupletavitque ſacris Reliquiis, &c. Floruit iisdem temporibus Juliana Romana clariſſima fœmina, filia S. Probæ, & mater S. Demetriadis ex illuſtri Aniciorum familia, ipſaque non minus SS. Patrum præconio commendata. Laudat eam S. Hieronymus ſcribens ad Demetriadem. Innocentius Roman. Pontifex ad eandem. S. Auguſtinus, ac denique S. Joannes Chryſoſtomus ſcribens ad eamipſam, qua Legatos à ſe Romam ad Innocentium Papam miſſos commendat. Dicta eſt hæc Tyrannia Anicia Juliana, uxor Q. Clodii Hermogeniani Olybrij V. C. ut produnt antiquæ Inſcriptiones marmoribus inciſæ, &c. Ejusdem familiæ & nominis claruit Conſtantinopoli Juliana inſigni pietate mulier temporibus Juſtini Imperatoris Senioris, cujus habemus MS. Epiſtolam ad Hormisdam Rom. Pontificem,* &c.

Baron. Not. ad Martyrol.

S. Hieron. Ep. 8. Innoc. Pa. Ep. 13. S. Aug. Ep. 43. & 197. S. Joan. Chryſoſt. Ep. 169.

Hactenus Baronius, ex quibus apparet Julianum nomen commune fuiſſe diverſis familiis. Nam Julianam Florentinam non facit Baronius ejusdem ſanguinis cum Iuliana Romana, ſicut Conſtantinopolitanam. Et licet fuerint inter Anicios plures Iuliani & Iulianæ, non tamen ſequitur quod Anicia familia ab alia Iuliana ortum traxerit: neque id affirmat Baronius, neque alii antiquiores.

VI. Id quod adducitur ex privilegiis Imperialibus, nihil probat, quia non adducuntur verba formalia, nec certum eſt an ſint Privilegia vera & indubitata. Deinde innititur argumentum malo ſuppoſito. Supponunt enim Authores hujus opinionis, quod omnes illi quibus additur prædicatum Anicius, ſint de vetuſta Aniciorum Romanorum familia, quod ante omnia eſſet probandum. Si Iuſtinianus appellatus eſt Anicius, id obtinuit à victoriis contra hoſtes; quia ſignificat Invictum, quo prædicato adhuc hodie inſignimus Imperatores, tametſi diverſiſſimam familiam reſpiciant ab Aniciis Romanis. Sic multi appellati ſunt Alemannici, Gothici, Wandalici, Africani, tametſi non fuerint ex tali natione vel familia. Auguſtos etiam appellamus Germanos Imperatores, non quod cenſeamus genitos ex Octaviani Auguſti proſapia, ſed quod augere & promovere debeant, aut velint illius imitatione Romanum Imperium. Sed cur non ipſe Iuſtinianus Imperator in Epiſtola citata ſuo nomini præfixit Anicius, ſi agnoſcebat ſe de ſtirpe Anicia generatum? non ſanè alia de cauſa, quam quod prædicatum illud ceu adulatorium & adjectivum aſpernaretur. Qua in re eum ſe exhibuit, quem noſtro ævo Imperatores. Hi enim licet à ſubditis ſalutentur *Pii, Juſti, Felices*, ipſi tamen in Diplomatis ab ejuſmodi epithetis modeſtè abſtinent.

VII. Ma-

VII. Manifeſtum etiam eſt ex authoribus probæ notæ Juſtinum I. Imperatorem ortum ex Thracia, ibidemque porcarium aliquando egiſſe, quo tempore Anicia familia Romæ & alibi opibus, honoribus, ac potentiâ claruit, ut proinde præſumi non poſſit ipſum de ſtirpe procreatum Anicia. Quod autem inſinuatur de ſplendore familiæ Aniciæ, non probat ex ea ortos Habſpurgicos, quia plures aliæ familiæ habuerunt illuſtres in omni ſtatu perſonas, neque tamen illæ originem dederunt Habſpurgicis.

## §. IV.

## *Reſponſiones Adverſariorum ad præmiſſas Impugnationes.*

ORdine eodem quo impugnavimus, videamus etiam Reſponſiones partis adverſæ. Ad 1. ajunt: quæ veteres de Diis Deabusque ſuis commenti ſunt, involucra cenſeri debent veritatum, & prudens judicium facilè ſecernit verum à falſo, cùm ſimilia legit. Atlas fabuloſus non eſt, multa licet de eo fingantur. Æneas fabuloſus non eſt, quamvis Virgilius de eo multa Poëticè finxerit. Rheam ex Marte concepiſſe geminos Romulum & Remum ſcripſere nonnulli; ſub fabula veritas occultatur, quam diſertè prodit Sext. Aurelius: *Atverò M. Octavius & Licinius Macer tradunt Amulium patruum Rheæ Sacerdotis, amore ejus captum, nubilo cœlo, obſcuroque aëre cum primum illuceſcere cœpiſſet, in uſum ſacrorum aquam petenti inſidiatum, in luco Martis compreſſiſſe eam.* Non ergo Mars fictus Deus, ſed in lueo Martis Amulius pater fuit Romuli & Remi: Idem judicium eſt de aliis. Aurel. Vict. de Orig. gent. Rom.

II. Ad 2. Fatendum eſt majores Julii Cæſaris ex Æneadum ſtirpe non poſſe per ſuos gradus infallibiliter diſponi, credendum tamen eſt Authoribus, qui non multò poſt Cæſarem ſcripſerunt, & eum ex Æneæ poſteris ortum teſtati ſunt. Sic præter ſupra citatum Meſſalam etiam Suetonius inducens Cæſarem pro roſtris perorantem: *Amitæ meæ Juliæ maternum genus ab Regibus ortum, paternum cum Diis immortalibus conjunctum eſt. Nam ab Anco Martio ſunt Martii Reges, quo nomine fuit mater, à Venere Julii, cujus gentis familia eſt noſtra.* Et hinc Julius Cæſar nummos cudebat, præferentes ex una parte imaginem Æneæ patrem Anchiſem in humeros ſublatum incendio Trojano ſubducentis, innuens ſe ab Ænea & Anchiſe deſcendere. Suetón. in Jul.

III. Ad 3. tametſi non omnes Julii & Juliæ ſpectent ad familiam Juliam, neque omnes Juliani ad Julianam, negari tamen non poteſt plurimos in ea utraque familia talibus nominibus appellatos, & diverſam ab aliis familiam conſtituiſſe, quod ſolum prætenditur, & ex Inſcriptionibus antiquis probatur.

IV. Ad 4. Verum eſt quod plures egregii Authores annotaverint in Nerone ſtirpem Cæſarum deſiiſſe: cum autem non deſint alii fide digni, ex quibus contrarium elici poſſit, illi benignè interpretandi ſunt. Antonius de Guevarra Chroniſta Caroli V. Imperatoris in vita Pertinacis Imp. facit mentio-

mentionem Glabrionis cujusdam Romani, quem ait fuiſſe naturâ benignum & ſanguinem traxiſſe ab Ænea Trojano. Vixit hic Glabrio Anno Chriſti 149. poſt Neronem 137. annis. Ex quo apparet Æneadum ſtirpem non omninò eradicatam in Nerone. Sed ad propoſitum accommodatiùs eſt quod S. Hieronymus ſcribit de S. Paulæ marito in Epiſtola ad Euſtochium: *Tali igitur ſtirpe generata, juncta eſt Paula viro Toxotio, qui Æneæ & Juliorum altiſſimum ſanguinem trahit: unde etiam filia ejus Chriſti Virgo Julia nuncupatur; & ipſe Julius à magno demiſſum nomen Julo.* Porrò Toxotiùs jam dictus vixit poſt Neronem 350. annis. Quomodo igitur cum Nerone omnis Juliorum familia ſepulta fuiſſet? Duas vias oſtendit Lequilæus interpretandi Authores id affirmantes. Nempe quod vel deſierit Julia familia in Nerone ſecundùm accidens, id eſt Imperialem dignitatem, non ſecundùm ſubſtantiam, id eſt ſtemmatis propagationem: vel certè quod in Nerone deſierit familia Julia quoad lineam rectam, non autem collateralem.

S. Hieron. Epiſt. ad Euſtoch.

Lequil. in Ferdin. Carolo fol. 132.

V. Ad 5. conſtare ajunt ex dictis, & ex nominibus Aniciorum, quorum plures Julii & Juliæ; & licet non ſit hoc infallibilis veritas, eſt tamen conjectura valdè probabilis. In rebus autem obſcuris & reconditis, ubi non ſuppetunt argumenta evidentia, locum habere ſolent conjecturæ.

VI. Ad 6. diſtinguenda ſunt prædicata, quæ ob egregia facinora ſubditi ſolent tribuere Principibus, & prænomina, quæ ſtirpem declarant. Nam prænomina anteponuntur propriis nominibus, prædicata poſtponuntur. Quia igitur Juſtinianus Imperator dictus eſt:

Paul. Diac. Miſcell. lib. 18.

*Flavius Anicius Juſtinianus, Alemannicus, Gothicus, Alanicus, Wandalicus, Africanus*, &c.

facilè apparet quæ ſint prænomina ſtirpem deſignantia, & quæ prædicata virtutis heroicæ. Sed unde niſi ex ejuſmodi antiquis Inſcriptionibus Genealogias inveſtigamus, & inquirimus? Paucorum Imperatorum veterum & Regum Geneſes diſtinctè ab Hiſtoricis conſignatas habemus, cœteras collegerunt viri induſtrii ex nummis, marmoribus, diplomatis & variis Inſcriptionibus, nominaque ſimilia ſimilibus ſociata adhibitis conjecturis.

VII. Ad 7. Reperitur etiam Juſtinus Imperator apud Authores cum prænomine Anicius, cujus appellationis cauſa ſubeſſe debet, haud dubiè generis. Licet verò aliquamdiù latuerit (paupertas enim nobilitatem non abolet) & ſcribatur natus obſcuris parentibus, evectus tamen ad Imperium inquiſierit in ſuos majores, & deprehenderit ſe ortum ex ſtirpe Anicia, quæ quam latè diffuſa fuerit, pluribus exequitur Joannes Seifridus, qui conſuli poteſt. Quod ſi fortè aliqua difficultas foret in connexione familiæ Juliæ cum Juliana, & Julianæ cum Aniciis, ſatis tamen id eſſet, quod ex multis Authoribus oſtendi poſſit Anicios ex Æneadum ſtirpe progeneratos: atque adeò hæc opinio in ſuo vigore conſiſteret.

Joan. Seifrid. Arb. Anic. lib. 3.

( o )

## §. V.

## Cenſura præmiſſarum Reſponſionum.

NIhil efficiunt adverſarii, quidquid contradicant, quia rurſum replicamus. *Primum* diſcutiant Philologi, plus ne fabularum an veritatis contineat Atlantis ad Æneam proſapia. Demus verò ita ſe rem habere, uti Dares Phrygius aſſeruit, ubi ait: *Origo Trojanorum Dardanus fuit, qui ex Jove & Electra filia Atlantis natus ab Italia ex reſponſo locum commutans per Thraciam Samon delatus, quam Samothraciam nominavit, & hinc ad Phrygiam devenit, quam Dardaniam à ſuo nomine appellavit. Ex hoc natus eſt Erichtonius, qui in iſtis locis regnavit. Ex Erichtonio Tros, qui juſtitiâ & pietate laudabilis fuit, isque ut memoriam ſui nominis æternam faceret, Trojam appellari juſſit. Qui duos filios habuit Ilum Aſſaracumque. Hic Ilus qui natu major regnavit, atque Trojam de ſuo nomine Ilium dixit. Aſſaracus à primatu receſſit. Illi Laomedon fuit filius: ex Laomedonte Priamus natus eſt. Aſſaracus Capyn filium genuit, ex quo Anchiſes editus eſt, qui Æneam filium procreavit.* Demus inquam hæc omnia vera eſſe, unde reliqua ſufficienter probabuntur? Dares Phryg. ap. Seifrid. lib. 2. fin.

II. *Secundum* eſt, videlicet quod ab Ænea Julius Cæſar deſcenderit legitima ſerie. Omni ætate, Julii præſertim Cæſaris, & ſucceſſorum, Principum animi quadam clari nominis, & alti generis ambitione laborarunt: aut ſi illi vitio liberi; ſubditorum tamen ſtudia adulatione inficiebantur. Sueton. in Veſpaſiano: *Conantes quosdam originem Flavii generis ad conditores Reatinos, comitemque Herculis (cujus monumentum extat via ſalaria) referre, irriſit ultrò*: memor haud dubiè quod eſſet *gens Flavia* eodem Suetonio teſte, *obſcura & ſine ullis majorum imaginibus*, &c. Eam maluit Veſpaſianus illuſtrem reddere, quam à progenitoribus accipere. Aliter olim Regilianus, qui Grammaticali ludo regnum promeruit; cùm enim ſcholaſticus quidam cœpiſſet declinare: *Rex, Regis, Regi, Regilianus*; milites acclamarunt; *Ergo poteſt Rex eſſe.* Item alius: *Ergo poteſt nos regere.* Item alius: *Deus tibi Regis nomen impoſuit.* Quibus dictis cùm alia die manè proceſſiſſet: *Imperator eſt ſalutatus.* Haud abſimili ratione Julius Cæſar genus ſuum derivabat ab Julo Æneæ filio, & inde à Venere *non alio argumento, quam quod Julo penè cognominis eſſet.* Demus iterum verum eſſe quod Julia gens ab Julo & Ænea deſcenderit. Seton. in Veſpaſ. Pollio in 30. Tyrannis. Chifflet. in Append.

III. *Tertium* unde probatur, quod ex Julia familia Juliani aliter ortum habeant quam à Rege Regilianus? Non ſufficit derivatio & ſimilitudo nominis. Hæc legitimis authorum & monimentorum veterum teſtimoniis conficienda ſunt: alioquin hac ratione plurimas hodie familias, quæ non pridem è tenebris emerſerunt, per affinitates nominum cum antiquiſſimis, & ipſis quoque Romanis confundemus: quod quidem non veretur nonnemo nuperus ſcriptor facere cum ſtomacho ſapientum.

IV. *Quartum* habet aliquid apparentis roboris, quod mox enervabimus. De Anicio Acilio Glabrione producit antiqua monumenta ex Grutero Seifridus, ait quoque fuiſſe de ſtirpe Æneadum, & penè probat authoritate Herodiani: *Erat enim ille* (Glabrio) *omnium Patritiorum nobiliſſimus, ad Æneam Veneris & Anchiſis filium ſeriem generis referens, idemque iterato Conſul.* Neſcio tamen quomodo poſtea idem Seifridus Glabrionem ſcribat de familia Acilia, quod fuerit plebeja, & poſt Auguſti ætatem inſerta Aniciæ. Quid enim opus fuit eam inſerere ſi prius æquè ac Anicia ab Ænea deducebat originem? Ego verò ex hoc ipſo concluderem, quòd prænomen Anicius à pluribus diverſis familiis aſſumptum fuerit, non ad indicandam familiam, ſed virtutem heroicam: malè proinde tot diverſas ſtirpes & nullum ſanguinis nexum habentes in vnam coarctari à Seifrido & ſequacibus. De Toxotio quod S. Hieronymus ſcribit, mirari ſubit, quod vir doctiſſimus & hiſtoriarum peritus haud dubiè legerit apud Sext. Aurelium, & Eutropium quæ ſupra retulimus, & apud Suetonium: *Progenies Cæſarum in Nerone defecit.* & tamen Toxotium ex Julia ſtirpe ortum aſſerat. Id ſine fundamento aut certa notitia non feciſſet. Putem ego S. Hieronymum cum antiquioribus ſcriptoribus optimè poſſe conciliari, ſi dicatur reſpexiſſe ad communem omnium Romanorum opinionem, quæ longo tempore etiam poſt Neronem viguit, quod omnes Romani jactaverint ſe ab Æneadum ſtirpe ortum habere, uti ſupra ex Strabone retulimus, qui de Cæſare ſcribens ait: *Ilienſibus benè affectum fuiſſe, quia Romanus erat, Romani autem authorem generis Æneam putant.* Sic fortè S. Hieronymus Toxotium dixit ab Æneadum ſtirpe prognatum, *quia Romanus erat.* Quis autem credat omnes Romanos ab vno Ænea Rege Anchiſis filio legitimâ ſerie generationum deſcendiſſe? nullusne alius generandis prolibus aptus in Latium cum Ænea venerit? Abhorret ab hoc prudens judicium. Eo igitur ſenſu *Romani authorem generis Æneam putant*, quia Æneas Troja in Italiam cum claſſe viginti navium profectus adduxit ſecum Trojanos, qui pulſis aut cæſis plerisque antiquioribus Italiæ inquilinis, gentem illam propagarunt, à qua poſtea ferè omnes Romani deſcenderunt, non quod origo naturalis eorum fuerit ſolus Æneas, ſed moralis, quia ſcilicet ipſe adduxit Trojanos à quibus auctæ familiæ ſucceſſu temporis Romam condiderunt & impleverunt. Et in hoc ſenſu nihil mirum poſt Neronem multos adhuc de ſtirpe Æneadum ſuperfuiſſe. In hoc quoque ſenſu puto ſequentibus ſeculis multos etiam extra Romam in Germania & alibi genus ſuum retuliſſe ad Æneam, non quod ab ipſo certa aliqua generationum ſerie deſcenderint, ſed quod à Romanis in communi & confuſo acceptis orti ſint. Cum enim Romani poſt conditum Imperium omnes ferè Provincias implerint, multis annis in eis vixerint, reliquerunt ibi propagines ſuas, quæ demum pulſis Romanis factæ indigenæ reſpiciendo majores, prout quæque altius ad honores provecta eſt, hoc ſibi magis blandiri cœpit de Romana origine, & planè ad ipſum Æneam genus ſuum referre, quia *Romani authorem generis Æneam putant.* Neque aliud credo authoribus nonnullis in mentem veniſſe, qui originem Habſpurgicam inquirentes à Romanis ortos aſſeruerunt, qui ſcilicet florente

Seifrid. lib. 2. cap. 8.

Suet. in Galba. cap. 1.

rente Romano Imperio, Franciam, Helvetiam, & alias regiones coluerunt. Explicatio verò illa quam Lequilæus adducit de Julia familia in Nerone extincta, prorsus nihil ad rhombum facit. Clarè enim Suetonius ait: *Progenies Cæsarum in Nerone defecit*, nec potest vox *progenies* trahi ad *dignitatem*. Deinde nec dici potest defeciſſe in recta linea, continuaſſe in collaterali, quia recta linea in ipso Julio Cæsare defecerat, & in Nerone alia deficere non potuit quam collateralis.

V. *Quintum*, conjectura est, sed valdè debilis, & grallis subnixa, quam nisi Lequile, & alii Symmystæ melius substruant, ruit tota opinio.

VI. *Sextum* rectè observatum de prædicatis & prænominibus, sed cur Justinianus in suo diplomate vel Epistola supra relata (quam tamen multi suppositiam censent) postponit nomen Æneida si est nomen gentis? *Imperator Cæsar Flavius Justinianus Æneida*. Deinde si Justinianus fuit Anicius, cur adhibet prænomen alterius diversæ familiæ *Flavius*? quid commune Flaviis cum Aniciis? Vero simile est à Justiniano assumptum nomen modo Flavii modo Æneidæ tanquam à prædecessoribus Imperatoribus illustre redditum, eo modo quo omnes ab Augusto Imperatore appellantur Cæsares & Augusti, qui Romana sceptra moderantur. Cæterùm Flaviorum prænomen usurparunt etiam Reges Langobardorum in Italia, quorum primus fuit Autharis cui nupta Theodolinda Ducissa Bavariæ *constituit ut Reges Flavii nomine, antiquo Imperatorum exemplo appellarentur*. Ut ait Henninges: et Gothorum Reges in Hispania idem prænomen usurparunt Fl. Reccaredus. Fl. Livua, Fl. Gundemarus, Fl. Sisebuthus & alii: non quod Flaviam gentem sanguine contingerent, ut suspicatur Chiffletius, sed quod illis honorificum videretur. Neque enim potest ostendi illa cum Flaviis antiquis cognatio. Ex quo consequenter deduco prænomen Anicius à Justino & aliis usurpatum non esse desumptum à genere, sed ex æmulatione priorum Imperatorum, vel affectatione illustrioris nomenclaturæ. Et frustra est Seifridus, qui stemma Justini vult nobilitare, quod veteres plebeium professi sunt: vtpote qui è subulco bubulcus, è bubulco faber lignarius, deinde miles, è milite Tribunus, hinc Comes, & tandem Imperator factus *ut in omni genere hominum virtus esset honorata*, ut loquitur Tursellinus. Sed & affinis ejus Justinianus, Justiniani Imperatoris pater, fuit *pastor porcorum in Bedyrina Illyriæ civitate*. Unde ergo tam nobilium familiarum tituli & Prænomina? nisi quia *citerior autiquitas priscæ non cessit adulationi, quippe quæ stirpem Caroli Magni* (dicamus Justini & Justiniani) *ab ipsis quoque magnæ Troiæ cineribus eruendam esse duxerit, eodem quo Romanorum primo Cæsari veteres blandiebantur fundamento*, ait Chiffletius.

Henn. P. 1. Germ. fol. 177.

Chifflet. in Lum. prærogat. lum. 7.

Evagr. Nicephor. Turſellin. Epit.

Cuspin. in Cæs.

Chifflet. in Vindic. Hisp.

VII. Cæterùm cum hæc opinio Quinta non sistat in iis quæ ab Atlante vsque ad Anicios producuntur, sed vlterius progrediatur ad Frangepanios & Pierleonios, eosque primum Aniciis, postmodum Habspurgicis connectere moliatur, seperatim erit quæstio discutienda. *Hic Rhodus hic saltus*, hic punctus est difficultatis. Dabo ultrò Æneadas cum Juliis, Julios cum Julianis, Julianos cum Aniciis: imò etiam Anicios cum Frangepanibus & Perleonibus

connexos, continua ſibi ſerie ſucceſſiſſe, tametſi (vt hactenus oſtenſum) multas habeat difficultates opinio; atverò vt credam ex Perleonibus fluxiſſe Habſpurgicos & hodiernos Auſtriacos, aliis argumentis ſuffultus deberet prodire ſive Seifridus, ſive Lequilæus, ſive quiſcunque alius Pierleoniſta, quibus mox bellum indico.

# CAPUT VI.

## *Sexta Opinio de Origine Auguſtæ Domus Habſpurgo-Auſtriacæ.*

Habſpurgicos derivari à Pierleonibus ſeu Petris Leonibus Romanis.

LIcet hæc ſexta opinio eadem ſit cum ſuperiore, cujus eſt continuatio & complementum. Quia tamen non omnes Pierleoniſtæ (ſic vocamus Authores hujus opinionis) ab Atlante vel Ænea Geneſim Habſpurgicam ordiuntur: & aliunde in hoc nexu Pierleonum cum Habſpurgicis peculiares & potiſſimæ ſunt difficultates, placuit materiam ſubdividere, & hoc loco ſpeciatim inquirere an verum ſit quod Habſpurgici & hodierni Auſtriæ Archiduces à Perleonibus vel Frangepaniis (eadem quippe ſtirps eſt) originem ſuam trahant.

### §. I.

### *Explicatur Sexta Opinio.*

EXplicandæ huic opinioni pro fundamento primo ſupponitur, quod Habſpurgici Comites originem habuerint à Romanis, quia ſic ſenſerunt antiquiores Authores qui primi ſub Rudolpho I. Imperatore cœperunt inquirere in hanc originem: ſolùm diſceptatio manet à quibus Romanis & à qua familia determinatè. Qua in re cùm aliqui ad Scipiones, alii ad Fabios reſpexerint, demum veritatem aſſecuti videntur, qui ab Aniciis Perleonibus ſeu Frangepanibus ortam ſentiunt Habſpurgicam domum. Quia verò non eſt ſatis aliquid aſſerere, ſed aſſerta probare, & argumentis ſolidis roborare, præfigunt ſibi authores iſti certam regulam inveſtigandi Genealogias. Unde Seifridus in hæc verba decernit: *Ea duntaxat firmiſſima probatiſſimaque Genealogiæ texendæ ratio erit, quæ certâ hiſtoriæ fide ſubnititur: fides verò vel in majorum traditione, vel in antiquitatis & literarum monumentis ſita eſt. Sicut autem fides hiſtorica plurimum ipsâ vetuſtate ſtabilitur, adeò ut ſit maxima, ſi rem ipſam quam tradit ætate adæquet, magis verò magisque infirma cenſeatur, quo ab illius rei memoria pluribus temporum intervallis eſt remota: ita etiam omnis de Genealogicis rebus controverſia maximè antiquiſſimorum adſtipulatione teſtium definitur.* Hoc poſito ulterius Pierleoniſtæ.

Seifrid. lib. 1. c. 5. f. 23. Lequil. To. 1. de reb. Auſtr. fol. 111.

II. *Aſſerunt* 1. Concitatam olim fuiſſe Romæ magnam ſeditionem inter Cives & Nobiles, eâque occaſione Frangepanios & Perleonios urbe pulſos in Germaniam abiiſſe, & in Helvetia conſediſſe, ibique condito caſtro Aven-

Alb. Argent. in Chron.

diſpurg

diſpurg quod primo nominatum à monte Aventino, in quo Romæ habitaverant, poſtea corruptè dictum Habiſpurg & Habſpurg, vel ut alii volunt empto caſtro vel per hæreditatem acquiſito, unus eorum uxorem duxerit poſtremam ſtirpis Habſpurgicæ. Henric. Gundelf. in Epitom. Volaterran. Seifridus. Lequile &c.

III. *Aſſerunt* 2. Ante adventum Perleonum in Helvetiam floruiſſe dudum Comites Habſpurgi, ſed extinctâ virili proſapiâ hæreditatem adiiſſe Leonem Maximum Petrum Leonem Romanum, à quo deinceps reliqui Comites Habſpurgici recta ſerie vſque ad hodiernos deſcenderint. Variant tamen Pierleoniſtæ in hac narratione, dum alii non Leonem Maximum, ſed ejus filium Albertum poſtremi Comitis Habſpurgici filiæ nupſiſſe volunt, vt infra videbimus.

IV. *Aſſerunt* 3. Non conſtare quidem, quo anno Perleones Româ diſceſſerint; poſſe tamen veroſimiliter ex hiſtoriis colligi, quando fuerint majores tumultus, & turbationes Romæ, vel inter populum & nobilitatem, vel inter Romanos & Pontificem, vel inter Pontifices & Imperatores Romanos ante quatuor ſecula. Atque adeò fatentur Perleoniſtæ non niſi per conjecturam haberi poſſe, quo tempore Perleones in Helvetia conſederint. Hæc eſt ſubſtantia opinionis, quoad circumſtantias verò, loci, temporis, perſonarum, cauſæ exilii, & plures alias mirè variant Pierleoniſtæ, ut nullus alteri conſentiat; nec poſſit certum quid ex plurium mente proponi, niſi ſingulorum ſententia in particulari, quod infra præſtabimus, cum de Authoribus hujus opinionis agemus. Interim prototypum Geneſeos hoc modo deſignat Seifridus. Seifrid. lib. 1. fol. 31.

1. Flavius Anicius Leo Celphus Olybrius.
2. Anicius Petrus Leo.
3. Magnus Flavius Anicius Petrus Leo Gordianus.
4. Flavius Anicius Frangipanis Petrus Leo.
5. Stephanus Anicius Frangipanis Petrus Leo.
6. Maximus Petrus Leo Frangipanis, Anicius Tertullus Gordianus.
7. Leo Petrus Leo Anicius frater Maximæ Aniciæ L. Statii Diodori Frangipanis uxoris.
8. Maximus Petrus Leo.
9. Stephanus Petrus Leo.
10. Leo Petrus Leo.
11. Petrus Leonis Petrus Leo.
12. Leo Maximus Petrus Leo, qui filios in Germaniam miſit, & obiit Anno 1162.
13. Albertus Dives filius Leonis Maximi Comes Habſpurgi per uxorem. Ejus frater Rudolphus factus Epiſcopus Argentinenſis.
14. Rudolphus Taciturnus Comes Habſpurgicus.
15. Albertus Sapiens Comes Habſpurgicus.
16. Rudolphus I. Imperator Habſpurgicus.

Hanc ſeriem Genealogicam magno niſu probare & deducere conatus eſt Joannes Seifridus: quid alii ſentiant infra dicemus. Interim probationes non ex Seifrido ſolum, ſed & aliis colligemus, & quidquid in favorem & ſubſidium hujus opinionis fecerit candidè adducemus.

## §. II.

## *Sextæ Opinionis Fundamentum Primum Authoritas.*

BRevitatem hoc capite ſectari non poſſumus, quia paucis expediri non poteſt opinio, quam ſatis multi aſſeruerunt. Ut clarius procedamus, libet diſtinguere Authores, qui pro ſexta hac Pierleoniſtarum opinione allegantur in tres Claſſes, & ſingulis, quantum hactenus deprehendere fas fuit, ætatem ſeu annum quo vixerunt adjungere.

### *Prima Claſsis Germanorum.*

Seifrid. lib. 1. fol. 23.

1. Agmen ducit *Ulricus Krieg* Nobilis Tigurinus coætaneus & conterraneus Rudolphi I. Imperatoris, imò etiam ejus bellorum Comes Anno 1268. teſte Joanne Stumpfio.

Lequil. Laz. Leq. Laz.

2. *Joannes Ennenckel* Eques Auſtriacus qui vixit circa annum 1300.

3. *Wichardus Baro de Polhaim* Decanus Salisburgenſis Anno 1308. deinde Archiepiſcopus Anno 1312.

Lequil. de reb. Auſt. To. 1. f. 144. Laz. comment. Gen. Lib. 1. Seifrid. cit. f. 24.

4. *Ottocarus ub Horneck* Styriæ regulus allegatus à Lazio apud Lequilæum. circa Annum 1320. Ejus familiæ poſtremus vixit Anno 1400.

5. *Albertus Argentinenſis* floruit circa Annum 1370. & ſcripſit Chronicon à temporibus Rudolphi I. Imperatoris uſque ad annum 1378. ut annotavit Zeillerus.

6. *Ulricus de Klingenberg* vixit ſecundum Stumpffium Anno 1388. cujus etiam meminerunt Seifridus, Lequilæus, Guillimannus.

Zeiller. in Judic. de hiſtor. Seifrid. cit. f. 25. Guillim. lib. 1. f. 7. Lambec. Biblioth. Cæſ. lib. 2. f. 467.

7. *Matthæus* quidam citatus à Gundelfingenſi, Lequilæo, Volaterrano &c. incertum quo tempore vixerit. Putat tamen Lambecius circa annum 1395.

8. *Henricus Gundelfingenſis* Curatus Friburgenſis Anno 1476. citatur à Lequile, Seifrido, Lambecio & aliis, quem Lambecius primus impreſſit.

9. *Henricus Conſtantienſis* citatur à Lequile, Volaterrano & aliis & eſt idem cum ſuperiore.

10. *Hermannus de Solgauu* citatus à Volaterrano, Lequile, & aliis & eſt Hermannus Contractus, floruit Anno 1040.

11. *Joannes Nauclerus* Rector Academiæ Tubingenſis Anno 1487. ſcripſit Chronicon ab initio mundi uſque ad annum Chriſti 1500.

Leq. in Paneg. fol. 198.

12. *Jacobus Wimpfelengius* Seletſtadienſis Presbyter Eccleſiæ Spirenſis in Epitome Imperatorum & rerum in Germania geſtarum, floruit Anno 1494. Ex hoc authore Lequilæus duos fecit, cùm dicat: *Il Seleſtadienſe nel libro ſecondo: Giacomo Wimpelengio in Epitome.*

13. *Wolfgangus* quidam *Sileſius*, allegatur à Lequilæo, ſed quando ſcripſerit, & quid incertum.

Anon lib. 4. hiſt. Guillim. f. 5. lib. 1. Guillim. cit. fol. 8. Bucel. To. 1. Germ.

14. *Anonymus* Author Hiſtoriæ de Bavaria & Suevia lib. 4. hiſtoriæ apud Lequilæum citatum, & Guillimannum.

15. *Felix Hemmerlin*, ſcripſit libellum de nobilitate, allegatur à Guillimanno, & Lequilæo. fuit Canonicus Thuricenſis.

16. *Joſephus Grüenbeck* Mathematicus Viennenſis, in oratione funebri Friderici III. Imperatoris Anno 1493. allegatus à Seifrido.

Seifrid. cit. Stumpf. lib. 7. c. 12. annal. Helvet.

17. *Joannes Stumphius*, in Annalibus Helvetiorum lib. 7. cap. 12. allegatur à Lambecio. floruit ſuperiore ſeculo.

18. *Udalricus de Braiten-Landenberg* allegatur à Bucelino.

19. *Joannes Seifridus* Abbas Claræ vallenſis ſeu Zuetthallenſis in Auſtria Anno 1612. edidit Arborem Aniciam.

20. *Sebaſtianus Tengnagl* U. J. D. Cæſareus Bibliothecarius, in approbatione Arboris Aniciæ Seifridi Anno 1612.

21. *Petrus*

21. *Petrus Schvvendlerus* Præpoſitus Interlacenſis allegatus à Bucelino, in Genealogica Germaniæ notitia, cum pluribus aliis. Bucelin. Germ. Sacroproph. To. 1. Geneal. f. 22.

22. *Fridericus Brombachius* recens author, cujus fragmen profert Bucelinus.

23. *Petrus Lambecius* Bibliothecarius Cæſareus, qui Anno 1669. edidit librum ſecundum Cæſareæ Bibliothecæ, cui inſeruit Epitomen Henrici Gundelfingenſis, eique ſuppetias tulit, quatenus cenſuit dignum cujus aliqua pars imprimeretur. Lambec. lib. 2. Bibl. fol. 476.

24. *Tobias Eckhardt* Ord. Minimo: S. Franciſci de Paula Anno 1676. Viennæ Auſtriæ Concionem habuit de S. Joſepho, in qua Auſtriacos ab Aniciis & Perleoniis originem traxiſſe aſſeruit. Eckhardt in Concion. de S. Joſepho.

25. Allegatur etiam *Jordanus Oſnabruggenſis*, ſed quis nam ſit iſte Jordanus controvertitur, ut infra dicam, citant eum Volaterranus, Seifridus, Bucelinus, Lequile pro hac opinione, alius ab alio ſeductus.

26. Allegatur præterea *Otto Friſingenſis* Epiſcopus, quem Lequile vocat Ottonem de Feringen Epiſcopum Friſingenſem, ſed confundit iterùm duos, Hermannum de Veringen, vulgo dictum Contractum, & Ottonem Auſtriacum Epiſcopum Friſingenſem, quos à ſe allegatos diſtinxit Henricus de Gundelfingen. Quo iure autem pro hac opinione adducatur Otto Friſingenſis, vel etiam Jordanus aut potiùs Jornandes Gothus, quorum hic circa Annum Chriſti 500. vixit, ille Anno 1159. obiit, dicemus ſuo loco.

## *Secunda Claſſis Italorum.*

1. *Raphaël Volaterranus* ſcripſit circa Annum 1500. Anthropologiam, in qua attingit majores Maximiliani I. Imperatoris, allegando pro ſe aliquot antiquiores. Volaterr. Anthropolog. lib. 23.

2. *Hieronymus Rubeus* ſcripſit Hiſtoriam Ravennatem circa Annum 1536. Rub. ap. Guillim. lib. 1. Habſp.

3. *Paulus Jovius* Epiſcopus Nucerinus claruit Anno 1550. Caroli V. Cæſaris Hiſtoricus. Jov. in Elog. Maximil.

4. *Onuphrius Panvinus* Ord. Erem. S. Auguſtini, claruit circa Annum 1590. allegatur à Lequile, Seifrido, & aliis. Panuinus ap. Seifrid.

5. *Richardus Rantchinus*, allegatur à Guillimanno & Lequilæo, floruit circa idem tempus. Rantchin. ap. Guillim.

6. *Lucas Contile* in Commentariis ſupra ſymbolum Philippi II. Regis Hiſpaniæ circa Annum 1590. citatur à Lequilæo & Bucelino. Contil. ap. Seifrid. Leq. Bucel. To. 1. Germ. Sacropro.

7. *Cornelius Vitignanus* ſcripſit circa Annum 1598. Genealogiam Auſtriacam, & Originem à Perleonibus deduxit, allegatur paſſim. Vitignan. ap. Lequil.

8. *Hieronymus Bardus* Camaldulenſis, allegatur à Lequile, Arnoldo Wion, & Seifrido, qui non prodiit ſed MS. aſſervatur, ut puto Florentiæ, quia fuit Florentinus, uti Seifridus notavit. Bardus ap. Seifrid. & cœteri.

9. *Philippus Gothus* Eques Meſſanenſis, Præfat. de Invent. SS. Placidi & Soc. MM. ad Philippum III. Regem. Gothus ap. Seifrid. & Lequil. cit.

10. *M. Anton. Marſilius Columna* Archiepiſcopus Salernitanus lib. de Eccleſiaſticis redditibus, allegatus à Gotho.

11. *Scipio Mazella* in deſcriptione regni Neapolitani, allegatus à Seifrido, & Lequile, qui ferè totum Seifridum exſcripſit aliis verbis, ſed corruptiore phraſi.

12. *Thomas Bozius* Eugubinus allegatur à Guillimanno. floruit Anno 1590.

13. *Alphonſus Ciaconius* ſcripſit Romæ vitas Pontificum circa idem tempus, allegatur à Seifrido. Boz. ap. Guillim. Ciacon. ap. Seifrid.

14. *Conſtantinus Cajetanus* allegatur à Gabriele Bucelino.

15. *Joannes Petrus de Creſcenzi* Romanus Narrat. 27. cap. 8. mihi pag. 731. refert hanc opinionem ex aliorum mente. floruit hoc ſeculo. Joan. Creſcenz. in Coron. Nobilit.

16. *Didacus de Lequile* Franciſcanus, in gemino opere eandem opinionem magnis conatibus propugnat, ſed vix aliquid ſuperaddit Seifrido, prodiit ſecundum opus Oeniponti Anno 1660. an potius Venetiis, quia vtrumque præfert frontiſpicium. Conqueritur author ſe non retuliſſe mercedem ſperatam, ab aulicis perſecutionem paſſum &c. prout demum clam ſubducere ſe debuit. Cauſa latet: an fortè hæc ipſa ſtemmatis Auſtriaci deductio violenta? Lequile. To. 1. de reb. Auſtriac.

## *Tertia Claſsis Gallorum.*

Belleſor. ap. Guillim. & Seifrid.

1. *Franciſcus Belleforeſtius*, ſcripſit Anno 1579. ſed non videtur aliud in favorem hujus opinionis ſcripſiſſe, quam quod aliam opinionem à Francorum vetuſtis Regibus deducentem Habſpurgicos non voluerit approbare.

Roſier. in Stem. Lotharing.

2. *Franciſcus Roſierius* ſcripſit ſtemmata Lotharingiæ, allegatur à Seifrido & Lequile, ſed nec ille pro Perleonibus ſtetit, niſi quantum profeſſus eſt non invenire ſe fundamenta ſufficientia pro Trithemii & Lazii opinione.

Arnold. Wion. in ligno Vitæ.

3. *Arnoldus Wion* Belga Benedictinus, qui potius Germanis accenſendus, ex profeſſo hanc opinionem tractavit, & probare conatus eſt multis argumentis. Vixit ſub finem ſuperioris ſeculi, ſicuti plerique ſuperiores. Alios ex Gallis nec vidi, nec apud alios reperi allegatos.

## §. III.

## *Sextæ Opinionis alterum Fundamentum Membranæ Veteres.*

EX membranis alterum hæc Opinio deſumit fundamentum, ſed infirmum. Producunt primo Seifridus & Lequile fragmentum Inſtrumenti, quod ex Cœnobio Mariſtella nuncupato exſcripſit Joannes Stumphius, & quo probare intendunt Rudolphum Imperatorem Habſpurgicum propriâ confeſſione agnoſcere ſe in Germania plures majores non habuiſſe quàm Albertum patrem, Rudolphum avum, Albertum proavum. Inſtrumenti principium hoc eſt.

Jo. Stumph. lib. 7. Chron. c. 12.

*Comites de Habisburch, videlicet Rudolphus Landgravius Alſatiæ, Rudolphus Canonicus Eccleſiæ Baſileenſis, Gotfridus, & Eberhardus fratres, ejusdem Landgravii patrueles, univerſis, &c. Noverint igitur quos noſſe fuerit opportunum &c. Quidquid juris habemus in prædictis univerſis & ſingulis bonis, & hominibus, tàm nos, quàm bonæ recordationis progenitores noſtri, Comites videlicet Albertus mihi Landgravio pater, nobis tribus fratribus patruus, Rudolphus avus, Albertus proavus, ratione proprietatis vel infeudationis ab imperio uſque in præſentiarum &c. data Anno Domini* 1259. 16. *Cal. Novemb. Indict.* 3. *Alexandro Papa IV. Romanam Eccleſiam gubernante.*

Ex hujus Inſtrumenti modo relato fragmento talem conficere vult probationem Seifridus: *Dum Rudolphus ac patruelis ejus tam curatè genus ſuum repetunt, & non altius quàm à proavo; manifeſtè inſinuaſſe videntur, ſe plures ac vetuſtiores progenitores, qui Comites Habſpurgii fuiſſent &c. in illis partibus non habuiſſe.* quod argumentum quid roboris habeat infra dicemus.

Jo Seifrid. Arb. lib. 1. c. 11.

II. Alterum ex membranis argumentum promit idem Seifridus ex MS. quodam Monaſterii S. Crucis in Auſtria, ex quo etiam Cuſpinianus multa extraxit, & ſuis operibus inſeruit. Narratur illic Legatio Henrici Burggravii Norimbergenſis ad Ottocarum Regem Bohemiæ, qua nomine Imperii Provincias Auſtriacas ab Ottocaro occupatas repetebat. Inter alia referuntur hæc verba Ottocari: *Non decrevimus tam facilè reddere, quæ arcu & gladio noſtro tam ſudoroſè conquiſivimus, vel quæ ad nos conſanguinitatis & affinitatis tramite manaverunt.*

MSS. S. Crucis Monaſt. Ciſterc.

Deinde

Deinde pergit MS. illud narrativè de Ottocaro: *adjiciens, ſe non modicum mirari, quod Proceres Regni, omniſſis potentioribus, tam exilem Comitem ad Regni faſtigium extulerunt.* Adhæc reſpondit Burggravius: *Expedire vobis crederem, ut depoſito elationis faſtu Romano vos Principi ſubderetis, cui neceſſe erit ſpiritum præſumptionis veſtræ retundere, eoquod Imperium contempſiſtis, & ad Conſiſtoria Principum non veniſtis, ſed & oblatum vobis Regnum poſtergaſtis; ſufficientem vos habere gloriam reſpondiſtis. Scitis quod Excelſus poteſtatem habet in Regno hominum, & cui voluerit dabit illud &c. Genus & proavos ſtrepitis? omne genus hominum in terra ſimili ſurgit ab ortu. Cui enim Deus auctor ſpectabilis, nullus degener extat.* Ex his tale conficit argumentum Seifridus: Ottocarus objicit Rudolpho mediocritatem generis, & Burggravius tacitè illam fatetur, cum ait omne hominum genus ſimili ab ortu ſurgere, quod non dixiſſet, ſi Rudolphus cum Ducibus Zaringiæ qui à veteribus Habſpurgicis fluxerant, communem ſanguinem habuiſſet: igitur ipſe Burggravius inſinuat familiam Rudolphi recentiorem fuiſſe, adeóque advenam ex Perleonibus Romanis. Idem etiam aſſerit Lequilæus.

III. Rurſum ex Epiſtolis Rudolphi Imperatoris aliud ſimile argumentum venatur Seifridus, quas ait extare in Monaſterio SS. Crucis Ciſtercienſium. Ait verò hunc ſenſum de ſe ipſo habuiſſe Rudolphum quod ex mediocri genere ortum habuerit. Et quidem in Epiſtola 53. quam fertur ſcripſiſſe Rudolphus ad Abbates Ordinis Ciſtercienſis in Capitulo Generali congregatos, ubi ait: *Attendentes quod manus Altiſſimi, de tam humilis loci tugurio, ad tam celſa tam faſtigioſa palatia nos provexit.* Et in alia Epiſtola, quæ eſt 130. data ad Gregorium Papam X. dicit idem Rudolphus: *O mira paternæ clementia pietatis, quæ non eſt dedignata nobis, à primis noſtræ creationis naſcentibus exordiis compaſſionis exhibere mamillam, ubera lacteis irrorata liquoribus porrigere, reddentia grave pignus amoris! O ineffabilis gratitudo favoris, & ſtupenda dilectionis affectio, quæ nos pridem in regno tenellos, in ulnis educationis delitioſè ſuſcipiens fovit inter puberes & adultos!* Ex his cum Seifrido argumentatur Lequile, quod Rudolphus profiteatur ſe tenellum, & velut infantem: id verò non videtur poſſe intelligi de ætate, quia dum electus eſt Imperator, maturus erat, & pater plurium filiorum: ſed debet intelligi de comparatione cum aliis Principibus, qui pollebant antiqua nobilitate, reſpectu quorum ipſe in Germania novellus erat.

Seifrid. cit. fol. 67.

Idem fol. 61.

IV. Denique adducitur etiam quædam Epiſtola Piſanæ civitatis ad Rudolphum num. 59. Italicè ſcripta, in qua Piſani revocant in memoriam Rudolpho innatam bevolentiam erga Italos, quaſi innuerent ejus progenitores ex Italia oriundos fuiſſe. Sic verò habet Epiſtola:

> *Leges aſſerunt, uſus approbat, antiquitas proteſtatur, quod Romano Principi, ut de cæteris taceam Thuſcorum Regio ſerviat ſub tributo. Hac igitur conſideratione fretus unus pro multis, ſolus pro pluribus vobis loquor &c. Ecce Provincia Thuſciæ, quæ ſui propinquitate ad Romani Imperii piam ſedem tanquam principale membrum ſuo deberet capiti familiarius reſpondere, jacet in numeroſitate ſchiſmatum lacerata bellis &c. Guelfus perſequitur Gibelinum, filii fiunt exules, & in exilium ſede digni*

Seifrid. cit. fol. 69. MS. Monaſt. S. Crucis.

*exilio exulantur. Luget Piſana civitas inimicorum hoſtili gladio Summi Pontificis ac Regii culminis vulnerata. Ad cujus protectionem tanto teneri creditur Regia Celſitudo, & ad repulſionem ejus gravaminis ardentiùs anhelare, quanto à ſuis progenitoribus ipſi Celſitudini* inhæſit - - - - - - Addit de ſuo Seifridus: *Hic lacuna eſt, ſed ex ſequentibus appareret à patriæ avitæ charitate Duci argumentum.* Sequitur in Epiſtola: *puritate fidei firmioris & amplioris eſt ipſa gratiæ privilegio ſublimata. Ad celeritatem igitur adventus altitudo Regia excitetur, imitanda favoribus gentilium non paucorum, & brachiis Apoſtolici numinis amplectenda, ne ob adventus tarditatem nos ulterius irrideant inimici.* Hactenus Epiſtola, cum qua Seifridus argumentum petitum ex membranis antiquis terminat, nec alias producit membranas, ſed digreditur ad alia; conaturque refutare argumenta adverſariorum; quam fundatè verò id præſtet, infra ſuo loco examinabimus. Lequilæus factâ mentione hujus Epiſtolæ vim ponit in illis primis vocibus. *Romano Principi*, quaſi Piſani Rudolphum Romanæ ſtirpis Principem agnoviſſent.

Leq. de reb. Auſtr. To. 1. fol. 146.

## §. IV.

## *Sextæ Opinionis Tertium Fundamentum Conjecturæ & Congruentiæ.*

NUllum non movet lapidem, ſed fruſtra ſe fatigat Lequile, ut veram probet Opinionem Pierleoniſtarum. *Primum argumentum*, quod ſolidiſſimum putat, & frequentius inculcat, deſumit ex conſenſu ſcriptorum qui à temporibus Rudolphi I. Imperatoris uſque ad tempora Maximiliani I. ſcripſerunt, priuſquam inventa fuiſſet opinio deducens Habſpurgicos à Francis Regibus. Unde ſic arguit: Vel enim præfati Authores, & boni Annalium ſcriptores plumbum vendiderunt pro auro ſagaciſſimis Principibus Auſtriacis, vel iſti unum pro altero acceptarunt, & remunerati ſunt. Si primum, illi adulationis; ſi ſecundum hi ambitionis rei aguntur, utrique jacturam faciunt ſuæ authoritatis, cum utrumque hoc alienum eſſe debeat à cautela prudentiæ & boni judicii. Imò ſi hæc duo puncta benè perpendiſſent Authores à Pharamundo & Francis repetentes Originem Habſpurgicam, non tam leviter opinionem Pierleoniſtarum exploſiſſent, ut Stabius, Lazius, Guillimannus, Scioppius &c. quos decebat ex his rationibus induci ad diligentius perſcrutanda antiquitatis monimenta.

Leq. in Paneg. Ferdin. Archid.

II. *Secundum argumentum* deſumitur ex approbatione ipſorummet Auſtriacorum Principum, qui ſe ab Italis ortos gloriati ſunt, & opinionem Pierleoniſtarum laudarunt. *Inter hos principem locum tenet Principum Auſtriacorum parens* (ait Lequile) *qui Arbori Habſpurgiæ Auſtriacæ culmen Imperatorium penè hæreditariò propter hæreditariam pietatem inſeruit, Rudolphus Habſpurgius primus hujus nominis Imperator in ſuis Epiſtolis, ubi ſupra, non ſolum hanc ſententiam approbavit, verùm etiam palàm toti terrarum orbi fecit, melius quam quilibet alius Hiſtoricus, & clarius, qui ex propoſito de ejus origine ſcripſit.* Intelligit verò hic Epiſtolas Rudolphi ſuperiore §. relatas.

Leq. Tom. 1. de reb. Auſtriac. fol. 146.

*Maxi-*

*Maximilianus* I. referente Paulo Jovio aſſeverare ſolebat Auſtriacæ Domus nobilitatem Romani ſanguinis ſtirpem reſpicere, deducto ſtemmate à Perleonum familia.

*Carolus* V. de quo Lucas Contilis tradit, Romæ exiſtens inquiſivit an adhuc aliquæ reliquiæ familiæ Frangepaniæ ſeu Perleoniæ in urbe extarent; ubi illi exhibita eſt ex eadem ſtirpe oriunda ſuperſtes venerabilis valdè perſona.

*Sigismundus Archidux* Tyrolenſium Princeps, ut teſtatur Henricus Gundelfingenſis, ejusdem ſententiæ fuit cum Carolo V.

*Matthias* Imperator approbavit opus Joannis Seifridi de origine Habſpurgica ex Perleonibus, ut loquitur Lequilæus.

*Ferdinando* II. Imperatori idem placuiſſe putat Lequilæus, quia idem Seifridus illi dedicavit Librum III. ſui operis.

*Philippum* III. Regem Catholicum in eandem ſententiam proclivem arbitratur idem Lequile, quia Seifridus illi ſuum Librum II. dedicavit. Imò etiam quia Comiti de Olivares ſpecialiter commendavit Cornelium Vitignanum nobilem Neapolitanum ob conſcriptam Genealogiam Auſtriacam, quam à Perleonibus deduxit.

III. *Tertium argumentum* deſumitur ex rejectione oppoſitæ principalis opinionis (ſic eam appellat Lequile) deducentis Habſpurgicos ex ſanguine Regum Francorum veterum. *Dictu incredibile eſt* (inquit ille) *quantâ hi authores non ſolum diverſitate, ſed etiam inconſtantiâ & varietate, ac crebra tanquam tempeſtatum ſic ſententiarum commutatione uſi ſint in derivando ſanguine Gallicano* (melius diceret Francico) *ad Habſpurgienſium Principum gentem. Nam præterquam quod omnes ſectati diverſos rivulos, alius aliâ inceſſit viâ: Joannes tamen Trithemius præ cæteris magis dubius, & anceps, & tanquam in ſalo hærens, neque ſatis unquam inde ſe expedire prævalens, triplicem effinxit Genealogiæ ordinem, ut ſi non una, ſaltem altera, aut tertia linea rem, ut dicitur, quaſi acu tangeret. Quibus etiam ſcopulorum fluctibus agitatus Lazius*, &c. Eadem ferè objiciunt communi opinioni Guillemannus, Seifridus & alii, indeque conficiunt nullam aliam opinionem probabiliorem eſſe quam Pierleoniſtarum.

Leq. de reb. Auſt. To. 1. Excurſ. 8. fol. 202. verbis Seifridi.

Guill. Habſp. lib. 1. c. 3. Seifrid. lib. 1. cap. 1.

IV. *Quartum argumentum* promunt ex ingenua confeſſione errorum, quos in referendis circumſtantiis loci, temporis, perſonarum commiſerunt aliqui Pierleoniſtæ præſertim Itali, Germaniæ locorum ignari: interim opinionis ſubſtantiæ nihil per hoc detractum putant, quia omnes in eo conveniunt quod Habſpurgicos à Perleonibus derivent. Hinc Lequilæus præfixo titulo: *Removentur quatuor errores in quos lapſi ſunt ſectarii primæ ſententiæ*, id eſt Pierleoniſtarum, adducit poſtea ordine quinque errores, in quos Symmyſtas lapſos excuſat, non ſolos quatuor, ut prius dicebat.

Leq. cit. fol. 111. not. 2.

V. *Quintum argumentum* deſumitur, ex honeſtate & ſplendore Perleonii ſanguinis, ſimul & antiquitate, quibus Perleones longè antecedere cenſentur alias familias. Huic argumento impendit Seifridus totum ſuum librum II. & III. Inſcriptio libri ſecundi ſic habet: *Liber II. In quo Anicianæ proſapiæ planè ſingularibus, & omninò admirabilibus laudibus, prærogativis & ornamentis compendio*

Seifrid. lib. 2. tit.

*pendio deſcriptis radix & antiquitas perveſtigatur.* Sequitur, vt ſolet, fideliter Lequile, & multa verbis ipſius Seifridi congerit in laudem Pierleoniæ ſtirpis: quæ nec oppoſitarum opinionum ſequaces eunt inficias, nec faciunt ad probandum intentum.

VI. Addamus & *ſextum argumentum*, quod apud Pierleoniſtas nondum me legiſſe memini, deſumptum ex Scuto gentilitio Perleonum, aliquatenus ſimili Scuto Habſpurgicorum. Perleones vſurparunt duos aureos leones in campo rubeo invicem obverſos & erectos; Habſpurgici verò in campo aureo Leonem rubeum. vt habent Lazius & Guilliman. Seifridus refert Frangipanes Venetos mutato colore prætuliſſe in parmula leones aureos in campo cœruleo: & Arnoldus Wion apud Guillimannum ſimiliter exiſtimat vſitatum fuiſſe, Habſpurgicis Leonem aureum in vmbone, cœruleo, quæ ſanè Pierleoniſtarum opinioni magnum pondus conciliare poſſunt, ſi vera ſunt. Inſinuat hoc argumentum Wolfgangus Lazius in commentariis Auſtriacis, quod tamen mox refellit.

Seifrid. lib. 3. fol. 118. Chifflet. Lumin. prærogat. fol. 332. Guillim. lib. 2. cap. 8. Laz. Comment. Geneal. Auſt. Præfat. fol. 21.

## §. V.

## *Pierleoniſtarum Primum Fundamentum evertitur.*

AUthoritas primum fundamentum eſt, vti ſupra oſtenſum, quo vtuntur Pierleoniſtæ. Vis maximè ponitur in duobus punctis 1. in authorum antiquitate, quod ſcilicet hæc opinio antiquiſſima, & ejus authores proximè ad tempora Rudolphi I. Imperatoris vixerint. 2. in authorum comparatione cum authoribus oppoſitæ ſententiæ, quæ à Francis deducit Habſpurgicos. Seifridus: *Quanquam comparatione facta inter adverſariæ opinionis ſectarios, & noſtræ ſententiæ auctores, quos modo recenſuimus, ipſi potius quam hi vulgi nomine cenſendi erunt; quippe qui noſtris nec claritate generis, nec dignitate, nec auctoritate, nec eruditione, nec fidei integritate ullo modo ſint æquiparandi.* Glorioſius dictum quam gravius.

Seifrid. lib. 1. c. 5.

II. *Reſpondetur*, primò authores pro opinione à Francis deducente originem æquè antiquos eſſe ac pro Pierleoniſtis ſi quæſtio ſit in terminis de opinione ſtante pro Perleonibus, quam primus tradidit Henricus Gundelfingenſis, vt patebit ex dicendis. Deinde antiquitas parùm facit ad propoſitum, ſi authores ſolâ conjecturâ vſi ſunt, quia ſæpè in rebus dubiis Recentiores melius ſcopum attingunt quam antiqui. Tempore Rudolphi I. Imperatoris cœptum eſt inquiri de origine Habſpurgicorum, & eos â Romanis aliqui præſcindendo an ab his vel illis in ſpecie, derivarunt, alii ab Alemannis, vti verſus antiqui ſub Rudolpho ſcripti teſtantur.

Guillim. lib. 2. cap. 3.

*Rex Rudolphus & illuſtris Regina dat Anna*
*Natio quod floret jam præ reliquis Alemanna:*
*Nam Rudolphus & Anna, quibus precor omnibus annis*
*Ut ſit honor virtusque, trahunt genus ex Alemannis.*

Unde

Unde appoſitè Gerardus de Roo inquit: *Si nihil aliud: vel hoc conſtat, nihil eo tempore certi hac de re conſtitiſſe.* Haud dubiè tunc etiam aliqui à Francis repetendam originem cenſuerint, quorum operâ deinde uſus eſt Trithemius. Tertio duo Authores Geneographi Murenſis in Helvetia Cœnobii ſunt multo antiquiores, quàm ullus Pierleoniſta, quia vnus eorum nec quidem attigit tempora Rudolphi I. Imperatoris, & tamen nullam faciunt mentionem Perleonum; proinde antiquitas in hac parte debile eſt opinionis fulcrum, prout ab adverſariis allegatur. Rhoo. lib. I. Annal. Auſt.

III. *Reſpondetur* 2. ſpeciatim ad ſingula, quæ objicit Seifridus comparando vtriuſque opinionis ſectarios, ut ipſe loquitur: Adducit 1. *Claritatem generis*, ſed claritas generis in ſcriptore ad conciliandam fidem vel authoritatem opinioni nihil conducit: certè non plus quàm Leoni ad fortitudinem inaurata juba, quam equo ad generoſitatem frenum gemmeum, quam homini ad ſapientiam pretioſæ veſtes. *Patritius Socrates non fuit: Cleanthes aquam traxit, & rigando hortulo locavit manus: Platonem non accepit nobilem Philoſophia, ſed fecit.* ajebat Seneca. Sen. Epiſt. 44. Innuit haud dubiè Seifridus Baronem de Polhaim, Enneckhel Auſtriacum Equitem, Horneckhium Styrum, quorum opera tam ſunt illuſtria, ut majores noſtri non judicaverint eſſe digna prælo & luce publicâ: ſed de his infra. Ait deinde Seifridus: *nec dignitate*, quâ voce procul dubio intelligit eundem Wichardum de Polheim Archiepiſcopum, Ottonem Friſingenſem Epiſcopum, Jovium Nucerinum Epiſcopum, Marſilium Archiepiſcopum Salernitanum, Nauclerum Præpoſitum, & fortè ſeipſum Abbatem. Verùm dignitas tantundem facit ad veritatem alicujus opinionis, quàm claritas generis: ut per ſe conſtat; & ſolet evenire, ut multi ſimplices Monachi ſint doctiores ſuo Abbate. Ait 3. *nec auctoritate.* Quid eſt auctoritas? *Eſt pondus & eminentia quædam vitæ probitate, ſcientiâ, ætate, meritis, potentia vel honoribus parta, cujus gratia dictis factisque cujuspiam plurimum deferimus.* Lang. in Florileg. Hæc comparatione facta inter Auctores hos & illos, ſi viritim ſibi opponantur, longè potiora invenientur in ſequacibus Trithemii & aliorum, quàm in Pierleoniſtis, vt paulò poſt conſtabit ex Pierleoniſtarum examine.

IV. Ait 4. Seifridus *nec eruditione.* Credo quod intelligat per eruditionem variarum ſcientiarum peritiam, variam doctrinam, magnam lectione comparatam rerum notitiam. Hic in primis admittam ego etiam inter Pierleoniſtas reperiri doctiſſimos & eruditiſſimos viros, variis ſcientiis inſtructos; ſed vti ſcientiæ, ſic eruditio varia eſt. Peculiare ſiquidem ſtudium eſt Geneographia, de qua nihil Juriſtæ in Codice, nihil Medici in Aphoriſmis, nihil Philoſophi in libris de Generatione, imò etiam Hiſtorici Annalium ſcriptores parùm tractant. Cuivis in ſua arte credendum eſt plus quàm alteri inexperto, licet in alio genere erudito. Ex omnibus allegatis Pierleoniſtis vix quinque deprehendes, qui ſeriò & ex profeſſo Habſpurgicam Geneſim inquiſierint; cum inter Auctores oppoſitæ opinionis de origine Francica, minimum (quos ego quidem legi) triginta quinque numeraveris, qui ſtudioſè non perfunctoriè, ſedulo & ex profeſſo Genealogico ſtudio ſe impenderunt. Ergo *eruditione,*

*tione*, & ſcientia Genealogica longè poſt ſe relinquunt Pierleoniſtas illi authores, qui à Francis auſpicantur.

V. Ait 5. idem Seifridus: nec fidei integritate. Si Stabius, ſi Gebuilherus, ſi Sunthemius in vno alterove loco aliquantum allucinati ſunt, ſi Lazius propter nimiam rerum congeſtarum farraginem, ſubindè videtur variare dicta, & ob id quidam *de ejus operibus ſiniſtrè judicant, præſertim de libris Migrationum*: quem tamen Juſtus Lipſius commendat: non ideò omnes violatæ fidei rei peragendi, quia etiam Pierleoniſtas multos, & quidem gravius errare contigit, vti mox apparebit, ita vt vix vllus adduci poſſit, qui non graviſſimè lapſus ſit. ex quo conſequenter

Zeiller. p. 2. de hiſtoric.

VI. Infero Pierleoniſtarum fundamentum ab auctoritate depromptum adeò debile eſſe, vt nullo modo ſufficiat probandæ intentioni, quia Auctores allegari ſoliti pro hac opinione carent ac deſtituuntur ſcientia Genealogica, & plerique allegantur impertinenter, nonnulli etiam, qui de Perleonibus nihil ſomniarunt. Hoc vt evidenter conſtet, ſingulos ad examen vocabo, & tunc patebit, cui fulcro innitatur ſexta opinio.

## §. VI.

## *Examen Authorum, quos pro ſe allegant Pierleoniſtæ.*

### *Prima Claſſis Germanorum.*

*Ulricus Krieg* agmen iterùm ducat. Fuit is coætaneus Rudolphi I. Imperatoris, quem immeritò pro ſe allegant Pierleoniſtæ, quia nunquàm ſcripſit Habſpurgicos ortum habere à Perleonibus, ſed ſimpliciter ſolùm à Romanis, vti teſtatur de eo Stumphius apud Lambecium, quod potuit intelligere etiam de Fabiis, etiam de Scipionibus, etiam de aliis, vti fatetur ipſe Seifridus, cujus verba appono: *Ulricus Kriegius, ut tradit Stumphius, diſertis verbis aſſeverat Rudolphum Comitem, nec dum Imperatorem electum, in caſtro Habſpurg propè oppidum Bruck habitaſſe, ejusque progenitores nobili ac veteri Romanorum gente oriundos fuiſſe. Quare cum Ulricus hic æqualis fuerit Cæſari Rudolpho nullo modo dubitari poteſt, quin hæc de Origine Comitum ab Habſpurg opinio eo tempore tanquam certa vulgataque in omnium ore verſata ſit.* Demus verum eſſe, quod tunc fuerit hæc opinio vulgata, quod Rudolphus ortum traxerit à Romanis: ſed non fuit vulgata opinio, quod traxerit ortum à Perleonibus, quia de his nullum verbum dicit Kriegius. Ergo hic author Pierleoniſtis non patrocinatur.

Stumph. lib. 7. c. 12. Lambec. Biblioth. Cæſ. lib. 2. f. 477. Seifrid. lib. 1. cap. 5.

2. *Joannes Enneckhel*, primum allegatus à Lazio, poſt hunc ab aliis Pierleoniſtis ſanè perperam, & ignoranter. Seifridum timidè affirmantem audiamus: *Verùm præter prædictos Auctores, plures ante Volaterranum ex ſcriptoribus Germanis eandem de Auſtriacæ Domûs primordiis ſententiam poſteris memoriæ tradidiſſe, cum ipſe Lazius imprudens, tum Volaterranus affirmat. Nam Lazius lib. I. Commentar. in Auſtriacam familiam refert Wichardum Baronem de*

Seifrid. cit.

*Polhaim,*

*Polhaim, Joannem Enneckhel Equitem Auſtriacum, & Ottocarum ab Horneck Styriæ Regulum pro hac ſententia libros integros conſcripſiſſe.* Falleris mi Seifride, longè alia mens fuit Lazii allegato loco, qui cum retuliſſet opinionem Pierleoniſtarum, de ea judicium profert: *Cui conjecturæ ut ex vano haſtæ cum alia pleraque repugnant, tum inprimis adverſantur diplomata ac fide digni Annales Cœnobiorum &c. Redarguunt præterea illos, qui miſſis nugis veriora ſecuti, Annales ante ſecula, etſi ſimplici dictione, tamen dextrè contraxerunt: Wichardus Baro de Polhaim Decanus Salisburgenſis, Joannes Ennyckhel Eques Auſtriacus, Ottocarus ab Horneckh Styriæ regulus, & Albertus quem Argentinenſem cognominant. Qui tametſi altius repetere familiæ initia noluerint, tamen nec numerum nec nomina neglexerunt eorum, qui in iſta vel ad Rhenum vel ad Danubium, rerum aliquot retroactis ſeculis potiti fuere, &c.* Laz. Commentar. Geneal. Auſtr. lib. 1. fol. 21. Ecce Lazium pronuntiantem contra Perleoniſtas, & malè ab illis intellectum. Non enim dicit quod Polhaim, Ennyckhel, Horneck, & Albertus Argentinenſis originem Habſpurgicam derivaverint à Perleonibus, ſed quod Pierleoniſtarum opinionem redarguant, & nolint altius repetere familiæ initia, contenti nominibus eorum, qui ad Rhenum vel Danubium rerum potiti fuerunt. Quid Ennyckhel ſcripſerit cum nullus alleget ejus formalia, non poſſum divinare; puto me vidiſſe exemplar ejus impreſſum circa annum 1615. curâ Hieronymi Megiſeri, ſed tunc cùm vidi de hac materia non ſolicitus mentem ejus explorare neglexi: eſt libellus parvus in octavo, non liber. Sed cùm à Lazio in eadem claſſe referatur cum Wichardo de Polhaim, & Alberto Argentinenſi, quos manifeſtum eſt nihil pronuntiaſſe pro Pierleoniſtis, ſequitur neq; Ennyckhel neq; Horneckhium pertinere ad ſectatores opinionis ſextæ Pierleoniſtarum. Nam

3. *Ottocarus ab Horneckh* à Lazio contra Pierleoniſtas allegatur, vt modo dictum neque ullus hactenus Pierleoniſta protulit ejus verba formalia.

4. *Albertus Argentinenſis* quid ſenſerit, ipſe adhuc loquitur Typo ſubjectus non ſemel, recentiſſimis typis Anno 1670. Francofurti. Chronicon ejus ſic incipit. *Rudolphus Comes de Habſpurg ex antiquis progenitoribus ab urbe Roma traxit originem. Olim namque duobus fratribus propter potentis Romani occiſionem eliminatis ab urbe: pater eorum nobilior Romanus dans cuilibet eorundem immenſam pecuniam ipſos juſſit in partes abire remotas. Qui ſe in ſuperiori Alemannia receperunt. Antiquior autem ad emptionem prædiorum & munitionum, junior verò ad habendam Vaſallorum multitudinem contendebat. Patre autem in urbe exiſtente, poſt aliquot annos cum intellexiſſet filios cum pace ſtare in Alemannia ipſos viſitabat. Et cum vidiſſet Senioris empta prædia, ejus prudentiam nimium commendavit. Requirens autem à Juniore quid cum ſua ſubſtantia egerit, ille ſe omnem in unam munitionem fortiſſimam collocaſſe reſpondit: & juſſis omnibus vaſallis ſuis cum eorum liberis maſculis optimè armatis ad munitionem pertinentibus, & ab eo infeudatis, venire ad montem ubi caſtrum Habeſpurg eſt collocatum; illuc patrem traducens, illam fortium multitudinem, quos & omnes eorum poſteros maſculini ſexûs ſuos & poſteritatis ſuæ fideles vaſallos (illis confitentibus patri) probavit. Quo viſo pater in illius animoſa nobilitate gaviſus reverſus ad urbem, magnum theſaurum deſtinavit eidem. Ex quibus duobus fratribus omnes de Habesburg poſtea proceſſerunt.* Albert. Argentin. Chron. ad an. 1278. Hæc ſolùm & ne verbum amplius de Origine Habſpurgica Albertus Argentinenſis. Ubi verò mentio de Perleonibus? nunquid

nunquid ſoli Perleones Romæ nobiles quando hi fratres inde eliminati? Tacet Albertus de Perleonibus; perperam igitur à Pierleoniſtis pro ſua opinione allegatur. De hiſtoriæ fide nunc non laboro, poſtea examinabo. Interim ex his elucet primos quinque Authores quos allegant Pierleoniſtæ nihil ipſis patrocinari. Nam

5. Etiam *Wichardus de Polhaim*, quem tertio loco ſupra repoſueramus non ſolum non favet Pierleoniſtis, ſed etiam contra illos pronuntiat, cùm vti ſupra retulimus ex Lazio *repugnet* Pierleoniſtarum opinioni. Nec ſcripſit Genealogiam, ſed ſolum Chronicon de rebus Auſtriacis, quod hactenus lucem non vidit.

6. *Ulricus de Klingenberg* ſuperioribus adnumerandus, quia vt ait Guillimannus: *De fratribus duobus, utriusque exilio, ſtudioque eadem ferè quæ Albertus, imò ex ipſo*, in ſuo Chronico Germanico, dubito an aliquando impreſſo. Si ergo idem ſcripſit Klingenbergius quod Albertus, non benè allegatur à Pierleoniſtis. Voſſius Henricum à Klingenberg non Ulricum nominat Epiſcopum Conſtantienſem, qui An. 1299. teſte Eiſengreinio ſcripſit Hiſtoriam Comitum Habſpurgenſ.

Guillim. Habſp. lib. 1. cap. 1.

Voſſius de hiſt. Lat. lib. 2. fol. 499.

7. *Matthæus* quidam allegatus à Gundelfingenſi, qualis fuerit indagemus: pro quo neceſſe eſt verba Gundelfingenſis adducere. Hic ergo in Epitomate (vt ipſe loquitur barbarè) de origine Sigismundi Archiducis in Præfatione teſtatur, quibus authoribus ſit vſus, hæc habet: *Sanè ut tuorum parentum originem limpidius in nonnulla redigerem Epitomata Librum Auguſtalem Franciſci Petrarchæ, ut perſpicerem perutile fuit, nec non Jordani Gotthici Chronicam apprimè utilem, de ſæva Gotthorum irruptione in urbem totamque Italiam pertractantem, qua Romanorum Nobilitas ferè in nihilum redacta extitit, præter paucos, qui ad Alpium juga evaſere: etiam Hermanni Contracti Comitis de Veringen & Sulgovu, & Auguſtenſis Canonici Chronographiam: Ottonis Friſingenſis Epiſcopi, qui S. Leopoldi Marchionis Auſtriæ fuit filius hiſtoriam de duabus Civitatibus Auguſtinum imitando dilucidantem, & nonnullam Matthæi Chronicam, ex qua primorum Auſtriæ Ducum ac Principum originem collegi, ac etiam alios rerum geſtarum particularium narratores* &c. Jam verò cùm Gundelfingenſis in ſuo Epitomate primo nihil agat de Habſpurgicorum origine, ſed de Antiquis Auſtriæ inquilinis, & quidem meras fabulas & figmenta obtrudat, fateaturque ſe illa, quæ de primis Auſtriæ Principibus ſcribit eruiſſe ex Matthæo, facilè divinare eſt qualis fuerit hic Matthæus, quem proinde certatim authores condignis honorant titulis. Joan. Cuſpinianus de eo: *Nec enim nugatori illi nugaciſſimo, & ſimul perditiſſimo, qui Auſtriæ Chronica ſcribens Judæi ſaptam in exordio appellat, aures ſunt adhibendæ, in quo ſunt tot nugæ quot verba.* Æneas Sylvius in hiſtoria Auſtriaca imperfecta, quam MS. vidi aliquando Lincii cum lituris multis, vt ſuſpicer eſſe originale exemplar. *Venit in manus* (inquit) *hiſtoria quam vocant Auſtrialem ſermone Theutonico edita, inepta mendaxque, & ab homine compoſita, in quo malignitatis anſtultitiæ plus fuerit, non facilè judices.* Ex hoc ipſo nugatore Albertus de Bonſtetten de quo ſupra egimus cap. 2. teſte Lazio multas nugas comportavit. Habemus ergo authorem Matthæum, quem in ſuum favorem allegant Seifridus & Lequile, ſed uti alios perperam. Nihil enim nugator iſte de origine Habſpurgicorum: nec Gundelfingenſis eum ſequitur in ſecundo Epitomate, ſed ſolùm in primo vti

Henric. Gundelf. in præfat. Epitom. ap. Lambec. Bibl. Lib. 2. fol. 470.

Jo. Cuſpin. in deſcript. Auſtr. Æne. Sylv. in hiſt. Auſtriaca.

Laz. Comment. Geneal. Auſtr. pag. 20.

fatetur

fatetur initio Epitomatis : *Primorum Marchiæ Orientalis Principum Chronographiam, quantum ad primum Epitoma, proſequar Matthæi cujusdam qui hanc ipſam conſcripſit Chronicam, ſtylum ac calamum parum mutando.* Enumerat verò fictitios Principes Auſtriæ poſt diluvium, quos nominat Sathan, Abraham, Achaym, Balym &c. *quæ vel Alphabetarius commenta intelligeret.* ut ait Lazius. Vidi aliquando exemplar hujus nugatoris elegantibus picturis exornatum, in quo ſingulis Principibus illis Judaicis propria arma & inſignia attribuit, & ex hoc ipſo judicavi falſarium, ut legere quid ſcribat piguerit. Vixit autem hic Matthæus ut putat Lambecius Anno 1395. quia refert Alberti III. cum Trica Archiducis, acta, & ejus obitum deſcribit Si itaque Matthæus iſte nihil de origine Habſpurgicorum à Perleonibus ſcripſit, quo jure eum referunt inter ſuos Pierleoniſtæ ? ſuccedat

8. & 9. *Henricus Gundelfingenſis*, qui ſe ipſum appellat : *Henricum Gundelfingen. de Conſtantia, Artium Magiſtrum, & Eccleſiæ Friburgenſis Cappellanum.* ex quo colligas quomodo Volaterranus eum nominando ſolum Henricum Conſtantienſem occaſionem dederit Lequilæo & Bucelino ex uno geminos authores producendi, hic enim nominat Henricum Gundelfingen. & Henricum Conſtantienſem quaſi diverſos. Primus autem hic eſt fabulæ author, quod à Perleonibus originem trahant Habſpurgici, nullo antiquiore authore producto, nullus enim illorum, quos paulo ante ab eo in præfatione Epitomatum allegatos diximus hanc opinionem tradidit. Verba ejus appono : *Secundum Epitoma illuſtrium Comitum Aventini montis, id eſt Avensberg dictorum, è quibus tuum videris traxiſſe ſanguinem, Rudolphi videlicet, & Albrechti Illuſtriſſimorum Regum, primorumque Tuæ Originis in Orientali Marchia Principum ac præcedentium ſubſequentiumque Comitum Genealogiam explanat, & dilucidat.* Ita Gundelfingius in præfatione ad Sigiſmundum Archiducem. Ipſum verò Epitoma ſic inchoat : *Secundum Epitoma Illuſtrium Comitum Aventinorum Tuo ingenio præcelſe Princeps relinquo, qui tui originem, tuorumqae prædeceſſorum geſta ac annalia prioribus ex Chronographis melius noviſti. Ea propter eorum ſcribendo magnalia manum retraho, cum omnibus in hiſtoriis non exiguâ cum operâ vigilantia ac lucubratione dilucidata ac deprompta ſint. Eorum tamen ſucceſſionem brevibus incultisque explicabo verbis. Relegatis ac deportatis ob potentis Senatoris trucidationem olim duobus Fratribus præclaræ Romanorum familiæ Petri Leonis dictæ de Aventino monte, à Julii Cæſaris valentiſſimi omnium Principis, qui in vigore animi non habuit parem nec ante ſe nec poſt ſe, familia deſcendentibus, ipſisque ad Alpium juga venientibus, ubi nunc caſtrum Habſpurg Lucernenſem circa lacum collocatum cernitur : Senior adeptus eſt prædia, & poſſeſſiones ; junior autem ingentia vaſallorum dominia, de quibus poſteri deſcenderunt Comites.* Hæc ex ſecundo Epitomate Gundelfingii producit Seifridus ; hæc etiam & non plura producit Lambecius, qui cum primus eum publici juris fecerit, miror cur ſubſequentia in hoc Epitomate prætermiſerit, an quia Typo indigna ſicut primum Epitoma ? an quia non erant ad propoſitum firmandæ opinioni ? an quia non oſtendit Gundelfingius nexum Perleonum cum Habſpurgiis, ſed ſolùm inſinuatâ

Lequil. ſup. cit. Bucel. P. 1. Germ. Geneal. fol. 22.

nova opinione digreditur ad texendam Genealogiam Sigiſmundi Archiducis à Rudolpho Imperatore ? Sanè hæc quæ adducta ſunt videntur arbitrariè excogitata, & fabula, quam vno ſeculo ante nudè produxerat Argentinenſis, novis ſubſidiis aucta, cum quod Argentinenſis de Romanis exulibus Anonymis dixerat, Gundelfingius attribuit in particulari Perleonibus. Habemus ergo primum commentitiæ opininionis Authorem Gundelfingium, fingentem, quod ante ipſum nullus aſſeruit. Verùm recentem Gundelfingius nactus eſt Patronum, qui cauſam illi adjudicare videtur. Ait enim : *Notandum 2. eſt Henricum Gundelfingium teſtari, ſe illam Principum Habſpurgo-Auſtriacorum originem hauſiſſe ex aliis prioribus, hoc eſt vetuſtioribus Chronographis, eamque Sigiſmundo Archiduci melius magisque fuiſſe cognitam, quam ut ullà indigeret probatione, vel ullo Elogio. Per priores autem illos Chronographos intelliguntur ibi cum alii plures, tum inprimis Ulricus Kriegius, & Albertus Argentinenſis.* Optimè notat D. Lambecius, quod Gundelfingius vetuſtiores Chronographos allegaverit, & inter hos Ulricum Kriegium & Albertum Argentinenſem: ſed, ut jam dictum, neque Ulricus neque Albertus vſpiam meminerunt Perleonum; ſed in communi aſſerunt à Romanis ortum habuiſſe Habſpurgicos; quod applicari poteſt ad mille diverſas Romanorum familias: & nihil aliud illi authores videntur voluiſſe inſinuare, quàm quod à Romanis olim Vindoniſſæ, aut Helvetiæ inquilinis originem traxerint Habſpurgici, nihil determinando à qua particulari familia. Nihil dubito, quin D. Lambecius pro ea, quâ pollet induſtria & librorum notitia, poſt editum 2. volumen Bibliothecæ plura poſtea invenerit, quæ contra Pierleoniſtas faciunt; adeoque jam potius nobiſcum ſentiat, quam cum Gundelfingio. Eidem vero jam dicto Gundelfingio ſuppetias tulit Didacus de Lequile ſive Taſuro Franciſcanus; qui, ſi adhuc vivit, id quod optabat, poteſt dicere ſe conſecutum, cum ſcripſit : *Hucuſque laboravi ut reperirem Auctorem quendam, qui ut mihi aliqui amici retulere contra Seifridum directè ſcripſit, & tamen nondum inveni. Propterea ſi legenti hæc ſcripta talis Auctor, cujus nomen etiam ignoro, occurrerit; ipſumque rationes meliores contra argumenta primæ opinionis à Seifrido adducta in medium afferre judicarit, rogo ut amplectatur illam opinionem, quæ magis hiſtoricæ veritati erit conſentanea.* Amicus vnus ex his fuit Illuſtriſſimus Princeps Otto Fridericus Epiſcopus Labacenſis, cui de meis laboribus conſtabat, & cujus literas P. Lequile impreſſit, & minus reverenter tractavit. Hæc incidenter; progrediamur ad Pierleoniſtarum Authores, quorum primus eſt modo relatus Henricus Gundelfingius, idem dictus Conſtantienſis â patria, Friburgenſis à loco habitationis, vixitque Anno 1476.

Lambec. Bibl. Cæſ. lib. 2. f. 469.

Leq. de reb. Auſtr. To. 1. fol. 209.

Lequil. de matrim. Auſtriac. f. 138.

10. *Hermannus de Solgouu*, allegatus à modo relato Gundelfingio, & eſt idem qui Hermannus Contractus, cujus Chronologiam habeo impreſſam à Chriſtiano Vrſtiſio textu gemino ex antiquo Codice, & ex novo Manuſcripto, in neutro quidquam reperio de origine Habſpurgica: ineptè igitur adducitur à Seifrido & Lequilæo pro opinione Pierleoniſtarum ex eo, quia Gundelfingius pro ſuis Centonibus in alia materia ejus operâ eſt vſus.

11. *Joan-*

11. *Joannes Nauclerus* in ſuis Chronicis nihil aliud habet de origine Habſpurgica, quàm quod alienam referat opinionem: *De Rudolphi Regis genealogia modo dicendum eſſet, cùm & magnifica ejus geſta deſcribuntur, ſed de tam varia ſcriptorum opinione non eſt quod judicem: ſummi Principis auctoritatem à rebus geſtis petere licet non à natione: quanquam & hæc fortaſſis eſt quædam virtutis imago. Originem Comitibus de Habſpurg à Perleonibus Comitibus Romanis civibus deducunt, ex Aventino monte ſplendida nobilitate; freti (opinor) non omninò malis auctoribus, apud quos ejus rei fides eſto. Nos qui vir Rudolphus fuerit, tanti hæres Imperii ſtudioſius exequemur.* Diffidit cauſæ, qui non vult ſpondere pro alio. Nihil ex ſuo ſenſu determinat Nauclerus, non igitur in numero Pierleoniſtarum. Naucl. Volum. 2. Gen. 43.

12. *Jacobus Wimpfelengius* Seleſtadienſis Presbyter Eccleſiæ Spirenſis, plura fertur literis mandaſſe præter Epitomen Imperatorum, & rerum in Germania geſtarum vt eſt apud Voſſium. Ex hoc duos authores fecit Lequilæus deceptus à Seifrido, Seifridus ab Hieronymo Bardi Florentino, niſi potius Arnoldo Wion qui MS. Bardi Opuſculum allegans, ait: *Idem confirmat Seleſtadienſis his verbis: Ducibus Auſtriæ Perleones Comites Romani Originem dederunt, Quibus conſentanea ſcribit Wimpelengus dum ait: Carolus V. Imperator progenitores habuit Romanos Perleones in monte Aventino habitantes.* Hæc Wion, vt ait, ex Bardi, Seifridus ex Wione, ex Seifrido Lequile. Non poſſum ſtatuere an ita ſe res habeat, quod Wimphelengius iſta ſcripſerit, quia authorem nanciſci non poſſum; ſed non poteſt magnum momentum addere opinioni, cùm non ſcripſerit Genealogias, ſed hiſtorias ſynopticas, & ex aliorum haud dubiè mente. Jnterim gaudeant Perleoniſtæ, quod habeant iterùm vnum commilitonem, qui eſt ex hactenus relatis ſecundus. An autem habeat illas qualitates, quas ſupra requirebat Seifridus, alii dijudicent. Jnterim Wimphelingius & Seleſtadienſis non ſunt duo authores, ſed vnus. Voſſ. de Script. Latin. Seifrid. lib. 1. fol. 31. Wimphel. in Epitome.

13. *Wolfgangus* quidam *Sileſius* allegatur à Seifrido, quaſi prius à Wione, & Bardo fuiſſet allegatus his verbis: *Denique Wolfgangus Sileſius in Auſtria ſua MS. Perleones inquit originem tuis progenitoribus invictiſſime Cæſar dederunt.* Vix credo apud Italum repertam Auſtriam MS. hominis Germani: Et ſi author fictus non eſt, cur non adducitur locus ubi poſſit inveniri? cur non additur quando vixerit, ad quem Imperatorem ſic locutus ſit? Referatur tamen inter Triarios Pierleoniſtarum. Metuo ne fortè ex Wimphelingo factus ſit Wolfgangus, & ex Seleſtadienſi Sileſius. Wolfg. Sileſ. ap. Seifrid. & Leq. citatos.

14. *Anonymus* Author hiſtoriæ Bavaricæ, allegatur à Guillimanno, Seifrido, Lequilæo, qui non addunt quando floruerit, videtur eſſe unus ex ſuperiori ſeculo. Verba ejus hæc ſunt: *Auſtriæ nunc moderni Duces originem habuerunt à Petris Leonibus Romanis Comitibus Montis Aventini, cujus familiæ Domus ſunt in Aventino prope Sabellorum ædes, quæ prius Perleonum fuere.* Non poſſum quidquam ſtatuere de ignoto authore, niſi quod videatur apud alios lectum nudè aſſerere, nec fuiſſe ſolicitus de inveſtiganda vel probanda Genealogia; ſpectare videtur ad authores obſcuros, quem tamen Pierleoniſtis non invidemus. Anony. lib. 4. hiſtor.

Hemerl. in lib. de nobil.

15. *Felix Hemerlin* teſte Guillimanno *Cæſarei Romæ Palatii Comites Habſpurgienſes ſcripſit, & eo modo Romani generis eos indicare & judicari voluit*, quod longè diverſum eſt ab aſſertione, quod à Perleonibus orti ſint; videtur enim antiquiora tempora reſpicere quàm Pierleoniſtæ, quia Cæſareum Palatium pridem ante Romæ deſiit, quàm filii Leonis Maximi dicantur migraſſe in Germaniam. Non magis igitur hic pro Perleoniſtis ſtare credendus, quàm primi quinque enumerati.

Seifrid. lib. 1. fol. 25. & 27.

16. *Joſephus Grüenbeck* Mathematicus, fertur habuiſſe orationem vernaculâ linguâ in funere Friderici IV. Imperatoris Anno 1493. & aſſeruiſſe quod nonnulli Authores Originem Habſpurgicam referant ad Fabios, alii ad Juliam gentem: neque aliud de hoc Mathematico proditur, quid ipſe ſenſerit; proinde inter Pierleoniſtas numerari non debet.

Joan. Stumpf. lib. 7. Chron. Helvet. c. 12. ap. Seifrid. cit.

17. *Joannes Stumpfius* immeritò à Perleoniſtis intrare compellitur in numerum, utpotè qui longè alios Romanos, quam Perleones putavit Habſpurgicorum authores, & tempora antiquiora reſpexit, ut fatetur ipſe Seifridus, ubi ait: *Joannes Stumpfius etſi inficiari non poſſit Habſpurgiorum gentem à Romanis oriundam eſſe, nimis tamen altè petita eorundem tradit primordia, adeò ut non ſolum veteres etiam Habſpurgios, ſed & omnes Altenburgicos Comites ab una eademque ſtirpe Romana propagatos affirmet: quorum majores ex præſidiariis militibus ad Vindoniſſam veterem Romanorum coloniam conſediſſe, arcemque Altenburgum exſtruxiſſe opinatur.* Reprehendit inſuper Guillimannum Seifridus quod hanc ſententiam à Stumpfio deſumptam amplexus nullam Stumpfii mentionem fecerit. Tantum itaque juris habent Perleoniſtæ in Stumpfium, quantum in Guillimannum, qui eorum opinionem rejicit. Petrus Lambecius ad firmandam Pierleoniſtarum opinionem adducit teſtimonium Ulrici Kriegii, de quo ſupra, ex hoc eodem Stumpfio, ſed non laudaret Ulricum Stumpfius niſi ſecum ſentiret.

Lambec. Bibl. Lib. 2. f. 477.

Audiamus formalia Stumpfii è Germanico verſa in Latinum à Lambecio: *Hic Ulricus Kriegius eſt antiquiſſimus Hiſtoricus quem invenimus ſolidè & perſpicuè indicare Dominos de Habſpurg oriundos eſſe ab antiqua Romana gente*, &c. reliqua prætermittit Lambecius quæ haud dubiè contra Pierleoniſtas faciunt. Sed excuſat ſe in margine, quod ita abrupta ſententia extet apud Stumpfium. Rectè ſanè, atque hinc colligimus non aliam Kriegio fuiſſe ſententiam, quàm Stumpfio, qui originem Romanam Habſpurgicorum aliquot ſeculis antiquiorem voluit, quàm Pierleoniſtæ prætendant.

18. *Udalricus à Braiten-Landenberg* author mihi ignotus eſt, ex nomine tamen apparet quod ſit recentior, nec majori fide dignus, quàm Seifridus.

19. *Joannes Seifridus* Abbas Claræ vallenſis in Auſtria, opinionis Pierleoniſtarum ruentis Atlas, ingenti labore congeſſit quidquid pro hac opinione dici potuit, & quidquid etiam dici non debuit, quia nullo prorſus ſolido argumento illam probavit. Magnis ornat laudibus Perleones & Frangepanios, & coacervat ex omni antiquitate rudera de illis, quæ nos ſuo in pretio relinquimus, ſed ſuppoſitum negamus, quod ab his propagati ſint Habſpurgici. De hoc producatur vel vnus author ejus temporis, quo Perleones dicuntur migraſſe in

Germa-

Germaniam, & in Habſpurgicam tranſiviſſe familiam, vel vnum fide dignum inſtrumentum, quod diſertis verbis id adſtruat, & dabimus manus. Sed hactenus nec Seifridus, nec alius Pierleoniſta hoc præſtitit.

20. *Sebaſtianus Tengnagl* Bibliothecarius Cæſareus Jure Conſultus, ſed non Geneographus, approbator Seifridi, ſed non ſcriptor; non Pierleoniſta; quia munus imperatum executus eſt, nihilominùs proteſtans: *Sunt quidem nonnulla, quæ in diſquiſitionem (utpote in nodo perplexo, & dubiâ creperaque ſcriptorum luce veluti per nebulam emicant) acriorem non immeritò vocari poſſunt &c. Primus hic glaciem, licet lapſanti aliquando an pede ſecuit, & rei Cimmeriis in ante tenebris offuſæ, quantum ſcivit, potuitque Hiſtoricæ lucis ingenii ſui faculâ aſperſit.* Cum ergo ſentiat nonnulla eſſe, quæ acrius diſquiri poſſunt, fatetur opinionem adhuc in magno dubio relictam, etiamſi Seifridus fecerit *quantum ſcivit potuitque.* Tengnagl. ap. Seifrid. init. lib. 1.

21. *Petrus Schvvendlerus* pro hac opinione allegatus mihi hactenus ignotus, licet recentior. Ultrò illum concedo Pierleoniſtis, quidquid ſenſerit, fortè nihil tradidit aliud quàm Albertus Argentinenſis.

22. *Fridericus Brombachius* Pierleoniſta eſt, ſed aliam diverſam à Seifrido cœterisque viam ingreditur, de qua infra.

23. *Petrus Lambecius* vir eruditionis magnæ, qui merè incidenter attulit opinionem Gundelfingii neque ex profeſſo inquiſivit Originem Habſpurgicam. Et credo illum cantaturum palinodiam in Annalibus Auſtriæ, quos dudum promiſit.

24. *Tobias Eckhardt* Ord. Minimo: ut poſtremus mihi nominatur, ita minimus videtur patronus hujus opinionis, quia vix alia de cauſa in Concione ſua produxit hanc Originem Auſtriacam, quam ut amplificaret ſuum longum diſcurſum de quatuor Monarchiis. Id ſæpè agunt Concionatores, nec ſe impendere ſolent Genealogiis, quas ſciunt apud S. Paulum vapulare. Demus tamen, quod P. Eckhardt incidenter factâ mentione Auſtriacorum dixerit innocenter eos à Perleoniis ortum habere, quid inde? Iterum habent vnum Triarium Pierleoniſtæ.

25. *Jordanus Oſnabrugenſis* allegatur à Volaterrano, ut teſtatur Seifridus, ubi ait: *Raphaël verò Volaterranus Matthæum quendam de origine primorum Ducum Auſtriæ, Ottonem Friſingenſem in Commentariis, Jordanum Oſnaburgium de irruptione Gothica in Urbem, Hermannum de Sulgovu in Chronographia, & Henricum Conſtantienſem idem ſcripſiſſe ſenſiſſeque affirmat.* Hic Henricus Conſtantienſis eſt Henricus Gundelfingius, apud quem legerat Volaterranus allegatos, ut dixi ſupra ubi de Matthæo num. 7. cur autem hunc Jordanum quem Gundelfingiùs nominat Gothicum, Volaterranus ſcribat Oſnaburgenſem, non poſſum divinare. Eſt enim Jornandes qui ſcripſit de rebus Geticis, ſed nihil habet de Habſpurgicis ſi à capite ad calcem perlegatur. Aniciorum meminit capite ultimo, ut benè obſervavit Lambecius, ſed de Perleonibus etiam nullum verbum. Non igitur ſpectat ad hanc claſſem. Videtur autem à Gundelfingio ideò allegatus, quod Gothi in vrbem irrumpentes multos coëgerint in exilium abire Roma- Seifrid. lib. 1. cap. 5. fol. 26. Lambec. Bibl. Cæſ. lib. 2. fol. 470.

Romanos, quos dicit in Alpes ſe recipiſſe, & conſequenter videtur Gundelfingius ejusdem mentis fuiſſe cum Stumpfio, non autem cum hodiernis Pierleoniſtis, quia Gothorum in vrbem irruptio facta eſt aliquot ſeculis antequàm eſſet in rerum natura Leo Maximus, Petrus Leo, cujus filii aſſeruntur auctores familiæ Habſpurgicæ: ſi ergò Gundelfingius ad ea tempora exilium Perleonum retulit, quibus facta eſt Gothorum in vrbem irruptio, planè diverſa ſenſit ab hodiernis Pierleoniſtis, Jornandes autem ſive Jordanus nihil ad ipſos, quia nec de Perleonibus quidquam habet, nec de Habſpurgicis.

26. *De Ottone Friſingenſi* idem ſentiendum eſt. Gundelfingius vſus eſt ejus opera non ad adſtruendam vel probandam originem Habſpurgicorum ex Perleonibus, ſed ad alia in eodem opere contenta. Quodſi Pierleoniſtæ oſtenderint apud Ottonem exilium filiorum Leonis Maximi Petri Leonis, adventum in Germaniam, matrimonium cum vltima ſtirpis Habſpurgicæ, omninò evincent, quod prætendunt, & merebuntur fidem: ſed à multis jam excuſſus & relectus Otto Friſingenſis nihil ejuſmodi habet.

Ex tanto itaque numero allegatorum in hac Claſſe, ſoli 9. legitimè forſan allegantur, Henricus Gundelfingius, Jacobus Wimpfelingus, Wolfgangus Sileſius, Anonymus in hiſtoria Bavariæ, Udalricus à Braiten-Landenberg, Joannes Seifridus, Petrus Schwendlerus, Fridericus Brombachius, Tobias Echardt: qui, an haheant omnes requiſita ad fidem faciendam in materia Genealogica, & tam intricata quæſtione, judicent doctiores. Ego duos tantum ex his agnoſco Geneographos vel quaſi, neque tamen comparandos Guillimanno, Lazio, Reuſnero, & aliis: cæteros ſuppono viros doctos in ſuo genere.

## *Claſsis Secunda Italorum.*

Volaterra. Anthropolog. lib. 23.

1. *Raphael Volaterranus*, ſecutus ut ex contextu apparet Gundelfingium, hæc aſſerit: *Apparet Maximilianum Romanos habuiſſe progenitores olim Perleones Comites Montis Aventini, cujus familiæ nonnullæ ſunt Romæ reliquiæ propè Sabellorum ædes, quæ prius Perleonum fuere, quibus cognomen dedit Petrus Leonis filius, Stephani nepos Maximi pronepos, quorum memoria ſepulchri pro foribus templi S. Alexii adhuc cernitur: Is Anno* 1170. *magna in urbe potentia auctoritateque ſub Paſchale II. fuerat. Cujus duo nepotes per ſeditionem ex urbe profugi ad Alpes venerunt, ubi circa Lucernæ lacum prædia & terras mercati ſunt, caſtrumque de eo loco Avenburgum deinde excitarunt, quaſi Avendi oppidum: licet nonnulli Abesburgum dicant, quod lingua Germanica abec accipitrem ſignificet, qui olim ab iis dimiſſus cum præda capta in eo monte conſtitit, ubi ex auſpicio ipſi poſtea oppidum condidere.* Multa falſa continet hæc narratio, quæ poſtea expendemus. Interim Volaterranus innixus eſt auctoribus nullius momenti, quos ſupra retulimus. De eo Voſſius: *Condidit Urbanorum Commentariorum libros* 38. *cæterum parùm magnificè Jovius de hoc opere judicavit.* Jovii judicium hoc eſt: *Quæ de principibus ætatis ſuæ ſcripſit, tanquam timido ore carptim enarrata, rerum ſuperiorum haud dubiè*

Voſſ. de ſcript. hiſt. Latin. lib. 3.

*fidem*

*fidem elevare, oſtendereque ea omninò certâ veritatis luce carere*, &c. Floridus verò Sabinus ſic de eo pronuntiat: *Bona eruditorum pars ei defert mediocrem eruditionem; cum nihil quam aliena, hinc inde in ſua immenſa volumina tranſtulerit: in Græcis vertendis vel pueriliter perſæpè lapſus.* Denique non fuit Geneographus, eſto ſit Perleoniſta. Florid. Sab. Apol. contra LL. column.

2. *Hieronymus Rubeus*, hæc de Perleoniis incidenter memorat: *Perleonia familia inter Romanas nobiliſſima illa eſt, è qua clariſſimi Comites montis Aventini, & Auſtriæ domus Principes prodiere. Reperitur enim ex Perleoniis quosdam Iſpruchum, Oenipontem appellant, ad habitandum, profectos inter Auſtriæ & Bojoariæ populos ab Helvetiis haud procul. Paulatim verò dignitate eorum indies creſcente Principatus Auſtriæ jura, titulúmque fundarunt, uti Maximilianus Cæſar Caroli V. avus adfirmare conſuerat.* Æquè erronea iſta ac ſuperiora ab Hiſtorico non à Geneographo prolata, nec ullis argumentis probata, quid mereantur fidei, docti vident. Rub. hiſt. Ravennatis. lib. 5.

3. *Paulus Jovius* eodem ſenſu ſcripſit, vt appareat quod vnus ex alio: *Ferunt Auſtriacæ domus nobilitatem Romani ſanguinis ſtirpem reſpicere, producto ſtemmate è Perleonum familia, ex qua feruntur celeberrimi olim Comites ex tribu montis Aventini. Hos enim ad Augsburgum conſediſſe conſtat, inter Rhetos, Noricos & Vindelicos, non longè ab Helvetiis, coaleſcenteque ſenſim potentia Auſtriaci Principatus uti ipſe Cæſar ſuæ originis religioſus indagator aſſeverabat, jura & titulos condidiſſe, ejuſque dominatûs claritudinem bellicâ quæſitam virtute, & longâ vetuſtate conſtitutam propagaſſe. Hinc evenit, ut facilè credamus Auguſtam hanc Romani Imperii dignitatem ad Auſtriacos Principes, quod Romani ſint ſanguinis fatali quodam jure perveniſſe.* Ecce quos alter Iſpruchi ſeu Oeniponti, hic Augsburgi conſediſſe tradit, manifeſto arbitrariæ fictionis argumento. Sed de Jovio ita Lipſius: *Ego de eo ſic cenſeo, ſtylo bonum gravemque eſſe, & planè ad Hiſtoriam: judicio ac fide ambiguum: ubi affectus non diſtrahunt rectum; ubi illi adſunt, obnoxium. Ad gratiam ſcilicet ſe dat & auram.* Et Bodinus de eodem: *Paulus Jovius cùm rogaretur, cur ſimularet falſa, vera diſſimularet, amicorum gratiâ id à ſe factum reſpondit, &c. Illud certè ad ſempiternam memoriam teſtatum reliquit Gorræus Pariſienſis, qui quas finxit Amadiſi fabulas; non minus veras ac probabiles quam Jovii ſcripta fore confidit, &c.* Quid plura? de Genealogiis parum fuit ſolicitus Jovius: ſit interim qualis qualis Pierleoniſta. Cœterùm quod ait Jovius, & ante eum Rubeus, *ut ipſe Cæſar aſſeverabat*, non refertur ad Perleonum originem, ſed ad proximum de coaleſcente ſenſim potentia. Et hoc verum eſt: non verò alterum. Jov. Elogio. lib. 5. in Maxim. I. Imp. Lipſ. Not. Polit. lib. 1. c. 9. Bodin: meth. hiſt. c. 4.

4. *Onuphrium Panuinum* allegat Wion & Lequile, ſed quid ſcripſerit de hac materia, non vidi, floruit initio hujus ſeculi, haud dubiè ſubſcribens cœteris Italis narrativè non aſſertivè, quia Hiſtoricus non Geneographus. Bucelinus ait eum in ſtemmate Frangipanum hanc opinionem ſecutum, ſi ita eſt, gratiæ vela dedit. Puto tribui Onuphrio, quod debetur Wioni. Seifridus ſolùm aſſerit ab Onuphrio traditum quod Perleones & Frangepanii fuerint ejusdem ſtirpis, quod ultrò concedimus, neque hoc ſatis eſt ut inter Pierleoniſtas recenſeatur hic author. Wion. lib. 3. de gente Frangip. Leq. To. 1. f. 146. Bucel. To. 1. Germ. Geneal. f. 22.

Rantch. lib. 2. ap. Guillim. lib. 1.

5. *Richardus Rantchinus* apud Guillimannum: *Auſtriæ Duces initium habuerunt à Perleonibus Romani Imperii Patritiis.* Italum fuiſſe nomen denotat, ſed inter Germanos refertur à Seifrido, ſubſcribente Hieronymo Bardi, an potiùs Arnoldo Wioni, qui primus eum allegavit.

Contile ap. Seifrid. & Lequile.

6. *Lucas Contile* quid ſcripſerit ignoro, ſed hoc ipſo quod Commentarios ſcripſerit ſupra ſymbolum Philippi II. Regis, apparet, quod non multum ſcripſerit, & parùm examinaverit fundamenta opinionis.

7. *Cornelius Vitignanus* ſolus ferè in hac Claſſe meretur nomen Pierleoniſtæ, quia ex profeſſo ſcripſit Geneſim Auſtriacam, & à Perleonibus deduxit originem, imò altius exorſus eſt ab Ænea. Lequilæi de ipſo judicium

Leq. To. 1. de reb. Auſtr. f. 146.

hoc eſt: *Licet in eodem Commentariolo haud pauca inveniantur, parùm hiſtoricæ veritati cohærentia, quia tamen hæc adminicula ad ſubſtantiam rei nihil attinebant, meritò Philippus III. brevem laborem acceptavit, pergratum habuit & approbavit.* Quomodo approbaverit, dicemus infra cùm de Philippo. Cœterùm ſi multa habet non cohærentia, etiam origo Habſpurgica cum Perleonibus non cohærebit.

Bardus apud Wion Seifrid. Lequil.

8. *Hieronymus Bardus* Camaldulenſis, quomodo, & quid ſcripſerit non poſſum afferere cùm hactenus non prodierit, ſed manuſcriptum ejus ſe legiſſe affirmet Wion; ex paucis illis, quæ ex ipſo producuntur, colligitur verè fuiſſe *bardus*, quia ex uno Authore duos fecit nominando ſeorſim Seleſtadienſem, & Wimphelingum, cùm ſit unus idemque.

Guilliman. l b. 1. fol. 6. Philipp. Goth in Præfat. de Invent. SS. Placidi & Soc.

9. *Philippus Gothus* apud Guilliman. in allocutione Philippi III. hæc habet: *Placidus, Eutychius & Victorinus fratres, & eorum ſoror Flavia ſunt ex eodem antiquiſſimo ſanguine Anicio, unde originem ducit Sereniſſima Domus Auſtriæ. Quandoquidem certum eſt anteceſſores Tuæ Celſitudinis, qui ob receptam Auſtriam nomen ſibi pepererunt Auſtriorum (uti Scipiones domitâ Africâ Africanorum) deſcendere legitimâ ſucceſſione ex Frangepanibus, & hos ab Aniciis majoribus paternis S. Placidi.* Aſſertum eſt animoſum, ſed probationes, uti & apud alios deſiderantur. Credidit vir bonus aliis, aliud agens, quàm Geneographiæ intentus. Licet enim (ut ait Seifridus) alleget antiquiores ſe, vel fortè coævos M. Antonium Marſilium Columnam, & Lucam Contilem; non eſt tamen ſufficiens probatio, nuda authorum allegatio, qui pariter ſine fundamento & rationibus ſcripſerunt, quod tamen Seifridus à probis Geneographis exigit.

10. *M. Antonius Marſilius*, quid, & quomodo ſcripſerit nuſpiam deprehendo, niſi quod præcedens Philippus Gothus eum alleget, ex hoc Seifridus & Lequile; ſi quid ad fulciendam opinionem ſcripſiſſet, non tacerent Pierleoniſtæ, fortè eo modo allegatur à Gotho, quo Jornandes eſt allegatus à Gundelfingio.

11. *Scipio Mazella* deſcribens regnum Neapolitanum fertur allegaſſe Lucam Contilem, ſed in qua materia, non proditur: regni ſanè deſcriptio per ſe non requirit ſtudium Genealogicum: manet proinde dubium, an Mazella pro Pierleoniſtis ſteterit, donec producantur ejus formalia.

12. *Thomas*

12. *Thomas Bozius* obiter attigit ſui temporis communem inter Italos opinionem: *Eodem modo Auſtriaci nunquam non leguntur Nobiles fuiſſe, atque à nobilibus ortum ducunt, Comites enim prius Habſpurgienſes cum forent, genus ſuum referunt ad Patricios Romanos è familia Petri Leonis.* De hoc uti ſuperioribus idem formandum eſt judicium, quod inveſtigandis Genealogiis ſe non impenderit, ſed obviis Authoribus, quos legebat crediderit. Tho. Boz. lib. 8. de ruin. regn.

13. *Alphonſus Ciaconius* Biatienſis Ord. Prædicatorum Pœnitentiarius Apoſtolicus conſcripſit vitas Pontificum ex variis aliis Authoribus, de Genealogiis nihil ſolicitus. In Anacleto II. hæc profert: *Petri Leonis gens, quæ & Gratiana aliquando, à Petro Leone & Gratiano quibusdam viris in ea familia primariis vocata eſt, Romæ nobiliſſima & potentiſſima ante annos penè 600. fuit, &c Ex qua ſtirpe genus Auſtriacum omnium totius orbis terrarum, rerum magnitudine, tot regnorum Imperiis, undecimque Imperatoribus editis noſtro tempore clariſſimum manaſſe, author eſt Albertus Argentinenſis.* Hoc eſt narrativè dictum non aſſertivè: & quidem erroneè, quia ut ſupra vidimus Albertus Argentinenſis nuſpiam affirmat Habſpurgicos è Perleonibus fluxiſſe, ſed ſimpliciter à Romanis, abſtrahendo à quibus, & quo tempore. Proinde Ciaconius locum habere non debet inter Pierleoniſtas. Alph. Ciacon. lib. de Vitis PP.

14. *Conſtantinus Cajetanus* author mihi ignotus à Bucelino allegatur, quem non puto etiam fuiſſe Geneographum.

15. *Joannes Petrus de Creſcenzi* Romanus ſcripſit quidem Genealogias Romanas, non tamen Habſpurgicam, de qua merè incidenter ex aliorum mente narrat, quod Carolus V. Romæ exiſtens curiosè inquiſierit in antiqua veſtigia ſtirpis Pierleoniæ, quorum familia eo ipſo tempore extincta ſit in quadam Lucretia, quam ait ſepultam in monte Tarpejo cum hac Inſcriptione:

*Lucretia de Perleonibus, Lucæ de Perleonibus*
*filia, nobiliſſima Romanorum, & Auſtriacæ gentis*
*Sola relicta.*

Eandem Inſcriptionem exhibet etiam Auguſtinus Oldoinus in recentiſſimè reviſo & aucto opere Alphonſi Ciacconii de Vitis Pontificum. Placet ejus verba referre: *Petri Leonis familia hodie Romæ extincta cum Lucretia Petri Leonis, quæ obiit Anno à partu Virginis 1598. ut conſtat ex Inſcriptione ſequenti, quæ Romæ in Eccleſia S. Mariæ Conſolationis in monte Tarpejo propè Capitolium legitur:* Oldoin. To. 1. de Vit. Pontif. col. 1005.

*Lucretia de Perleonibus* &c. ut ſup.

Pergit rurſum Oldoinus: *Ciaconius ſcribit ad Victorios Romanos Cives deveniſſe, quæ de Perleonum gente ſuperfuerant, ejusdemque nobilitatis & potentiæ ampliſſima teſtimonia vetuſtis membranis, & Regum Imperatorumque ſigillis ornata, monumentis expreſſa, apud illos olim extitiſſe. At laudatæ Lucretiæ teſtamento, quod apud me ſervo, compertum eſt, hæredem ex aſſe illius nobiliſſimæ fœminæ gentem de Magiſtris extitiſſe, quæ relicto propriæ familiæ agnomine hodie de Perleonibus in urbe nominatur.* Hæc Oldoinus. Atverò Ciaconius in prima editione Romana nihil habet de Inſcriptione, quia vel ante

Ciacon. 1. edit. fol. 422.

Lucretiæ obitum, vel eodem anno ſcripſit, cum Anno 1599. Clemens Papa in Brevi dato Typographis aſſerat Ciaconium jam defunctum. Miror tamen quod jam tunc Ciaconius extinctam dicat Perleonum familiam, niſi intelligat de linea maſculina. De hæreditate an ad Victorios vel Magiſtros tranſierit, non laboro. Certum ſaltem eſt ante annum 1599. Inſcriptionem Sepulchralem non fuiſſe factam, quia Ciaconium non latuiſſet: certum etiam eſt hanc Inſcriptionem non eſſe viſam à Carolo Imperatore, qui 62. annis ante Romam adiit, ex quo falli Creſcentium apparet. Potuit accidere vt Carolus Romæ exiſtens audierit jactari à Perleoniis, quod ab ipſis defluxerint Auſtriaci, & curioſitatis cauſa voluerit videre ſive monumentum aliquod, non tamen Lucretiæ, ſive perſonam ſuperſtitem, vt ait Lequile, & viderit forte Lucam parentem Lucretiæ; ex hoc tamen non ſequitur veram fuiſſe aut etiamnum eſſe opinionem Pierleoniſtarum. Conjectura eſt, quod hæc opinio paucis annis ante adventum Caroli Imp. perſuaſa fuerit Romanis à Raphaële Volaterrano, qui primus poſt Gundelfingium eam conatus eſt extollere, fortè in gratiam alicujus tunc viventis Petri Leonis, cum ſcripſerit ſuos Commentarios Romæ Anno 1505. vt teſtatur Voſſius. Perſeveraverit hæc perſuaſio toto illo ſeculo, vt ſolet facilè placere familiis illuſtris cognatio; & aliquis dein hæres Lucretiæ, ex tali vana & non fundata perſuaſione curaverit illam Inſcriptionem rudem & impolitam, & falſam, quæ adhuc dicitur extare. Cœterum ſicuti nec Gundelfingius primus inventor opinionis, nec Volaterranus primus ejus promotor fidem hactenus meruerunt apud doctos, nec intentionem ſuam ſufficienter probarunt, ita minus illa ſepulchralis Inſcriptio fidem meretur, cùm nudè aſſerat & nil probet: & ſit hoc primum ſeculo poſita. Producatur alius lapis, à tribus vel quatuor ſeculis, qui aliquid ejuſmodi exhibeat, facilius ad aſſenſum inflectemur. Digna verò eſſet illa Inſcriptio, quæ prorſus eraderetur; ne foret occaſio continuandi erroris, & ad poſteros fictionem tranſmittendi: præſertim cùm ſit injurioſa Domui Auſtriacæ: quomodo enim Lucretia dici poteſt *ſola relicta Auſtriacæ gentis?* annon vixerunt Anno 1598. plures ex Auſtriaca gente in Auſtria, Styria, Tyroli, Hiſpania? & quidem veri Auſtriaci ac indubitati, non à Perleonibus affectati. Faceſſant ejuſmodi nugæ.

Voſſ. de Script. Latin. lib. 3. c. 12.

Lequil. To. 1. de reb. Auſtr. f. 245.

16. *Didacus Lequile* inter Recentes, neſcio an dicam Pierleoniſta, an neuter, quia fatetur ingenuè: *Ut verum fatear ſi juxta Canonicas ac Civiles Leges Juriſconſultorum in rebus Hiſtoricis major fides præſtanda eſt monumentis marmoreis quàm auctoribus quibuscunque, quàm ſcripturæ cuilibet; cum nec unum ſimile monumentum, ac Perleonum memoria aſſeratur, ad comprobandam, omninóque muniendam, ſtabiliendamque primam ſententiam, aſſerendum conſequenter venit, eam tantum opinativè non verò aſſertivè tenendam.* Nuſpiam in toto opere ſapientius locutus eſt Lequile, & hoc uno effato totum ædificium, quod ingenti labore erexerat, quaſi uno ictu conjecit in rudera, ut de ipſo non multum ſibi poſſint gratulari Pierleoniſtæ, cùm ſit tantum Pierleoniſta opinativus, non aſſertivus: & qui Atlanti hujus opinionis Seifrido ſuppetias laturus videbatur ut Hercules, tandem laſſatos humeros prudenter ſubtraxit. Spero quod idem facturi ſint, qui ei ſuccenturiantur.

*Tertia*

## Tertia Claſsis Gallorum.

DE Franciſco Belleforeſtio dictum eſt ſupra, quod in nullo pro Pierleoniſtis faciat, niſi quod opinionem Trithemii & Lazii dubiam relinquat nec velit approbare; de Pierleoniſtis verò ſilet; & ſiquid attuliſſet de his, certè non prætermiſiſſet Seifridus, qui ſolùm unum ejus locum refert, quo Meroveum negat fuiſſe filium Clodionis, adeóque putat per hoc infirmari opinionem Trithemii: & alterum quo Lazium erroris videtur arguere, cùm tamen inſinuet ſe aliquantum conſentire. De Roſierio etiam dictum ſupra, neque alius vtitur ejus authoritate niſi Seifridus. De Arnoldi Wion opinione, cum ſit eadem quæ Seifridi, nihil attinet dicere; cùm fateamur eum fuiſſe Pierleoniſtam, in multis tamen lapſum, vt ex ſequentibus conſtabit. Atque ita ſi rectè rationem ſubducas, ex omnibus tam Germanis quàm Italis & Gallis ſummum viginti licebit numerare pro hac ſexta opinione, & ſi hos ipſos accuratè perpendas vix quatuor digni erunt nomine Geneographi, aut qui Genealogiam Habſpurgicam ex profeſſo ſcrutati ſint & diſcuſſerint. Cœteri coævorum & vulgi rumore decepti obiter opinionem attigerunt, ut vidimus. His omnia alia videbis apud ſequaces communis opinionis, ſic eam appellamus, quæ à Francis deducit originem, tametſi & hæc ſuas patiatur difficultates. Denique nullus omnium iſtorum quantumvis dicendi eſſent Geneographi probavit intentum, ſed eandem lyram diverſimodè pererrarunt affirmando quod Perleones venerint in Germaniam exules, quod poſtremam ſtirpis Habſpurgicæ unus eorum duxerit in uxorem, ſed nullo ſcripto antiquo, nullo monumento id probarunt.

Seifrid. lib. 1. cap. 3. & 2.

## §. VII.

## Pierleoniſtarum Secundum Fundamentum evertitur.

TAm debile pro hac opinione præbent fundamentum membranæ veteres, ut id ipſi Pierleoniſtæ fateri cogantur. Lequilæus clarè: *Inſtrumenta, quæ Seifridus adducit ac Rudolphi Epiſtolas, non adeò convincunt, ut alium ſenſum ab illo, quem ipſe profert minimè admiſerint. Ejus conjecturæ ac veriſimilitates perſuadent ſanè hiſtoricam veritatem ſuper eam fundandam, ubi aliud nobis certius nequaquam occurrit, ſicut ipſe ſupponit. Attamen non ſemper hæſitationes omninò tollunt, ita ut non poſſit aliquis vel eas ſolvere, vel impugnare.* Quare fragmentum Diplomatis, in quo Rudolphus Habſpurgicus nondum Cæſar, majores ſuos recenſet, patrem, avum & proavum; non concludit, quod plures majores in Germania non habuerit, quia plures non enumerat. Quæ enim hæc conſequentia? Non eſt leo, ergo eſt aſinus. Petrus non currit, ergo ſedet. Joannes non affirmat lucere ſolem, ergo negat. Ridicula planè argumentandi ratio. Luitfridus II. Comes Habſpurgicus quem alii Luitfridi I. alii Luithardi filium agnoſcunt, in ſuo diplomate quod dedit Cœnobio S. Trudberti, inquit: *quidquid per chartam traditionis donatum fuit ab anteceſſoribus meis Otthberto videlicet qui inductor fuit pretioſiſſimi Martyris, & Ramberto, cæterisque fidelibus* &c. nunquid ergo licebit

Lequil. de reb. Auſtr. To. 1. fol. 245.

licebit inferre Luitfridus II. non habuit plures majores, quàm Rambertum & Otthbertum, quia plures non nominat? minimè gentium; quia in ejuſmodi ſcripturis non conficiuntur Genealogiæ, ſed alia tractantur juxta ſubjectam materiam, & ea ſolùm adducuntur nomina, quæ ſunt neceſſaria. Hic nominantur ſoli Rambertus & Otthbertus, quia præcipui Benefactores S. Trudberti, licet inter Ottobertum & Rampertum, inter Rampertum & ipſum Luitfridum plures interceſſerint generationes. Simili ratione Rudolphus non nominat niſi patrem, avum & proavum, quia loquitur de poſſeſſionibus, quas primùm proavus Albertus auxerat, vt videre licet apud Guillimannum, & quas cœteri majores nondum conquiſierant; neque inde fas eſt inferre: non nominat abavum, ergo non habuit abavum in Germania. 2. Etiamſi Rudolphus expreſsè & diſertis verbis poſuiſſet: *Albertus mihi Landgravio pater, nobis tribus fratribus patruus, Rudolphus avus, Albertus proavus, ultra quem nullum ex majoribus habui in Germania*: adhuc non poſſet legitimè inferre Seifridus, ergo habuit majores in Italia. Imò amplius ſi addidiſſet: *ultra quem nullum habui ex majoribus in Germania ſed in Italia*, non tamen ſequeretur, quod illi majores anteriores debuiſſent eſſe Perleones; quia præter Italiam ſunt plures aliæ Provinciæ in Orbe, ex quibus poterant veniſſe illius majores, & præter Perleones fuerunt multæ aliæ familiæ nobiles in Italia, de quibus formari potuiſſet conjectura. 3. In præfato inſtrumento quod Seifridus adducit, loquitur non ſolùm Rudolphus, ſed etiam ejus patrueles; qui nominant Albertum patruum ſuum, & non nominant ſuum patrem, qui erat alius Rudolphus cognomento Taciturnus, diverſus à Rudolpho Avo Landgravii, cur non igitur Seifridus eodem argumentandi genere infert, quod hi tres fratres non habuerint parentem in Germania? quia in hoc diplomate ſuum parentem non nominant. 4. Hic modus arguendi prodit magnam ignorantiam veterum membranarum illius ſeculi vndecimi, duodecimi, & decimi tertii, quo in diplomatibus ſeu ſcripturis donationum, contractuum, emptionum, venditionum nominabantur plerunque duæ vel tres generationes ad diſtinguendum ab invicem facilius perſonas. Tales membranas ſupra viginti ego in manibus habui ſpectantes ad Illuſtriſſimam familiam Urſinam Comitum de Blagay, in quibus legi: *Nicolaus filius Duymi, filii Radoslai, filii Baboneg.* neque tamen auſus ſum concludere quod Baboneg non habuerit plures majores in Slavonia: ſed recurri ad alias membranas vbi iterum legi: *Radoslaus filius Baboneg, filii Stephani, filii Stephani.* Et ſic conſequenter combinando plures ſcripturas confeci totam Geneſim Blagayanam accuratiſſimè, ipſimet Illuſtriſſimæ familiæ ante ignotam, cui vix addere poſſis aliquid, demere certè nihil.

Guillim. Habſp. lib. 6. c. 1. fol. 220.

II. Producit deinde Seifridus alterum fundamentum ex membranis Cœnobii S. Crucis, in quo Ottocarus Rex Bohemiæ objicit Rudolpho mediocritatem generis, & Burggravius Norimbergenſis tacitè illam fatetur: videtur proinde hinc argui, quod Rudolphus non ex ſanguine Comitum Habſpurgicorum & Ducum Zaringiæ ortum habuerit. Ad hoc

*Reſpondetur* 1. Narrationem hanc non eſſe abſimilem alteri in Hiſtoria Imperiali apud Marcellinum de Piſe, quæ adducitur his verbis: *Vidit olim Pannonia hominem nobilem, ſed indigum adeò, ut obſoletâ veſte cinereâ uteretur diebus feſtis & profeſtis, qui Regi Bohemiæ eſſet joco; Rudolphum puta Habſpurgenſem, ob incuriam in veſte renovanda: ſed Rex Bohemiæ vocatus ad tribunal Imperatoris, penſurus obſequia, quibus gens Bohema ſubdebatur Imperio, adfuit; & ubi auditum adeſſe Ottocarum auro gemmisque rutilum, ut pronus ſe ſe Rudolpho demitteret Imperatorem agenti: juſſit Imperator ſibi adferri eaſdem veſtes, quas olim riſerat Ottocarus dicens; Hodie Ottocari Regis faſtus & opes omnes meam honorabunt inopiam, quæ quia me evexit in Imperium, æquum eſt è throno Regum gazas videat ſibi ſupplices inclinatas.* Ex hoc contextu apparet rude Hiſtorici ingenium, qui Rudolphum appellat Nobilem ſed indigum & inopem, quia obſoletâ veſte utebatur; quaſi verò indigentiam argueret obſoleta veſtis. Imò ditiſſimi plerunque veſtibus vtuntur attritis, quia conſervant ſua, nec curant in veſtibus ſuas oſtentare divitias. Quod igitur Rudolphus tali veſte ſit vſus non benè inde colligitur fuiſſe indigum, ſed potius in re domeſtica parcum. Et quomodo viginti millia militum in campo habuiſſet, quando eligebatur Imperator, ſi non potuiſſet ſibi meliores veſtes curare? quomodo feciſſet donationes Eccleſiis & Cœnobiis ex ſua ſubſtantia, ſi indiguiſſet? quis etiam credat Electores conſenſu vnanimi delaturos Imperium homini indigo, quem potuiſſent præſumere, privata potius quàm publica curaturum? Nondum electus Imperator, in caſtris offerenti Hiſtorico librum de geſtis Romanorum cum Germanis, torquem aureum è collo detractum donavit, & indigum fuiſſe credamus? ſimilis omninò farinæ ſcriptor eſt ille quem Seifridus allegat, & hinc non curandum quod ſcribit. Sed vis ponitur potiſſimum in eo, quod dicatur Rudolphus *exilis Comes*. Quid mirum hoc ſcriptum à Monacho intra parietes Cœnobii concluſo, qui antea fortè nihil audierat de Rudolpho, imaginatus ſibi fortè eſt unum aliquem Comitem, quales jam tunc in ejus patria nonnulli erant. Certè Landgravius Alſatiæ non potuit veraciter appellari *exilis Comes*, etiamſi planè pauper fuiſſet ac indigus reſpectu ſibi ſimilium.

Hiſtor. Imperial. ad an. 1277. Marcellin. de Piſe To. 1. in feſto Reſurrect. Dom.

*Reſpondetur* 2. Inter reſpectivum & abſolutum oportet diſcrimen facere. Sine dubio Rudolphus comparatus cum Rege Bohemiæ, qui tunc dominabatur à mari ad mare, dici potuit reſpectivè *exilis*, ſed non abſolutè ut Landgravius Alſatiæ. Et ly *Exilis*, poteſt referri ad opes non ad nobilitatem. Nullum paupertas eradit ex Albo nobilitatis: Etiamſi igitur Rudolphus *exilis* fuiſſet in divitiis, non ideò etiam in nobilitate. Præterea comparando ſtatum Comitis etiam potentiſſimi cum ſtatu Imperatoris, quilibet Comes reſpectu Imperatoris *exilis* videtur. Denique vox *Exilis* non ſignificat ignobilem, aut hominem recentis nobilitatis, ac proinde nullam vim habet argumentum Seifridi. Miretur igitur quantum vult Ottocarus, *quod Proceres regni, omniſſis potentioribus, tam exilem Comitem ad Regni faſtigium extulerint.* nihil inde ſequitur aliud, quàm quod non fuerit tam potens in opibus vti ipſe, vti nonnulli alii Principes Europæ, vti Rex Angliæ paulò ante defunctus: quod ne in minimo quidem Rudolpho adimit nobilitatem antiquam.

*Reſpon-*

*Reſpondetur* 3. quærendo, vnde habuerit Hiſtoricus ille S. Crucis Monachus revelationem, quod Ottocarus Rex illis verbis, quæ producit, allocutus fuerit Burggravium Norimbergenſem, & viceverſa Burggravius Ottocarum? Vereor vt illi acciderit, quod in Jovio Epiſcopo Nucerino carpit Keckhermannus: *Jovius à plerisque improbatur, quod nimis ſibi indulgeat in fingendis concionibus, & quidem ſæpè talium argumentorum, quæ cum ſecretiſſima fuerint, de quibus Solimannus Turcarum Imperator, conſultavit cum Hibraimo Baſſa: an bello potius perſequendi ſint Perſæ quàm Chriſtiani? ut mirum ſit cujus avis indicio lib.* 33. *hiſtoriarum prolixam Hibraimi concionem Jovius acceperit, & collegerit.* Quod de Jovio Keckhermannus, nos potiori jure de Hiſtorico MS. apud Seifridum. Et certè Legatorum & Principum ultrò citróque dicta non facilè vulgantur, & ſi fortaſſis aliquando ævo noſtro, *at non ſic olim.*

Keckherm. de nat. & propu. hiſt. c. 3.

III. Fragmenta verò ex Epiſtolis ipſiusmet Rudolphi, quæ producit Seifridus, æquè parùm faciunt ad propoſitum. Eodem enim ſenſu accipienda ſunt, quo ſuperiora jam memorata. Comparat enim Rudolphus ſtatum ſuum præteritum cum præſenti, qui tenellus & mediocris reſpectivè haberi poteſt. Deinde magnorum virorum eſt, quantò ſublimiores ſunt, tantò ſubmiſſius ſe gerere: ità Rudolphus; ità poſt eum omnes Auſtriaci. Et ſi hodie potens aliquis Comes in familiari colloquio (uti fieri aſſolet) alterius ſervum ſe appellaverit, nunquid inde concludemus eum ſervili genere natum? Demiſsè de ſe loqui, & altâ ſtirpe ſatum eſſe, optimè invicem compatiuntur.

IV. Epiſtola Piſanorum ad Rudolphum ita nihil habet pro Pierleoniſtarum opinione, vt potius illam impugnet. Commendat enim Rudolphum à progenitoribus, qui opem ferre miſeris, juvare afflictos conſueverint, quales fuerunt pater ejus in bello ſacro contra Saracenos, avus in bellis civilibus Germaniæ, proavus etiam in Palæſtina, abavus aliique majores ut Landolus contra Hunnos patriam defendendo, &c. qui omnes fuerunt Germani, nec vſpiam vel vno verbo Piſani indicant ſentire ſe, quod Rudolphi majores Itali fuerint; minùs quod Perleones. Nempe in lacuna hæſit illud nomen, exſiccet ergo lacunam Seifridus, & producat nomen Petri Leonis, ut argumentum ejus vim habeat. Sed ſuis armis jugulemus adverſarios. Volunt Pierleoniſtæ conciliare Habſpurgicis ſplendorem nominis ab inſigni nobilitate Perleonum, & cum ad probationes venitur, dicunt eum fuiſſe *exilem* Comitem, mediocris fortunæ, &c. annon iſta ſibi è diametro opponuntur? Excuſſimus hactenus Pierleoniſtarum Authores, & membranas, & apud authores quidem (omnes recentes) reperimus nomina Perleonum & Perleones, qui revera fuerunt in rerum natura, ſed apud nullum invenimus probationem ſufficientem, quod tales Perleones tranſierint in familiam Habſpurgicam. Non enim ſufficit aliquid aſſerere, ſed neceſſe eſt aſſerta probare. Probant per membranas: etiam iſtas excuſſimus, formalia verba produximus, in quibus tamen nec vnum jota de Perleonibus in familiam Habſpurgicam inſitis, nec vnum verbum de origine Habſpurgica à Perleonibus derivata. Quid igitur concludendum? Seifrido hæret aqua; quod pompaticè pollicebatur ſe probaturum *ex majorum traditione,*

*ex*

*ex antiquitatis monumentis, ex certa ſcriptorum authoritate & fide*, quod de ſua opinione jactabat: *Nititur non ſolum vetuſtiſſima multisque ſeculis continuata majorum traditione, ſed etiam omnium, qui olim ea de re ſcripſere Hiſtoricorum ſententiis eſt approbata*; nullatenus præſtitit, vel oſtendit, vti hactenus clarè demonſtravimus. Neque enim quæſtio eſt an Perleones fuerint in rerum natura, fuerint nobiles, illuſtres, potentes, honorati à pluribus ſeculis, quod ſolùm ille probavit; ſed quæſtio eſt, an illi Perleones inſiti fuerint Habſpurgicæ familiæ, quod nec Seifridus, nec vllus hactenus Perleoniſta probavit, ſive ex antiquo aliquo authore, ſive ex antiqua aliqua membrana, ſive ex antiquo aliquo lapide, quæ ſunt neceſſaria ad probandas ejuſmodi aſſertiones. Ergo ſexta opinio falſa. Sed neque traditio eſt multorum ſeculorum, quia primus ejus author Gundelfingius vixit & finxit Anno 1476. ante duo ſecula. Quomodo ergò *multis ſeculis continuata eſt majorum traditio?* quomodo *omnium qui olim ſcripſere Hiſtoricorum ſententiis approbatur*, ſi nec vnus olim ante Gundelfingium id ſcripſit? Res volumus, non verba; ſuccum, non fucum. Sed iterùm Seifrid. lib. 1. c. 5.

## §. VIII.

## *Pierleoniſtarum Tertium Fundamentum evertitur.*

HIc diſcutiemus, quas in tertio fundamento adducunt Pierleoniſtæ conjecturas quasdam, approbationes, & confirmationes ſuæ opinionis.

*Prima conjectura.* Cùm ſummus ſit conſenſus veterum ſcriptorum, qui à temporibus Rudolphi I. vſque ad Maximilianum ſcripſerunt, clara videtur deduci conjectura, quod hæc opinio ſit vera, & cœteris præferenda. De hoc ſupra ſatis dictum eſt, cùm examinarentur Authoritates: addo tamen 1. falſum eſſe, quod, vti prætendit Seifridus, hæc opinio ſit *Omnium, qui olim de ea re ſcripſerunt Hiſtoricorum ſententiis approbata.* Nam illud *olim* vel accipitur de temporibus ante Rudolphum I. Imperatorem, vel de temporibus proximis poſt illum, neutrum poteſt cum veritate affirmari. Non primum, quia ante Rudolphum non conſtat vllum ſcripſiſſe præter Murenſem Monachum de Genealogia Habſpurgicorum: hic verò non deducit Habſpurgicos à Romanis, non à Perleonibus; ſed ab Alèmannis & Comitibus Vindoniſſæ, & ſub Rudolphi initium Imperii ſimiliter ſcripſit Rhythmographus: *trahunt genus ex Alemannis.* Et his duobus nullum antiquiorem produxerunt hactenus Pierleoniſtæ. Non etiam ſecundum, quia vſque ad annum 1476. nullus aſſeruit Habſpurgicos derivari à Perleonibus, primusque id commentus eſt Henricus Gundelfingius: cùm interim ſtatim poſt Rudolphum alius Murenſis Cœnobita Originem Habſpurgicam deduxit à Thierſteiniis Comitibus, circa Annum 1300. Ergò falſum eſt, quod *olim omnium* ſcriptorum fuerit in hanc opinionem conſenſus. Et quinam illi *olim omnes?* Ulricus Kriegius coætaneus Rndolphi Imperatoris, Albertus Argentinenſis, Ulricus de Klingenberg toto ſeculo poſteriores, Henricus Gundelfingius duobus ſeculis Rudolpho junior: neque vllum hactenus

antiquiorem invenio, cujus fidei Pierleoniſtæ innitantur. Et hi ſunt *olim omnes.* Quid verò dicunt primi tres? nihil ſanè aliud, quam quod Habſpurgici originem primam habuerint à Romanis, non determinando à quibus Romanis, & neque ſomniando de Perleonibus. A Romanis inquam illis, qui Helvetiam & reliquam Germaniam incoluerunt ad finem ferè ſeculi quinti æræ Chriſtianæ: tunc enim reſidui Romani ex Germania in Italiam revocati ſunt vt obſervat ad annum 488. Melchior Inchoffer. Ab hoc tempore vſque ad Ottobertum qui S. Trudpertum Martyrem ſuſcepit, & fovit; non effluxit ſeſquiſeculum. Cùm ergo ignorarent iſti Authores ex quibus majoribus ortus fuiſſet Ottobertus Habſpurgicus cultor S. Trudperti, per conjecturam divinabant ortum ex Romanis, qui prioribus ſeculis dominabantur Helvetiæ, quia exiſtimabant nullum nobilem ſanguinem ex indigenis juxta Romanos ſtemma propagaſſe. Utrum autem orti fuerint ex Romanis Fabiis, vel Scipionibus, vel Piſonibus, vel Flaviis, vel Perleonibus de hoc non fuerunt ſoliciti Kriegius, Klingenbergius, Argentinenſis &c. rati eſſe laborem invtilem, quærere quod ſciri non poſſet. Sed jam 2. etiamſi fuiſſet olim talis conſenſus authorum, qualis prætenditur, non tamen ſufficeret ad intentum, quia nuda aſſertio nulla eſt probatio; ſed requiruntur teſtimonia ejus temporis, quo aliquod factum aſſeritur; requiruntur membranæ veteres; requiruntur inſcriptiones antiquæ, nihil ejuſmodi produxerunt illi authores, quos allegant Pierleoniſtæ, ergò argumentum vim non habet. 3. Ubi veritas aliqua indagatur per ſolas conjecturas authoritas antiquorum non prævalet authoritati Recentiorum, quia multa Recentiores melius eruderarunt, quàm antiqui; & *Veritas eſt Temporis filia;* ergò etiam ex hoc capite nihil evincunt Pierleoniſtæ. 4. Si de antiquitate opinionum ſit quæſtio, & ex ea deſumi debeat veritas opinionis, antiquiſſima & conſequenter veriſſima opinio erit quod Habſpurgici orti ſint ex antiquis Alemannis, quia hæc eſt omnium prima opinio, aſſerta adhuc ante Rudolphum, quod tamen Perleoniſtæ non agnoſcunt, ergò neque ſuam debent fundare in antiquitate authorum. Quanquam, vt diximus, malè jactant antiquitatem ſuorum authorum, qui ab Anno primùm 1476. inceperunt, circa quod idem tempus Manlius, Trithemius, Stabius, Sunthemius ſuam de Francis cœperunt tradere.

Inchof. in Annal. Hung.

II. Adducunt deinde approbationem Principum Auſtriacorum, & dicunt ſuam opinionem approbatam à Rudolpho I. Habſpurgico in Epiſtolis ſuis allegatis à Seifrido in fundamento ſecundo. Sed jam oſtendimus hoc eſſe falſum, & nunquam probatum aut probandum ex prædictis Epiſtolis, quia aliud eſt ſe profiteri tenellum aut mediocris fortunæ, aliud verò ſe profiteri Italum origine vel Perleonem; illud faſſus eſt Rudolphus, hoc nullibi. *Maximilianum I.* ajunt ita ſenſiſſe teſte Jovio, ſed Jovio non creditur, niſi probet aſſertum: deinde cùm Maximilianus I. fuerit omnium primus, qui cœpit inquirere in ſuæ Domus originem, ſi approbaſſet opinionem Pierleoniſtarum, quæ jam erat inventa ejus tempore à Gundelfingio, non fuiſſent auſi aliam tradere Sundthemius, Stabius, Trithemius, qui

qui cùm omnes à Francis licet aliâ viâ derivaverint Habſpurgicos, ſignum eſt hanc Maximiliano Imperatori magis placuiſſe, quàm illam, præſertim cùm iſti tardius aliquantum ſcripſerint, quàm Gudelfingius, & quidem ex directione & imperio Maximiliani, vt teſtatur Wolfg. Lazius, cujus verba appono: *Principum majorum ſuorum exemplis inſiſtens D. Maximilianus Imperator, ſociis laboris Joanne Stabio, Jacobo Manlio, & Ladislao Sundheymio, majorum ſuorum tumulos, nomina, ac propagationem diligentiſſimè perquiſivit; eorumque ſeriem Genealogiæ brevis formâ arcubus illis triumphalibus inſeruit, quos ab honore vulgò* Ehrenporten *nuncupavit, non ſine maximo ſumptu apud Norimbergam ſculptos, atque impreſſos. Ea etſi perexigua exiſtat, & vix 24. heroas complectatur: tamen ut tum erant tempora, & multa adhuc non ſolùm in hoc genere, verùm adeò etiam in aliis honeſtis diſciplinis latuerant, conatum egregium tanti Principis, conſiliaque propè divina demonſtrat. Quæ cauſa fuit &c. ut ſtatuerim tandem in hoc conandum mihi aliquid eſſe.* Hæc Lazius proponens ſibi laborem Maximiliani ampliare, & quod illi deerat ſupplere. Cùm ergò Lazius magno conatu opinionem illam propugnare aggreſſus ſit, quæ à Francorum Regibus derivat Habſpurgicos, manifeſtum evadit, quod eadem mens fuerit Maximiliani. Laz. Comment. Geneal. Præfat.

*Carolus V.* dicitur Romæ inquiſiviſſe, an ſuperſit aliqua memoria Perleonum, & fuiſſe ei monſtratam ſuperſtitem vnam venerabilem perſonam vt ait Lequile, vel vnum recens Epitaphium cujusdam Lucretiæ, vt narrat Creſcenzi, ſed inprimis hæc variatio narrationis ſuſpectam reddit narrationem. Deinde inquirere de aliqua familia vel ejus veſtigiis, non eſt ſentire ſe ex illa familia oriundum. Audierit ſine dubio Carolus de opinione Pierleoniſtarum, vti & de aliis jam tunc inventis, ideóque inquiſierit non quod crederet ſe à Perleonibus ortum, ſed vt videret an illa opinio aliquid probabilitatis haberet. Sed de hoc diximus hoc Capite 6. ſup. §. 6. Et denique ſæpè vnus Princeps aliquid probat prout informatur, quod deinde alius improbat, nec propterea ſequitur utrumque eſſe verum.

*Sigismundus Archidux* à Gundelfingio dicitur opinionem probaſſe Pierleoniſtarum. Sed Gundelfingius ſolùm dicit, quod Sigiſmundus benè ſciat, à quibus majoribus proceſſerit, quod referri poteſt ad immediatos majores Auſtriæ Duces, & fortè etiam Comites Habſpurgicos, non ad alios remotiores. Verba Gundelfingii hæc ſunt: *Secundum Epitoma illuſtrium Comitum Aventinorum Tuo ingenio præcelſe Princeps relinquo; qui Tui originem, Tuorumque prædeceſſorum geſta ac magnalia prioribus ex Chronographis melius noſti.* Nihil dubito quin Sigiſmundus ſciverit ſuos majores à Rudolpho I. Imperatore, & plures alios Habſpurgi Comites ante Rudolphum: ſed quod ſciverit vel putaverit ſe à Perleonibus ortum antequam Gundelfingius illi ſuam opinionem inculcaret, & boni Principis affectum occuparet, non credo: cùm nullus ante Gundelfingium hanc Perleonicam originem aſſeruerit. Sciverit Sigiſmundus *ex prioribus Chronographis* ſeriem majorum à Rudolpho I. Imperatore, prout priores Chronographi deſcripſerunt, ſed non potuit ſcire originem Perleonicam antequam Gundelfingius illam deſcriberet. Gundelfing. ap. Lambec. fol. 476.

*Matthias I. Imperator* fertur approbaſſe opus Seifridi, ſed quo argumento id evincitur? quia ſcilicet Seifridus illi ſuum opus dedicavit. Hoc verò non ſufficit ad approbationem, quia multa opera dedicantur Principibus, quæ illi non examinant, non curant; & licet ex innata humanitate acceptent, per hoc tamen non ſunt cenſendi approbatores omnium contentorum in opere. Imò ex eo, quia Seifridi opus hæſit mancum & imperfectum, nec reliqui libri poſt tertium hactenus in lucem emiſſi ſunt, dicunturque extare in Bibliotheca Cæſarea Manuſcripti, colligi poteſt, quod Matthias Imperator melius edoctus à viris harum rerum peritis, inhibuerit ne partes reliquæ imprimerentur. Editus enim eſt Seifridi liber III. Anno 1613. poſt quem adhuc ſexennio vixit Matthias, & fortè etiam Seifridus, cur non igitur reliquas partes edidit, ſi labor Imperatori placuit? aut ſi interim mortuus fuit Seifridus, cur ex ejus Cœnobitis nullus ſuſcepit curam proſequendi Typi, vt Imperatori gratum opus integrum prodiret in lucem? Nempe ex primis libellis prudentes viri adverterunt ædificium Seifridi erectum in arena.

*Ferdinando II.* placuiſſe hanc opinionem aſſerit Lequile eo ſolo argumento, quod illi Seifridus dedicaverit ſuum librum III. de Perleonibus; ſed hoc non ſufficit, quia potuit illi diſplicuiſſe, ut mox dicemus.

*Philippo III.* etiam dicitur placuiſſe hæc opinio, tùm quia illi Seifridus dicavit ſuum librum, tùm quia Cornelius Vitignanus illi dedicavit Brevem Genealogiam Auſtriacam etiam à Perleonibus deductam, propter quam fertur Philippus Vitignanum ſpecialibus literis commendaſſe Comiti de Olivares. Epiſtolæ, quæ circumfertur, tenor iſte eſt.

Epiſt. Phil. III. apud Lequil. in Ferdin. Arciduca.

*Illuſtre Conde de Olivares, primo nueſtro Vicerey, Lugartenente, y Capitan General. Cornelio Vitignano que eſta os darà, me ha preſentado dos obras ſuyas; la una de las quales trata en breve mi Genealogia, y Real proſapia de Auſtria; en que da buena mueſtra de ſu ingenio y partes: y aſſi os lo he querido ſignificar, y encargaros le tengais por muy encomendadò para favorecerle come à perſona benemerita, empleandole en las coſas que occurrieren de mi ſervicio, en que conforme à ſu calidad y profeſſion, vos vieredes que me ſabrà meior ſervir, que yo holgarè de lo que por el hizieredes. Dad. en Madrid à 29. de Settiembre 1598.*

*Yo el Rey.*

Hæ commendatitiæ videntur 1. ſubreptitiæ ex ſtylo, quia Reges Hiſpaniæ non ſolent dare ſuis vaſallis titulum *Illuſtre*, prout hic ponitur. 2. videntur etiam ſubreptitiæ ex dato, quia datæ ſunt 29. Septemb. Anni 1598. quo tempore Philippus III. occupabatur in curando funere paterno, cùm Philippus II. obierit eodem Anno die 17. Septembris, ſepultus ſequentibus diebus in Eſcuriali, vbi probabiliter filius aliquot diebus exequias curavit, ibique moratus eſt apud Hieronymianos vſque ad feſtum S. Hieronymi quod eſt 30. Septembris: nec ſuſceperit interim curam ſcribendi commendatitias ſimplicis alicujus nobilis. 3. videntnr ſubreptitiæ ex eodem dato, quia eſt contra ſtylum Cancellariarum expedire decreta, aut ſimiles ſcripturas diebus feſtis, dies autem 29. Septemb. eſt feſtum S. Michaëlis. Sed demus eſſe veras, & non excogitatas has

Vaſconell. in Anacephal.

commen-

commendatitias, demus etiam esse propriâ manu ipsius Regis scriptas, quid inde elicitur? *trata en breve mi Genealogia, y Real prosapia de Austria: en que da buena muestra de su ingenio.* Hæc est tota substantia commendationis, & laudis; nam cœtera sunt humanitatis & clementiæ Austriacæ, qnâ solent benefacere cuicunque qui sui causa laborem aliquem susceperit. Ergo laudatur Vitignanus, *quòd breviter complexus sit Genealogiam & Regiam prosapiam Austriæ, in qua dedit bonum specimen sui ingenii.* Hoc idem fateor de Seifrido, de Lequileo, & multò magis de Guillimanno, de Piespordio, de Chiffletio, quod ostendant suum ingenium, & tamen his contraria tradunt: nec propterea vera sunt omnia, quia ingeniosè deducta.

III. Econtra etiam aliæ opiniones habuerunt suos Patronos ex iisdem Principibus. Ferdinandus I. Imp. erexit Oeniponti in æde S. Crucis PP. Franciscanorum insigne Mausolæum Maximiliano I. avo suo, quod viginti octo statuis æneis exornavit. Inter has statuas etiam est Clodovei Francorum Regis, Theodoberti Ducis Burgundiæ Comitis Habspurgici, seu potius Theodoberti Regis Austrasiæ à quo Lazius, Trithemius & alii derivant Habspurgicos; Godefridi Bullionæi & aliorum, nulla verò invenitur ex Perleonibus, vnde colligitur quod Ferdinandus I. cui Gebuiherus, & Lazius suas Geneses Habspurgicas inscripserunt, illam opinionem, quæ à Francis auspicatur, amplexus sit. Lambec. Bibl. Cæs. lib. 2. f. 698.

*Rudolpho II. Imperatori* placuisse etiam opinionem Lazii argumento est, quod Viennæ aulam illam, in qua Comœdiæ exhiberi solent picturis majorum suorum exornaverit secundum eandem Lazii & Gebuilheri designationem Genealogicam à Francis Regibus petitam, quam picturam ego meis oculis vidi ante annos 30. quæ tamen aula nunc (ut mihi refertur) deletis picturis reformata, & ampliata est. Supererunt tamen adhuc multi Viennæ, qui eam picturam viderint.

*Ferdinando II.* displicuisse opinionem Seifridi, sæpius me audivisse memini ante quadraginta annos, cum dixisse feratur *Metuo ne cum docti nimium rimantur nostrorum majorum originem, aliquando perveniant ad opiliones.*

*Ferdinando III.* placuisse opinionem Reverendiss. Patris Joannis Gans Confessarii sui Aulici, quæ à Francis repetit originem, argumento est, quod voluerit eam primùm impressam Pragæ, denuò Typis novis subjici Coloniæ; ut ipse author testatur. Imò nuperus scriptor Kieffer asserit Ferdinando III. placuisse originem ab Antenore, quatenus ad Pharamundum & cœteros Francorum Reges progreditur opinio.

*Philippo IV.* Regi Catholico placuit opinio Joannis Jacobi Chiffletii Historiographi sui, quæ Habspurgicum sanguinem repetit à Carolo Magno: constat ex ejusdem Chiffletii operibus pluribus.

*Leopoldus Wilhelmus* Archidux piiss. mem. ejusdem Chiffletii opera summè laudavit, uti habeo ex ipsiusmet Sereniss. ore cùm Anno 1660. in clementissima audientia illi primam hujus mei opusculi designationem obtulissem, cujus quidem designationis titulos probavit, & vt opus prosequerer hortatus est, quod etiam spero non displiciturum Augustissimo nostro Cæsari Leopoldo.

Habemus igitur totidem Principes contra Adverſarios, quot illi pro ſe ſtetiſſe putant, & poſſemus plures adducere, vt Albertum Belgarum Principem, cui placuit labor Theodorici Pieſpordii, Ferdinandum Infantem Hiſpaniæ, cui placuit labor Caſperii Geuvartii, quorum vterque ſtirpem Habſpurgicam deducit à veteribus Francis: ipſum denique Auguſtiſſimum Imperatorem Leopoldum, qui Speculum honoris Joannis Jacobi Fugger, in quo Lazii opinio præfertur opinioni Pierleoniſtarum, albo calculo ſignat, & magni æſtimat. Sed nolumus his immorari.

IV. *Tertium argumentum*, quo Pierleoniſtæ vtuntur, eſt rejectio opinionum oppoſitarum; ſed hæc nihil operatur, quamdiu propria opinio non probatur ſolidis rationibus, & monimentis antiquis; hæc, hæc producant Pierleoniſtæ, ſi fidem & aſſenſum extorquere volunt..

*Quartum argumentum* eſt ex ingenua confeſſione errorum, in quos aliqui Pierleoniſtæ lapſi ſunt. In hoc puncto convenit hæc opinio cum altera Trithemii & Lazii, ſive quæ à Francis Regibus antiquis deducit Habſpurgicos; quia etiam Authores hujus ingenuè fatentur aliquos ex ſequacibus humanum quid paſſos. Interim tamen neutra opinio ſolâ confeſſione à reatu abſolvitur, donec ſufficienter probet, quod aſſerit. Id hactenus nondum præſtiterunt Perleoniſtæ, an præſtiterint ſequaces Trithemii, videbimus infra.

V. *Quintum argumentum* deſumitur ab honeſtate & ſplendore Perleoniæ ſtirpis, quæ cœteras longis paſſibus antecedit. Honeſtatem requirunt Pierleoniſtæ in Francico ſanguine, quia ſupponunt Sigebertum Exulem patre illegitimo natum, Theodoberto Auſtraſio; ſed non omnes ſequaces opinionis Trithemii à Theodoberto deducunt Habſpurgicos; & Theodoberti legitimum natalem vindicat Belleforeſtius. Quidquid ſit de hoc, quia modo non inquirimus de accidentibus, ſed de ſubſtantia; non à qualibus majoribus procedant Habſpurgici, ſed à quibus: nec probatur per hoc eos procedere à Perleonibus non à Francis, quia Perleonum generationes omnes fuerunt legitimæ, non autem Francorum: Et quis Perleonibus dedit hoc privilegium, vt non poſſint inter majores admittere aliquem non legitimè natum: ſed alia promenda ſunt argumenta, quod orti ſint ex his, non verò ex illis. Quanquam ſi Pierleoniſtæ benè intelligerent Epiſtolam Ottonis Friderici Epiſcopi Labacenſis apud Lequilem, timidius gloriarentur. Non revelo myſterium, quod Lucas Holſtenius è Vaticana Bibliotheca eruit, verba vt jacent in primigenio ſenſu accipio Ottonis Friderici. *Che quel Pier Leone, ô ſuo Padre, ò avo fuſſe mancato nella fede Chriſtiana.* Id quidem (vt aliunde habeo) de nullo horum aſſeruit Holſteinius, ſed de alio anteriorum Perleonum. Interim ego oſtendam ſuo loco, quod deducendo Originem Habſpurgicam ab antiquis Francorum Regibus, in tota linea recta, ſaltem à Clodoveo vel Clothario Magno vſque ad hodiernos Auſtriacos, ne vnus quidem ex majoribus Habſpurgicorum à fide defecerit, aut in hæreſim aliquam ſit lapſus, quam prærogativam neſcio an alia quæpiam Principalis antiqua familia participet. Sed de hoc aliàs. Hic ſolùm quæritur de prima origine Habſpurgicorum in ſubſtantia non in qualitate; hæc verò non

Leq. To. 3. de matrim. Auſtr. fol. 118.

non probatur ex honeſtate ſanguinis, ſed aliunde. Probent prius Perleoniſtæ quod Habſpurgici à Perleonibus ortum habeant, poſtea laudent Perleonium ſanguinem, & ſatisfacient prudenti judicio; ſecus, actum agent. Idem eſt de *admirabilibus laudibus, prærogativis, & ornamentis* Perleonum, ut loquitur Seifridus, quia hæc illis negare non volumus, ſed ſolùm negamus ortum Habſpurgicum à Perleonibus, quem ſi probaverint Pierleoniſtæ, ſimul probabunt admirabiles laudes, prærogativas, & ornamenta derivari in Habſpurgicos. Seifrid. titul. lib. 2.

VI. Denique *ſextum argumentum* conjecturæ Pierleoniſtarum deſumimus à ſcuto gentilitio. Prætulerunt illi antiquitùs duos aureos Leones erectos invicem reſpicientes in campo rubeo, vt habent Ciaconius, Wion, & Seifridus. Habſpurgici verò Leonem aureum in campo cœruleo, vt Arnoldus Wion aſſeverat, qualem etiam mutato campi colore geſſiſſe dicuntur Frangepanes Veneti qui cum Perleonibus ejusdem ſunt propaginis. Sed fallitur mirum in modum Wion, & ſine fide juſſore in gratiam Pierleoniſtarum hoc adducit; quia Habſpurgici (vt vno quaſi ore cœteri Authores teſtantur) in ſuo ſcuto ab antiquis temporibus geſtarunt Leonem rubeum in campo aureo, corona cærulea redimitum; qualia arma etiam fuiſſe antiquis Burgundiæ Regibus exiſtimat Lazius apud Guillimannum. Et quot ſunt familiæ quæ Leonibus utuntur in ſuo ſcuto, neque tamen ejusdem ſtirpis ſe profitentur. Leonem rubeum in campo aureo geſtant etiam Duces Brunſuicenſes, neque tamen ſunt ejusdem familiæ cum Habſpurgicis; Leonem aureum in campo cœruleo geſtant Comites à Schwarzenburg, neque tamen ſunt Frangepanii. Nihil itaque etiam ex hoc capite pro ſua opinione efficax poſſunt depromere Pierleoniſtæ. Et tamen tam gloriosè contra Lazium erupit Arnoldus: *Non enim hoc loco verbis agimus, ſed demonſtrationibus, & probationibus: neque teſtibus hic quidquam tribus aut quatuor proficitur, cum in contrarium longè plures ſuppetant: neque etiam teſtibus res agenda ſit, ubi veritatem acta, & monumenta, inſtrumentaque publica declarant.* Ubi rogo illæ demonſtrationes, vbi probationes? vbi teſtes plures, quàm pro Lazio in contrarium? vbi acta & monumenta, & inſtrumenta publica? omnia excuſſimus, expendimus, conſideravimus; & nec vna inventa eſt efficax probatio, nullum monumentum, nullum inſtrumentum publicum, ex quo legitimè poſſet deduci, quod Habſpurgici ortum trahant à Perleonibus. Accedit quod Perleones poſtquam à Frangepaniis dividi cœperunt, diverſa inſignia geſtaverint, nempe Leonem teſſelatum ſive ſegmentatum ex aureis & nigris ſegmentis, idque jam tunc quando in Helvetiam dicuntur migraſſe, vti eſt apud Lequilæum & Jo. Jacobum Fugger expreſſum eorum ſcutum: tales autem Leones nunquam vſurparunt Habſpurgici, ex hoc igitur capite deſumptum argumentum nullum eſt, & conſequenter opinio Pierleoniſtarum fictitia. Ciacon. in Vit. Pont. Wion in ligno vitæ. Seifrid. in Arb. Anic. Pontus Heuter. Laz. Comment. Geneal. lib. 1. c. 2. & 5. Pieſpord. in tab. Guillim. lib. 2. cap. 8. Verder. ap. Pieſpord. Wion. contra Laz. §. 2. Leq. To. 1. f. 199. Fugger. Spec. hon. lib. 1.

§. IX.

## §. IX.

### *Impugnatur ulterius Pierleoniſtarum Opinio & fictitia oſtenditur.*

OLeum & operam perdunt Seifridus & Lequile, dum fatentur nonnullos errores in opinionem Pierleoniſtarum irrepſiſſe, qui tamen facilè dilui poſſint, vt non habeant Adverſarii quod objiciant. Nos enim objiciemus, quæ non poterunt diluere; & quidem *Impugnatur* 1. Sexta Opinio. Aſſerunt Pierleoniſtæ, quod Perleones cùm Româ in Germaniam veniſſent condiderint caſtrum Habſpurg, ſic dictum à monte Aventino, quem Romæ inhabitabant Perleones, quaſi Avendiſpurg, vel Avenſpurg, & corruptè Abſpurg; idque factum volunt poſt Annum Chriſti 1145. Ita Volaterranus, Bardi, Wion & alii. Sed conſtat ex Originalibus Inſtrumentis, quod pridem, ante centum & plures annos caſtrum Habſpurg fuerit conditum, vel (vt alii volunt) pluribus ante ſeculis ſteterit, & reædificatum fuerit Anno 1027. vti conſtat ex Teſtamento Werneri Epiſcopi Argentinenſis Comitis Habſpurgici, vbi hæc leguntur: *Ego Vernarius Strasburgenſis Epiſcopus, & Caſtri quod dicitur Habſpurg fundator, Monaſterium in patrimonio meo, in loco, qui Mure dicitur, in pago Argovia, in Comitatu Rore, in honore Sanctæ & individuæ Trinitatis, & S. Dei Genitricis MARIÆ, omniumque Sanctorum conſtruxi.* Igitur fictitia eſt Pierleoniſtarum opinio.

Volaterran. Bardi. Wion ſup. cit. ap. Lequil. To. 1. de reb. Auſtr. f. 112.

Guillim. lib. 5. Habſp. c. 3.

II. *Reſpondet* Seifridus verum eſſe, quod præfati Authores erraverint decepti modo loquendi Alberti Argentinenſis, qui loquens de Leone Maximo viſitante filios in Germania, ait: *Requirens autem de juniore quid egiſſet, illum ſe in fortiſſimam quandam munitionem collocaſſe vidit*, quæ verba Volaterranus, Wion & alii ſic verterunt: *requirens autem à Juniore, quid cum ſua ſubſtantia egerit, ille ſe omnem in unam munitionem fortiſſimam collocaſſe reſpondit.* Hic autem error non poteſt opinioni quidquam præjudicare, quia fatentur alii dudum ante adventum Pierleonum caſtrum Habſpurg fuiſſe conditum, & ſolùm Pierleonis filios illud adiiſſe per matrimonium. Itaque, ait Seifridus, *cum aliunde certò certius conſtet, poſteriores Habſpurgicos Comites à Perleonibus Romanis oriundos eſſe; dicendum eſt illos veteribus Habſpurgicis in caſtrum & nomen Habſpurgium ſucceſſiſſe, aut ratione affinitatis, aut alio quovis nomine.* Sed

Seifrid. lib. 1. cap. 7. fol. 37.

III. *Contra eſt primò* quod in textu Alberti Argentinenſis expreſsè habeatur: *requirens autem à Juniore, quid cum ſua ſubſtantia egerit.* vti eſt in editione Urſtiſii, qui vetus exemplar MS. cum alio antiquiſſimo in membrana conferens, aſſerit ſe id MS. edere provt reperit; & præterea notat deſiderari in ſuo MScripto primam narrationem de Origine Romana Habſpurgicorum, & incipere: *Rudolphus Comes de Habſpurg cum eſſet apud Fridericum Imperatorem*, &c. qui eſt ſecundus §. in impreſſis. Fatetur tamen Urſtiſius in altero antiquiore membranaceo illam narrationem contineri, quam proinde ipſe in ſua editione noluerit præterire, licet hanc opinionem de Origine Habſpurgicorum: *alii quoque docti non ſatis veriſimilem cenſent.* Cùm igitur in antiquiſſimo exemplari membranaceo extent illa verba Alberti, malè Seifridus imputat ſuis Symmiſtis, quod illi textum corruperint, ſed ipſe potius vult corrumpere.

Urſtiſ. in edit. Francofurt. A. 1670. Præfat. in Albert.

*Contra*

*Contra est* 2. quia per hoc, quod fateatur hunc errorem; non probat quod asserit *alunde certo certius constare Habspurgios Comites à Perleonibus Romanis oriundos esse.* Unde constat? ex Authoribus? sed nullus eorum probat: ex membranis? sed nullæ hactenus adductæ sunt, quæ id affirment. Ergò à primo ad vltimum, manet fictitia opinio Pierleonistarum, donec proferant authores non simpliciter affirmantes sed probantes, vel authores eorum temporum, quo Pierleones dicuntur successisse Habspurgicis, vel saltem aliquam membranam antiquam, quæ testetur Perleones Romanos Habspurgum hæreditate adiisse, quod hactenus nullus protulit, vt vidimus supra.

IV. *Impugnatur* 2. Pierleonistæ rejiciunt opinionem communiorem, quæ à Merovingis deducere vult Habspurgicos, ex eo, quod Authores ejus inter se discordent in enarranda tali origine; ideóque censent opinionem Trithemii, Lazii, Piespordii & aliorum fictitiam: sed multò magis Pierleonistæ inter se discordant, cùm vnus dicit Leonis Maximi filios in Germaniam, alius cujusdam antiquioris Petri Leonis Frangepanis: alius dicit venisse Anno 1145. alius 1170. &c. alius dicit consedisse ad Lacum Lucernensem, alius Insprucki seu Oeniponte, alius ad Augsburgum, quæ non solùm nullam fidem sed & sibilos merentur. Ergò multò magis fictitia est opinio Pierleonistarum.

*Respondent* Seifridus & Lequile. Verum esse, quòd in his circumstantiis aliqui Pierleonistæ erraverint, & potissimùm Itali locorum Germaniæ ignari; sed melius Seifridus assignat & locum ad quem venerunt Perleones, & tempus quo Româ abierunt: nec esse curandos errores in circumstantiis, modo in substantia Authores conveniant. Sed

V. *Contra*: nec Seifridus nec Lequile, nec vllus alius Pierleonista hactenùs sive locum verum, ad quem venerint Perleones; sive tempus verum, quo venerint, designavit; quia vt hoc aliquis præstaret, priùs deberet ostendere & probare, quòd aliquis Perleonum Roma discesserit, vel relegatus sit; & hoc probato, quòd in Ergoviam abiens per matrimonium se inseruerit familiæ Habspurgicæ. Hic est punctus difficultatis, qui non probatur nudâ assertionè Recentium authorum, quem hactenùs nullus probavit aliquâ authoritate coævi scriptoris Wernero Habspurgico, nullus probavit aliquâ antiquâ membranâ, nullus probavit solidâ ratione. Prudenter Guillimannus: *Apud me, in rebus sanè literariis, nulla unquam auctoritas ante rationem fuit; rationem absque argumentis & testibus inanem fermè existimavi: neque præ publicis monumentis traditionem unquam posui.* Guillim. lib. 1. cap. 2. fol. 11. Proba priùs Seifride quòd aliquando aliquis Perleonum Roma migraverit in Ergoviam, documentis antiquis: proba quòd filia Werneri Habspurgici nupserit alicui Perleoni, & postea differe de fuga vel exilio, quia probato tali matrimonio cætera facilè vel per solam conjecturam adducta assensum obtinebunt. Sed dicere simpliciter, quidam Gundelfingius scripsit quòd Perleones Roma venerint, & initium dederint familiæ Habspurgicæ, Wion scripsit quòd Perleones venerint in Helvetiam, Seifridus scripsit quòd venerint A. 1145. quando Wernerus Comes Habspurgicus vixit; & concludere; ergò vnus ex Perleonibus duxit vltimam filiam Werneri, & continuavit stemma Habspurgicum; ergo ille Petrus Leo vocabatur Albertus, ergo ab hoc Perleone Alberto qui

fuit proavus Rudolphi I. Imperatoris, omnes Habſpurgici Recentiores deſcenderunt: ergò ita ſentiendum de Origine Habſpurgica; ergò qui aliter de hac diſcurrunt falluntur & fingunt. Quis iſte modus illationum? ſupra nudam aſſertionem vnius fumivenduli, qui plura mendacia in ſuo Epitomate barbarè dicto ſcripſit, quàm lineas, ſupra nudam inquam aſſertionem arbitrariè excogitatam, fundare tanti momenti concluſionem: *Certo certius conſtare Habſpurgicos Comites à Perleonibus Romanis oriundos eſſe.* & vt fictio colorem aliquem veri habeat, inſuper alium confingere, quod Perleones in Helvetiam venerint, alium velut è tripode decernere id factum Anno 1145. alium addere, ductam in vxorem filiam Werneri Habſpurgici à Perleone illo exule, nunquid intolerabilis eſt audacia Geneographi? Proba & credimus, quod aſſeris: alioqui nos benè concludimus: eorum quæ afferunt, nihil probant Pierleoniſtæ, ergò nihil eorum quæ afferunt verum eſt, ergò opinio Pierleoniſtarum fictitia.

VI. *Impugnatur* 3. Dicunt Pierleoniſtæ, ſed non probant, quòd Albertus Dives proavus Rudolphi I. Imperatoris, fuerit filius Leonis Maximi Petri Leonis Romanus, qui duxit poſtremam ſtirpis Habſpurgicæ filiam Werneri Comitis, qui obiit ſecundùm aliquos Anno 1159. ſecundùm Guillimannum Anno 1163. Atqui conſtat ex chartis & membranis Murenſibus, quòd Wernerus non ſolùm habuerit duas filias, ſed etiam filium Albertum, quem Germani ſcriptores (exceptis Pierleoniſtis) agnoſcunt ſtirpis propagatorem. Nam ante Rudolphum I. Imperatorem ſcripſit Monachus Murenſis Genealogiam fundatorum ſuorum Comitum Habſpurgicorum, & alius tempore Rudolphi Imperatoris incipiendo à Guntramo, qui fuit Hexavus Alberti Divitis, & expreſsè tradit vterque Albertum Divitem fuiſſe filium Werneri Comitis Habſpurgici, ſic enim habet poſterior:

Gen. Murenſ. ap. Chifflet. in Lumin. prærogat. fol. 323. & ap. Lequil. de reb. Auſtr. To. 1. fol. 221. ex Dominic. Tſchud. Abb. Murenſ. lib. de arm. nobil. Helvet.

> Wernherus de Habſpurg Comes ex Itha de Homberg genitus, genuit ex Domina de Starckhenberg uxore Adelbertum, & Richenſam conjugem Comitis de Fieritto, & Gertrudem Comiti de Montpelgard nuptam. Obiit Wernherus Anno Domini 1159. Sepultus in Monaſterio noſtro.
>
> Adelbertus Comes de Habſpurg Werneri filius, genuit ex Itha Comitiſſa de Pfullendorff Rudolphum Landgravium Alſatiæ & Itham Comitiſſam de Liningen.

Hæc Monachus Murenſis poſterior, qui vixit ſub Rudolpho Imperatore, quia vſque ad hunc pervenit, non vltra. Alter antiquior, qui Rudolphi Imperatoris non meminit, his verbis aſſertum firmat.

> Itha de Thierſtein ſive Homberg (*nempe uxor Werneri II.*) genuit Wernerum, & Rudolphum de Habſpurg.
>
> Idem Wernerus genuit Adelbertum, Gertrudem de Mumpelgard. Richenſam de Fierito.
>
> Albertus per Itham Comitiſſam de Pfullendorff, filiam ſororis Ducis Welph, genuit Rudolphum & Comitiſſam de Linigen.

En duos teſtes antiquos & antiquiores omnibus Pierleoniſtis, qui aſſerunt Albertum Comitem Habſpurgium fuiſſe filium Werneri Comitis, nullus verò neque Germanus, neque Italus eorum temporum aſſerit Albertum fuiſſe filium Leonis Maximi ex Perleonibus, ſed eſt mera arbitraria

inventio

inventio Recentiorum Pierleoniſtarum, potiſſimùm Wionis & Seifridi, nullo antiquo authore, nulla membrana hactenus probata, ergo opinio Pierleoniſtarum eſt fictitia; & plus credi debet duobus Monachis qui ante quadringentos annos ſcripſerunt, eo loci, vbi Alberti parentem ſepultum certò conſtat, quàm aliis duobus Monachis, qui ſcripſerunt ante ſexaginta circiter annos, & haud dubiè Murenſe Cœnobium nunquam viderunt.

VII. *Impugnatur* 4. Ex præmemoratis Geneſibus conſtat Wernero fuiſſe duas filias Richenſam & Gertrudem, cujus vtriuſque maritus nominatur, quarum fortè vtraque ſupervixit patri ſuo Wernero; neque vlla alia nominatur, quæ ſola ſuperſtes nupſiſſet alicui Perleoni; imò neque vllus alius author præter recentes Pierleoniſtas id tradit; ergò ſignum eſt, quod vel ex ignorantia, vel ex malitia vnicam Wernero filiam Comitatus hæredem affingant Pierleoniſtæ, ergò opinio illorum eſt fictitia. Ad hoc quod reſpondeant non habent, niſi velint antiquis ſcriptoribus fidem adimere, cùm interim jactent Genealogias ex antiquis probandas eſſe.

VIII. *Impugnatur* 5. Ex iisdem Geneſibus conſtat, quòd Albertus Comes Habſpurgicus cognomento Dives, de quo agitatur quæſtio, habuerit vxorem Itham Pfullendorffenſem; neque ex vllo alio ævi illius authore conſtat, quòd aliam præter hanc vxorem habuerit; cùm ergo ipſe vſurpaverit titulum Comitis Habſpurgici ſignum eſt fuiſſe natum ex patre Habſpurgico, & non per vxorem conſecutum hunc titulum. Ergo iterùm Pierleoniſtarum opinio fictitia.

*Reſpondent* ex Alberto de Bonſtetten, quod Albertus iſte fuerit Perleonius, & priuſquam duceret vxorem Pfullendorffenſem, prius alias duas vxores habuerit, quarum vna non diu nuptiis ſuperfuerit, alia in partu obierit. Et ab vtraque hæres ſcriptus magnas adeò ſibi divitias compararit, vt Divitis cognomento inſigniretur. Illarum verò priorum vxorum alterutra fuerit Werneri Habſpurgici filia. Sed

*Contra*; licet hoc primâ fronte veroſimiliter ad ſpeciem dicatur, nihilominùs Albertus de Bonſtetten nugatur, quia (vt ait Lazius) *nugas ſuas Maximiliano Cæſari inſcripſit.* Unde tali authori fides habenda non eſt, niſi antiquiorem fidejuſſorem producat. Stant præterea antiqui authores contra illum, qui accuratè Comitum Habſpurgi circa ea tempora ſobolem & matrimonia notarunt, nec vllus meminit duarum vxorum præter Itham Pfullendorffenſem, verùm expreſſis inſuper verbis ajunt Alberto ex Itha Pfullendorffenſi genitas proles, & inter has ſucceſſorem ac ſtemmatis propagatorem Rudolphum. Cœterùm, quod ſæpiùs repetitum: probent Pierleoniſtæ quod aſſerunt, & credemus.

IX. *Reſpondet* iterùm Seifridus: *Major apud me eſt fides Epiſtolarum Rudolphi Auguſti, cæterorumque, quos pro ſententia noſtra adduximus, auctorum, quam nudæ aſſertionis Murenſis Monachi: qui cum Albertum memoratum Vernero in Comitatum Habſpurgicum ſucceſſiſſe ex Annalibus ac vetuſtis Monaſterii ſui Inſtrumentis didiciſſet, non dubitavit eundem Vernero prognatum aſſerere.* Subdit deinde rurſum: Seifrid. lib. 1. c. 11. fol. 70.

*Non ipſi* (Murenſi Monacho) *eſſe tantam auctoritatem quæ perſuadeat; quippe, qui cum poſterioribus temporibus ſcripſerit, diverſisque ex Inſtrumentis donationum libellum ſuum conſarcinaverit, eo quo diximus modo potuit allucinari.* Sed

*Contra eſt* 1. Eſto major fides habenda ſit Epiſtolis Rudolphi I. Imperatoris quam Monacho Murenſi, non tamen major fides debetur Monacho Zwethallenſi Seifrido, quàm Monacho Murenſi. Hic enim vixit proximè ad tempora Alberti, & coævus fuit Rudolpho Imperatori; ſcripſit etiam in loco fundationis majorum Alberti; cauſam habuit, vt conſuleret poſterorum memoriæ: Seifridus verò vixit recenter, ſcripſit remotus à Murenſi Cœnobio, cauſam fortè etiam aliam habuit vel oſtentandi ingenii, vel cum S. Benedicto cognatos oſtendendi Habſpurgicos; ac proinde multò minus ipſe meretur fidei, quàm Monachus Murenſis.

*Contra* 2. Oſtendat aliquid ſimile Seifridus in Epiſtolis Rudolphi, ſicut coævus Rudolpho alter Monachus, alter ſenior Rudolpho annotavit; oſtendat Albertum è Perleonibus natum; oſtendat vxorem habuiſſe vnicam filiam Werneri, & quod toties polliciti ſumus, credemus. Sed nihil prorſus ejuſmodi invenitur in Epiſtolis Rudolphi, vt planè mirum ſit, quod ſibi perſuadeat, ſuis repetitis aſſertionibus ſe effecturum, vt antiquum Authorem diſertè affirmantem ex Wernero natum Albertum, vxorem habuiſſe Pfullendorffenſem, deſeramus; & ipſius voluntati obſequamur contra rationis dictamen.

X. *Reſpondet* iterùm Seifridus: *Etiamſi certioribus monumentis aliquod indicium reperiri poſſet, quo ſignificaretur Werneri filium fuiſſe hunc, de quo loquimur Albertum, id tamen potius de filiali adoptione, quam de naturali propagatione interpretandum foret.* Sed

*Contra*: hæc eſt frivola, & indigna viro ſapiente reſponſio; nullus enim ſapiens certiora monumenta poſtponit incertis, & arbitrariè excogitatis. Deinde ſciunt Logici, quòd voces ſupponant pro principali ſignificato, & proprio, quamdiu non adduntur termini alienantes, ampliantes, limitantes, diſtinguentes &c. Cùm ergò Geneographi & Chronographi antiqui appellent ſimpliciter ſine addito Albertum filium Werneri, vtique intelligunt filium naturaliter propagatum, nec poſſunt intelligi loquuti de adoptiva filiatione, niſi fortè prophetico ſpiritu præcognoviſſent deſiderium Seifridi, vt ſcribendo filium ſimpliciter, in ejus gratiam intellexerint filium adoptivum. Sed tunc potiùs clarè expreſſiſſent. Profectò ſi ſic licebit interpretari bonos Authores, omnia manebunt in ſimilibus dubia, & quisque de ſuis majoribus debebit dubitare an ſint per naturalem propagationem orti an per adoptationem. Et nos dicemus filios Leonis Maximi licet ſcribantur filii Leonis Maximi ſimpliciter, fuiſſe tamen filios adoptivos non naturales. Si enim hæc interpretatio in vno valet, cur non in altero?

XI. *Impugnatur* 6. Si tam nobilis ſanguis, vti revera fuit, Perleonum translatus eſt aliqua ratione in Germaniam & Helvetiam ac ſtirpi Habſpurgicæ inſertus per matrimonium prætenſum, quare in tota Helvetia & vicinis partibus nihil hactenus repertum, quo vel modicum veſtigium deprehenderetur

nominis

nominis Perleonii, antequam id primus ſcriberet Gundelfingius? quare nec in Murenſi, nec in Trudpertino, nec in Wettingenſi Cœnobiis vlla hujus translationis memoria ab vllo Monachorum annotata, nullum ſchediaſma inventum in quo id aſſereretur? Nempe recens eſt fictio, & fabula excogitata à Neotericis. Quare Albertus in ſubſcriptione literarum nuſpiam ſubſcripſit Albertus Perleonius Habſpurgicus? cùm tamen reperiatur in quodam Trudpertino inſtrumento: *Sigillum Adelberti Comitis de Habesburch Landgravii Alſatiæ.* Guillim. lib. 6. c. 2.

*Reſpondere* poſſunt, quando per adoptionem mutantur nomina & prædicata, obliterari ſolent præterita ex variis cauſis & motivis. Subinde vt recentis memoria facilius imprimatur memoriæ poſterorum: ſubinde vt conſanguineorum deſiderio ſatisfiat, & denique quia ipſi ſubditi antiquiores nomenclaturas mordicus retinent, & Dominos ſuos à Dominiis, quæ poſſident appellare ſolent. Hinc Albertus, qui nobiliſſima quidem ortus ſtirpe in aliam æquè nobilem, & Landgraviatûs titulo inſignem ſe transferebat, ſummo ſtudio caverit, ne ſuperſtitem ſocerum priſtinâ appellatione offenderet, aut vt nomen Habſpurgicum in Helvetia notius, quàm Perleonium conſervaret, quo non ſolùm gloriaretur inter Germanos antiquitate nominis, ſed inſuper chariorem ſe ſubditis, & paribus redderet amiciorem Germanâ nomenclatura. Sed

*Contra.* hæc ad ſpeciem pulchrè dici poſſunt, verùm quia falſæ innixa ſuppoſitioni impugnationem non elevant, nec aliud evincunt, quàm quòd ita fieri potuiſſet; quod verò factum ſit non probant. Denique quantumcunque caviſſet Albertus ne Perleonium ſe vocaret aut ſcriberet, non poterat tamen cavere aut prohibere, quo minus coætanei ſubditi, vicini, Murenſes aut Trudpertini Monachi, avitæ Habſpurgicorum fundationis alumni reſciſcerent vnde Albertus fuerit oriundus. Hi ergo (ſi non ipſe) alicubi ſaltem reliquiſſent notatum primam Fundatorum ſuorum familiam extinctam, ab Alberto Perleonio reſtauratam &c. Nihil verò ſimile vſpiam annotarunt, nec ipſi, nec alii in Germania; ſed omnes, qui iis temporibus ſcripſerunt, vel diſertè affirmarunt fuiſſe filium Werneri, vel ſuppoſuerunt.

XII. *Impugnatur 7.* Aſſerunt Pierleoniſtæ Leonem Maximum Petri Leonis filium fuiſſe parentem Alberti divitis, & Rudolphi, quod tamen nec ex Italis & Romanis authoribus, nec Germanis probant; ſed ſolitâ divinatione vtuntur. Quæro autem vtrùm hi duo fratres ex ipſorum ſententia fuerint Romæ geniti an in Germania? Non audebunt dicere in Germania, quia hoc narrationem (ſeu potiùs fictionem) illorum everteret: Fuerunt itaque (ſecundùm ipſos) nati & educati Romæ. Mira res! In tota anteriore Geneſi Perleonum nullus invenitur Albertus, nullus Rudolphus; ſed meri Petri, Petri-Leones, Maximi Leones, Stephani Leones, & cùm ad filios Leonis Maximi ventum eſt, nomina illis tribuuntur Germanis vſitata potiùs, quàm Italis; quaſi jam tunc divina quadam præmonitione de futuro poſt multos annos exilio, & contrahendo in Helvetia matrimonio edocerentur. Quis hic non videt Pierleoniſtarum opinionem ceſpitare, & prorſus violenter confictam eſſe?

XIII. *Impugnatur* 8. Uſitatum paſſim eſt nobilibus familiis, vt cùm per matrimonia tranſeunt in aliam familiam, prolibus imponant nomina majorum tam ex parte matris, quàm patris: nec indiget hoc vllâ probatione, quià paſſim obſervamus hunc morem. Quare ergò in tota Geneſi Habſpurgica nec vnus Petrus, nec vnus Stephanus, nec vnus Maximus invenitur? nempe nihil vnquam commune Habſpurgicis fuit cum familia Perleonum. Unde rectè concludit Guillimannus: *Adeò nullum omninò in familia Habſpurgenſium Auſtriacorumque Petrum, aut Perleonium fuiſſe, ut ne digna quoque confutatione ſententia videatur.* Præterea vſitatum eſt apud Germanos à pluribus ſeculis, vt cùm vna familia alteri ſuccedit in hæreditate per connubium, inſignia ſua conjungat cum aliis hæreditate acquiſitis: quare igitur Perleones ſi adierunt hæreditatem Habſpurgicorum non conjunxerunt Habſpurgicis etiam ſua antiqua inſignia? nempe non potuerunt conjungere, quia non fuerunt vnquam conjuncti ſanguine. Unde rectè iterùm cum Guillimanno opinio Pierleoniſtarum indigna eſt confutatione. Nihilominùs, quia recentes iterùm nacta eſt Patronos, vlteriùs hunc illi honorem habebimus, vt impugnemus examinando circumſtantias narrationis de fuga Perleonum. Tres verò potiſſimùm occurrunt, *cauſa* videlicet quare fugerint Roma; *Tempus*, quando fugerint, *& Locus*, quo fugerint: quibus ſufficienter expenſis conſtabit de nodo difficultatis in hac opinione, & concludi poterit, quid de illa ſit ſentiendum.

Guillim. lib. 1. cap. 2.

## §. X.

## *Examen cauſæ ob quam Perleones Româ abiiſſe dicuntur.*

ROmanæ fugæ ſive exilii dum aſſignare conantur cauſam Pierleoniſtæ, mirum in modum diſcordant, & quam Pharamundanæ originis Authoribus objicere ſolent diſcordiam, ipſi multò magis incurrunt. Nam vt ab eo eordiamur, qui primus illis dedit occaſionem erroris, tametſi nihil de Perleonibus adduxerit: *Albertus Argentinenſis* cauſam duorum fratrum Romanorum Româ diſcedentium hanc aſſignat; *Olim namque duobus fratribus propter potentis Romani occiſionem eliminatis ab urbe, pater eorum nobilior Romanus, dans cuilibet eorum immenſam pecuniam.* Ita exemplar Urſtiſii, quæ aliter refert Guillimannus, ſine dubio ex corrupto exemplari: *Olim namque duobus fratribus per potentis Pop. R. occiſionem eliminatis ab urbe, propter eorum nobilitatem, Romanus dans cuilibet eorum immenſam pecuniam.* Hic ergò aſſignatur duorum fratrum abitûs Româ, modus, & cauſa: modus eliminatio ſive expulſio; cauſa propter occiſum Romanum vnum ex potentioribus; ſed genus & familia tacetur.

Alb. Argent. Chron. ſui temp. initio. Guilliman. lib. 1. cap. 1.

II. *Henricus Gundelfingenſis* eundem modum, & cauſam producit, expreſsè referens ad Perleones, primus de quo hactenus conſtat Perleoniſtarum author, cùm ait: *Relegatis ac deportatis ob potentis Senatoris trucidationem olim duobus fratribus præclaræ Romanorum familiæ Petri Leonis dictæ de Aventino monte*, &c. Hic relegatio ac deportatio nominatur modus abitûs, & trucidatio potentis Senatoris cauſa, quæ coincidunt cum ſuperioribus, ſed additur illos duos fratres fuiſſe de ſtirpe Perleonum, quod Albertus non ſcripſit. III. *Ra-*

Gundelfing. in Epitom. 2.

III. *Raphaël Volaterranus* modum & cauſam attingens ait: *Petrus Leonis Stephani nepos, Maximi pronepos &c. cujus duo nepotes per ſeditionem ex urbe profugi ad Alpes venerunt* &c. modus hic eſt fuga, cauſa ſeditio, quæ diſcrepant à ſuperioribus: nam illi cauſam aſſignabant homicidium, iſte verò ſeditionem. Volaterran. in Anthropolog. lib. 23.

IV. *Hieronymus Roſſi* tacitâ causâ ſolum modum inſinuat: *ex Perleoniis quosdam Iſpruchum (Oenipontem appellant) ad habitandum profectos*, quibus verbis videtur innuere ſpontaneum exilium. Roſſi ſup. cit.

V. *Arnoldus Wion* modum aſſignat ſeceſſum, mitiore vocabulo, cauſam nihilominùs ſeditionem vrbanam: *Petrus Leo, Petri Leonis filius in ſenatorio ordine præſtantiſſimus ſemper habitus, ob urbanas ſeditiones in Germaniam una cum fratre Rudolpho ſecedens*, &c. Quas autem ſeditiones intellexerit paulò poſt explicat: *Cum illo tempore Adriano IV. & Alexandro III. Pontificibus non adeò morem gereret Fridericus primus Imperator, qui ſibi jura Pontificia contra jus fasque arrogabat, & nonnullis eidem Imperatori, & ſuo idolo Octaviano Antipapæ adhærentibus; aliis verò quibus mens ſanior erat, inter quos erant Frangepanii & Perleones nobiliſſimi Cives Romani, verum Pontificem ſequentibus, omninò veriſimile videtur, ut propter ejusmodi piam ſeditionem, pro defenſione Chriſti in terra Vicarii contra Imperatorem, Antipapam, & eorum ſequaces à Frangepaniis & Perleonibus motam, ab Imperatore ipſo Friderico, qui eorum potentiam verebatur in Germaniam hi duo fratres, qui plus aliis poſſe videbantur, relegati fuerint*, &c. Hæc Arnoldus, ex quo apparet quomodo ſenſim fabulæ pars poſt partem addita fuerit, & ipſi Pierleoniſtæ à ſeipſis ſemper diſcordaverint. Nam Wion in Ligno Vitæ præfat. & tract. de ſtirpe Anicia. §. 13.

VI. *Joannes Seifridus* avidè arripuit cauſam à Wione aſſignatam, ſed paulò aliter conatus eſt eam digerere, cùm non tempora Friderici Ænobarbi reſpexit, ſed Conradi Imperatoris, & initia Pontificatus Eugenii. Adductis ſiquidem literis ſeditioſorum Arnaldiſtarum, quorum anteſignanus erat Jordanus frater Leonis Maximi, qui filios ſuos in Germaniam dimiſiſſe aſſeritur; concludit Seifridus: *En tempus en cauſa Perleonum ex urbe in Germaniam migrationis. Quos enim alios per dictos Cives (quos Imperatoribus multa mala intuliſſe calumniantur) intelligunt, quàm Perleones, qui ſemper pro Eccleſia, & pro veris Chriſti Vicariis contra Tyrannos ſteterunt.* Subſcribit (vt ferè etiam alibi) Seifrido Lequilæus, de cauſa agens, de modo an ſponte abierint, an expulſi, an deportati, vterque ſilet. Seifrid. Arbor. Anic. lib. 1. c. 9.

VII. Poſt Seifridum & Lequilem ſcripſit vir doctiſſimus & antiquitatum ſtudioſiſſimus *Petrus Lambecius* in Notis ad Henricum Gundelfingium: *Per relegationem & deportationem non eſt hic intelligenda interdictio urbis per legitimam ſententiam judicialem, ſed injuſta ex urbe expulſio per vim & tumultum propter defenſionem Eccleſiæ Romanæ contra hæreſiarcham Arnaldum de Brixia, ejusque ſectarios Summo Pontifici in urbe Roma rebellantes.* Inſinuat ergo ab Arnaldiſtis per vim expulſos. Cœteri Perleoniſtæ cauſam & modum diſceſſus Perleonum in Germaniam ſilentio prætereunt. Interim ex his Lambec. Bibl. Cæſ. lib. 2. fol. 476.

VIII. *Colligitur* 1. quod diſſideant inter ſe Pierleoniſtæ, non in cauſa ſolùm, ſed & modo diſceſsûs Perleonum Roma; in cauſa, quia vnus dicit fuiſſe patratum

patratum ab illis homicidium nobilis cujusdam Romani, alius fuiſſe vim & odium Arnaldiſtarum ſeditioſorum, alius fuiſſe zelum & defenſionem ſedis Apoſtolicæ; in modo etiam variant, dum alius dicit deportatos, alius in exilium miſſos, alius profugiſſe, alius ſponte & ſine cauſa data in Germaniam ad habitandum profectos, quæ omnia arguunt opinionem ex meris arbitrariis commentis & conjecturis ſuper vna fabula Alberti Argentinenſis fundatam & conſarcinatam.

IX. *Colligitur* 2. Nullum ſive ex allegatis, qui ſunt præcipui Pierleoniſtæ, ſive ex aliis; qui innocenter, & ſeducti, horum veſtigia preſſerunt; nullum inquam eſſe, qui adduceret aliquam authoritatem antiquam, aliquem authorem coævum illis Perleonibus, qui dicuntur fugiſſe, aliquod monumentum, lapidem, membranam &c. in quibus aliquid notatum eſſet de fuga vel diſceſſu duorum Perleonum Româ in Germaniam; ſed purè putè quidquid de hac re narratur excogitatum eſſe à Pierleoniſtis ex proprio cerebro per divinationes, & conjecturas; ſuppoſito & nunquam adhuc probato, quòd verùm ſit id, quod ſcripſit Albertus Argentinenſis. Quam futilis verò & vana ſit hæc ratio conjecturandi, nemo non videt. Conatur quidem Seifridus firmare ſuas conjecturas ex Ottone Friſingenſi, Ligurino Poëta, & Epiſtolis Arnaldiſtarum ad Conradum Imperatorem; ſed ex his nihil aliud poteſt elici, quàm quòd Arnaldiſtæ occaſionem dederint ſeditioni vrbanæ, quod Petri Leonis filii ſe ipſis oppoſuerint, excepto Jordano Perleonio anteſignano Arnaldiſtarum; qui patruus fuit illorum Perleonum, qui dicuntur in exilium miſſi vel profecti: interim nec Otto Friſingenſis, nec Ligurinus quidquam attingunt, quod aliquis Perleonum vel ſponte, vel coactè tunc miſſus ſit in exilium: neque ex Epiſtola Arnaldiſtarum quidquam ſimile colligitur. Non enim infertur legitimè, Arnaldiſtæ fuerunt adverſarii Perleonum, ergò duos illorum eliminarunt Roma; ſed ſolùm; ergò potuit accidere vt ea occaſione duo Perleones eliminarentur vel expellerentur: quod an, & quando, aut quomodo factum ſit, nullus antiquus & coævus illorum Perleonum, qui cum Arnaldiſtis certarunt, ſcriptor annotavit: vnde apparet hanc opinionem eſſe voluntarium figmentum Pierleoniſtarum, qui fruſtra jactant ſe habere antiquos ſcriptores, antiquas membranas, cùm nihil hactenus ſimile produxerint. Sed

X. Conjecturæ Pierleoniſtarum aliam conjecturam veroſimiliorem opponamus, ſuppoſitâ interim opinione Seifridi, quod ſub Eugenio Papa Anno 1145. duo Perleones in exilium abierint. Petrus Leonis juxta Seifridum fuit avus duorum Perleonum exulum, proavus verò Leo Petrus Leo. De his fateor, quòd fuerint obſervantes Sedis Apoſtolicæ, vti habetur ex teſtimonio Baronii. Nam

Baron. in Annal. Eccleſiaſt.

Anno 1108. *Paſchalis Papa tumultuantes quosdam Romanorum uſurpatores rerum Eccleſiæ &c. compeſcuit. cum ipſo Paſchale Petro Leonis, & Leone Frangipane fideliter laborantibus.*

Petr. Diac. lib. 4. c. 37.

Anno 1110. vt apud Baronium Petrus Diaconus inquit: *Erat autem hyems, cumque in Thuſciam deveniſſet* (Henricus Imperator) *miſſis Romam nuntiis,*

*inter*

*inter illos & Petrum Leonis, & cæteros Pontificis nuntios in porticu S. Petri convenit.* Hic Petrus Leonis avus exulum fuit Legatus pro Pontifice ad conventionem cum Henrico Imperatore. Porrò ſequenti

Anno 1111. producit Baronius Epitaphium Leonis de ſtirpe Perleonum, qui ſine dubio non fuit alius, quàm Seifridi Leo Petrus Leo proavus aſſertorum Exulum Perleonum, quod hic libet annectere Baron. ad an. cit.

*Hoc jacet in tumulo Leo, vir per cuncta fidelis*
*Sedis Apoſtolicæ, tempore quo viguit.*
*Romæ natus, opum dives, probus, & ſatis alto*
*Sanguine materno nobilitatus erat.*
*Prudens, & ſapiens, & cœlo penè ſub omni*
*Agnitus, & celebris ſemper in urbe manens.*
*Virgo ter ſenis fuerat cum ſole diebus*
*Quando ſuum vitæ finierat ſpatium.*

Sol ingreditur ſignum Virginis 23. Auguſti, hinc computando ter ſex dies, obiiſſe videtur 9. vel 10. Octobris. Notandum verò quòd dicatur ſolùm *ſanguine materno nobilitatus*, quomodo igitur ab Aniciis dicitur originem traxiſſe paternam? Anno deinde 1115. rursùm Baronio teſte Petrus Leonis in tumultu populari propter novum vrbis Præfectum concitato, periclitanti Paſchali Papæ præſto eſt. Baron. cit.

Anno 1118. pro Gelaſio Papa II. è Cencii Frangipanis captivitate liberando arma corripuit Petrus Leonis.

Anno 1144. Petri Leonis filii, & Frangipanes ſe opponunt Arnaldiſtis hæreticis turbatoribus vrbis, & vt ait Baronius: *Petrum Leonis conjici ſatis poteſt his diebus ex hac vita migraſſe, ſepultumque fuiſſe in atrio Baſilicæ S. Pauli.* vbi Epitaphium illi poſitum, in quo & hi verſus:

*Te Petrus & Paulus conſervent Petre Leonis,*
*Dent animam cœlo, quos tam devotus amaſti:*

Attingimus nunc annum, quo avus Perleonum Exulum à Seifrido aſſertorum obiit relictis filiis Leone Maximo, Jordano, Centio, & Guidone, vt ait Seifridus, qui ſubſcripti leguntur in quodam inſtrumento Anno 1139. præterea Gratiano & Hugone, qui & Vizo & Obizo ſcriptus legitur: Ex his ſex fratribus Jordanus fuit Arnaldiſtarum anteſignanus, cæteri pro Pontifice ſtabant, vt ex ipſa Epiſtola Arnaldiſtarum ad Conradum Imperatorem colligitur, & poſſidebant tunc caſtellum S. Angeli Romæ. Nominantur in ſubſcriptionibus Leonis Maximi filii Stephanus de Leone, & Leo Petrus Leo, quem poſteriorem Romæ manſiſſe cum patre fatetur Seifridus.

XI. Jam quæro cùm authores meminerint Leonis Maximi & filiorum ejus Stephani ac Leonis Petri de Leone, ſeu Petri Leonis, neque vllus meminerit Alberti, & Rudolphi Perleonis, tanquam filiorum Leonis Maximi, vnde Seifridus habeat quòd præter Stephanum & Petrum de Leone, alios filios

habuerit Leo Maximus, quorum alter Albertus de Leone, alter Rudolphus de Leone appellatus ſit? vt enim hoc adſtruat, debet aliquod fundamentum vel authoritatem antiquam habere. Reſpondet, quòd eoipſo Anno 1144. vel immediatè ſequenti hi duo fratres in Germaniam abierint pulſi ab Arnaldiſtis, & ideò non ſunt nominati à Romanis ſcriptoribus, ſed à Germanis alterius nomen proditum eſt Alberti, alterius Rudolphi. Quæro iterùm, quis Germanus ſcriptor ejus ætatis notavit Albertum Comitem de Habſpurg fuiſſe filium Leonis Maximi Perleonii? Hic hæret aqua Seifrido, & recurrit ad fabulam Alberti Argentinenſis, qui ducentis & amplius annis poſt Leonem Maximum vixit, neque tamen vllo verbo meminit Perleonum, recurrit ad Gundelfingium fingentem, qui trecentis & pluribus annis poſt Leonem Maximum vixit, & alios recentiores. Ex quo manifeſtè apparet, quòd hæc opinio ſit merum figmentum, merè frivola & vana conjectura, ex cerebro Pierleoniſtarum recentium nata, nullo ſolido fundamento ſubnixa.

XII. Quæro iterùm ex Seifrido cùm fateatur in illis diſturbiis remanſiſſe Romæ, & quidem in caſtello S. Angeli Perleones ad quos Anno 1146. ipſe Papa Eugenius confugit, ob renovatam ſeditionem, vtrùm inter illos poſſeſſores caſtelli S. Angeli fuerit etiam Leo Maximus vel non; ſi fuit, vix eſt credibile à patre ſuo diſceſſiſſe filios: cùm ex caſtello ab adverſariis expelli non poſſent: ſi non fuit, cur non etiam ille cum aliis duobus filiis Stephano & Leone, qui poſtea cum illo pluribus annis manſerunt, ejectus eſt in exilium? & cur nihil ſimile annotarunt antiqui ſcriptores, qui tamen minutiora fideliter annotarunt? Apparet ergò iterùm, quòd hæc Pierleoniſtarum opinio ſit merum figmentum, & propoſitio de poſſibili mutata in propoſitionem de facto. Poterat fieri, ergò factum eſt, non infertur legitimè.

XIII. Nec illud ommiſero, quòd Seifridus æquè potuiſſet conjecturare Perleones aſſertos Exules potiùs ob impetitam Sedem Apoſtolicam, quam defenſam in exilium miſſos, & quidem ab Eugenio, qui tumultus tandem pacavit; neque enim vt ipſe loquitur *ſemper Perleones, in defendenda Eccleſia Romana ſunt verſati.* Sed magis exagitarunt quàm Arnaldiſtæ, & quidem Petrus Leonis Anno 1130. contra Innocentium Papam intruſus Pſeudopapa, de quo Baronius ex Codice Vaticano: *Petrus autem Leonis cum ſectatoribus ſuis humilitatem Innocentii parvi pendens, non poſuit Deum adjutorem ſibi, ſed ſperavit in multitudine divitiarum, in potentia parentum, in fortitudine munitionum, & hoſtiliter aggredi fecit domos Frangipanum, in quibus Innocentius ſe receperat, &c. ad S. Petrum cum indignatione, maxima cum multitudine equitavit &c. per ſanctuarium & aureum Crucifixum pendentes coronas, cum toto theſauro argenti & auri, & pretioſis lapidibus &c. tanquam ſacrilegus auferre præſumpſit.* De hoc ipſo Petro Leonis contra Innocentium legitimum Papam intruſo Pſeudo Papa, loquitur S. Bernardus: *Ecce Chriſtus Domini iſte Innocentius poſitus eſt in ruinam & reſurrectionem multorum, nam qui ſunt Dei libenter junguntur ei: qui autem ex adverſo ſtat, aut Antichriſti eſt, aut Antichriſtus.* Et alibi idem mellifluus Doctor: *Beſtia illa de Apocalypſi, cui datum eſt os loquens blaſphemias, & bellum gerere cum ſanctis,*

Seifrid. lib. 1. cap. 9. fol. 54.

S. Bern. Ep. 124.

Idem Ep. 125.

*Petri*

*Petri Cathedram occupat* &c. Et hic Petrus Leo Pſeudo-Papa dictus Anacletus, fuit filius Petri Leonis, & frater Leonis Maximi, cui tota familia Perleonia adhæſit, vt patet ex ſubſcriptione cujusdam Inſtrumenti, vbi legitur

*Anacletus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus &c. ſignum manus Petri Leonis Romanorum Conſulis, & ſignum manus Rogerii fratris ejus, & ſignum manus Petri Uguccionis filii, & ſignum manus Centii - - - - - - - - Guidonis, & ſignum manus Petri Leonis de Fundis, &c. Anno Dom. Incarn.* 1130. Bibl. Caſſin. Cod. num. 115.

Patet hoc idem ex Epiſtola S. Bernardi Claræ-vallenſis ad Godefredum: *In octavis Pentecoſtes ipsâ die complevit Deus deſiderium noſtrum, Eccleſiæ unitatem, & urbi dando pacem. Nam illa die filii Petri Leonis omnes ſimul humiliaverunt ſe ad pedes Domini Papæ, & facti homines ejus ligii, juraverunt ei ligiam fidelitatem.* Factum hoc eſt Anno 1138. vti Baronius refert ex Chronico Beneventano, in quo hæc leguntur: *Die ſeptima Januarii homo peccati, invaſor Apoſtolicæ Sedis Petrus Leonis Pſeudopapa Deo vindice ex hac vita divulſus, ad ſupremum horrificum tribunal judicandus atque condemnandus adducitur.* Ecce ſexennio ſolo ante prætenſum, & ſine authore antiquo aſſertum duorum Perleonum exilium, Perleones adverſarii fuerunt Sedis Apoſtolicæ, ſeu legitimi Pontificis, & cur non tunc potiùs vnum vel duos in exilium relegatos affirmat Seifridus? cur Lazium carpit, quòd ſcripſerit Petrum Leonis fuiſſe exulem *hominem mali exempli;* cùm revera talis fuerit Petrus Leo, ſive jam ille exul ſive alius, ſaltem Pſeudopapa, & fortè cum eo etiam Leo Maximus pro eo tempore cum filiis.

S. Bern. Ep. 320.

Fulco in Chron. Benev. ap. Bar. An. 1138.

XIV. Proinde cùm neque inter ſe conveniant Perleoniſtæ agentes de cauſa exilii, & modo diſceſſus duorum fratrum exulum, nec poſſint oſtendere in antiquo authore inter filios Leonis Maximi vllum Albertum aut Rudolphum: nec poſſint oſtendere ex antiquis ſcripturis aliquem Perleonem circa tempora Eugenii Papæ in exilium ſive relegatum, ſive ſponte profectum; ſequitur hanc eorum conjecturam eſſe merum figmentum, & inventionem gratis excogitatam ad dandum colorem opinioni per ſe ruenti, & manifeſtè fabuloſæ. Quanquam fruſtra fuit inveſtigare cauſam & modum exilii, cùm nondum probaverint alicujus Perleonis in Germaniam migrantis exilium. Eſto verò probarent aliquem, vel aliquos Perleones Româ fugiſſe, abiiſſe, in exilium actos eſſe, per hoc tamen non probarent, quòd in Ergoviam migraverint: imò etiam hac migratione probatâ, adhuc vlteriùs reſtaret illis oſtendendum, quòd in Habſpurgicam familiam tranſierint. Nihil verò hujuſmodi hactenùs probarunt, ergò falſa & commentitia opinio.

## §. XI.

### *Examen Temporis, quo Perleones dicuntur Româ diſceſsiſſe.*

IN hoc quoque ſumma apud Pierleoniſtas varietas eſt, & quidem ſolùm ex ſuppoſito nondum probato, arbitraria ad libitum aſſertio. Primus, qui à Perleonibus aſſeruit originari Habſpurgicos, vti ſupra oſtenſum, fuit Henricus Gundelfingenſis, qui nullum expreſſit tempus exilii, vel fugæ, ſed in communi dixit *olim* eliminatos veniſſe ad Alpes; quod *olim* extendi poteſt etiam ad anteriora ſecula, non ad proxima, vti volunt cœteri Pierleoniſtæ. Imò reapſe videtur hæc mens fuiſſe Gundelfingii, cùm allegaverit Jornandem Gothum, de irruptione Gothorum in vrbem, quæ accidit Anno Chriſti 410. per Alaricum Regem.

Gundelfing. ap. Lambec. cit.

II. Poſt hunc Volaterranus audacior & nomen exulum expreſſit, & tempus, dum ait: *Petrus Leonis filius, Stephani nepos, Maximi pronepos, &c. Is anno M.C.LXX. magnâ in urbe potentia auctoritateque ſub Paſchale II. fuerat: cujus duo nepotes per ſeditionem ex urbe profugi ad Alpes venerunt, &c.*

Volaterran. ap. Guillim. lib. 1. pag. 4. ipſe lib. 23. Anthropolog.

III. Vitignanus verò cenſet id factum circa annum 1160. temporibus Friderici I. Imperatoris Barbaroſſæ, qui imperavit ab anno 1153. ad an. 1190. proinde non multùm diſcordat à Vitignano.

Vitignan. in Geneal. Auſtr.

IV. Arnoldus Wion aſſignat etiam annum 1170. temporibus Hadriani IV. & Alexandri III. hic verò illi ſucceſſit Anno 1159. adeóque Volaterrano videtur ſubſcribere.

Wion in ſlemma. Frangipan.

V. Joannes Seifridus correcturus (vt putabat) errores præcedentium Pierleoniſtarum, exilium duorum Perleonum ad annum 1145. repoſuit, & inſuper impugnat Wionem, quòd malè id retulerit ad annum 1170. Seifrido conſentit Didacus Tafuro, ſeu Lequile.

Seifrid. lib. 1. cap. 8.

VI. Denique Joannes Creſcenzi ridendo ipſis Pierleoniſtis errore, aſſeruit Albertum Sapientem Rudolphi Imperatoris patrem fuiſſe Perleonium, & matrem ejus poſtremam ſtirpis Habſpurgicæ: adeóque tempus exilii fuiſſet circa annum 1215. Apud alios non reperio vllum tempus exilii determinatum. Porrò

Creſcenzi in Corona Nobilit.

VII. Quantum ad Gundelfingium jam dictum eſt, quod videatur reſpexiſſe antiquiſſimum tempus, circa quod nulla fuit adhuc memoria Perleonum, niſi fortè ſub nomenclatura Aniciorum vti prætendunt recentiores Pierleoniſtæ: non eſt proinde curandum de illo tempore & conjectura, quia moderni jam ab illa receſſerunt. De Volaterrano miror quòd Anno 1170. ſub Paſchali Papa Petrum Leonis floruiſſe dicat, cùm Paſchalis Papa II. pridem ante Anno 1118. obierit. Error fortè fuerit calami vel Typi. De Vitignano, & Arnoldo Wion paulò poſt dicemus.

VIII. Jam verò quòd exilium Perleonum non acciderit Anno 1145. vti volunt Seifridus & Lequile, ſic oſtendo 1. quia nullus antiquiorum authorum id tradit. 2. quia licet Eugenius Papa multùm pateretur ab Arnaldiſtis, ea tamen tanta non erant, quæ cogerent Perleones Româ diſcedere. Quin potiùs

conſtat

conſtat illos adhuc anno 1146. in caſtello S. Angeli munitos perſeveraſſe ac pro Pontifice egiſſe excubias. Imò Anno 1145. compreſſus eſt tumultus quando Eugenius Jordanum Perleonem cum Arnaldiſtis excommunicavit, vt narrat Otto Friſingenſis: *Quos venerabilis Pontifex percuſſo prius cum quibusdam fautoribus ſuis anathematis gladio Jordane creato ab ipſis Patritio, adjuncta Tiburtinis Romanorum antiquis hoſtibus militiâ coercuit, tandemque pacem petere coegit.* Otto Friſingenſ. lib. 7. c. 31. Plus haberet credibilitatis, ſi diceretur tunc Jordanem in exilium profectum, aut ejus filios, ſed neutrum admittunt Pierleoniſtæ. Deinde 3. conſtat Anno 1144. & ſeq. Perleones adverſarios Arnaldiſtarum fuiſſe potentes, vt metuerentur ab hoſtibus, cur igitur abirent in exilium? Fatentur hoc ipſimet Arnaldiſtæ in Epiſtola ad Conradum Imperatorem: *Papa, Frangipanes, & filii Petri Leonis, homines & amici Siculi, excepto Jordane, noſtro fidelitate in veſtra vexillifero & adjutore; Ptolomæus quoque & alii plures undique nos impugnant, &c.* Idem ibid. Addunt poſtea iterùm: *Sciatis præterea, quia pontem Milvium extra urbem parùm longè, per tempora multa pro Imperatorum contrario deſtructum; nos, ut exercitus veſter per eum tranſire queat, ne Petri Leones per caſtellum S. Angeli vobis nocere poſſint, ut ſtatuerant cum Papa & Siculo, magno conamine inſtauramus &c.* Quid opus ergò vel fugere, vel in exilium pulſos aſſeverare, qui hoſtibus erant metuendi? 4. Adhuc Anno 1167. Petri Leonis filios Romæ fuiſſe teſtantur Acta Alexandri Papæ, & defendiſſe Pontificem: *Tunc venerabilis Pontifex &c. Ipſa verò die de ſuſcepta pecunia* (quam ſubmiſerat Rex Siciliæ) *partem dedit fidelibus Frangipanum, & filiis Petri Leonis, ut ſtrictius obligati adinvicem ſeſe fortius adjuvarent &c.* Ecce poſt excogitatum à Seifrido filiorum Petri Leonis exilium, adhuc Romæ filii Petri Leonis! de quorum nullo ſive tunc, ſive ante profugo, vel relegato, vel minima mentio reperitur apud antiquos authores.

IX. Arnoldi Wion conjecturam de Anno 1170. refellit ipſe Seifridus, & convincit ſupputatio temporis, quia cùm Wernerus III. Habſpurgicus obierit Anno 1159. vel etiam vt Guillimannus vult 1162. nimis tardè in Helvetiam veniſſent Perleones, vt ſocerum Wernerum illic nanciſcerentur. Deinde Anno 1170. non potuiſſet ampliùs filios ſuos inviſere Leo Maximus, vt Perleoniſtæ prætendunt, vtpote qui Anno 1162. obierat, vt conſtat ex tumuli Inſcriptione. Quanquam ex alio capite robuſtiùs impugnari poteſt Wion, cùm dicat à Friderico Barbaroſſa pulſos, abiiſſe in Germaniam, in conſpectum ſcilicet Friderici, quis hoc ſibi perſuadeat? quomodo enim hoſtes ſuos Fridericus Suevus in Suevia toleraret? Denique & aſſertum Joannis Creſcenzi per ſe apparet fabuloſum, & contra omnium ſcriptorum fidem, quòd Rudolphi Imperatoris mater fuerit Habſpurgica, & pater Perleonius, quod nemo hactenùs ſomniavit.

Ex quibus omnibus manifeſtè ſequitur opinionem Pierleoniſtarum eſſe fictitiam, vt ſæpè repetitum.

## §. XII.

### *Examen loci, ad quem fugerunt Perleones, ut aſſeritur.*

H*Enricus Gundelfingenſis* primus hujus figmenti author: *ipſisque ad Alpium juga venientibus, ubi nunc caſtrum Habſpurg Lucernenſem circa lacum collocatum cernitur.*

II. *Jovius* verò: *Hos enim ad Augſpurgum conſediſſe conſtat.*

III. *Hieronymus Roſſi*, aſſerit: *Iſpruchum (Oenipontem appellant) ad habitandum profectos.*

IV. *Arnoldus Wion*: *juxtà lacum Lucernæ in Ergovia &c. caſtrum in eo loco munitiſſimum excitavit.*

V. *Seifridus* & ſequaces animadverſis hiſce erroribus in Ergoviam eos migraſſe aſſerunt, vbi adhuc à Wernero Comite caſtrum vetus Habſpurgum habitabatur. Hæc vt veroſimilia apparent, ita nullo ſunt fundamento innixa. Nam

VI. Priuſquam affirmes aliquem in Ergoviam Româ migraſſe, vel quocunque locorum, neceſſe eſt vt probes, quòd Româ diſceſſerit. Nullus autem antiquiorum teſtatur quòd Perleonum quiſpiam Româ, vel in Ergoviam migraverit, quis non igitur hanc opinionem cenſeat fictam & commentitiam? Imò quis non inſulſum dicat nominare Augſpurgum in Vindelicis pro Habſpurgo? Iſpruchum ſeu Inſpruckhum & Oenipontem deſignare natale ſolum Habſpurgicorum, & ſedem Perleonum? lacum Lucernæ transferre in Ergoviam, & ſimilia? præſertim cùm neque Augſpurgi, neque Inſpruki, neque ad Lucernæ Lacum vlla prorſus vnquam viſa vel deprehenſa ſint Perleonum veſtigia Repetii, & iterùm repeto: probent Pierleoniſtæ quod aſſerunt, & credemus. Nihil verò hujuſmodi hactenùs probarunt, licet multis verbis in vanum effuſis dicant ſe probare: cùm prudentes nullam ex omnibus eorum phraſibus eliciant probationem. Sed age pro his Chymærofabris inveſtigemus aliam patriam in quam olim ſive exules, ſive ſponte patriam deſerentes (vt ſæpè fit) migrare potuerint Perleones.

VII. Damus enim vltrò Perleoniſtis, quòd Roma aliquando ſive vnus ſive plures ſuos lares tranſtulerint Perleones, at non in Germaniam, non in Ergoviam, ſed fortè non procùl à mari Adriatico. Id ego ſic auguror, ſi cui non arriſerit, per me licet, inficias eat. Frangipanes cum Perleonibus vnam ſtirpem fuiſſe, & ſuperiùs aſſeruimus, & fatetur ac confirmat Seifridus: cùm igitur amicorum omnia ſint communia: etiam ærrumnæ, etiam exilium, etiam habitatio. De Frangipanibus Lazius hunc ponit titulum cùm eorum Genealogicum fragmentum producit: *Comites de Frangepanibus, Modruſio, & Vegels ab exulibus Romanis orti ſunt, & ditionem habebant à Carniolanis uſque in Croatiam, partim Auſtriacis, partim Hungariæ Regibus ſubjecti: de quorum origine ſcribit Otho Friſingenſis lib. 1. in vita Friderici Imperatoris c. 28. cùm civium Romanorum Epiſtolam recitat ad Imperatorem ſcriptam in hæc verba: Nam pacem & induſtriam &c. ſed pro his omnibus, quæ pro veſtræ dilectionis fidelitate facimus, Papa, Frangipanes, &*

Laz. de Migrat. lib. 6. fol. 233.

*filii*

*filii Petri Leonis, & amici Siculi, excepto Jordane &c. nos impugnant.* quæ ſup. §. retulimus. Nihil ſanè Otto Friſingenſis ibi de origine Frangipanum, niſi quòd eos nominet in Epiſtolæ loco allegato, ſed hoc Lazius deſumpſiſſe videtur à Perleoniſtis, qui ſuos Perleones ſub Conrado Imperatore in exilium abiiſſe contendunt, atque adeò videtur eorum errorem corrigere circà locum exilii: & ſanè non abſque conjectura magis veroſimili quàm vllus hactenùs Pierleoniſta excogitaverit. Certùm eſt Frangipanes in Liburnia, Croatia & Slavonia ab annis amplius quadringentis celebres fuiſſe. Primus qui Lazio occurrit fuit Udalricus Anno 1240. cujus filius Thiemo Anno 1320. dicitur poſſediſſe in Carniolia caſtrum Landſtroſt, quod modo corruptè appellatur Landſtraſſ. Præponit Bucelinus in Geneſi Frangipania Udalrico Nicolaum de Frangipan, nec vllum antiquiorem exhibet. Seifridus ſecutus Arnoldum Wion tradit Anno 833. tres fratres Frangipanios Roma egreſſos veniſſe Venetias, quorum natu major dictus Angelus Michaël Frangipanis Venetiis conſederit, & ibi author fuerit familiæ Michaëliæ, alter Nicolaus nomine in *Dalmatiam primum, ubi familiam Bonpanorum Scodræ, & Panorum Veggiæ reliquit. Deinde ejus poſteri in Hungariam profecti & Croatiam, clariſſimæ gentis in utrisque Provinciis authores extitere, Francopanorum videlicet & Signiorum.* Pro hujus aſſerti probatione adducit Seifridus fragmentum ex actis publicis Reip. Venetæ, quæ etiam Viennæ in Bibliotheca Cæſarea extare ſcribit; Tenor eſt iſte: *Michaëlii venerunt olim ex urbe Roma & vocabantur Frangipanes, fuerunt Tribuni antiqui & homines ſplendidi*, &c. Dicit ſolummodo *olim*, non determinando certum annum, ſed ante annum 1145. id accidiſſe oportuit, ſi verùm eſt quòd Michaëlii fuerint de ſtirpe Frangipanum, quia Dominicus Michaël Dux Venetiarum obiit Anno 1128. cujus parens Vitalis Michaël etiam fuit Dux Venetiarum, & plures majores illic habuit. Unde apparet veroſimile quod circa præfatum Annum Frangipanes Venetias venerint & in Dalmatiam ſicut affirmat Wion. Quâ verò occaſione id acciderit, an velut exules, an velut ſponte ſua recedentes à patria; id neque Wion tradit, nec colligitur ex Actis Reip. Venetæ, quæ ſuppono eſſe ſyncera. Quæcunque fuerit occaſio migrationis parùm refert, ſaltem hoc habemus probabile ex antiquis ſcripturis quod circa Annum 833. vel ſubſequentes, & ante ſeculum vndecimum inchoatum ſive ante annum 1100. Frangipanes in Dalmatiam & Venetias ſe contulerint. Quid ergo vetat dicere, quòd eodem tempore & cum Frangipanibus cognatis etiam Perleones Româ migraverint, & conſederint, haud procùl Venetiis.

Bucel. Germ. To. 3. P. 1.

Seifrid. lib. 3. cap. 18.

VIII. Cœterum ego vix mihi perſuadeo Frangipanes Modruſiæ, & Vegliæ quondam Dominos (quidquid ſit de Michaëlibus Venetis) ante ſeculi duodecimi initium in has oras veniſſe, idem eſto judicium de Perleonibus. Moveor ex eo, quia ſine dubio Lazius ſcribendo Fragmentum Genealogicum Frangipanum ante centum viginti abhinc annos habuerit ab ipſâ familia aliquam informationem, vnde & quando in has oras venerit, licet imperfectam; facilè igitur in eam me patior abduci cogitationem, quòd non multùm ante annum 1200. id contigerit, cùm de majoribus Udalrici ad annum 1240. nominati,

nati, nullius extet memoria. 2. quia illo ſeculo duodecimo plures aliæ familiæ ex Italia & Roma migraſſe noſcuntur, inter quas familia nobiliſſima Urſinorum circa annum 1155. vel proximè ſequentes in has partes migravit, vt colligi poteſt ex Originalibus Inſtrumentis, quæ vidi, & legi exhibita mihi ab Illuſtriſſima familia Urſino-Blagayana, quæ nunc in Carniolia floret. In Privilegio Henrici Regis Hungariæ (quem Hungari appellant Emericum) filii Belæ Regis defuncti Anno 1199. ſub dato Anni 1200. Henrici Regis anno primo hæc leguntur: *Quidam Patris noſtri & noſter fidelis Nobilis magnanimus nomine Stephanus Nicolotti filius, quem ortum de Genealogia Urſinorum Comitum & Senatorum urbis Romanæ de vico Lateranenſi, à partibus tranſmarinis revera agnovimus fore, & propter quandam ſeditionem atque tumultum, inter ipſos Comites & Senatores urbis Romanæ ſuſcitatas exiviſſe, & ad Magnificum virum D. Hermannum Comitem de Gorichia, in partibus Karinthiæ exiſtentem veniſſe, ac filiam ſuam ritu legitimo matrimoniali in uxorem ſibi duxiſſe &c.* Narrat deinde quomodo præfatus Stephanus Nicolotti filius, hoſtem Regis Belæ in Slavonia prædas agentem Albertum de Michovo (hodie Meichau dicimus in Carniolia inferiori ſitum) ſponte oblato armorum ſuorum obſequio compeſcuerit & Regi ſubjecerit, propter quod ſervitium poſtea donatus fuit à Rege Bela Comitatu Slavoniæ dicto Wodicha, à quo familiæ cognomen, donec alio accedente Comitatu Blagay illud diniitteret, hoc ſervaret familia. Verba diplomatis iſta ſunt: *Comes Stephanus non poſt multorum decurſum dierum una cum non modica ſuorum Pharaliga fidorum armatorum familiarium, terram annotati Alberti potenter animoſéque invadens; & ipſo ſimiliter cum ſuis ſibi occurrente, inter partes utrasque duro diutius certaminis conflictu ſervato; ubi quatuor ipſius Stephani Nobiles viri ſibi in linea conſanguinitatis proximè, & ſeptem ſtrenui ſui milites, per lineam ſimiliter proximitatis attinentes occubuere: ipſeque in ſuo corpore non pauca ſuſcepit vulnera gravia. Ad ultimum verò ipſi Alberto fortunâ novercante, ut cunctis jam bonis tam ſuis, quam incolarum ſuorum deſtitutus, ac ante fato Michovo dominio ac poſſeſſionibus in favillam penitus redactis, per ipſum Comitem Stephanum in certamine campeſtri præpotentis Dei virtute omnibus ferè eliſis & devictis &c. eundem nihilominùs Albertum, aliàs indomabili corde tumeſcentem, jamque permollitum & præcipitem ad pedes ipſius Domini & patris noſtri collapſurum &c. per ſuæ probitatis induſtriam, & virtuoſæ militiæ laudanda opera licet invitum compellere fecit &c.* Ex his nunc eluceſcit 1. quòd præfatus Stephanus Urſinus floruerit Anno 1198. quo Albertum de Michovo domuit. 2. quòd idem Stephanus fuerit filius Nocolotti Urſini Romani, qui primus in has partes propter tumultus vrbanos ſeceſſit, adeóque id factum circa annum 1160. quo eodem floruit Hermannus Comes Andecenſis Comitibus Goritiæ ſanguine junctus Marchio Iſtriæ & Crainburgi, vti eſt apud Megiſerum. 3. quòd idem Stephanus habuerit tunc in certamine contra Albertum, plures conſanguineos ſecum, quorum quatuor proximi conſanguinei ceciderunt in prælio, & alii ſeptem cognati ſimiliter, quos puto fuiſſe affines, vel patrueles. Ex quo colligitur vlterius illos conſanguineos fuiſſe partim Urſinos, partim Frangipanios, forte & aliquos Perleones, omnes vicinos, quia cùm Stephanus duxerit vxorem Hermanni

Privil. authent. Comit. de Blagay.

Megiſer. in Annal. Carinth. lib. 6. cap. 12.

Hermanni Marchionis Iſtriæ, veroſimiliter acquiſivit bona propinqua Iſtriæ in Carniolia inferiori, quæ media eſt inter Iſtriam & Meichau, vicina Tergeſto, & Vegliæ; atque adeò facilè comparare ſibi potuit exercitum pro illo ævo raptim ex vicinis collectum, & aggredi vicinum ab una parte ſibi, ab alia parte Regi Hungariæ hoſtem Albertum. Colligitur etiam 4. quod non ſolus Nicolottus Urſinus Româ advenerit circa Annum 1160. vel paulò ante, ſed & alij cum illo tam Urſini, quàm Frangepanij & alij, qui ſe invicem conſanguineos agnoſcerent. Nam intra Annos 40. non poterat multiplicari tantoperè conſanguinitas ab uno ſolo; & Michaëlij Veneti duobus ſeculis prius Venetijs locati, non poterant amplius cenſeri inter proximos conſanguineos, neque Bompani Dalmatæ; & utrique erant à Stephano etiam ſitu loci remoti. Cùm ergo Stephanus Comes dicatur habuiſſe multos ſibi conſanguineos, & cognatos dum pugnaret adverſus Meichovienſem, credibile eſt eos fuiſſe partim Frangepanios & Perleonios. Accedit, quòd circa idem tempus alij quoque Urſini ſedes fixerint in Carinthia, ut conſtat ex Geneſi Roſenbergiorum apud Bucelinum (licet ipſe putet omnes fuiſſe Bohemos) quorum aliqui poſtea evoluto uno ſeculo in Bohemiam tranſierunt, cum Viteck I. Roſenbergius ſcribatur floruiſſe Anno 1150. non in Bohemia, quia ante annum 1235. nullus eorum Bohemiæ immigravit teſte Sanſovino, ergò in Carinthia, ubi de Anno 1231. extat lapis ſepulchralis unius Roſenbergij dicti Chriſtiani filij Henrici. Has proinde quaternas familias Romæ inter ſe cognatas veroſimile eſt Româ diſceſiſſe propter tumultus Arnaldiſtarum, qui uſque ad Annum 1155. durarunt, & poſtea propter diſſidia Friderici Imperatoris cum Pontificibus continuarunt: quorum Frangepanij tunc primum, non Anno 833. ſedem fixerunt in Inſula Veglia haud procul Terſato & flumine S. Viti, Urſini alij in Iſtria vel proxima Carniolia, alij in Carinthia ſub Ducibus id temporis cum Marchionibus Iſtriæ & Comitibus Goritiæ ejusdem ſanguinis. Itaque ſicubi Perleones Româ exules quærendi eſſent, haud procul à cognatis Frangepanibus ijs aſſignanda ſedes, nullo autem modo in Ergovia, quia ut ſæpè dictum, nec umbra nominis Perleonij, apud antiquos ſcriptores, nec veſtigium ullum in Ergovia unquam de his repertum eſt; nec etiam ulla alia familia illis agnata oſtendi poteſt in Ergovia; ut proinde fictitius omninò ſit diſceſſus ille Perleonum in Germaniam & Ergoviam, & multò magis fictitia deductio Originis Habſpurgicorum à Perleonibus.

Bucelin. German. To. 3. P. 1.

Sanſovin. lib. de famil. Urſina. & Joſeph. Bonaf. in MSS.

IX. Reſtaret adhuc examen de ipſis perſonis, quæ fugiſſe dicuntur, an Petrus Leo, an Petri Leonis filij, an Leonis Maximi filij, an Albertus & Rudolphus, vel aliter nominati ſint illi Perleones exules: ſed cui bono hæc inquirere, ſi nihil eſt in tota opinione præter fabulam, & fictionem? Eodem jure, ijsdem argumentis, eodem modo probandi poſſet aliquis Habſpurgicos deducere à Sabellis, ab Urſinis, à Columnenſibus Romanis, quia hæ ſunt antiquiſſimæ & nobiliſſimæ Romanorum familiæ per proſpera & adverſa, inter amicos & hoſtes jactatæ Romæ, & in Italia; magis fortè, quàm Perleones:

cur non igitur ab his potius, quàm à Perleonibus deduceretur Origo Habſpurgicorum juxtà methodum ſcribendi Genealogias inventam à Gundelfingio, acceptam à Seifrido & Lequilæo? Totum enim illorum fundamentum eſt: ſcripſerunt aliqui antiquiores, quòd Habſpurgici à Romanis orti ſint: potuit fieri, ut à Perleonibus, ergò ità factum eſt. Quis modus iſte concludendi? Potuit etiam Seifridus fieri Cardinalis, & tamen factus non eſt. Solidius in rebus tanti momenti procedere oportet. Moneo Geneographos, attendant quid ſcribant; erit enim tempus, quo illorum opera revocabuntur ad incudem, & in *proba* deficient. Moneo familias ne ſibi blandiantur de ſcripturientium audacia in defectu documentorum, quia riſui ſe exponent. Non omnia, quæ à quocunque quomodocunque ſcripta ſunt, vera ſunt.

## §. XIII.

## *Novæ Pierleoniſtarum ſuppetiæ diſſipantur.*

FRidericus Brombachius apud Bucelinum (authorem ipſum hactenùs non vidi) novus Perleoniſta, omnes ſymmyſtas, ut judicio antevertit & ingenio, ſic & tempore quo Perleones diſceſſiſſe affirmat. Vidit haud dubiè ſagax vir Volaterrani, Wionis, Seifridi conjecturas non eſſe fundatas, contrariari monimentis antiquis Helvetiis, præſertim Cœnobiorum & fundationum Habſpurgicæ gentis; diverſam igitur viam inijt, quâ conaretur veroſimilem reddere Pierleoniſtarum opinionem. Orditur enim ab Anno 823. afferens eo Anno Perleonios Roma abijſſe, caſtrum Habſpurgum ad lacum Lucernenſem dirutum inſtauraſſe, per Hiltrudis Habſpurgicæ connubium ditionem & nomen conſecutos &c. Schema Genealogicum ipſius, quod in Reinachiorum origine propoſuit hoc eſt:

Bucel. To. I. Germ. Geneal. fol. 23.

Flavius Anicius Frangepanis Petrus-Leo, qui in diverſas Orbis partes prolem miſit. Obiit Anno 772.

| | | |
|---|---|---|
| Stephanus Anicius Frangepanis qui Olybriorum & Perleonum inſignia mutavit Anno 817. | Petrus-Leo Frangepanis Princeps Maximus ad S. Paulum Romæ ſepultus Anno 823. | Leo II. qui primus ſolum nomen Frangepanis retinuit. |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Rudolphus Petrus Leo exul Anno 823. caſtrum Reinach condidit author Reinachiorum. | Michaël Angelus author Michaëliorum Venetiis. | Nicolaus author Bonpanorum Scodræ & Pannorum Vegliæ. | Hugo in Appulia & Calabria author Frangepanum. | Petrus Petrus-Leo reſtaurator caſtri Habſpurg ad lacum Lucernæ author Habſpurgicorum. |
| Luithardus Comes Sampaci, Toparcha in Reinach. Uxor Emerentiana ab Alavilla, ab his cœteri Reinachii. | | | Luitfridus Altenburgi & Habſpurgi Comes, reſtaurator S. Trudperti. Uxor Hiltrudis ultima Comes Habſpurgi & hæres. à quibus Habſpurgici. | |

Cenſu-

Cenſurat hanc deſignationem Bucelinus, quòd videri potuerit Brombachius viæ Dux expertus, niſi mox alio loco ſibiipſi non conſtans longè deflecteret, & quem Petro Leoni Romæ ſepulto nepotem hic aſſignarat, filium obtruderet in prolixa, & lata, quam ſcripſit poſt alia omnia Habſpurgica Genealogia, quam *Palma Anicia Habſpurgica Triumphalis*, appellat: in qua ſicut alia multa nuſquam audita refert, & varias ex his Perleonibus Habſpurgiis familias deducit, ita diverſam à nunc poſita, & ab ipſo ſcripta Stemmatographiam orditur. Placet etiam hujus initium apponere.

Anicius Petrus-Petrus Leo Frangepanis ob civile Romæ Anno 823. excitatum bellum exulans ad lacum Lucernenſem dirutum caſtrum Habichſpurg reſtituit.

Anicius Luitfridus Comes Habſpurgi Obiit Anno 855. Uxor Hiltrudis ultima Comitiſſa Altenburgi & Habſpurgi &c.

Anicius Hugo Habſpurgi Comes & in Egensheim, Pfulingæ item & Rheinfeldæ Anno 968. Uxor Gertrudis Comitiſſa Veringenſis.

Anicius Luitfridus II. Comes Habſpurgi reſtaurator Sancti Trudperti, olim fundati ab Habſpurgicis familiæ Franco-Merovingicæ Anno 902.

Anicia Ehrentrudis Comes Habſpurgi uxor Chunonis ſeu Conradi Comitis Stretlingæ &c.

II. Ecce novam, inquit Bucelinus, & à priore diverſiſſimam familiæ deſignationem. Hic enim dicitur civile illud bellum excitatum Anno 823. illic jam mortuus eodem Anno Petrus Leo Princeps Maximus. Et quomodo tantillum intra anni ejusdem ſpatium Germaniæ immigraſſet, arcem cum ditione comparaſſet, reſtauraſſet, Romam revertiſſet, &c. Sed facilè hic reſpondebit Brombachius, ſe in hoc altero ſtemmate non adducere Petrum Leonem Principem Maximum qui Anno 823. obiit, ſed Petrum Leonem ejus filium, quem etiam in ſuperiore ſtemmate propoſuit Luitfridi parentem, quod non videtur advertiſſe Bucelinus, quia poterat eo anno quo prior Petrus Leo obiit, excitari civile bellum, & filius Petrus Leo migrare in Helvetiam ac caſtrum Habſpurgum reſtaurare &c. quare hoc in puncto ſibi Brombachius nequaquam contradicit. Opponit 2. Bucelinus: Et quomodo Petrus Leo Luitfridi qui Hiltrudem duxit Habſpurgicam ſive pater ſive avus Habſpurgum condidit, & Habſpurgenſem ſe cognominavit dum Hiltrudis etiamnum pater Ottopertus III. Habſpurgi Comes ſupereſſet, ſed & priuſquam filiam hujus Luitfridus ſeu nepos ſeu filius Petri Leonis vxorem duxiſſet? Neque hæc oppoſitio ſolida eſt, quia inprimis Hiltrudis filia fuiſſe ſcribitur Ottoberti ſecundum Pieſpordium hoc nomine primi, qui obiit Anno 667. ſi verò dicatur fuiſſe filia Hettoberti ſeu Hettoprechti quod nomen idem ſonat ac Ottoberti, hic etiam ſcribitur à Guillimanno obiiſſe Anno 724. neque poſtea inter Habſpurgicos reperitur vllus Ottobertus: ac proinde non potuit Hiltrudis vlli Luitfrido Anicio circa annum 823. nubere; & malè ſupponit Bucelinus illam huic Luitfrido nuptam & patrem Hiltrudis adhuc Anno 823. ſuperſtitem fuiſſe. Ex hoc ipſo tamen refellitur opinio Brombachii, quia eſt ingens anachroniſmus. Melius tamen

Pieſp. in Tab. Stemmatogr. Guillim. lib. 3. c. 3.

III. *Contra* hanc opinionem eſt, ſicuti vniverſim contra Pierleoniſtas, quòd ſolùm aſſerendo & non probando fidem non mereantur. Producat Brombachius inſtrumenta antiqua, membranas veteres, authores ejus ætatis quòd Perleones Anno 823. Româ diſceſſerint quacunque de cauſa, in Ergoviam venerint, ibi poſtremam ſtirpis Habſpurgicæ duxerint, & credemus: ſine his nihil efficiet. 2. Falsum eſt, quòd Habſpurgici à caſtro illo nomen ſortiti ſint, quod erat ad Lacum Lucernenſem: id quippe licet vocatum ſit Habichſpurg & poſterioribus temporibus etiam poſſeſſum ab Habſpurgicis, ab aliis tamen conditum & diu poſſeſſum fuit, vti Guillimannus clarè oſtendit. Ex hoc ipſo ergò apparet Brombachium non minùs, quàm alios Perleoniſtas falli; & obtrudere, quæ apud alios legit, non benè examinata & diſcuſſa. Certè ex modo adductis ſatis apparet, quòd Brombachius diſperſa ſolùm collegerit, & plures familias in vnam voluerit compingere pro libitu connectendo perſonas, connubia &c. & quæ Seifridus attribuit Frangepanibus Venetis de exilio vel diſceſſu Româ circa annum 833. ille decennio anticipans omnibus Perleoniis applicuit, ſed quantum ex diſcurſu Bucelini colligo, nihil probavit, niſi hoc ſolum, quòd recurrendo ad antiquiora tempora eoipſo agnoverit cœterorum Pierleoniſtarum opinionem falſam & fictitiam, quam ſe non poſſe defendere perſpexit, ſi exilium ad annum 1146. differret.

Guillim. l. 1. c. 12.

IV. Cœterùm fabula illa, de duobus fratribus in exilium Româ abeuntibus, cui tota moles hujus opinionis ceu fundamento innititur, communis eſt pluribus aliis nobilibus familiis, quarum gratiæ aucupandæ Geneographi recentiores, originem à Romanis deducere conati ſunt, arbitrati *altiorem aut digniorem originem, quàm ab urbe magno illo virtutum omnium domicilio* (vt loquitur Guillimannus) *fingi non poſſe.* Sic Levoldus de Northof, neſcio an alicujus antiquioris fultus authoritate, tradit Anno Chriſti 997. *duos fratres Ottoni Imperatori ſpecialiter charos ex nobili & illuſtri Romanorum proſapia & progenie Urſinorum procreatos, cum Imperatore ad partes citra montanas veniſſe, qui per proviſionem ſuorum parentum cùm pecuniâ abundarent ipſius Imperatoris freti favore terram emerunt & dominium, cupientes ſibi domicilium, locum tutum & fortem quærere, montem quendam vocatum â terræ illius incolis Wolveſeke in terra inculta & montoſa, ac vaſtæ ſolitudinis cœperunt firmare: primo quidem ipſius montis cacumen de arboribus explanantes, in circuitu ejus ipſum montem cum arboribus circumcirca ſucciſis vallabant, & firmabant. Interim percipiente hoc Comite de Arenſperg, cujus tum termini comitatus longè latèque diſtendebantur, & poteſtas, nec aliud nomen Comitis in terra illa habebatur; arbitratus eſt ſibi fieri injuriam, ſibique non expedire montem illum firmari, & per alienigenas occupari, miſit ad eos requirens ut ceſſarent ab opere, quia nimis prope eſſent apud eum. Ex hoc caſtro ſuo nomen indiderunt, vocantes ipſum Altenaë, quod eſt dicere* NIMIS PROPE. *Comes verò de Arenſperg volens eos propulſare, cùm dictum montem in quo caſtrum firmare cœperunt, obſidere tentaret, videns locum fortem, & inexpugnabilem, vacuus inde receſſit. Poſt hæc hi duo fratres caſtro Altena firmato, aliud caſtrum, quod magis Rheno eſſet vicinum juxta fluvium Dune extruere cœperunt, quod Aldenberge nominarunt, à quibus duobus caſtris duo Comi-*

Levold. North. ap. Stangeſol. annal. Weſtphal. lib. 2. fol. 221.

*tatus*

*tatus de Monte & de Marca originem, atque principium habuerunt. Confirmat Marianus Scotus. Chronicon Martinianum memorat Ottonem II. Imperatorem ordinatis Imperii rebus ducentem ſecum nobiles aliquos Romanos in Saxoniam reverſum.* Hactenùs Levoldus, ſed quod allegat Marianum Scotum, eoipſo prodit fictionem, quia nec verbum de hac re invenitur apud Marianum Scotum, quem ab Anno 900. vſque ad finem Chronologiæ percurri, & nihil ſimile inveni. De Chronico Martiniano, quod dicam non habeo, quia non vidi, ſed quod nobiles aliquos duxerit ſecum Otto II. Imperator, non ſequitur, quòd illi novas arces condiderint, & duabus familiis originem dederint, niſi id aliunde conſtet: quod meum non eſt inquirere. Hoc ſolùm adducere volui, vt conſtaret, quòd ante duo vel tria ſecula paſſim ejuſmodi origines inquiſitæ, & abſque ſufficientibus probationibus excogitatæ ſint, vt invicem aſſimilentur. Hæc ſanè Levoldi narratio multùm ſimilis eſt illi ſupra adductæ ex Alberto Argentinenſi, de qua nihilominùs dubites, an ab ipſo Alberto Argentinenſi ſcripta ſit, vel ab alio quopiam deſcriptore intruſa; quia vti ſuperiùs notavimus, teſte Urſtiſio, extant antiqua exemplaria in membrana conſcripta Alberti Argentinenſis, in quibus illa fabula non reperitur, nec verbo vllo indicatur origo Rudolphi Habſpurgici, ſed incipit Chronicon ſtatim à geſtis Rudolphi juvenis aulam Friderici Imperatoris ſequentis, ad quæ origo remota non neceſſariò erat aſſerenda, cùm neque parentum ejus vllam faciat mentionem. Sed eſto id reapſe Albertus Argentinenſis ſcripſiſſet, cùm apud alium antiquiorem nihil ſimile reperiatur, neque etiam ipſe Perleones nominet, meritò exploditur Perleoniſtarum opinio, & vt merum ex quorundam cerebro inſulsè excogitatum figmentum rejicitur.

V. Similem iterùm narrationem de duobus fratribus Româ in Germaniam profectis habet Henricus Pantaleon, quòd nimirùm gliſcentibus diſſidiis Guelforum & Gibellinorum duo Urſini Duces Spoleti, qui adhærebant Gibellinis in Alſatiam venerint ibique Rapoltſteinam arcem, & civitatem condiderint, à quibus poſtea nomen retinuerunt Comitum de Rapoltſtein: qui tamen in ſuo ſcuto gentilitio non præferunt Roſam, vti cœteri Urſini vbique locorum, etiamſi cognomenta alia aſſumpſerint, ſed geſtant in albo ſcuto, tria parvula ſcuta rubea. Agnoſcit hos Rapoltſteinios pro veris Urſinorum poſteris Franciſcus Sanſovinus, & Joſephus Bonafede, aliique qui de Urſinis ſcribunt, cujus rei fides penes illos maneat. Interim ex hac ipſa narratione apud Pantaleonem, quæ fuit antiqua traditio in Alſatia, exiſtimat Fugger conſarcinatam illam fabulam de duobus Perleonibus Româ eliminatis. Nullum prorſus dubium eſt, plures ſæpenumerò, variâ occaſione tàm Româ, quàm ex aliis partibus Italiæ in Germaniam tranſire nobiles, & relictâ patriâ ſedem figere apud Germanos, quod viceverſa etiam faciunt ſubinde Germani tranſeundo in Italiam; ſed quod iſti, vel illi in ſpecie, vel individuo tranſierint in Germaniam, nova caſtra in ea condiderint, vetera inſtauraverint, per connubia nomen mutaverint, hoc vel illo anno determinatè; non eſt ſatis aſſerere, ſed antiquis ac fide dignis teſtimoniis probare; alioquin nuda aſſertio, mera cenſetur eſſe fictio, vti fatentur

Pantal. Henrogr. P. 2. fol. 184.

Sanſovin. lib. de famil. Urſin. Joſeph. Bonaſe. in MSS. Urſin. Fugger Spec. Hon. lib. 1. c. 1.

omnes docti, & ipſi etiam Pierleoniſtæ; qui ſi crederent ſufficere nudam aſſertionem, non eſſent tantoperè ſoliciti in conquirendis antiquis chartis & monimentis, quæ tamen hactenùs non invenerunt: ea ſiquidem quæ producunt, violentis gloſſis & interpretationibus ſuæ opinioni adaptant, ideóque nihil probant.

VI. Addo pro coronide breviſſimam ſynopſim Pierleoniſticæ fabulæ. In Originem Habſpurgicam vix puto inquiſitum fuiſſe antequam Rudolphus I. Habſpurgicus ad culmen Romani Imperii conſcendiſſet. Mundi hic genius eſt, cùm familia quæpiam repente aſſurgit, accurrunt turmæ gratulantium, & vndique augmenta conquirunt, quibus ſe demereri poſſe exiſtimant favores Principum. Tunc igitur cùm Rudolphus ex Comite & Landgravio præter ſpem Imperator Romanorum acclamatus eſt, quæri cœptum videtur: *Rudolphus quis, quave domo, quo ſanguine cretus.* Placuit vni, conſtare de majoribus multis in Helvetia, Ergovia, Alemannia, proinde ſcripſit *trahunt genus ex Alemannis.* Alius memor, quo in ſtatu fuiſſet ſex ſeculis ante Rudolphi Imperium Germania, nec multò ante ſubjecta Romanis, vt altiùs originem accerſeret, aſſeruit à Romanis antiquis ortum, non determinando à quibus Romanis, ſed in confuſo ab his, vel illis. Et hæc fuerit mens Ulrici Kriegii. Alii verò reſpexerint vetuſtos Francorum Reges, à quibus originem Habſpurgicam verosimilius deduci poſſe arbitrarentur. Et hæc opinio videtur paulò poſt Rudolphum I. Imp. enata, ſed non digeſta; quod colligo ex Paulo de Stokherau infra allegando Cap. 9. qui ſub Imperatore Friderico IV. vixit. Tandem Henricus Gundelfingius, vt ſibi Sigiſmundum Archiducem Tyrolenſium Principem demereretur Anno 1476. id quod ante ipſum Ulricus Kriegius, & Argentinenſis, & vix alius in communi ſolùm divinans dixerat de ortu Habſpurgicorum à Romanis, præſcindendo à ſpecie; ipſe ſuâ authoritate, nullo prævio duce novam conjecturam formans ſine probatione vlla, ſcribere auſus eſt Habſpurgios ab antiquis Perleonibus traxiſſe originem. Inſpexerat ſine dubio authores aliquos de Romanis, & eorum familiis agentes, qui tunc vixdum invento & emergente Typo, ſanè pauci fuerunt, nec Manuſcriptorum copia magna ſuppetebat: & cùm de Perleonibus velut familia quondam celebri aliqua legiſſet, judicavit honorificum fore Auſtriacæ Domui, ſi affirmaret ab his ei contigiſſe primum ortum. Sed ſi benè legatur Gundelfingius, nullum certum tempus determinat, quo Romani Perleones veniſſent in Germaniam, & videtur ſolùm reſpicere illa tempora, quibus Gothorum irruptio in vrbem Romanam facta eſt, cùm pro ſe allegaverit Jornandem Gothum ſcriptorem quinti ſeculi Chriſtiani, quo res adhuc Gothorum florebant. Tunc enim, vt habet Gundelfingius ex Jornande, multi Romani ſe receperunt ad Alpes, & alia tuta loca; vt rabiem Gothorum effugerent: inter quos ille putavit fuiſſe aliquos Perleones, è quibus deinde Habſpurgici in Ergovia ſint generati. Sed hæc erat à longè nimiùm petita conjectura, nec vllis adminiculis probationum firmata. Et fruſtra erat aſſignare ſpeciem familiæ ab Anno Chriſti 410. quo Gothorum in vrbem facta eſt irruptio, ſi neque vlla generationum ſeries ab eo tempore oſtendi, nec vllius

ſcripturæ

ſcripturæ de hoc authoritas produci potuit. Advertit hoc Volaterranus Romæ ſcribens Anno 1505. quo jam Auſtriaca Domus cum maximo totius orbis applauſu imperans ab Oriente in Occidentem ſe extendebat per Philippum Maximiliani I. Imperatoris filium, proinde gratificaturus Romanis, apud quos ſcribebat, & potiſſimum Perleonibus, quorum tunc unus vel alter adhuc erat ſuperſtes, avidè arripuit fictionem Gundelfingij, & præter ſpeciem familiæ aſſignatam à Gundelfingio, etiam tempus voluit per conjecturam determinare, annum ſcilicet 1170. & ipſas perſonas quæ tunc vivebant nominare: quod an, & quomodo probaverit, & ſupra diximus, & apparet ex ipſiusmet textu. Facilè tunc erat opinionem hanc, vel potius fabulam perſuadere Romanis, præſertim cognatis Perleonum, ut crederent ab antiquis Perleonibus Habſpurgicam Domum propagatam, quia tunc Auſtriaci citra omnem invidiam primi & notiſſimi in orbe cenſebantur, Perleonij verò jam à ſtatu ſuo priſtino dejecti ad mediocrem fortunam deſcenderant, cui ceu grallas ſubſtituere volebant (ne prorſus rueret) æſtimationem à putatis cognatis. Duravit hæc perſuaſio apud Romanos poſt Volaterranum toto illo ſeculo, adeó ut 28. circiter annis poſt Volaterrani editos Comentarios, rumor hic etiam delatus fuerit ad Carolum V. qui Anno 1532. Romæ exiſtens inquiſivit de Perleonibus, & haud dubiè etiam de probationibus talis originis; quas cum nullas eſſe adverterit, etiam neglexerit: nihil enim aliud authores de eo prodiderunt, quàm quod oſtenſa ſit illi talis perſona, quæ ex Perleonibus ſupererat; nec addunt an Carolus talem perſonam agnoverit pro cognata; quod certè non pertranſiſſent, ſi quid à Carolo ſimile auditum fuiſſet. Poſt diſceſſum Caroli Imperatoris non receſſit à Romanis & Perleonibus illa fabuloſa traditio, ſive phantaſtica imaginatio, quod omninò ex Perleonibus orti ſint Auſtriaci: cùm interim in Auſtria & Germania ijsdem temporibus opinio Pierleoniſtarum certatim exploderetur; ſcribebant enim tunc Spiegelius, Gebuilherus, Lazius, & *alij, omnes deducentes originem* Habſpurgicam à Franco-Germanis Regibus antiquis. Fuiſſetque tunc omninò proſcripta illa Pierleoniſtarum opinio, quia toto illo ſeculo nullus Germanus ſcriptor alicujus momenti eam amplexus eſt, niſi Itali aliqui (prout apud Volaterranum legerant) mordicùs inhæſiſſent favori Perleonum. Quâ ratione etiam effectum eſt, ut in Italia, & quidem Romæ ſuperſtites Perleones audacter ſe, non jam authores vel conditores Auſtriacorum, ſed Auſtriacos omninò nominarent. Vixit (quantum ex Hiſtoriis & probis Authoribus habemus) cùm Carolus V. Romæ eſſet, unicus Lucas de Perleonibus cum filia ſua Lucretia; utrum hunc Lucam, vel ejus filiam viderit Carolus, non poſſum decernere, vide quæ ſupra retuli. Interim Lucretia poſt obitum patris ſui Lucæ poſtrema de ſtirpe Perleonum, non ſolum Perleoniam ſed Auſtriacam ſe nominare eſt auſa. Dedi ſupra ejus inſcriptionem ex Joanne de Creſcenzi, & Auguſtinc Oldoino, ſed mancam. Nunc recentibus literis Româ acceptis, poſteaquam ſuperiores §§. impreſſi erant, accepi eandem Inſcriptionem integrè ex ipſo lapide (qui adhuc extat) deſcriptam, & hic eam exhibeo. P. A. M. Anno 1679. die 18. Martij.

Regi

*Regi cui omnia vivunt.*

*LUcretia de Perleonibus, Lucæ de Perleonibus Juris utriusque Doctoris filia, nobiliſſima Romana, & Auſtriacæ gentis ſola relicta, Andreæ Pelluchij olim uxor, prole orbata, ſacellum hoc antea ab eodem viro teſtamento dotatum, & ornari cœptum, vivens honorificentius exornandum, abſolvendumque curavit. ANNO ſalutis M. D. LXXXI.*

Extat, ut dixi, hæc Inſcriptio etiamnum Romæ in Eccleſ. B. V. de Conſolatione ad rupem Tarpejam propè Capitolium, ubi ad cornu Epiſtolæ viſitet ipſius Lucretiæ effigies pectoralis ex albo marmore. Extat etiam ſepulchralis inſcriptio mariti Andreæ Pelluchij, qui obijt Anno M. D. LXXV. ætatis LXXXV. Quando verò Lucretia obierit, me latet, quia inſcriptio ſupra relata ſolùm denotat annum, quo adhuc vivens Lucretia ſacellum *abſolvendum curavit.* Quid ergò mirum irrepſiſſe ad hanc inſcriptionem illa verba: *Auſtriacæ gentis ſola relicta*, quæ ſupra dicebam, nondum ſatis informatus, ab aliquo alio ignorante poſita. Ipſa Lucretia adhuc vivens hoc *ſibi momentum poſuit.* Quis neſcit majorem eſſe inter fœminas ambitionem quam viros? Erravit Lucretia decepta à progenitoribus, errarunt progenitores decepti à Volaterrano, erravit Volaterranus deceptus à Gundelfingio, erravit Gundelfingius deceptus à proprio genio arbitrariæ fictionis. Errant igitur etiam alij ſequaces hujus fabulæ.

## §. XIV.

### *Judicia aliorum authorum de hac ſexta opinione.*

PRætereo ipſos Pierleoniſtas, quia nemo mercatorum ſuas merces vitùperat, ſed quid alij de hac opinione ſenſerint adduco.

Guillim. Habſp. lib. 1. c. 2.

*Franciſcus Guillimannus*, qui præcipuas de Habſpurgicorum origine opiniones non perfunctoriè, ſed diligenter ac magno cum judicio diſcuſſit, totamque eorum Genealogiam conſcripſit, hoc de ſexta opinione formavit judicium: *Specioſa, ſi perinde probata. De Perleonibus ſcio præclarum nomen, magnam potentiam. Et de ijs multa eximia & proba Wion, quæ ut refutare animus non eſt, ita Habſpurgios inde ortos non eſſe, vanamque & futilem, quâ maximè nituntur Volaterrani opinionem omnes intelligent, qui multo prius quam eſſe cœperit Petrus ille Leo, &c. Wernerum III. Wernerum II. &c. aliosque Habſpurgios magna apud Imperatores authoritate & honore fuiſſe*, &c. Alia hujus Authoris ſupra dedimus.

Laz. Comment. Geneal. Auſtr. lib. 1. c. 1.

II. *Lazius* pridem ante Guillimannum Geneographus univerſalis, qui licet in tam vaſtis operibus & intricatis materiis nonnullos habeat nævos, ea tamen, quæ circa Habſpurgicorum originem ante ipſum excogitata fuerunt accuratè expendit, & integrum librum de Genealogia Habſpurgica conſcripſit, ubi Pierleoniſtarum opinionem redarguit: *Inventi ſunt*, inquit, *qui Germanicæ vocis etymon ad Romanam phraſim ſiniſtrè detorquentes Habſpurgios ab Aventino urbis monte principes derivarent, Aventiſpergiosque vocarent. Huic opinioni quidam Itali, ac Volaterranus inprimis, à Petro Leone Romano exule, homine mali exempli, & qui poſterius ſub primo ejus nominis Friderico ob ſeditionem pulſus erat, tam ſplendidæ*

*domus*

*domus initia derivare voluerunt. Cui conjecturæ ut ex vano hauſtæ, cum alia pleraque repugnant, tum in primis adverſantur diplomata, ac fide digni Annales Cœnobiorum &c.* Et alibi plura ſimilia.

III. *Joannes Jacobus Fugger* ſcripſit ſuperiore ſeculo Hiſtoriam Auſtriacam, quæ recentibus primum annis prodijt, limata & aucta plurium labore. Hic de origine Habſpurgica diſſerens & principales duas opiniones diſcutiens de Perleoniſtica ità ſenſit: Quod Perleones ex Aniciis, Anicij ex Julianis & Julijs ortum habeant, nolo in diſputationem vocare: poteſt id verum eſſe, licet nondum probatum ſit: ſed quod ex Perleonibus aliquis in Germaniam venerit, ibiq; Cæſaream arborem Habſpurgicorum plantaverit, hactenus à nullo ſatis oſtenſum eſt. Verum etiam poteſt eſſe, quod duo fratres Perleones Româ expulſi aliquando fuerint, ſed an in Germaniam venerint adhuc non eſt probatum. Et ſi daretur etiam hoc, quòd venerint duo Perleones in Germaniam, non eſt tamen credibile, quòd unus eorum vocatus ſit Albertus, alter Wernherus, & quidem iſte factus Epiſcopus Argentinenſis, quæ ſunt nomina Romanis non uſitata, ut meritò ſequacibus hujus opinionis dici poſſit: *Quia nemo eſt in cognatione hac, qui vocetur hoc nomine*, &c. Fugger Spec. lib. 1. c. 1.

IV. *Chriſtianus Urſtiſius* vixit etiam ſuperiore ſeculo, & Alberti Argentinenſis Chronico à librariorum mendis repurgato, ac cum antiquis MSS. collato præfixit monitoriam Præfationem, in qua teſtatur in exemplari membranaceo Alberti non reperiri narrationem illam de duobus fratribus Româ exulibus, addit de opinione Pierleoniſtarum: *Quam ſanè opinionem, & alij quoque docti non ſatis veriſimilem cenſent.* Urſtiſ. Præf. in Albert. Argent.

V. *Theodoricus Pieſpordius* Anno 1617. in ſtemmate Auſtriaco, cum Guillimanno cenſurat Pierleoniſtas, & ulteriorem alibi cenſuram promittit: *Opinionem hanc Guillimannus ſatis ipſe diſcuſſit lib. 1. cap. 2. & alibi. Et ſanè quid verè de illa ſentiendum, Hiſtoriæ noſtræ ſeries ſuo loco clariſſimè indicabit.* Pieſpord. in Stem. Auſtriac.

VI. Reverendiſſ. *P. Joannes Gans* Ferdinandi III. Auguſti Confeſſarius, ſcripſit Arboretum Auſtriacum, & breviter diſcuſſit varias de Origine Habſpurgica opiniones. Legi aliquando, nunc ad manum non habeo. Apud Lequile tamen reperio hæc ejus verba: *Fabuloſum eſt, quod Albertus Argentinenſis in Chronico de duobus fratribus Romanis exulibus, quorum ſenior prædia, junior caſtrum Habſpurgum condiderit, quemq; pater aliquantò poſt viſitavit, &c.* Si hæc narratio fabuloſa, multo magis deductio Habſpurgicorum à Perleonibus, quæ in illa fundatur. Gans Arbor. pag. 2.

VII. *Didacus Lequile* ipſe quoque Perleoniſta, poſteaquam magnis conatibus Seifridi veſtigia premens, & verbatim eum exſcribens, quidquid pro hac opinione facere videbatur, adduxiſſet, tandem judicium de ea formavit: *Fateor multa dubia, multosq; errores è medio Seifridum abſtuliſſe in gratiam primæ ſententiæ: attamen extra fines opinionis eam eduxiſſe, ita ut omnem formidinem de oppoſito ab ea abſtulerit, ac hiſtoricâ veritate demonſtrativè aſſertivéque probaverit, non auderem, affirmare. Ex quo fit manifeſtum, quod nec Seifridus ipſe potuit ita certam ſententiam reddere, quin intra opinionis limites remaneret.* Et rurſum alibi repetit: *Seifridi rationes etiam poſtquam Volaterrani, Arnoldi Wionis, nonnullorumque errores (propter* Leq. de reb. Auſtr. To. 1. fol. 237. Idem fol. 245.

*quos prima ſententia nomen perdidit ac inter fabuloſa figmenta à ſcriptoribus fuit collocata) feliciter detexit, non adeò ſunt certæ ac indubitatæ, ut aliqua tergiverſatione oppugnari nequeant.* Poſt interjecta nonnulla addit: *aſſerendum conſequenter venit eam tantum opinativè non verò aſſertivè tenendam.* Ac denique concludit judicium: *Seifridus eam probabiliorem ſupra ſecundam reddidit, at non adeò certam tutamque, ut hiſtorica veritas extrà omnibus ambagibus ſalva & incolumis in ipſa conſiteriterit.* Volebat ſcribere *extrà omnes ambages*, eſt fabula colorata.

Kiffer Diſſert. Polit. de Orig. Habſp. q. 14. fol. 73.

VIII. *Joannes Georgius Kieffer* recens author relatâ opinione Pierleoniſtarum: *Verùm hæc contrà fidem Hiſtoriæ antiquioris caſtri Habſpurgici currunt*, &c. *Horum aſſertio in dubium uti vocatur, ita ob publica Murenſia documenta in contrarium euntia omni fide caret*, &c. Et denique de Carolo V. addit: *Obijciunt, quòd Carolus V. Rom. Imp. cum Romæ commoraretur indagaverit num Perleones & Frangepani adhuc ibi reperirentur? quibus reponitur, quod id curioſitatis gratiâ fecerit, non verò confiteri inde voluerit, quaſi de Perleonibus familia Habſpurgica deſcenderet, quam conſtat inſigniis à Perleonum familia diſcrepare. Ex quo principio repelluntur ij, qui Originem Domûs Habſpurgicæ ab Aniciis; quia Aniciorum inſignia in duabus Turribus conſiſtunt, vel à Frangepanijs deducunt, qui duos Leones in unguibus pomum ferentes, in Inſigniis habent: quorum ſigna ſereniſſima Domus nunquam uſurpavit, nec unquam ſe de Aniciis, Leonibus, vel Frangepaniis, aut eorum anteceſſoribus, vel ſucceſſoribus prædicavit, non omiſſura, ſi quid rei ſubfuiſſet.*

Bucelin. Germ. Sacropropha. To I Geneal. not. f. 23.

IX. *Gabriel Bucelinus* modernus ſcriptor, qui aliquando Perleoniſtis adhæſerat, cantatâ Palinodiâ contrà illos acrem calamum vibravit, & præcipua eorum argumenta paucis diſſolvit. Inter alia leges: *Nemini ſanè perſuaſerint illi* (Pierleoniſtæ) *niſi ignoranti, & qui opinione magis rapi, quam vinci ſe ratione & veritate patiatur.* Et poſt pluſcula: *Credat, cui libet, talibus figmentis, qualibus Lectorem paſcit ſimiliter Lirerus, non tam veritatis ſtudioſum, quam fallendi temporis; ex quibus utilitatis nihil colligas, imò queraris meritò, pro uſu & fructu temporis, inutiliter tempus amiſiſſe.*

Spiegel. in Schol. lib. 1. ad Ligurin. & Schol. lib. 2. Auſtr. Rich. Bartholini.

X. Ferventius quam ullus iſtorum loquitur *Jacobus Spiegelius* ſuperioris ſeculi author: *Nec nos movere debet quorundam ſtultitia ſuam Originem ad Romanos referentium, qui ſi ſcirent nullam in Italia nobilitatem, quam non Germani eo advexerint, non haurirent aquam ex rivulis ipſo fonte contempto. Ridiculum ſanè quod Volaterranus D. Maximiliani progenitores ait fuiſſe quosdam neſcio Perleones Romanos*, &c. Quod nulla ſit in Italia nobilitas, quæ non è Germania illuc illata ſit, nollem ego aſſerere, ſed quod Volaterrani opinio de Origine Auſtriacorum ex Perleonibus falſa ſit, merito aſſerit Spiegelius.

Spondan. ap. Lequil. To. I. f. 217.

XI. *Henricus Spondanus* breviter apud Lequilæum: *Alij fabulatores ad Romanos referunt Habſpurgicos Auſtrios, gentemque Aniciam.* Satis hoc à tali viro dictum, quamvis & alteram reprehendat opinionem, quæ à Francis orditur, metuens, ut ipſe loquitur, *ne etiam ipſum Regnum Francorum ad eam pertinere demonſtrent.* Certè hoc præſtat egregiè Chiffletius, tametſi non ordiatur à Merovingis originem Habſpurgicam.

XII. *Do-*

XII. *Dominicus Iſchudi* Abbas Murenſis Terentiano ſtylo acutè pungit Pierleoniſtas, ut ait Lequile, ſed hoc genere carminis Terentius non eſt uſus. Tſchudi apud Leq. fol. 218.

*quis hic Wionum,*
*Extorres patriâ fugaque lapſos*
*Occultabit Avos? abi Sifride,*
*Subduc te procul inficete Lazi,*
*Et quoscunque juvant Petri Leones,*
*Et delirium Anile Aniciorum.*

XIII. *Otto Fridericus* Epiſcopus Labacenſis ex Comitibus de Bucheim in Epiſtola ſua ad P. Didacum de Lequile Franciſcanum, alias Didacum Taſuro, quam ipſe Lequile impreſſit, & ſatis irreverenter refutavit, ita ſentiebat de Pierleoniſtarum opinione: *Mandai queſti giorni il libro della P. V. al ſig. Conte Ubaldino Cavagliere e Prelato molto curioſo nelle coſe Genealogiche, de origine Auguſtiſſimæ Domûs, il quale ſi ſcandalizò con Monſig. Holſtenio di queſto errore, eſſendoſi qui come dicono, trovato, che quel Pier Leone ò ſuo Padre, ò avo fuſſe mancato nella fede Chriſtiana*, &c. Lequil. de reb. Auſtr. P. 3. fol. 138. Hic trium doctiſſimorum virorum habemus judicium de hac opinione, quorum Otto Fridericus Epiſcopus quondam Ordinarius meus, oretenus mihi explicuit ſenſum hujus paragraphi, & fuit vir in omni ſcientia eminens, in Genealogicis à juventute verſatus, cujus adhuc extant MS. adverſaria, digna lectu. Comitem Ubaldinum, cui ipſe Lequile ſeu Taſuro in ſua Reſponſoria hoc dat Elogium: *Conte Ubaldino Prelato, quanto nobile per naſcità, altretanto conſummato nelle buone letere, e valevole*, &c. Lequil. ibid. fol. 140. Et Lucam Holſtenium Canonicum S. Petri cuſtodem Bibliothecæ Vaticanæ, virum doctiſſimum, & celeberrimum, quem ipſe Lequile fatetur *Soggetto di molto grido, da me conoſciuto, e ſomamente rivirito*, &c. Hos tres nihilominus Lequile, ut vagus corpore per varias mundi plagas, ſic vagus in conceptibus per Opiniones ob erroris damnatam ſuam opinionem planè immodeſtè adortus, ut ſine ſtomacho refutatio ejus legi non poſſit, in qua tamen nodum non ſolvit, ſed eandem, quam prius lyram oberrans Seyfridum non tam propugnat, quam exſcribit, nullo novo argumento producto,

XIV. *Michaël ab Eytzing* Baro Auſtriacus in ſuo Theſauro Principum, de Pierleoniſtarum opinione faciens mentionem: *Voluerunt aliqui Albertum Rudolphi patrem originem ſumpſiſſe ex familia Leonum, quæ tum admodum illuſtris habebatur, cum Romæ Pontifices præeſſent Alexander II. Gregorius VII. Paſchalis II. &c. Cæterùm, quæ illi volunt, veritati nequaquam conſentanea ſunt.* Eytzing. Theſaur. Princ. fol. 43. Et poſt nonnulla: *Quæ Volaterranus, & alij quidam divinare videntur, nequaquam antiquioribus monumentis, donationibus, & alijs privilegijs conveniunt*, &c. Et ſic eſt: non invidemus Romanis hanc gloriam, quod tam Auguſtam Domum, ſupra omnes alias anteceſſorum familias ſublimatam, & præ omnibus illis hodiernæ Romæ, id eſt Catholicæ, altricem produxerint, quia ſuo loco oſtendemus à Romanis originem traxiſſe Habſpurgicos. Solùm à Romanis Perleonibus ortos Habſpurgicos confidenter & ſecurè negamus, quia nullum hactenus productum eſt argumentum id evincens.

# CAPUT VII.

## *Septima Opinio de Origine Auguſtæ Domus Habſpurgo-Auſtriacæ.*

### Habſpurgicos derivari à Gunthero Francorum Rege.

### §. I.

### *Quid Francorum nomine intelligendum.*

AB Ægyptijs, Trojanis, Romanis, tranſimus ad Francos, non eo quidem vocis intellectu, quo hodie accipitur pro Gallis, ſed ad Francos Germanos, unde monet Bucelinus diſtinguendum eſſe inter Francos & Gallos, & addit: *Longè tamen alij, atque alij Francorum accipiunt Reges, quàm nos admittere poſſimus; uti perſuaſiſſimum Germanis Galli volunt, & multi ex Germanis hiſtoriarum minus gnari, ab hoſtibus ſeducti conceſſerunt; quaſi verò Galli aliquando Germanis imperaſſent. Idque ipſum eſt, quod hodie prætendunt in Germaniam juris, cum ad Germanos viceverſa absque dubio ſpectet jus in regna omnia Galliarum. Orti omninò è Francorum Regibus Habſpurgij ſunt; atque ex Germanis Francis, ex Francis Germanis reduplicativè Gallorum domitoribus, Galliarum jure belli legitimo factis Regibus*, &c. quam veritatem hoc loco pluribus ſtabilire libet. Francorum nomen unde enatum ſit plures pluribus diſputant, illud certum primos hoc nomine appellatos Germanos fuiſſe, & primam Franciam intrà Germaniæ limites conſtitiſſe, uti S. Hieronymus ipſe inſinuat, cum ait: *Saxones cæſi Deuſone in regione Francorum.* Deuſonis verò caſtrum vulgo Duisburg propè Rhenum ſupra Coloniam. Hujus primæ Franciæ pars nobiliſſima fuit ad Mœnum, cujus populi nunc recentiore vocabulo Francones appellantur. Porrò his populis primò dominatum Pharamundum, Meroveum & cæteros Merovingos apud Hiſtoricos in confeſſo eſt: ſenſim verò deficiente Romanorum potentiâ & dilatato horum Francorum Germanorum regno, Franciæ nomen etiam Galliæ attributum eſt, & dicta eſt Francia Occidentalis, Germaniæ verò pars Francia Orientalis, ut cœtera diverſa nomina prætereamus, qua de re latè Chiffletius. De Pipino Annales Metenſes ad Annum 688. *Pipinus Orientalium Francorum, quos illi propriâ linguâ Oſterlandos vocant, ſuſcepit Principatum.* Robertus Gaguinus de hac diviſione: *Galliæ Belgicæ latè extenſam regionem priſci Orientalem Franciam, alteram cui Carolus Calvus imperavit, quia ad occiduum ſolem procurrit, Occidentalem dixerunt.* Occidentalis dicta eſt poſterioribus temporibus *Neuſtria, Francia nova, Latina, Romana.* Monachus Sangallenſis vocat *Novam*, Luitprandus *Romanam*, Wippo *Latinam*, Rheginonis continuator *Romanam*: unde populi dicti, *Franci Romani*, apud Othonem Friſingenſem: non à Roma, ſed à lingua Romana inquit Albericus; ſiquidem antequam Romani Gallias occuparent, ubique Theotiſcæ ſive Germanæ linguæ uſus erat, unde Auguſtinus de Romanis ait: *non ſolum jugum, verùm etiam linguam ſuam domitis gentibus impoſuerunt.* Duplex verò illic lingua Romana emerſit, purior ſolis ferè primati-

Gabr. Bucelin. To. 1. German. Gen. fol. 25.

S Hieron. in vita Hilarion.

Chifflet. in Vindic. Hiſpan. c. 9. Annal. Meten. Gaguin in Lothario Rege. Sangallen. lib. 1. c. 23. Luitpran. lib. 1. cap. 6. Wippo. in vita Conradi Sal. Regin Contin. ad an. 939. Alberic. An. 892 Otho. Friſing. l. 7. c. 5. S. Aug. 17. de civ. Dei. c. 7.

matibus uſitata; & corrupta, quam Concilij Turonenſis Patres vocarunt *Ruſticam Romanam*, Scaliger appellat *Latinæ linguæ abortum*, Meyerus verò *ſpumam*, & hæc eſt lingua hodierna Gallica vulgaris.

II. Si ad primordia gentis Francorum reſpiciamus, hi teſte Juone Carnotenſi *Egreſſi à Sicambria pervenere in extremos fines Rheni fluminis in Germanorum oppida, ibique aliquot annis cum Principibus ſuis Marcomiro & Sunone reſederunt. Ubi primum Regem Pharamundum ſibi ſtatuunt.* Ecce primos Francos Germanos in Germania cis Rhenum, & debellatores Gallorum habitantium trans Rhenum; nam ſequitur: *Clodio Rex Francorum tertius. Hic de Thoringiorum finibus egreſſus Rhenum tranſiit, victoque Romano exercitu Carbonariam ſylvam tenuit, ibique ſibi ſedem ſtatuit.* Sub Meroveo deinde: *Franci usque Aurelianos pervenerunt.* Similia prorſus ſunt apud Gregorium Turonenſem: *Egreſſi à Sicambria venerunt in extremis partibus Rheni fluminis in Germaniarum oppidis; habitaveruntque ibi annis multis.* Et poſtea de Clodione Rege loquens ait: *Clodio autem Rex miſit exploratores de Diſpargo* (Duisburgo) *caſtello Thoringorum uſque ad urbem Camaracum. Ipſe poſteà cum grandi exercitu Rhenum tranſiens multo populo Romanorum proſtrato fugavit: &c.* Quomodo poſtmodum ſenſim ipſam Galliam occupaverint hi Franci Germani, videre licet apud eundem Gregorium, qui tradit à Childerico Rege occupatam primò Agrippinam, deinde Aurelianos &c. à Clodoveo aute m Sueſſionem &c. Eadem ferè paucis mutatis leges apud Aimoinum, in Chronico Francorum Anonymi apud Labbe, & pluribus alijs antiquis fragmentis. In Chronico Leodienſi *Pharamundus regnat in Francia, Clodius regnat in Francia*, qui nondum Rhenum tranſierant, ſaltem Pharamundus ſemper intra Rhenum conſtitit; hic ergò ubi nunc Franconia eſt & Germania, ibi fuit prima & originalis Francia. Imò Carolus Magnus, qui fundavit Imperium Romano-Germanicum ſcripſit ſe Regem Francorum, non autem Gallorum, licet Gallias etiam obtinuerit, filius verò ejus Ludovicus Pius expreſsè in literis ponebat, *Anno Regni in orientali Francia, &c.* Diſtinctius adhuc Carolus Craſſus in diplomatibus. *Anno Imperij in Italia 6. in Francia 5. in Gallia 2.* ex quo manifeſtum eſt Franciam dictam primitùs fuiſſe Germaniam, & eo nomine contradiſtinctam à Gallia.

Jvo Carnol. in Chron.

Greg. Turon. in geſt. Epitom. cap. 4. 5. & ſeqq.

Phil. Labbe. To. 1. Bibl. fol. 334.

Geuvold. Metrop. p. 1. fol. 245.

III. Itaque poſtquam Merovingi, qui erant Germani, & poſt hos Carolingi, qui etiam à Carolo Magno omnium conſenſu Germano, Germani cenſendi, Neuſtriam, ſive occidentalem Franciam occuparunt, ſenſim Francorum nomen in orientali Francia mutatum, & pars ejus dicta Franconia, pars cætera ſimpliciter Germania, & Franciæ nomen remanſit Galliæ ſive Franciæ novæ, ut teſtatur Sigebertus Gemblacenſis: *Carolus accepit occidentalia regna à Britannico Oceano, usque ad Moſam fluvium, in qua parte ex tunc, & modo nomen Franciæ remanſit.* Hoc ſi obſervaſſent ſcriptores poſt Caroli Magni ætatem, multis obviam iviſſent erroribus, neque moderni Franci tanta ſibi attribuerent, quæ ad verè Francos Germanos propriè ſpectant. *Inde factum eſt* ait (rectè Chiffletius) *ut quæ de Francis Ortivis citrà & ultrà Rhenum ſub ſolitario Francorum nomine ab antiquis Authoribus tradita fuerant, novitij Franciæ occi-*

Sigebert. in Chron. Ann. 844.

Chifflet. cit. fol. 48.

*dentalis ſcriptores, nullâ diſtinctione ad ſuos traduxerint: regnumque Francorum vetus pro novo acceperint: cùm tamen antiquiores Hiſtorici, nec ſub appellatione Francorum Gallos, nec ſub Francorum Regno ſimpliciter Galliam denotarint: Sed regnum Francorum vetuſtius, quod à Franco-Germanis ita nuncupatum eſt; ut ſub illo Germania & Gallia tanquam partes ſub toto comprehenderentur.*

IV. Ex hoc ulterius deducitur, & obſervandum venit, quod Franci Germani Gallis, non Galli Francis Germanis ſeu Teutonicis dominari cœperint, quia Franci Germani Gallis victis jugum impoſuerunt, & ſimul nomen. Quo ſanè ſpectant illa Othonis Friſingenſis: *Tempore Caroli Magni regni Francorum tota Gallia, id eſt Celtica, Belgica, Lugdunenſis, omnisque Germania à Rheno ſcilicet usque ad Illyricum terminus fuit. Dehinc diviſo inter filiorum filios regno aliud orientale, aliud occidentale, utrumque tamen Francorum dicebatur regnum.* Subdit deinde poſt nonnulla: *Cujus filius* (ſcilicet Henrici) *Otto, qui etiam dictus eſt primus* Rex *Teutonicorum: non quod primus apud Teutonicos regnaverit, ſed quod primus poſt eos, qui à Carolo Carolingi, ſicut à Meroveo Merovingi dicti ſunt, ex alio, id eſt Saxonum ſanguine natus, imperium ad Teutonicos Francos revocaverit.* Nimirum Carolus Magnus Teutonicus Imperium primus acquiſivit, ejus nepotes & pronepotes quia in Gallijs nati, licet origine Teutonici, habiti tamen ſunt pro Gallis, & ideò Otto Imperium ad Teutonicos revocaſſe cenſetur. Ex quibus verbis ulterius apparet, quod Ottones antiquo jure Francorum Reges appellati ſint, tametſi Ottonum tempore Francia nova ſeu Gallia proprijs Regibus obtemperaret, & Francicum nomen à Germanis mutuatum, caſu potius quam conſilio retinuerit. Clarius adhuc ad noſtrum propoſitum loquitur idem Author cùm de Ottone I. Imperatore ait: *Poſt multos triumphos, Italiam quoque, quæ per plures jam annos Francis ſeu Germanis alienata fuerat, regno adijcere parat.* A prima igitur vocis inſtitutione Franci veri ſunt Franci Germani, non Galli. Author Magni Chronici Belgici de Francis hæc habet: *Franci Sicambria egreſſi conſedere ſecus Rhenum in oppidis Germaniæ. Cœperunt autem Anno Domini CCCLXXXVI.* Et paulò poſt. *Anno XXVIII. Imperij Theodoſij Junioris tertiò Franci ſæpè Gallias infeſtantes diripiunt.* Huc etiam ſpectat, quod ait Sigebertus Gemblacenſis: *Francos cognominatos dicunt à quodam eorum* Rege *Francione, qui in bello fortiſſimus, dum cum multis gentibus dimicaſſet, in Europam iter direxit, & inter Danubium & Rhenum conſedit, ibique progenies ejus coaluit.* Clariſſimè verò Siffridus Presbyter oſtendit Francos propriè & primitivè Germanos eſſe, & Gallos ab ijs nomen ac genus participaſſe. Sic enim habet: *Cum Valentinianus Imperator quosdam populos, qui Alani dicuntur, vincere non poſſet; fecit edictum, ut qui eos vincerent, decem annos à tributo liberi eſſent. Unde Teutonici hujus gloriæ cupidi, eos ſtrenuè delent, & indè Franci appellati ſunt. Sed* Rex *eorum Carolus Martellus Francos in duas partes diviſit: partem illam, in qua Sequana & Ligeris, quæ Gaudiana dicebatur, currunt; Franciam & populos* Francigenas, *id eſt à Francis genitos appellavit; & in Teutonico Kerlingen idiomate ſuo: Alteram verò partem in qua Rhenus currit* Franconiam *cujus populi* Franci *dicuntur.* Galli itaque Francigenæ ſunt & à Francis geniti; Germani verò propriè Franci & progenitores Francigenarum.

Otho Friſing. lib. 6. c. 17.

Idem Otto Friſ. lib. 6. c. 19.

Canon Nuſſien. in Chron. Belg.

Sigebert. Chron initio.

Siffrid. Epitom. lib. 1. ad an. 742.

V. Non

V. Non latuit hæc veritas Paulum Æmilium Gallicum ſcriptorem cui omnia ad ſcribendam Hiſtoriam archiva & arcana patebant, unde ait: *Germani gloriam antiquorum Francorum Regum Ducumq;, ac Auguſtorum ſuam ducunt, quod oriundos ab ſe eos prædicent, apud ſeque adhuc Francos Orientales eſſe; alios in Gallia Occidentales dictos, ſobolem illorum eſſe.* Hæc verò ſoboles recentior audet ſuis progenitoribus inſultare, & laudes ac prærogativas audacter ad ſe attrahere; Caroli Magni, natione Germani, & Carolingorum excellentias, ac jura ſibi adſcribere, cùm tamen hæc omnia ad legitimos hæredes Brabantiæ, Burdundiæ, Alſatiæque Duces Auſtriacos & nationis & ſanguinis jure pertineant, ut ſuo loco oſtendemus. Rectè Paulus Langius Carolum Magnum appellat *Teutonicum Francum, Origine, converſatione, famine.* Quæ profectò tàm luculentis teſtimoniis ſingula ex vetuſtioribus ſcriptoribus probari poſſunt, ut neq; omnes adverſarij poſſint inficias ire. Notanda ſunt illa Rheginonis Prumienſis de S. Arnulpho à quo Carolingi Ortum habuerunt: *Ob recordationem Reverendiſſimi Arnolphi Metenſis Eccleſiæ Epiſcopi, de cujus ſancto germine, ſua aliorumq; Germanorum Francorum proſapia pullulaverat.* Nempe Carolomannus de quo ibi agit. Diſertè Originem Caroli Magni appellat *Germanorum Francorum*, ut diſtinguat à Gallis, qui poſterius uſurpare cœperunt Francorum nomen. Hæc in anteceſſum de vero Fraucorum nominis intellectu ac ſenſu præmittere libuit ad ſubſequentes aliquot opiniones, quæ originem Habſpurgicam à Francorum antiquis Regibus conantur deducere, ut conſtet mentem iſtorum authorum eſſe non à Francis novis, ſivè Occidentalibus, & Gallis, ſed à Francis antiquis orientalibus, & verè Germanis repetendam eſſe primam Habſpurgicorum originem. Ex quibus opinionibus, quæ prior nobis occurrit eſt ſequens.

Paul. Æmil. Hiſt. Franc. l. 3.

Paul. Lang. in Chron. Citizen. ad an. 955.

Regin. Prum. Chro. ad an. 880.

## §. II.

## *Explicatur Septima Opinio.*

ANdreas Wernerus, qui ſuperiore ſeculo ſcripſiſſe videtur, in Chronico Magdeburgenſi Domum Habſpurgo-Auſtriacam derivare conatus eſt à Thaſſilone quodam Guntheri Galliæ Regis filio. Quis verò hic Guntherus fuerit, cujus Franciæ Rex, quibus majoribus generatus, ipſe non meminit. Ut tamen opinionis hujus aliqua habeatur notitia, libet ipſiuſmet Authoris verba ab Hieronymo Henninge allegata referre; ſic ergò ille:

*Thaſſilo ortus â Rege quodam Galliæ (vult ſcribere Franciæ antiquæ) Gunthero (ut vult Heroldus Hiſtoricus) qui plurimos cum haberet filios, aliqui ex illis in Germania conſederunt, quibus prognati feruntur Comites Kiburgenſes, Pfiretarum, Zeringiæ &c. ab hoc Taſſilone verò Zollerenſes Comites, vixitque & copias duxit ſub Carolo Magno Imperatore, & Rege Franciæ Anno Chriſti 801.*

Wernerus apud Henning. p. 2, Germ. f. 204.

Schema Genealogicum ejusdem Authoris.

Taſſi-

*Taſſilo cujus filij*

| | | | |
|---|---|---|---|
| Dancko Comes Zollerenſis, qui Dominium in Suevia tenuit circa annum 840. Uxor N. Comitiſſa in Sylli. | Gotboldus | Geroldus Abbas Comes & Dominus in Solgavu | Fritz vel Fridericus puer obijt. |
| | Bertholdus | | |
| Rudolphus Comes Zollerenſis, qui ſub Henrico Aucupe Imp. militavit. Vxor N. Comitiſſa à Reinegkh. | Guntherus à quo orti ſunt Habſpurgici. | Conradus, quem Heroldus facit ſtirpem Columnenſium. | |

## §. III.

## *Reijcitur Septima Opinio.*

HÆc opinio ex pluribus capitibus deprehenditur arbitrariè excogitata & ficta. Primò, quià circà tempora Caroli Magni Regum Francorum nomina & geſta varij authores accuratè notarunt, nullus tamen meminit Guntheri Regis, nullus Thaſſilonis, niſi fortè intelligat Wernerus Gunthariũ filium Clotharij Magni ex Ingunde natum, qui tamen in juventute obijſſe ſcribitur. Nec Thaſſilonis tempore Caroli Magni ulla extat memoria niſi Thaſſilonis Bojorum Ducis, quem Carolus Magnus exauthoravit Anno 778. cujus filius Guntherus ab apro occiſus occaſionem dedit patri condendi Cremifanenſis Monaſterij.

Secundò facit Zaringenſes antiquiores, quàm Habſpurgicos, cùm tamen omnium authorum conſenſu Zaringenſes ex Habſpurgicis prodierint.

Tertiò, quià ab eadem radice Columnenſes Romanos deducit cum Habſpurgicis, quod hactenus nullus aſſeruit.

Quartò, quia fundat ſe in Heroldo Hiſtorico, quem paſſim habent alij pro fabularum concinnatore.

Quintò, quia ante tempora Caroli Magni vixerunt plures Habſpurgici Comites, uti ex antiquis monimentis & Cœnobiorum ſcripturis probat Guillimannus, ergò non primum poſt Carolum Magnum orti ſunt.

Sextò, quia in nulla Geneſi Habſpurgica hactenus repertus eſt aliquis Guntherus, q*u*em tamen hic author ponit pro authore familiæ.

Denique Septimò, quia nullum Wernerus hactenus ſequacem ſuæ opinionis eſt nactus, nullis documentis aſſertum probavit. Cæterùm quod à Regibus Francorum vetuſtis ortos aſſerat Habſpurgicos, conſentit cum pluribus alijs, & ut reor non malè, ut infrà oſtendemus, ſed via quam ingreditur non placuit hactenus alijs, non placet nobis.

CA-

# CAPUT VIII.

## Octava opinio de Origine Augustæ Domus. Habspurgo-Austriacæ.

Habspurgicos derivari à Griphone filio vel fratre Pipini Brevis Regis Francorum.

### §. VNICUS

### Proponitur octava opinio & reijcitur.

Opinionis hujus authores tam pauci sunt, & tam obscuri, ut nemo eorum nomina prodat. Lazius plures vias indagans derivando Habspurgicos à Regio veterum Francorum sanguine hæc habet: *Gripho frater Pipini Brevis cognomento Francorum Regis & Carolomanni, qui iniquam causatus divisionem fratribus se opposuerat, exilio primum Arduennæ multatus, postremò cùm fugeret, in Neustriam missus, duodecim comitatus accepit, puta in Tractu Burgundici regni Transiuraniique Ducatûs: ubi primum omnium rerum potitos Habspurgenses dictum est. De cujus filiis, qui nam ex his progressi fuerint, ab authoribus scriptum nihil reperio. Non est autem dubium Neustriam tum Burgundiam Provinciam ac Ducatum Transiuranum comprehendisse, vernaculâ Germanorum linguâ ab auspicio novi regni sic appellatam, vulgò Neurich. Nam post Caroli Magni tempora alia Neustria ex divisione fratrum constituta fuerat, in Armorico litore Angliæ & Britanniæ objecta in Galliæ agro, ubi postea fuit Normandia.* Deinde factâ mentione filiorum Theodoberti Regis Austrasiæ à fratre Theodorico occisi, ait: *Porrò P. Æmilius tradit Meroveum in Insula lacus Rheni hoc est Bodmanici exilium tulisse: ut dubium nullum sit suos Comitatus Griphonem in finibus Ducatus Transiurensis accepisse; atque adeò suspicionem relinquere in animo lectoris posset, si fortè Habspurgenses ab hoc Griphone defluxerint.* Hæc Lazius, quæ occasionem dederunt Belleforestio scribendi: *Alij à Carolingorum temporibus sumunt* (nempe originem Habspurgicam) *traduntque Griphonem Pipini Brevis filium* (Lazius fratrem afferuit) *fuisse Ducem Burgundiæ, duodecim Comitatus possedisse, ijs in partibus, ubi nunc sunt Helvetij, dedisseque Originem Marchionum Habspurgensium Domui.* Ex hoc apparet, quòd Belleforestius attribuerit hanc opinionem quibusdam innominatis Authoribus, qui fortè nulli fuerunt, quam Lazius ex suomet ingenio divinando solùm insinuavit. Sed cùm ipse Lazius fateatur nihil constare apud Scriptores de filijs & successione Griphonis, eoipso prodit hanc suam divinationem in aëre conceptam, illicò dissipatam, nec ab ullo deinceps assertam. In hoc tamen (si quis eam secutus fuit) probabilis videri posset, quod primam Habspurgicorum originem ad Francorum veteres reges revocet, tametsi non benè divinet de primo authore generis. Nihil opus proinde ulterius huic opinioni immorari.

Laz. Comment. de Geneal. Austr. lib. 1. c. 5. fol. 95.

Belleforest. Annal. Franc. lib. 1. c. 29. ap. Guill lib. 1. c. 4. fol. 21. Lequil. in Ferdin. Paneg. fol. 167.

# CAPUT IX.

## Nona opinio de Origine Augustæ Domûs Habspurgo-Austriacæ.

Habspurgicos derivari ab antiquis Regibus Francorum Germanorum Merovingis.

CElleberrima est hæc inter omnes opinio ab Authorum conspiratione, quæ tamen suis non caret difficultatibus, ut constabit ex ijs, quæ pro & contra adferemus.

### §. I.

### *Explicatur nona opinio.*

UT de Opinionis hujus doctrina constet operæ pretium erit formalia præcipuorum Authorum verba referre, quorum primus occurrit.

Trithem. Comp. de Orig. gent. Franco.

*Joannes Trithemius* Abbas Sponheimensis, apud quem hæc leguntur: *Lotharius obijt Anno* 564. *Indictione* 12. *filios relinquens quatuor. Primus Heribertus, qui major natu apud Parisios regnavit post obitum patris, &c. Obijt sine liberis. Secundo genitus Lotharij fuit Gunthramus, qui Aurelianis & in Burgundia regnavit annis triginta tribus; & obijt Anno* 597. *duos relinquens filios Theobertum, & Theodoricum: Uxor ejus fuit nomine Austrigildis mulier iniquissima, &c. Theodobertus major natu genuit Sigibertum; Sigibertus autem genuit Odobertum, Odobertus autem genuit Odobertum, Guntramum & Adelbertum fratres: Odobertus autem Junior genuit Luitfridum, & Udalricum Comites: quorum in Habspurg alter, in Hoënburg residebat alter, jam regno in quatuor Comitatus, Alsatiorum, Helvetiorum, & Alemannorum cis Rhenum diviso. De isto Luitfrido Genealogia Comitum de Habspurg usq; ad Rudolphum Regem Germanorum, & ulterius in Maximilianum continuatur à Guntrano Francorum Rege per annos* 917. *usq; ad* 28. *annum regni Maximiliani.* Et iterum alio loco: *Habebat autem Theodobertus hos filios Sigebertum, Gunthramum, & Lotharium, filiam unicam speciosissimam. Sigebertus major natu fugâ lapsus usq; ad mortem Theodorici secretissimè latuit apud avunculum suum Genebaldum Ducem Francorum Orientalium, qui post mortem Theodorici procerum interventu regnum accepit Helvetiorum, ut dicetur post hæc inferius. De hoc Sigeberto natus est Odobertus, per quem Comites in Habspurg, cum multis alijs in superiori Alemannia provenerunt.* Deinde alibi de nece Theodoberti: *Theodobertus autem miserabili sorte peremptus tres filios, & unam (ut legitur) speciosissimam filiam reliquit: Sigebertum videlicet, Gunthramum, & Lotharium: nomen filiæ nusquam reperi. Rex verò Theodoricus Coloniam ingressus, præscriptos duos juniores fratris filios Gunthramum, Lothariumque, & sororem eorundem ad civitatem Metensem captivos misit. Quibus crudelis avia Brunechildis occurrens, nimioque succensa furore in odium genitoris occisi, super eos irruit, & nepotes adhuc parvulos*

Idem in Breviar. Annal. 1.

*vulos manu propria interfecit. Sigebertus autem natu major Theoberti filius, quorundam auxilio civium ſubmiſſus per murum, ſecretiſſimè Rheno tranſmiſſo in habitu ſcholari aufugit: veniensque in Franciam Orientalem apud cognatos ſuos Godefridum, & ejus filium Genebaldum Tertium Duces Francorum circa Mœnum in Wirciburg principantium, aliquot annis latuit incognitus. Qui tandem poſt obitum Regis Theodorici principum interventu Ducatum in Alemannia ſuperiore (quæ nunc dicitur Helvetia) donatione Regis Lotharij accepit: ſed neque nomen Regium, neque diadema portare more parentum ſuorum, permiſſus eſt, & manſit ſubditione Regum Francorum. Filium genuit nomine patris ſui Theobertum.* Hactenus Trithemius explicans ſuam opinionem.

II. *Jacobus Menlius* apud Lazium paulò aliter rem deducit: *Odobertus filius Lotharij I. Regis Franciæ, fuit Rex Provinciæ, videlicet Anno 585. & fuit per Gunthramum Regem Burgundiæ fratrem ſuum cupidine dominandi occiſus; qui poſt fratris obitum etiam Rex Provinciæ factus fuit. Otbertus filius Odoberti Regis Provinciæ viguit Anno Domini 605. Comes de Habſpurg Landgravius Briſgaviæ & Alſatiæ. Viguit tempore Phocæ Imperatoris, qui propter DEI amorem ſuæque animæ ſalutem, cuidam ſancto viro videlicet Trudberto, filio Regis Hiberniæ, vallem, quæ tunc temporis Numaga circa nigram ſylvam dicebatur, donavit: & ibidem ædificavit Eccleſiam, quam certis reditibus & gultis dotavit, fecitq; ibi ædificare caſtrũ Streichburg nomine dictus Otobertus, & tres filios habuit, ſcilicet Amprinctum, Ethobertum & Rutherum.* Hæc apud Lazium Menlius, ex Epitome Chronicorum. At in libello de majoribus Maximiliani I. ſecutus eſt opinionẽ Trithemij. Utrum verò opuſculum prius ſcripſerit, dubium eſt, licet Lequile putet Epitomen eſſe poſteriorem. Menl. lib. de Majorib. Maximilia, ap. Laz. Comment. Geneal. Auſtr. lib. 1. cap. 5.

III. *Stabius* Maximiliani I. Imperatoris Hiſtorigraphus à Noë & Cham, ut ſupradictum, exorſus, tranſit deinde ad Reges Francorum, de quo ſic præfatus Lazius: *Joannes verò Stabius anteceſſor meus, Maximiliani quondam Cæſaris Hiſtoriographus, Ottobertum & ipſe quidem ſecundum in hac gente commemorat, ſed alio parente ortum, nempe Childerico Auſtraſiæ Rege, Clodovei hoc nomine Regis II. in Provincia Pariſienſi principantis filio, quem ab Bodilone Comite occiſum refert. Verba ejus ſubſcribam: Iſtius Childerici concludo filium fuiſſe Ottobertum, &c. Ottobertus autem, de quo diximus, interea dum pater ſuus Rex Childebertus à Bodilone in venatione interfectus eſt in Auſtria ſuperiore, videns mirabilem ſtatum Regni Francorum, Regem impiè trucidatum: patruum Theodoricum, Majore Domûs Eboino, prius attonſum in Monaſterium truſum, iterum extractum, & Regno ſub Lendeſio præpoſitum; Ebroini Apoſtatæ Monachi furorem ac inſidias pertuliſſe: quid faceret Ottobertus Princeps naturâ mitiſſimus, niſi ad ſupremi Numinis auxilium confugiens, ad ejus ſe cultum præpararet? In Alemanniam itaq; trans Rhenum abiens, poſt patris miſerabilem caſum ſe continuit in Landgraviatu Briſgoviæ, ubi ſancto viro DEI Trudberto Monaſterium ædificavit; ubi certis Comitatibus contentus, pacificè & quietè vixit, curam regni abijciens, ne ut Pater à factionibus Majorum Domûs trucidaretur. Acceſſit etiam Ottoberto alia infelicitas; odium ſcilicet contrà Patrem Hildericum à Francis conceptum timentibus, ne ſi unquam in Regnum veniret, cædem paternam ulciſceretur. Hactenus Stabius.* Sic finit Lazius ejus opinionem adducens. Laz. Comment. Gen. Auſt. lib. 1. cap. 6.

Laz. Comment. Genealogicis: Austr. lib. 1. c. 6.

IV. Ipse verò *Lazius* subscribens Trithemio sic ait in Commentarijs Genealogicis: *Cœterùm quo potissimum authore caput gens illa erexerit refert Trithemius Abbas conjecturam non sanè vanam ex antiquissimis Francorum Annalibus*, &c. *Porrò hæc vera esse, & non ex vano hausta multa sunt, quæ coarguant. Primò cruenta pugna ista Fratrum; deinde quod Sigisbertum Turonensis quoque refert filium occisi Theodeberti Austrasiæ Regis profugum, renovatis viribus pugnam in Campania cum Theodorico patruo alteram iniviſſe, fugatumque Coloniam abiviſſe: postremò etiam, quod sororem ejus, similiter ut Trithemius captam à Theodorico patruo victore, ob pulchritudinem matrimonio junctam fuisse Turonensis commemorat.* Adfert deinde verba Turonensis, sed cum Turonensis prius obierit, quam Theodobertus, occideretur, erunt haud dubiè verba illa alicujus Continuatoris, qui fortè adhuc latet in aliqua Bibliotheca. Libet tamen illa verba ex parte proponere: *Captus est Theobertus in ipso prælio, & vinctus Cabilonem destinatur. Filius ejus Merovæus parvulus, jussu Theodorici apprehensus, ad quandam petram percutitur; qui cerebro contuso, & capite fracto emisit spiritum. Sigisbertus verò filiorum maximus, quorundam consiliis reparatis viribus in territorio Campaniæ Catalaunensis agri, superfluvium Coxana veniens, cum Theodorico simul & Chilperico certans superatus aufugit.* Eadem habet in Præfatione Commentariorum, ubi suam proponit sententiam: *Theobertum juniorem Childeberti filium, qui congressus cum fratre Theodorico Burgundiæ Rege, apud Tulbiacum victus erat & occisus. A cujus filio Sigeberto profugo & exule, nos inclytam Habspurgensium, sive Austriacam stirpem derivamus, secuti authoritatem antiquissimorum Francorum historiographorum Turonensis, & Annonij: quibus Abbas Spanheimensis Trithemius subscribit*, &c. Hæc Lazius in Commentarijs Genealogiæ Austriacæ editis Anno 1564. Atuerò in Migrationibus gentium, originem Habspurgicam deducit à Dagoberto Rege Magno per S. Sigebertum ejus filium, & Sigebertum nepotem Exulem, cum interim alij S. Sigeberto Regi unicum Dagobertum filium hoc nomine II. attribuant relegatum in Scotiam, & iterum revocatum.

Idem in Præfat. pag 11.

Laz. Migrat. lib. 8. f. 516.

V. Ex his quæ hactenus produximus apparet, quod Authores hujus opinionis conveniant in substantia; in accidentibus, & particulari personarum assignatione disconveniant. Omnes ad Reges Francorum antiquos & stirpem Merovingicam respiciunt, sed cum primum authorem gentis assignare nituntur, in varias abeunt sententias. Libet claritatis gratia singulorum deductiones hic apponere.

*Schema I. ad mentem Trithemij, Lazij, Piespordij, Henningis, & plurium.*

Pharamundus primus Rex Francorum Germanorum
Obijt Anno Christi 426.

Clodio Crinitus Rex obijt Anno 448.

Meroveus Rex à quo Merovingi obijt Anno 458.

Chil-

Childericus Rex obijt Anno 484.

Clodovæus primus Christianus obijt Anno 514.

Clotharius I. Rex Magnus obijt Anno 564.

Sigebertus Rex Austrasiæ obijt Anno 578.

Childebertus Rex Austrasiæ obijt Anno 598.

Theodobertus Rex Austrafiæ obijt Anno 617.

Sigebertus Exul Conditor Habspurgicorum.

Ottobertus I. Comes Habspurgi obijt Anno 667.

Inter hunc, & Sigebertum Exulem interponit Piespordius adhuc alium Sigebertum.

Ita passim ad mentem hujus opinionis Authores Trithemij & Lazij sequaces disponunt Genesim, licet Trithemius, ut vidimus, aliquot generationes intermedias prætermittat.

*Schema II. ad mentem Joannis Stabij.*

Pharamundus Rex I. Francorum Germanorum.

Clodio Crinitus Rex II. Francorum.

Meroveus Rex III. Francorum.

Childericus Rex IV. Francorum.

Clodoveus primus Christianus Rex.

Clotharius Magnus Rex Suessionum.

Chilpericus Rex Suessionum obijt Anno 587.

Clotharius II. Rex obijt Anno 631.

Dagobertus Magnus Rex obijt Anno 645.

Clodovæus II. Rex Parisiorum obijt Anno 662.

Childericus Rex occisus Anno 679.

Ottobertus Exul conditor Habspurgicorum.

*Schema III. ad mentem Jacobi Menlij.*

Pharamundus Rex Francornm, & reliqui ut supra.

Clotharius Magnus Rex.

Oddobertus Rex Provinciæ Anno 585.

Oddobertus Comes Habſpurgi Anno 605.

Sunthemius huic conſentit, niſi quod inter Clotharium & Oddobertum Reges interponat Childericum Regem.

## §. II.

## *Nonæ opinionis Fundamentum primum Authoritas.*

PRæcipuum hujus opinionis fundamentum eſt Authoritas, qua facilè iſta omnes alias opiniones tranſcendit. Stant ſiquidem pro ea & plurimi, & doctiſſimi viri, & quod maximi momenti eſt in ſimili quæſtione, præcipui Geneographi. Enumerabimus illos confuſo ordine ſub unica claſſe, cùm nonnullorum patriam & nationem inveſtigare non licuerit. Agmen ducant ipſimet Auſtriaci.

I. *Rudolphus I. Imperator* Habſpurgicus, hujus videtur fuiſſe ſententiæ, ac credidiſſe majores ſuos Francorum Reges: argumento eſt ſigillum, quo utebatur ut Landgravius, & nondum Imperator. In eo eques inſidet, caſſide dimidio Leone & pavoninis pennis inſignita, ſcuto brachium armatus cum gentilitij Leonis figura: in reliquo circa equum ſpatio quinq; lilia Francica diſperſa, quæ aliud denotare non poſſunt, quam originem Francicam, ut benè obſervat Jo. Jac. Fugger, qui ſigilli effigiem exhibet, uti & ante ipſum Gullimannus ex antiquis archivis.

Fugger. in Spec. lib. 1. fol. 8. Giull. lib. 2. c. 8. fol. 60.

II. *Fridericus IV.* Auſtriacus Imperator, videtur etiam fuiſſe hujus opinionis, quia ejus tempore ſcripta eſt Viennæ vita S. Morandi ex progenie Regum Francorum veterum, qui aſſeritur fuiſſe ex illuſtri Principum Auſtriæ Genealogia, ut paulo poſt oſtendemus. Fuit itaq; jam ſub Friderico IV. talis opinio, quòd à Francis veteribus originem habeant Habſpurgici; quæ proinde malè attribuitur Trithemio ceu primo inventori.

III. *Maximiliano I.* placuiſſe hanc opinionem, contrà id quod ſcripſit Jovius, argumento eſt, quòd ipſe primus excitaverit ingenia ad ſeriam inquiſitionem originis Habſpurgicæ; & cùm Sunthemius, Menlius, Stabius ejus Domeſtici, uti & Trithemius ei charus non aliunde, quàm immediatè à Francis Regibus Habſpurgicos deduxerint, licet alij altius adhuc exorſi, alij aliâ viâ, ſignum eſt Maximilianum agnoviſſe ex vetuſtis Francorum Germanorum Regibus ſe ortum habere, & ſolùm voluiſſe inquiri, à quo Francorum Rege origo eſſet deducenda. Deinde ex prænominatorum ſuorum domeſticorum mente curavit magno ſumptu, ut teſtatur Lazius ſculpi & imprimi ſuos progenitores.

Laz. Comment. Gen. præfat. f. 6.

IV. Hinc *Ferdinandus I.* ejus nepos haud neſcius, quam originem probaſſet Maximilianus, cùm ei velut avo inſigne Mauſolæum Oeniponti erigeret, collocavit in eo metallinas ſtatuas, inter quas viſuntur Clodovei Magni

Fran-

Francorum Regis, & Theodoberti, ex quo hæc opinio natum asserit Sigebertum exulem, & plurium aliorum Francorum Regiæ stirpis; quod sanè sufficienter manifestat, cui opinioni subscripserit Ferdinandus I. ut taceam, quòd illi Genealogiam inscripserit Lazius, æquè ac Gebuilherus, uterq; à Francis Regibus deductam.

V. *Rudolpho II.* placuisse hanc eandem opinionem, ex eo collegimus supra c. 6. §. 8. quia pingi curavit in amplo atrio pro exhibendis Comœdijs, majores suos Habspurgicos secundùm opinionem Lazij, quam picturam ego ante annos triginta non semel vidi, & contemplatus sum, eoipso tempore, quo lectâ Gebuilheri Epitome cœperam investigare & inquirere plures authores, pro delineanda integra & sincera Genesi Habspurgo-Austriacorum: sed & patri ejus Maximiliano II. eandem placuisse opinionem reor, quia Lazius suos ei Commentarios simul cum Ferdinando I. dedicavit Anno 1564. quo Ferdinandus obijt, Maximilianus successit.

VI. *Ferdinando II.* displicuisse opinionem Seifridi suprà meminimus.

Placuisse verò illi opinionem hanc nonam, non minùs quàm

VII. *Alberto Archiduci Belgarum* Principi Stemma à Piespordio delineatum nihil dubito; cùm non solùm in Cæsarea Bibliotheca Viennensi repositum sit, verùm etiam ad Archiducalē Græcensē exemplar transmissum, quod olim vidi.

VIII. *Ferdinando III.* Cæsari placuit Arboretum conscriptum à Reverendiss. P. Joanne Gans Confessario, ut secundis illud Typis excudi mandaverit. Imò placuisse illi hanc ipsam opinionem de origine à Regibus Francorum testatur Kieffer. Kieff. Dissert. Pol. q. 15. fol. 75.

IX. & X. De *Philippo IV.* Rege Catholico, & fratre ejus Ferdinando Infante sup. dictum, quorum alter Gevartij, alter Chiffletij opinioni applausit.

XI. & XII. *Leopoldo Archiduci* fratri Ferdinandi II. Imperatoris placuisse ferunt eandem à Francis originem. Leopoldus Wilhelmus verò Ferdinandi III. germanus quid senserit, palam est, cum Joannis Jacobi Chiffletij Stemma Austriacum à Francis deductum laudaverit, uti mihi certò constat, cum ex ejusmet Sereniss. ore audierim Anno 1660. Labaci.

XIII. *Augustissimo nostro Cæsari Leopoldo*, oblata recenter opera Joannis Georgij Kieffer, & Illustriss. Comitis Francisci Adami de Brandis hanc eandem opinionem propugnantia, placuisse prorsus non dubito, & hoc quoque placiturum spero. Atque ita intermissis pluribus, habemus duodenam Augustæ familiæ Heroum, qui originem Francicam Domûs suæ veriorem judicant, quàm cæteras ab alijs excogitatas. Francicam inquam seu Franco-Germanam, non Gallicam. Nunc ad scriptores convertamur.

XIV. *Paulus de Stockherau* Theol. Doctor Viennæ Austriæ floruit eodem tempore, quo Henricus Gundelfingensis primus Pierleonistarum patronus, nimirùm Anno 1476. & sexennio post obtulit vitam S. Morandi Cluniacensis Monachi descriptam Friderico III. Imperatori Austriaco, ad cujus finem hæc ipse adscripsit: *Divi Morandi Abbatis ex illustri Principum Austriæ Genealogia progeniti, Divo Bernardo Abbati Claræ vallensi interni amoris glutino consœderati, &c.*

de

*de Clara valle Viennam allatus Dialogus finit feliciter Anno Domini milleſimo quadringenteſimo, octogeſimo ſecundo.* Ità apud Petrum Lambecium, qui notam adjungit, S. Morandum dici ex illuſtri Principum Auſtriæ familia, *nempe ſecundum opinionem de Auguſtiſſimæ Domûs Auſtriacæ Origine Gallicana.* Hanc verò opinionem eſſe æquè antiquam, imò antiquiorem, quàm ſit Pierleoniſtarum, ex hoc ipſo evincitur, quià non eo primum Anno, quo vita S. Morandi deſcripta eſt, ſed dudum ante creditum fuit ab Auſtriacis, quòd ê Francorum Regum proſapia deſcenderint, ſiquidem Viennæ ſub Friderico III. Imperatore feſtum S. Morandi celebrabatur, & Capella ejus honori jam Anno 1326. in Eccleſia S. Stephani dicata fuit, ut ibidem teſtatur Lambecius, vix aliam ob cauſam, quàm quòd conſanguineus Auſtriæ Principum haberetur S. Morandus. Diverſus tamen hic eſſe videtur S. Morandus à S. Mauronto, quem alij etiam Morandum appellant, & nos in Auſtria Sancta ad 5. Maij de eo agimus, quia vita diverſa eſt, nec illum Cluniaci vixiſſe conſtat; qua de re tamen alibi. Interim vel ex hoc authore, elicitur antiquitas hujus opinionis major, quàm opinionis Pierleoniſtarum, quià hæc nullum poteſt exhibere antiquiorem authorem Henrico Gundelfingenſi, qui floruit Anno 1476. atverò opinio de origine Francica jam inde à Rudolpho I. radicata videtur, & cæteris prælata, ut ex ſequentibus liquebit.

Lambec. Bibl. Cæſ. lib. 2. fol. 886.

XV. *Joannes Trithemius* Abbas Sponheimenſis floruit Anno 1490. & ſequentibus, & opinionem de origine Habſpurgicorum à Francis Regibus inſigniter promovit, deditque ſucceſſoribus occaſionem, circumſtantias melius examinandi.

XVI. *Ladislaus Suntheimius* Maximiliani I. Cæſaris Aulicus Sacellanus eodem tempore ſub finem ſeculi decimiquinti, ſtimulatus à Maximiliano Imperatore de majoribus Auguſtæ Domûs inquiſivit, & originem à Francis deducendam cenſuit.

XVII. *Joannes Stabius* ejusdem Cæſaris Maximiliani Hiſtoriographus, in eandem curam jubente Cæſare incubuit, & hanc opinionem amplexus eſt, licet altius, quàm oportebat exordiri voluerit, ut ſuprà diximus. Rejectis enim illis primis de Cham poſteritate &c: vbi ad Francos Reges pervenit, cùm his Authoribus ſentit.

XVIII. *Jacobus Menlius* (quem Voſſius Manilium vocat) Briſiaco-Friburgenſis, ut ſup. vidimus, eandem opinionem defendit, cùm tribus prioribus, volente jubente Cæſare, ut accuratè in originem ſuam inquirerent hi quatuor viri docti; qui cum in eo convenerint ut Habſpurgicos faterentur à Francis Regibus ortos, licet alius aliâ viâ, videtur hæc fuiſſe & communiſſima eo tempore opinio, & Cæſari Maximiliano maximè probata. Hunc putat Joannes Jacob. Fugger primum fuiſſe hujus opinionis authorem, qui per annos quinque diverſas Provincias eo fine peragravit, ut inſpectione monumentorum, conquiſitione MSS. documentorum elaboraret opuſculum, quòd inſcripſit de *Majoribus Maximiliani Imp.* Sed puto Menlium fuiſſe poſteriorem Trithemio, uti ætate, ſic & labore ſuſcepto, obijſſe creditur Trithemius Anno

no 1515. Menlius adhuc Anno 1519. ſuperſtes finivit Chronicon ſuum Conſtantienſe.

XIX. *Matthæus Thevetus* Coſmographus Gallus coævus Trithemij, allegatur à Theodorico Pieſpordio, quòd opinionem Trithemii laudibus in cælum extulerit. Pieſp. in Stemmat. Auſtr. præfat.

XX. *Jacobus Spiegelius* ejuſdem fuit opinionis, & allegatur à Megiſero, Seifrido, & alijs: vixit etiam temporibus Maximiliani I. contentus ordiri à ſtirpe Regum Francorum, prætermiſſis antiquioribus, Sicambris, Troianis &c: Germanus Geneographus. Megiſ. inf. cit. Seifrid. l. 1. fol. 2.

XXI. *Joannes Aventinus* Hiſtoriographus Ducum Bavariæ, allegatus à Megiſero vixit Anno 1530. Germanus.

XXII. *Hieronymus Gebuilherus* Hiſtoricus, & Geneographus an. 1530. dicavit ſuum opuſculum de origine Auſtriaca Ferdinando I. allegatur à pluribus, Megiſero, Seifrido, Gans & alijs. Et hic quoque Germanus.

XXIII. *Sebaſtianus Munſterus* Coſmographus & Geneographus Germanus an. 1550. tradit eandem opinionem Coſmographiæ lib. 5. c. 59. Munſter. lib. 5. c. 59. Coſmograph.

XXIV. *Wolfgangus Lazius* Hiſtoriographus & Geneographus univerſalis Germanus ſcripſit Commentarium in Genealogiam Auſtriacam an. 1564. evulgatum, in quo fusè hanc opinionem defendit, explosis alijs præſertim Pierleoniſtarum, & multis eam fulcit argumentis.

XXV. *Joannes Jacobus Fugger* Liber Baro in Weiſſenhorn in Hiſtoria MSS. Auſtriaca Germanus an. 1550. hanc opinionem aſſeruit teſte Lambecio, quæ Hiſtoria nuper reviſa, & aucta prodijt evulgata à Sigiſmundo de Bircken, ſub titulo Speculi Honoris. Lambec. Bibl. Cæſ. lib. 2. fol. 511.

XXVI. *Gaſpar Bruſchius* Germanus Hiſtoricus an. 1580.

XXVI. *Michaël ab Eytzing* Liber Baro Auſtriacus Caroli V. & Ferdinandi I. Maximiliani II. & Rudolphi II. Cæſarum Conſiliarius, Aulicus & Legatus, Hiſtoricus, & Geneographus an. 1580. libro de Regibus Francorum ſubnexuit etiam originem Habſpurgicam à Francis Regibus, quin & peculiari libello Habſpurgicam Genealogiam complexus eſt. Hic pariter fuit Germanus, & Auſtriacus. *Eytzing. lib.* de Regib. Franc.

XXVIII. *Hieronymus Henninges* Geneographus univerſalis Germanus an. 1590. deducit Genealogiam Habſpurgicam ſecundum Trithemium & Lazium. Parte 1. Germaniæ. Henning. Geneal. Germ. P. 1. f. 263.

XXIX. *Gerardus de Roo* Belga Sereniſſimi Ferdinandi Archiducis Tyrolenſium Principis Aulicus Hiſtoriographus an. 1590. hanc opinionem cæteris probabiliorem judicat, licet Geneſim texere incipiat à Guntramo Comite, certiora ſequi volens. Allegatur à Megiſero, & aliis. Roo. Annal. Auſtr. lib. 1. Megiſ. in Annal. Guillim. l. 1. c. 3

XXX. *Alphonſus del Bene* Epiſcopus Albienſis Gallus Hiſtoricus an. 1595. ſcripſit Hiſtoriam de Regibus Tranſiuranis & Arelati, & peculiarem librum de origine Hugonis Capeti, in quo Capetinos deducit ex Moſellanis per Childebrandum & Beatricem Habſpurgicam, quæ fuit filia Ottoberti, vel Sigeberti Exulis, adeòq; conſentit huic opinioni de origine Habſpurgica, & ideò allegatur à Theodorico Pieſpordio. Alph. del Bene hiſt. de Regibus Tranſiur. lib. 2.

Pet. Matth. hiſt. Franc. P. 1. lib. 1. narrat. 4. & in Geneal. Reg.

XXXI. *Petrus Matthæi* Hiſtoricus & Geneographus, ſcripſit Hiſtoriam, & Genealogiam Regum Franciæ, & clarè hanc opinionem amplexus eſt. Verba ejus adducit Pieſpordius.

XXXII. *Hubertus Goltzius* Hiſtoricus huic opinioni ſubſcripſit circà annum 1590. in Belgio.

XXXIII. *Georgius Barreuter* Germanus eandem opinionem amplectitur in libello Menlii reimpreſſo Anno 1593.

XXXIV. *Anonymus* Continuator Jacobi Menlii de majoribus Maximiliani idem ſenſit Anno 1593.

XXXV. *Joannes Politus* V. J. D. hoc ipſum aſſeruit oratione de Anna Auſtriaca Duciſſa Bavariæ Anno 1593.

Waſſeburg. lib. 2. de antiquit. Gall. Belg.

XXXVI. *Richardus Waſſeburgius* Virdunenſis Archidiaconus in hiſtoria ſua de antiquitatibus Galliæ Belgicæ lib. 2. Genealogiam Caroli V. Imp. deducit, à Theodoberto Rege Francorum & Sigeberto Exule, ut teſtatur Pieſpordius. Vixit circa an. 1600.

Eſplinchard ap. Pieſp. in Præfat.

XXXVII. *Jacobus Eſplinchard* in Hiſtoria ſua Imperiali ſub finem vitæ Conradi III. de electione & origine Rudolphi I. Jmperatoris, diſertis verbis adſtruit Habſpurgicos deſcendere à Pharamundo Francorum Rege vixit circa eundem an. 1600.

Verderius Proſop. To. 2. lib. 5.

XXXVIII. *Antonius du Verdier* Proſopographiæ ſuæ Tomo 2. in vita Merovei ſubſcribit eidem opinioni, cum teſtatur à Francis Regibus & Ducibus Burgundiæ uſurpatum in ſcuto aureo leonem rubeum cum cærulea corona, & eadem inſignia propria eſſe Comitibus Habſpurgicis. Allegatur à Pieſpordio & alijs pro hac opinione.

Dreſſer. Millenar. 6. ad an. 1273.

XXXIX. *Matthæus Dreſſerus* Hiſtoricus Germanus tradit Habſpurgicos oriundos ex antiquiſſima Francorum ſtirpe apud Theodorum Reinckhing. Floruit an. 1590.

XXXX. *Petrus Marenius* Geneographus deducit Habſpurgicos à Trojanis, & Tranſit ad Francos, allegatur pro hac opinione à Megiſero, & alijs, floruit circa an. 1600.

XXXXI. *Petrus Bertius* Belga Hiſtoricus in ſuis Commentarijs idem aſſeruit circa an. 1600.

XLII. *Franciſcus Tertius* Bergomas Italus, ejusdem fuit opinionis.

*XLIII. Joannes Raſchius* Geneographus allegatus à Joanne Gans, & alijs, quem corruptè Baſſium ſcripſit Lequile.

*XLIV. Valentinus Rothmarus* Geneographus allegatus à Megiſero & Lequileo.

*XLV. Joannes Engerdus* idem aſſeruit in Syncharistico, allegatur à Lequileo.

Keraſtl. ap. Guillim. & Lequile.

*XLVI. Jacobus Keraſtlitus*, eandem ſecutus eſt opinionem in Chronico Apographo S. Trudberti, allegatus à Lequile & Guillimanno.

*XLVII. Guilielmus Zenoccarus* Italus Hiſtoricus hanc opinionem amplectitur in vita Caroli V. Imperatoris ſub an. 1595.

*XLVIII. An-*

XLVII. *Antonius Albitius* Italus Geneographus incipit Habſpurgicam Geneſim à Betzone, ſed ſupponit originem Francicam Pharamundanam anno 1610.

XLIX. *Pontus Heuterus* Hiſtoricus & Geneographus, deducit originem Habſpurgicam à Regibus Francorum, circa an. 1610. Heut. lib. de orig. Habſp.

L. *Elias Reuſnerus* Germanus Geneographus univerſalis amplectitur opinionem Trithemij & Lazij, in opere quod Catholicon appellavit. anno 1610.

LI. *Hieronymus Megiſerus* Germanus Hiſtoricus & Geneographus eandem Lazij opinionem proſequitur, rejectis alijs an. 1612. Megiſer. lib. 8. Annal. Carinth. fol. 886.

LII. *Theodoricus Pieſpordius* Belga accuratiſſimè hanc opinionem examinavit, & juxta Lazij deſignationem explicuit, totamque in cupro incidi curavit dicatam Alberto & Iſabellæ Archiducibus Belgij Principibus, cujus ſæpiùs facimus mentionem. an. 1616. Geneographus. Pieſp. in Stem. Auſtriac.

LIII. *Theodoricus Mercelius* Alberti Archiducis memorati Aulicus, Sociam operam locavit Pieſpordio, uti videre eſt in frontiſpicio Stemmatis Auſtriaci. Geneographus.

LIV. *Caſperius Gevartius* Antuerpienſis Archigrammateus hanc opinionem amplexus eſt in Plauſu Triumphali Ferdinandi Infantis, quem cum æneis figuris impreſſit in folio regali an. 1630. Gevart. in Plauſu Triumph.

LV. *Joannes Limnæus* V. J. D. de Jure publico Imperij lib. 5. cap. 2. idem aſſeruit an. 1630. Limnæ. de jure publ. l. 5. c. 2.

LVI. *Theodorus Höppingus* in libro, quem edidit de Jure Inſignium an. 1642. Germanus eandem ſequitur opinionem. Hopping. de jure inſignium.

LVII. *Joannes Petrus de Creſcenzi* Italus Geneographus in Corona Nobilitatis narratione 11. cap. 1. eandem opinionem probat, licet deinde etiam Pierleoniſtarum opinionem probabilem referat. Vixit circa an. 1640. Creſcenzi mihi p. 365.

LVIII. *Lucas Waddingus* Ordin. Minorum Hibernus in Annalibus Minorum ejusdem fuit opinionis an. 1618. Waddig. in Annal. minor.

LIX. *Antonius Zara* Dalmata Petinenſis in Jſtria Epiſcopus eandem ſequitur opinionem in Anatomia ingeniorum an. 1624. Zara in Anatom. ingen.

LX. *Chriſtianus Matthias* Hiſtoricus Germanus idem ſenſit anno 1620. Chriſt. Mat. in Theatr.

LXI. *Elias Ehinger* Germanus edidit Genealogiam Auſtriacam an. 1623. in cujus initio exhibet Arborem Habſpurgicam à Pharamundo Francorum Rege, ad Rudolphum I. Imperatorem. Geneographus. Ehing. in Geneal.

LXII. *Oſwaldus Portnerus* Germanus, applaudit huic opinioni Pöematio Epico apud modo allegatum Ehingerum an. 1623. Portner in Epico. Poëmat.

LXIII. *Jacobus Typotius* in Symbolis Heroum à Sigeberto exule auſpicatur Seriem Habſpurgicorum an. 1620. Typot. in Symb.

LXIV. *Martinus Magerus* Germanus Sereniſſimi Archiducis Leopoldi Tyrolenſium Principis Conſiliarius V. J. D. in *Ad*vocatia *Ar*mata, hanc ipſam amplectitur opinionem an. 1625. Mager. Ad. voc. Arm. cap. 9. n. 623.

Rader.ap. Bucel. P. 1. Germ.Gen. fol. 18.

LXV. *Mathæus Raderus* S. J. To. 2. Bavar. Sanctæ, hujus fuiſſe opinionis adſtruitur à Gabriele Bucelino.

Enſisheim. Coll. ap.Bucelin.

LXVI. *Collegium Eiſisheimenſe* S. J. in Dedicatione quadam deducit Habſpurgicos à Carolo Magno, hunc à Pharamundo: allegatur à Bucelino citato.

Sciopp.in Tab.Geneal.

LXVII. *Gaſpar Scioppius*, idem ſenſit in Tabula Genealogica ſupra relata, & in peculiari diſceptatione de Auguſtæ Domûs Auſtriæ origine, Germanus Geneographus Anno 1630.

Gans in Arbor.Geneal.

LXVIII. *Joannes Gans* Soc. J. Ferdinando III. Cæſari quondam à Concionibus edidit bis Arboretum Genealogicum Auſtriacæ Domus, in quo rejectâ Pierleoniſtarum opinione, huic acceſſit anno 1635. Germanus Geneographus.

Tarcagno. hiſt. mundi pag. 4.

LXIX. *Joannes Tarcagnota* idem aſſeruit Hiſtoriarum Parte 4. Italus Hiſtoricus anno 1640.

Pallavic. in Cæſ. Auſtr.

LXX. *Hortenſius Pallavicinus* S. J. in Auſtriacis Cæſaribus Mariæ Annæ Auſtriacæ Hiſpaniarum Reginæ dicatis hanc opinionem plenis velis ſequutus eſt anno 1648.

Loſchi. in Hiſt.

LXXI. *Alphonſus Loſchi* Eques Vicentinus Hiſtoricus & Geneographus, eidem opinioni aſſentitur anno 1650.

Wurſb. in Tab.Chalcogr.

LXXII. *Leonardus Wurſbain* V. J. D. Germanus à Carolo Magno deducit Habſpurgicos, ſed hoc ipſo agnoſcit ab antiquis Regibus Francorum eos traxiſſe originem an. 1636.

Bucel. Germ Sacropropha. To. 1. & 2.

LXXIII. *Gabriel Bucelinus* Ord. S. Benedicti Geneographus Univerſalis, qui primo pro Perleoniſtis ſteterat in Aquila Imperij Benedictina, & in Nucleo, poſtea cantatâ Palinodiâ, pro hac opinione viriliter certat, tametſi aliâ viâ, quàm Lazius & ſequaces: Nam ab Attico Alemanniæ Duce derivat Habſpurgicam originem, quem nihilominus fatetur ex antiquis Regibus Francorum oriundum, quod huic opinioni quoad ſubſtantiam ſufficit. Germanus an. 1660.

Birckhen. in Spec.hono. & in Laureto.

LXXIV. *Sigiſmundus de Birckhen* Hiſtoriographus, recenſuit & auxit Joannis Jacobi Fugger Speculum Honoris Auſtriaci, ediditque an. 1668. in quo repudiatis Pierleoniſtis, amplectitur opinionem de origine Francica Habſpurgicorum, dubius tamen utrum Luitfridus Comes ab Attico Alemanniæ Duce, ut vult Bucelinus, vel à Sigeberto Exule ortum habuerit, quod perinde eſt ad intentum hujus opinionis, quæ pro radice Habſpurgicæ ſtirpis Reges veteres Francorum aſſignat; quià tàm Sigebertus, quàm Atticus ab his derivatur. Peculiariter verò in alio opere Germanico, quod Lauretum nuncupavit hanc opinionem amplexus eſt.

Chifflet. in Lum. ad vindic. Hiſpan.

LXXV. *Joannes Jacobus Chiffletius*, Hiſtoricus & Geneographus Philippi IV. Regis Hiſpaniæ, novam inſinuavit originem Habſpurgicæ Domûs, in qua tamen non conquievit, ſed in eo ſtitit, quòd à Carolo Magno ortum habeant Habſpurgici, quod idem eſt ac dicere à veteribus Francorum Regibus. Et hanc deductionem ſolidè probat, ut vix habeas quod in contrarium producas. Fertur verò edidiſſe etiam Stemma Auſtriacum, in quo Bucelino conſentit, ab Attico Alemanniæ Duce accerſens primam originem; quod Stemma

non-

nondum vidi. Facit tamen etiam hocipſum ad hanc opinionem, quia Atticus ê Francis Regibus ortus dicitur. Scripſit hic author an. 1647. & ſequentibus, laudatus mihi à Sereniſſimo Leopoldo Wilhelmo Archiduce.

LXXVI. *Godefridus Henſchenius* S. J. in Actis SS. alterutri Lazio vel Bucelino adhæret, cum repudiato Pierleoniſtarum figmento, majores Habſpurgicorum in Alſatia quærit, & S. Odiliæ cognatos inſinuat. Verba ejus appono: *Placuit poſterioribus Scriptoribus ex hac familia* (Anicia) *prognatos aſſerere & S. Benedictum, & Domum Auſtriacam, cum Imperatoribus hodiernis, & Hiſpaniarum Regibus. Verùm re meliùs diſcuſsâ, poſt editam à nobis vitam S. Deicoli Abbatis Lutrenſis, & collatam cum Actis S. Odiliæ Virginis, progenitores Domus Auſtriacæ, ab Aniciana familia planè alij ſtatuuntur, qui in Alſatia hodierna vicinisque locis habitarunt.* Henſchen. To. 3. Martij ad vitam S. Bened.

LXXVII. *Martinus Zeillerus* Hiſtoricus noſtri temporis in Judicio de Hiſtoricis ſuffragatur modò Guillimanno, modò Scioppio, quem pro hac opinione ſtare docuimus; allegat etiam Gaſparem Dornavium, quem non vidi. anno 1650. Mart. Zeiller. in Judic. de Hiſtor.

LXXVIII. *Joſeph Texera* Ord. Prædicatorum Luſitanus his accenſeri debet, cùm aſſerat Beatricem filiam Sigeberti Comitis Habſpurgici nuptam fuiſſe Childebrando Moſellano, à quo ipſe Capetinos Reges deducit. Niſi enim cum hac opinione ſentiret Sigebertum exulem non agnoſceret, quem hujus opinionis ſequaces authorem faciunt Habſpurgicæ Domûs Theodoberto Rege Auſtraſiæ progenitum. Floruit author an. 1592. uti facies prima Exegeſeos ipſius de arbore Gentilitia Henrici IV. Regis Galliarum, præfefert. Joſeph. Texera Exegeſ. fol. 51.

LXXIX. *Author Phoſpori* Auſtriaci G. C. B. S. T. L. editus an. 1665. ad longum propugnat hanc opinionem, & veriorem omnibus alijs judicat. Auth. Phoſpor. Auſtr. p. 1.

LXXX. *Ferdinandus Hauck* Barnabita an. 1669. in Gloria nobilitatis Francorum, hanc ipſam opinionem Lazij, ut veriorem exiſtimat. Hauck in glor. nobilit. Franc.

LXXXI. *Joannes Georgius Kieffer* V. J. D. Germanus an. 1671. in Diſſertatione Politica auſpicatur à vetuſtis Francorum Ducibus, & Regibus ſecundum mentem Lazij & Pieſpordij, edita Friburgi Briſgoviæ eodem anno, ubi etiam refutat Pierleoniſtarum commentum. Kieffer Diſſert. Polit. quæſt. 15.

LXXXII. *Franciſcus Adamus Comes de Brandis* Auſtriacus edidit anno 1675. Lauretum Auſtriacum, in quo factâ brevi mentione de alijs opinionibus, huic manus dat, & ſubſcribit. Brandis in Laureto Auſtriac.

LXXXIII. *Chronicon Burgundicum* teſte Gans, & ex eo Lequile, tradit non quidem Sigebertum, ſed Childebertum Theodoberti filium fuga elapſum ſtemmatis Habſpurgici auctorem credi poſſe, quodnam verò ſit illud Chronicon Burgundicum, cùm non viderim non definio: Belleforeſtius plures hujus opinionis fuiſſe innuit: *Suntque qui dicant Meroveum illum, quem diximus â Brunechilde necatum, fuiſſe qui evaſerit, & Familiæ Auſtriacæ originem fecerit.* Chron. Burgund. ap. Gans in Arbor. Lequil. To. 1. f. 207.

LXXXIV. *Donatus Boſſius* ſcripſit an. 1489. ut eſt apud Voſſium, Chronicon univerſale uſq; ad ſua tempora, in quo etiam hanc opinionem amplexus eſt, teſte Jo. Georgio Kieffer. Voſſ. de ſcript. Lati. Kieffer Diſſert. Polit. q. 15. f. 92.

LXXXV. *Franciſcus Sanſovinus* ſcripſit etiam circa annum 1560. præter alia de Principibus *Auſtriæ*, ſubſcribens huic opinioni teſte eodem Kieffer.

LXXXVI. *Cæſar Campana* in hiſtoria mundi, ſecutus eandem opinionem allegatur ſimiliter à Kieffer, quando vixerit me latet.

Turſell. in Epit. Chron. LXXXVII. *Horatius Turſellinus* Soc. Jesu in Epitome Chronologica circa an. 1630. idem aſſeruit teſte Kieffer.

Bzov. in Annal Eccleſ. LXXXVIII. *Abrahamus Bzovius* Dominicanus Polonus, ſcripſit Romæ circa an. 1633. continuationem *Annalium* Baronij, in qua fertur adhæſiſſe huic opinioni, apud Kieffer cit.

Strada de bello Belg. LXXXIX. *Famianus Strada* Soc. Jesu an. 1633. edidit Decadem primam de bello Belgico, & an. 1647. Decadem ſecundam, ſummo eruditorum applauſu. *Allegat* eum etiam memoratus Kieffer pro hac opinione.

Daub. in Epiſt. Dedic. XC. *Joannes Henricus Dauberus*, in quadam Epiſtola Dedicatoria, teſte Kieffer, aſſeruit Ferdinando III. Jmp. placuiſſe hanc originem Habſpurgicam à Regibus Francorum antiquis an. 1644.

Avanc. in Elog. Rudol. XCI. *Nicolaus Avancinus* Soc. JEſu, omni literarum genere excultus, edidit an. 1663. Jmperium Romano-Germanicum, & paucis poſt annis reviſum iterum excudit, ubi in Elogio Rudolphi Jmp. expreſsè hanc amplectitur opinionem.

Weber in Adamante Diſſert. 2. XCII. *Joannes Adamus Weber* Canonicus Regularis an. 1668. in Adamante Auſtriaco latè hanc opinionem deducit, & multos pro ea citat, quos hic referemus.

XCIII. *Jacobus de Noris* in Hiſtoria bellorum Germaniæ, an. 1660. apud Weber.

XCIV. *Joannes Cochlæus* in hiſtoria Huſſitarum an. 1550. ib.

XCV. *Joannes Baptiſta Tonſi* in vita Emanuelis Philiberti Ducis Sabaudiæ ibid.

XCVI. *Joannes Rhò* Soc. J. in var. virt. an. 1650. ibid.

XCVII. *Julius Cæſar Bullengerus* Soc. J. in hiſtoria ſuorum temporum an. 1619. ibid.

XCVIII. *Julius Solimannus* S. J. in Elogijs Regum Bohemiæ an. 1630. ib.

XCIX. *Michaël ab Iſſelt* in ſupplemento ad Surium an. 1590. ib.

C. *Odoricus Raynaldus* in Annal. Eccleſiaſticis an. 1660. ib.

CI. *Paulus Ballionius* in vita Ferdinandi 2. Cæſaris an. 1640. ib.

CII. *Paulus Santorius* in vita Rudolphi 2. Jmp. ib.

CIII. *Philibertus Pingonius* in Arbore gentilit. Saxon. & Sabaud. anno 1550. ib.

CIV. *Petrus Mexias* in hiſtor. Rom. Jmperat. an. 1550. ibid.

CV. *Ranutius Picus* in Speculo Principum. ib.

CVI. *Triſtanus Calchus* in hiſtorijs patrijs an. 1660. ib.

Hos quatuordecim poſtremo relatos non inſpexi : nolim pro omnibus promittere, cum Weber etiam inter illos Jovium, & Bardum recenſuerit, quos conſtat fuiſſe Pierleoniſtas, niſi fortè alicubi palinodiam ceciuerint.

CVII. *Otto*

*CVII. Otto Fridericus ex Comitibus de Bucheim Labacenſis* in Epiſtola ad P. Didacum de Lequile, hanc opinionem cæteris meliorem judicavit, & Pierleoniſtarum falſam aſſeruit. Cum eodem videntur ſenſiſſe Comes Ubaldus, & Lucas Holſtenius, quorum ibi fit mentio an. 1656. Lequil. de reb. Auſtr. p. 3. f. 138.

*CVIII. Joannes Henricus Bœckhlerus*, in Rudolpho 1. hanc opinionem communiorem, ac proinde cæteris veriorem affirmat an. 1670. Bœckler. in Rud. n. 1.

*CIX. Conradus Dietz* tranſtulit hiſtoriam ſeu Annales Auſtriacos Gerardi de Roo, eandemque cum illo amplexus eſt opinionem an. 1600.

*CX. Joannes Euſebius Nierembergius* in virtute Coronata, quam R. P. Joannes Foreſius Soc. J. Latio donavit, in Elogio Rudolphi I. Jmperatoris, ait: *Nobiliſſimam originem duxit per lineam maſculinam â principe per Europam domo Francorum. Hanc Pharamundus Rex condidit, qui ex Germania profectus, poſteâ regnum Galliæ fundavit.* Scripſit Nierenbergius noſtrâ ætate, & obijt an. 1658. Nieremb. virt. Coron. P. 2. c. 1. §. 1.

*CXI. Joannes Gualterus Belga* in Chronicis Chronicorum de Principibus Albitij opinionem ſequitur, & inchoat Geneſim à Betzone Habſpurgico, ſupponens originem Francicam. Scripſit an. 1614. Gualter. Chron. Princ. f. 849.

*CXII. Fridericus Brombachius*, licet ſit Pierleoniſta, fatetur nihilominùs, quòd primi Comites Habſpurgi à Regibus Francorum Merovingis ortum habuerint, ut ſuprà poſitum ejus Stemma oſtendit §. 13. cap. 6. Brombach. ap. Bucelin. P. 1.

*CXIII. Jacobus Marchantius* Belga lib. de Principibus Flandriæ adhæſit opinioni Gerardi de Roo conterranei de origine Habſpurgicorum an. 1590. Marchant. Flandr. l. 3.

*CXIV. Andreas Wernerus*, de cujus opinione egimus ſupra cap. 7. §. 2. huc etiam ſpectat, in quantum à Francis Regibus ortos vult Habſpurgicos, licet aliâ viâ incedat. Werner. ap. Henning.

*CXV. Matthæus Merian* in Topographia Helvetiæ an. 1654. ab Altenburgicis deducit Habſpurgicos, haud dubiè ſupponens communem opinionem de prima origine à Regibus antiquis Franco-Germanis.

*CXVI. Caſparus Dornavius*, in hanc quoque abijt opinionem an. 1608. teſte Martino Zeillero ſupra relato.

Huc etiam ſpectant Anonymi illi, qui à Warino Duce Alemanniæ apud Bucelinum, à Griphone & alijs Francis apud Lazium; à Guntramo Altenburgico ſupponendo originem Francicam, auſpicantur Geneſim Habſpurgicorum. Plures alij, quibus major librorum copia, ſuppeditabunt.

## §. III.

## *Nonæ opinionis Fundamentum ſecundum Probationes & Conjecturæ.*

PRiuſquam afferamns hujus opinionis probationes neceſſe eſt diſponere ſeriem generationum, & graduum Genealogicorum ex mente eorum, qui hanc opinionem amplectuntur. Jgitur prætermiſſis Regibus Francorum, & Sigeberto Exule, de quo contraverſia eſt; cæteri unanimi Authorum conſenſu agnoſcuntur majores Habſpurgicorum; & primi quidem ſub titulo Altenburgi Comitum, cæteri verò poſt Rapatonem ſub titulo Habſpurgi: licet ego exiſtimem

ſtimem nullos primis illis temporibus titulos uſurpatos, utrumque tamen caſtrum & Altenburgum, & Habſpurgum jam tunc extitiſſe.

*Chiffletij Schema.*

Ottobertus Vindoniſſæ & Altenburgi Comes ab Anno 654. ad 667.

Babo Vindoniſſæ & Altenburgi Comes.

Rotbertus Comes Altenburgi.

Hettobertus Comes Altenburgi An. 766.

Rambertus Comes Altenburgi.

Guntramus I. Comes Altenburgi.

Luithardus Altenburgi Comes.

Luitfridus Altenburgi Comes An. 899.

Hunifridus Altenburgi Comes.

Guntramus II. Altenburgi Comes.

Landzelinus Altenburgi Comes.

Radepoto Comes Habſpurgi.

Wernerus I. Comes Habſp. ob. A. 1046.

Otto Comes Habſpurgi ob. Anno. 1110.

Wernerus II. Comes Habſp. ob. 1130

Wernerus III. Comes Habſp. ob 1153.

Adelbertus Comes Habſp. ob. An. 1199.

Rudolphus Comes Habſp. An. 1232.

Albertus II. Comes Habſpurgi ob. 1240.

Rudolphus I. Habſpurgicus Imperator.

*Guillimanni Schema.*

Ottobertus Comes Vindoniſſæ & Altenburgi. Obit circa An. 667.

Amprinctus Comes obit An. 688.

Hettobertus obit Anno 724.

Rampertus obit Anno 772.

Guotramus I. Obit Anno 824.

Luitfridus obit Ann 855.

Luitfridus II. obit circa An. 903.

Hunifridus obit Anno 928.

Guotramus II. obit Anno 946.

Betzelinus ſive Landolus obit Anno 991.

Rathbotus obit Anno 1027.

Vernerus I. Comes Habſp. obit An. 1096.

Otto Comes Habſpurgi ob. An. 1109.

Vernerus II. Comes Habſp. ob. An. 1143.

Vernerus III. Comes Habſp. ob. An. 1163.

Albertus Comes Habſp. ob. An. 1199.

Rudolphus Comes Habſp. ob. An. 1232.

Albertus II. Comes Habſp. ob. An. 1240.

Rudolphus I. Habſpurgicus Imperator.

Conſentit Chiffletio Pieſpordius, niſi quòd pro Rotberto ponat Rotherium, pro Lanzelino Betzonem; & Wernerum *III.* prætermittat. Pallavicinus ſequitur Pieſpordium, ſed Gunthramum I. interponit inter Luithardum & Luitfridum, & poſt Ottonem, qui obijt Anno 1110. prætermiſſis duobus Werneris, ponit tres ordine Albertos, quod non eſt ad mentem meliorum authorum, neque correſpondet Murenſibus Genealogiis. Henninges etiam conſentit Chiffletio, ſed Ottonem ommittens tres ordine Werneros collocat. Variantplerique, & fatentur non poſſe indubitatam ſeriem Altenburgicorum deduci

deduci ab Ottoberto uſq; ad Guntramum, in reliquis ferè conveniunt. Probationes ſingulorum graduum adducit Guillimannus juxtà ſuam diſpoſitionem; Pieſpordius ſolùm conjecturando quædam adfert. Sed cùm in his gradibus non ſit ulla difficultas quoad ſubſtantiam, ſed tota quæſtio verſetur in eo, quis fuerit parens Ottoberti; ideò

II. Conveniunt in hoc ſuprà allegati fundamento primo, quòd ex Regibùs antiquis Francorum genus ſuum deduxerit, diſconveniunt verò, quòd aliqui per Theodebertum Regem Auſtraſiæ, & quidem plerique, alij per Oddobertum Regem Provinciæ, alij per Clodovæum II. Regem Francorum, alij per Atticum Alemanniæ Ducem ex Regibus Francorum deſcendentem, Ottobertum hunc exiſtiment rectâ lineâ intermedijs pluribus vel paucioribus gradibus propagatum. Quæ fateor talia ſunt, vt innixa conjecturis, nullâ authenticâ ſcripturâ, aut ſolidâ ratione hactenus probata inveniam. Illud tamen placet, & ſit

III. *Prima Probatio*, quòd hæc opinio in quantum originem Habſpurgicam à Regibus Francorum derivare vult, cæteris præmiſſis verior ſit; quià incredibile videtur tot Authores in hoc puncto aberrare, aut plumbum pro auro vendere voluiſſe, niſi eis hæc origo probabiliſſima videretur, præſertim cùm principales ejus Authores ſingulare ſtudium adhibuerint, & non ſolùm antiqua chartophylacia excuſſerint, ſed loca ipſa datâ operâ perluſtrarint ac inſpexerint, in quibus olim Habſpurgici habitarunt, & poſt obitum ſepulti ſunt: quod certè Pierleoniſtarum nullus fecit pro ſua opinione aſſerenda.

IV. *Secunda Probatio*, quià Authores, qui adſtruunt Habſpurgicos Originem habere à Regibus Franco-Germanis non ſunt de trivio, quales plerique inter Pierleoniſtas, de quorum aliquibus non conſtat, an unquam fuerint in rerum natura; ſed ſunt Authores probati, fide digni, magnæ eruditionis, inſignes Hiſtorici, & quod caput eſt plerique Geneographi. Nam inter recenſitos ſunt Geneographi triginta duo, & ex his quatuor univerſales; Lazius, Henninges, Reuſnerus, Bucelinus, cùm viceverſa pro Pierleoniſtis ſoli quatuor allegari poſſint, qui ſeriò ſe impenderint Genealogiæ Habſpurgicæ, & nullus univerſaliter Genealogias tractaverit. Hoc ſanè eſt robuſtum argumentum pro hac opinione.

V. *Tertia Probatio*, quod hæc opinio dudum nata, & fortè per majorum traditionem licet obſcuram, & non ſatis cum ſuis circumſtantijs explicatam, ante Rudolphum I. Imperatorem multorum animis inſederit; ac deinde ſub Maximiliano I. Imperatore magis elucidata, & approbata ſit, non proprio motu ingeniorum, ſed impulſu, & voluntate ipſius Imperatoris, cujus tempore altera illi oppoſita Pierleoniſtarum primùm excogitata, unum alterumvè patronum acquiſierat: unde quod Pierleoniſtæ (hi enim potiſſimum huic opinioni adverſantur) intra privatos parietes, voluntario ſtudio, & ingenij oſtentandi cauſa agebant, aſſertores hujus opinionis per varias Provincias peregrinati eo ſolùm fine perluſtrarunt, ut aſſequerentur, quæ ad veritatem indagandam facerent, & nihil intermiſerunt laboris, admiſſi ad abſcondita arcana

Bibliothecarum, Archivorum, Monaſteriorum, Sepulchrorum &c. & tandem in hanc opinionem conſpirarunt, quod Origo Habſpurgica repetenda ſit à Regibus Francorum antiquis. Jacobus Menlius de ſe fatetur: *Cùm mihi Doctori Jacobo Menlio hoc negotij dediſſet potentiſſimus Romanorum Imperator Maximilianus I. ſemper Auguſtus, ut luſtratis univerſis Monaſteriis, & Collegiis, evolutis omnibus Annalibus, inſpectis cunctis ſepulchris, & Epitaphiis, aliisq; variis monumentis obſervatis, majores ſuos in unum veluti faſciculum colligerem; ego officij mei memor, diligentiſſimâ paſſim habitâ inquiſitione, omnes Magnificentiſſimæ atque Illuſtriſſimæ Domûs Habſpurgicæ Principes ac Dominos, &c. compendioſè in hunc libellum congeſſi, &c.* Hæc de ſe Menlius. Quid verò de Trithemio ſui ſeculi propemodum Phœnice inter eruditos, qui plurium Germaniæ Monaſteriorum Bibliothecas, & Chartophylacia multis annis luſtravit? Reverendiſſ. P. Joannes Gans Sac. Cæſ. Majeſt. Ferdinandi III. Confeſſarius de eo ſic ſtatuit: *Trithemium illa de Sigeberto finxiſſe, mihi non perſuadeo, præſertim cum tot Authores citet, ex quibus ſuam compoſuit Hiſtoriam.* Reperit ipſe aliqua in Manuſcriptis, ex quibus & fugam Sigeberti, & propagationem ſtemmatis colligere potuerit, quæ dein deperdita, aut vetuſtate abſumpta, (vt fit) non poſſunt amplius inveniri. Scioppij in libello nuper edito judicium eſt; *Trithemio rectè fidem haberi nemo æquus & intelligens negaverit, &c. Non ego quidem quæcunque in Hiſtoria ſcripſit Trithemius, vera eſſe aut credo, aut aliis perſuaſum volo. Nam & alicubi eum dormitaſſe, aut oſcitaſſe, aliasque res egiſſe agnoſco, &c. Sed hæc humana ſunt, facilèque veniam ſibi ab omnibus bonis inveniunt. Illud autem nullum excuſationi locum relinquit, falſa ſcientem volentem literis prodere, & auctores in quibus ea inveneris comminiſci; cujus culpæ dicam periculum non eſt, ne quis Trithemio impingat, qui hominem ex libris ſuis pernoverit. Plurimos enim Scriptores, quà Sacros, quà profanos ab eo viſos eſſe, ac lectos, conſtat; quorum hodie nullum usquam veſtigium invenitur, poſtquam ſcilicet agricolarum, &c. tumultibus benè magnam Germaniæ partem turbari, multaque Monaſteria & Arces cum Bibliothecis, & tabulariis ſuis explicari, cremari, funditusque everti contigit.* Hæc ille. Quæ facilè ex parte applicari poſſunt Menlio, Sunthemio, Stabio, Lazio, & alijs Maximiliani coævis indefeſſis antiquitatum hoc fine ſcrutatoribus: Verùm loquatur pro ſeipſo Trithemius: *Mortuo Clodovæo Rege Anno 514. Hunibaldus ſuam quoque de origine Francorum in 18. libris diſtinctam finivit Hiſtoriam, &c.* Et poſt pauca: *Quæ verò ſequuntur in hoc Annalium noſtrorum ſecundo volumine, ex Authoribus deſumpſi, quorum iſta ſunt nomina, &c.* Citat deinde viginti novem authores, & ſubdit: *Ex præſcriptis aliisque diverſis hiſtoriarum ſcriptoribus, duo, quæ ſequuntur Annalium noſtrorum volumina ſcripſi, non ſine magno labore: propterea quod multa ſit inter Hiſtoriographos diverſitas, non ſolùm in annis, ſed etiam in geſtis, atque nominibus perſonarum, quod mihi non parùm auxit laborem, &c.* poſt nonnulla iterum: *Illorum ſequor ſententiam, quos ab invicem invenio minùs diſcrepaſſe.* Hæc de ſe candidè Trithemius, quæ ſanè non ipſa tantum fidem merentur, ſed & alijs conciliant. De Lazio quoque conſtat, quod ipſe luſtraverit plures Provincias

Menl. initio lib. de majorib. Maxim.

Gans in Arboreto 2. edition.

Sciop. lib. de Orig. Habſp.

Trithem in Compend.

prius-

priusquam aggrederetur opus Genealogicum, adeóq; conquiſierit antiqua documenta & chartophylacia, quotquot adhuc poterant reperiri. Accedit, quòd ſcripſerit ſuum opus in Aula Auſtriaca, uſus etiam adjumentis domeſticis, & arcanis Domus Auſtriacæ. Idem ſentiendum de Reverendiſſ. P. Joanne Gans, qui eadem domeſtica documenta tàm Aulæ, quàm Bibliothecæ Auſtriacæ plurimis MScriptis refertæ in manibus habuit, & poſt accuratum aliarum opinioum examen huic Nonæ opinioni adhæſit, probante laborem ipſo Ferdinando III. Cæſare.

VI. *Quarta Probatio*: Priſcis Francorum Regibus uſitatum fuit, propinquis ſuis, & cognatis, non demeſtica ſolum officia, ſed & Præfecturas in urbibus, ac ditionibus ſuis concedere, Gans in Arboreto: *Familiare Francis prima conſanguineis ſuis Aulæ officia conferre.* Unde probabile videtur ab antiquis Francorum Regibus Vindoniſſæ caſtrum, & ditionem alicui cognatorum, & Regiæ ſtirpis commendatum, à quo deinde Comites Altenburgici, & ex his Habſpurgici defluxerint. Quis autem Francorum Rex, & cui, filio ne an nepoti, an patrueli commendarit Vindoniſſam, cum in ijs, quos defacto habemus priſcis Authoribus (qui ferè ſuccinctè & breviter annotarunt ſimilia) non reperiamus; credendum eſt Trithemio, Menlio, Lazio, & ejusmodi curioſis antiquitatum ſcrutatoribus, qui haud dubiè legerunt, quæ nos legere non poſſumus, quia interea deperdita. Gans in Arbor. Auſtr.

VII. *Quinta Probatio*: A multis retrò ſeculis apud omnes Regum & Principum familias, imò & plebejas conſtat morem fuiſſe, ut filijs ac nepotibus parentum, avorum, aliorumq; anteceſsôrum nomina imponerentur, quod haud dubiè etiam fecerint Comites Vindoniſſenſes primi. Ex eorum proinde nominibus conjectura deſumi poteſt à quibus generati ſint. Certè nomina Sigeberti, Ottoberti, ſeu quod idem eſt Theodoberti, Guntrami, quæ plures uſurparunt Altenburgici, ſunt nomina Regum Francorum Merovingorum: nunquid igitur liberè concludemus ab his ortum traxiſſe Habſpurgicos, quorum nomina filijs ſuis impoſuerunt?

VIII. *Sexta Probatio*: De Ottoberto Comite Altenburgico & Vindoniſſenſi certum eſt, quòd poſſederit Vindoniſſam, & ei vicinam regionem in Helvetia, appellatusq; ſit (ut fatetur Guillimannus huic cæteroquin opinioni contrarius) Alſatiæ & Briſiacæ Landgravius, quod haud dubiè obtinuerit jure hæreditario à ſuis majoribus, qui prius eam ditionem poſſidebant. Conſtat autem, quòd Alſatiam, & Helvetiam poſſederint Francorum Reges, & nominatim Theodobertus Auſtraſius, à quo hæc opinio vult natum Sigebertum Exulem; igitur ex hoc rectè deducitur conjectura, quod Ottobertus Comes originem habuerit à memorato Theodoberto, de quo in hanc rem Aimoinus: *Theodobertus aliqua ſibi de fratris Theodorici poſſeſſionibus adjungere parans, eum in ſe concitavit, &c. Conventio fratrum hujusmodi fuit, ut Alſatio & Sugitenſi* (id eſt Suitenſi vel Helvetio) *Iuronenſi quoq; & Campanenſi Comitatu Theodoricus cederet; & ad Theodobertum jus omnium horum tranſiret.* Idem adſtruit Guillimannus: *Cum Theodebertum ſe fortiorem videret Theodoricus, adnitentibus etiam utriusq; regni primoribus, in quas* Aimo. lib. 3. cap. 96. Guillim. de Helvet. lib. 2. cap. 12.

*frater voluit conditiones convenit: eæ fuerunt, ut Aliſatio & Sugitenſi Comitatibus, quæ regni Burgundiæ partes fuerant, decederet.* Cùm ergò Ottobertus Comes paulò poſt præfatos Reges vixerit, & has poſſeſſiones habens hæreditario jure ad poſteros tranſmiſerit, omninò vero ſimile eſt, quod eas acceperit eodem jure à ſuo patre Sigeberto, ſive jam agnoſcas unum, ut plerique; ſive duos Sigebertos, ut Pieſpordius tradit; & conſequenter vel hinc argumentum deſumitur Sigebertum Exulem verè fuiſſe filium Theodoberti, vel alterius eorum temporum Regis Francorum.

IX. *Septima probatio*: Apud omnes nobiles familias originem ſuam inquirentes, plurimum æſtimatur argumentum ab inſignibus deſumptum, & quorum arma geſtant poſteri, ab ijs fluxiſſe creduntur. Si ergò (ut loquitur Pieſpordius) *ea quæ Lazius, & Verderius de Habſpurgicis Inſignibus gentilitijs, Leone purpureo coronâ cœruleâ redimito in campo aureo, tradunt, vera ſunt: non eſt quod ultrà originem inquiramus.* Burgundica verò inſignia fuiſſe arbitratur Lazius coronam cœleſtinam in campo aureo, quam poſtea Leoni Clodomirus Rex Francorum impoſuerit. *Burgundiæ quippe* (inquit ille) *primorum Regum, quorum S. Sigiſmundus Martyrij laude claruit, gentilitia decora, cœleſtina corona fuerat in aureo clypeo: quam poſtea Leoni ſuo Clodomirum Francorum Regem Clodovei Magni filiorum natu maximum, qui Burgundiam Francis primus ſubjecerat, impoſuiſſe veriſimile eſt.* Contradicit huic conjecturæ Guillimannus, ſed pro ea ſtat Pieſpordius. Verùm in eo ipſo, in quo Guillimannus contradicit, robuſtius ſuggerit argumentum pro hac opinione ab inſignibus. Nam exprimit ibi figuram ſigilli à Rudolpho I. Imperatore uſurpati, qualem etiam repræſentant cupro expreſſam Jo. Jacobus Fugger, & Chiffletius. Illic Rudolphus cataphractus equo inſidet; in umbone, quem brachio ſiniſtro geſtat, Leo erectus cernitur; in vacuo ſpatio circa equum viſuntur quinq; Francica lilia, qualia etiamnum uſurpant Galliæ Reges. Ex quo ſanè meritò licet concludere, quod ipſe Rudolphus I. agnoverit ſe à Regibus Francorum antiquis, & à Clodoveo Magno, qui primus lilia uſurpare cœpit, originem trahere. Certè hoc argumentum adeò robuſtum mihi videtur, ut penè convincat. Nam hodie paſſim video multas familias originem ſuam rimari ex ſimilitudine inſignium, idque probatur viris doctis, & hiſtoriarum peritis, cùm conſtet ab antiquiſſimis temporibus æquè inſignia, ac cognomina innuenta eſſe ad diſtinctionem familiarum ab invicem: & quidem inſignia priora fuiſſe cognominibus. Neque enim probo illorum opinionem, qui in ludis Equeſtribus inventa exiſtimant inſignia, ad diſtinguendos concurrentes. Ludi Equeſtres cœperant ſeculo decimo; ſed inſignia dudum ante uſurpata ſunt in bellis, apud ipſos Romanos; & rudem ſe oſtendit in hiſtorijs, qui non novit, quàm varijs figuris, & coloribus olim Romani militaria ſcuta diſcriminaverint. Videatur Guido Pancirolus in Commentarijs ad notitiam Romani Imperij, qui plurima producit, ex antiquis chartophylacijs. Quià igitur ex probæ notæ authoribus habemus, quòd primitus Francorum Regum inſignia fuerint tres ranæ, vel bufones, ex quibus poſtea Clodoveus Rex primus Chriſtianus formavit tria lilia, quæ in hodiernum diem uſurpant

Re-

Pieſpord. in Præf. ad Stemma. Auſtr. Laz. Comment. Geneal. Auſtr. lib. 1. cap. 5.

Guillim. Habſp. lib. 2. cap. 8.

Jo. Jac. Fug. in ſpec. hon. lib. 1. c. 1. Chifflet. in Lumin. Salic. lum. 4. fol. 334.

Reges Galliæ, quidni dicamus ex hoc Regum Francorum ſanguine ortos illos Principes & Comites; qui ſcuta ſua gentilitia talibus lilijs exornarunt? Non prætendo, ut credamus id de proximè elapſis duobus aut tribus ſeculis, quià video magnum abuſum, qui irrepſit; ut quiſq; ſibi pro libitu fingat inſignia, & jam Gallica lilia plurimis Italis facta ſunt familiaria, etiam minorum gentium Dijs; imò heri nobilitatis albo inſcriptis: Sed loquor de ſeculo duodecimo & decimotertio adhuc ſincero, & ſine fuco, ſine ambitione, quo vixit Rudolphus Imperator ab omni ambitione alienus, non appoſiturus ſuo ſcuto Francica lilia, niſi à Francis Regibus ſe, vel majores ſuos generatos noviſſet.

X. *Octava Probatio*, ex eo quòd Authores, qui hactenus in lucem prodierunt inter filios Theodoberti, vel alterius Francorum, vel Auſtraſiæ Regis nominatus non reperiatur Sigebertus Exul, non infertur legitimè, quòd ſit confictus, quià plures proles veterum Francorum Regum deſiderantur apud Gregorium Turonenſem, Aimoinum, Fredegarium, & ſimiles antiquos ſcriptores, quarum nomina ſenſim prodeunt ex archivis, & varijs Manuſcriptis, idq; recentibus annis. Sic Bollandus eruit ex antiquis inſtrumentis B. Ritzam filiam Ludovici Pij Imperatoris, neptem Caroli Magni, de qua neque Author vitæ Ludovici coævus, neque alius ſcriptor antiqvus ex hactenus vulgatis ullam fecit mentionem. Sic Henſchenius aliam neptem Pipini Regis Reginam, quæ nupta B. Adelberto Auſtrobandiæ Comiti, ex eo mater fuit B. Ragenfredis. Quis hactenus inter Sorores Caroli Magni repoſuit Gertrudem Carleburgenſem? quis inter proles S. Sigeberti Regis filij Dagoberti Magni, numeravit Baldricum & Bovam, & plures ejusmodi, quos tamen recenter eruerunt ex antiquis Chardophylacijs memorati authores, & producturi ſunt deinceps haud dubiè plures? Cur igitur ſi iſtis credimus, non deberemus etiam credere Trithemio, qui ſcripſit ante ducentos ferè annos, cùm adhuc plura ſupereſſent in Bibliothecis manuſcripta, quàm nunc poſſint reperiri; ſiquidem Typo invento, exigua cura haberi cœpit MScriptorum, præſertim hoc ſeculo apud imperitos, qui rati jam omnia eſſe Typis ſubjecta, plurimas MSS. lucubrationes abſumpſerunt, & peſſundederunt, membranas pro librorum compacturis applicuerunt, uti etiamnum fit. Et ante plures annos mihi recenſuit D. Gulielmus Mannagetta Cæſareus Protomedicus, vir inſignis literaturæ, quòd ejus tempore quidam Juris Doctor & Bibliothecarius Aulicus Viennæ partem unam, vel forte librum Decadis ſecundæ T. Livij, quæ deſideratur, in Bibliotheca Cæſarea repertam, & in membrana conſcriptam, (ratus jam haberi impreſſam) tradiderit Bibliopego ad compingendos varios libros. Nec niſi poſteaquam jam omnes illi libri diſtracti erant, & Bibliothecarius obierat, animadverſum, quòd tanto theſauro, per ſummam hominis ignorantiam & avaritiam, fraudata fuiſſet Cæſarea Bibliotheca. Quid quod ego viderim compacturas ex membranaceis operibus D. Thomæ, quæ hodie docti viri ſtudioſiſſimè inquirunt, ut cum recentibus editionibus conferant, videantq; corruptelas, quæ ſenſim per varias editiones irrepſerunt. Scio etiam, & novi hominem Religioſum, qui è Monaſterij Bibliotheca, cujus curam habuit, complures libros membra-

Bolland. To. 1. Jan. fol. 838.

Henſchen. To. 3. April fol. 73.

Bucelin. Menol. fol. 465.

Henſchen. To. 2. Mart. fol. 601.

Idem To 3. Apr. fol. 283.

naceos vendidit Bibliopegis, non diſcernens habeanturne impreſſi vel ſecus, & interrogatus cur id faceret: non reſpondit aliud, quam: *Non amplius leguntur Mſcripti, quia habentur ſufficientes impreſſi.* dignus certè, qui potius ad everrendam culinam, quam cuſtodiendam Bibliothecam amandaretur. Quid ſi ejuſmodi aliquid eveniſſet Mſcriptis illis, quibus vſus fuit Trithemius, qui primus videtur tradidiſſe Theodoberto Rege Auſtraſiæ genitum Sigebertum Exulem?

XI. *Nona Probatio.* Communes ſententiæ præferuntur in omnibus ſcholis,& apud viros doctos, ſententijs minus vſitatis; & verior ſemper illa cenſetur, quæ communior. Cùm ſit ergò hæc opinio communiſſima, ut fatentur Adverſarij, nec vlla hactenùs reperta tot ſequacibus, tam doctis & Genealogiarum ſcribendarum anteſignanis probata, nihil vetat hic vſurpare illud: *Vox populi, vox DEI.* Accedit, quòd videatur eſſe antiquior omnibus alijs, quod magnum momentum addit ad veritatem aliquam comprobandam in Genealogicis & hiſtoricis. Sincerior enim antiquitas fuit, nec ſuſpecta facilè haberi poteſt, quaſi poſteriorum gratiæ aliquid comminiſci voluerit: qui tamen affectus mirum quantum ætate, noſtrâ invaluit.

XII. *Decima Probatio*: Quam ſolam adducit Lequile,& dicit eſſe potiſſimum fundamentum hujus opinionis, ſed abſq; hoc fundamento poteſt ſubſiſtere hæcopinio & obtinere cenſuram, quam ipſe Lequile format, dum comparans cum ea Pierleoniſtarum doctrinam, ait: *minorem probabilitatem* (reſpectu alterius ſcilicet) *ejus eſſentiæ & formæ nihil derogare, ut improbabilis judicetur.* Vult dicere non eſſe tam probabilem, quàm Pierleoniſtarum, ſed tamen probabilem. In eo verò conſiſtit hæc probatio ſeu conjectura deſumpta à primo Habſpurgo, quod dicunt ſequaces hujus opinionis ſtetiſſe intra Voſagi montana, haud procul à thermis Plumerianis,& Lazius ait extare ejus rudera,& in ſcripturis antiquis reperiri Avendum caſtrum,à quo dein formatum Avendisburg,& demum Habſpurg. Quod cùm olim pertinuerit ad Reges Francorum,& Duces Burgundiæ, poſſeſſumq; fuerit ab Ottoberto & ſucceſſoribus, ſignum eſt poſſeſſores ejus à Regibus Francorum oriundos. Non eſt planè contemnenda conjectura, ſed potius evincit Ottobertum, & ejus poſteros Habſpurgicorum titulum longè antea uſurpaſſe, quàm Ergovianum Habſpurgum ſit conditum. Et ita quidem aſſerunt Petrus Matthæi, Verderius, Eſplinchardus, Waſſeburgius, Alphonſus del Bene, Munſterus, & alij, quibus ſubſcribit Pieſpordius, de quo nobis diſputare non vacat, ſive Ottobertus uſus ſit titulo Habſpurgici Comitis, ſive non ſit uſus, modo ab eo deſcenderint Habſpurgici, ſatis nobis eſt, neq; ex hoc probare intendimus originem à Regibus Francorum, ſed aliunde.

Lequil. To. 1 de reb. Auſt. fol. 203.

Pet. Matth. Verder. Fſplinch. Waſſeburg. ſup. cit.

## §. IV.

## *Impugnatur Nona Opinio.*

POtiſſimum contra hanc opinionem argumentum eſt, quod videatur Sigebertus ille, quem vocant Exulem Theodoberto Rege Auſtraſio natum, fictitius eſſe, neq; unquam fuiſſe in rerum natura, quia nullus Authorum veterum

terum vel minimam facit de tali Sigeberto mentionem. Ita Wion, Guillimannus, Lequile, Seifridus, cujus hæc ſunt verba: *Cum alij omnes præſertim Galliæ Hiſtoriographi tres duntaxat filios habuiſſe Theodebertum tradant; vnde tibi Lazi quartus ſurrepit Sigebertus? & quibus auctoribus hunc à mortis diſcrimine exemptum, & ſervatum aſſeris? cum antiquiores annales conſignatum habeant, univerſam Theodeberti ſtirpem exciſam eſſe, nequis ſupereſſet, qui patris mortem ulciſceretur?*

wion. Opuſc. de Anicia Auſtr. fam. §. 4. Guillim. lib. 1. Habſp. c. 4. Leq. To. 1. de reb. Auſt. Seifrid. lib. 1. cap. 2. Seifrid. lib. 1. cap. 3.

II. *Secundò* urgent, etiamſi fuiſſet aliquando in rerum natura Sigebertus Theodeberti filius, cum alijs tamen fratribus interemptus fuiſſet, cùm omnes antiqui tradant, totam ſtirpem Theodeberti exciſam, vt modo ajebat Seifridus, & Guillimannus: *In hac reliqui bonorum Scriptorum recentium veterumque ſunt fermè omnes opinione. Conveniunt in illa barbara omnium Theodeberti filiorum internecione Regino, Sigebertus, Ado, Gaguinus, Nauclerus, Chronici Burgundici Sbriptor: quique Annales Franciæ lingua vulgari compoſuere Nicolaus Gillius, Bernardus Girardus, Haillanus, Gulielmus Paradinus, alij.* Unde inferunt Sigebertum hunc, & conſequenter originem Habſpurgicam à Merovingis eſſe fictitiam, & à Trithemio ac ſequacibus excogitatam.

III. *Tertiò* obijciunt. Qvod Lazius, & ſeqvaces pro ſua opinione allegent Gregorium Turonenſem, & Aimoinum, (qvem Annonium appellant) injuriam faciunt bonis Authoribus, quia Gregorius ſuam hiſtoriam non perduxit vltrà annum 593. quo tempore vivebat adhuc Childebertus Rex, & Theodebertus Anno primum 617. vel vt alij volunt 612. occiſus eſt, non potuit igitur Gregorius de hoc facere mentionem. Aimoinus verò nihil ſimile tradit. Hinc iterùm Seifridus: *Quid cum tam aperto ac impudenti mendacio diutius digladiamur? denudemus tandem fundamentum ejus usque ad collum, caputque ei à cervicibus amputemus. Quo enim pacto potuit aut Theoberti cæde, aut de Sigeberti exilio quidquam ſcripſiſſe Gregorius Turonenſis, qui jam ante annos ferè octodecim, nempe circa Annum Domini 595. è vita exceſſerat? cum Theodebertus à fratre captus, & juſſu Brunechildis occiſus eſt, quæ cædes juxta Baronij ſententiam incidit in Annum Chriſti* 613. Et concludit: *Valeat ergo Lazius cum ſuo fictitio Sigeberto.*

Seifrid. cit. fol. 13.

IV. *Quartò* obijciunt. Jonas Monachus, qui vitam S. Columbani ſcripſit, non ſolùm refert cædem omnium ſlliorum Theodeberti ſtirpem funditùs eradicaturum, ergò etiam ſimul Theodeberti, qui ab eodem patre genitus fuit: ergò non remanſit pereuntibus cæteris ullus Sigebertus. Ità iterum Seifridus: *Nimirùm S. Columbani vaticinium erat implendum, qui ſicut apertè prædixit Deum Theodorici ſtirpem funditùs eradicaturum; ità etiam non obſcurè ſignificavit Theodeberti progeniem omninò delendam eſſe, ut Clotharius trium regnorum Monarchiâ ſolus potiretur.*

Seifrid. cit.

V. *Quintò* obijciunt. Cum Authores hujus opinionis inter ſe diſcordent aſſignando primum authorem Habſpurgicæ ſtirpis, eumq; alij quidem Theodeberto, alij Clothario, alij Childerico natum aſſerant, hocipſo de fictione ſuſpecta eſſe debet hæc opinio, adeóq; reijcienda. Ità Lequile: *Dictu incredibile eſt, quantâ hi Authores non ſolùm diverſitate, ſed etiam inconſtantiâ & varietate, ac*

Lequil. To. 1. fol. 203.

*crebra*

*crebra tanquam tempeſtatum ſic ſententiarum commutatione uſi ſint. Nam præterquam quòd omnes ſectati diverſos rivulos, alius alia inceſſit via: Joannes tamen Trithemius præ cæteris magis dubius, & tanquam in ſalo hærens, &c. triplicem effinxit Genealogiæ Ordinem, ut ſi non una, ſaltem altera, aut tertia linea rem, ut dicunt, quaſi acu tangeret.* Quæ ſunt verbatim deſumpta ex Seifrido.

Seifrid. lib. 1. c. 1.

VI. *Sextò* obijciunt. Clotharius II. Rex Francorum traditur ab Authoribus hujus opinionis Sigebertum ab exilio revocaſſe, & donaſſe Transjurano Ducatu, cùm tamen conſtet, eum cum patruelibus bella geſſiſſe, ut ſibi Burgundiam ſubijceret, & ſolus dominaretur: non eſt proinde credibile quòd eorum prolem, quos perſequebatur, fovendam, & titulis poſſeſſionibusq; augendam ſuſceperit.

VII. *Septimò* obijciunt. Non eſſe honorificum Domui Habſpurgicæ ejus originem repeti ab illegitimis, qualis fuit Theodebertus Sigeberti Exulis pater. Ità Arnoldus Wion: *Habſpurgios Proceres ab impuriſſimo Spurio Theodeberto, ejusque filio Sigeberto Exule propagat Lazius, & legitimis ipſos natalibus privans, etiam patriam ſuam gloriâ & virtutis elogio ſpoliat.* Et Seifridus pariter: *Valeat ergo Lazius, laudatiſſimamque Domum Auſtriam hac ſua ſordidâ laude laudare deſiſtat, quæ etſi vera, & non ficta eſſet, potius tamen reticenda, quàm commemoranda foret.*

Wion Opuſc. de Anic. Auſtr. fam. §. 4. Seifrid. lib. 1. cap. 3. fol. 14.

VIII. *Octavò* obijciunt. Non potuiſſe fieri vt Theodebertus, & ejus filius Sigebertus Ducatum Transjuranum poſſideret, & vt ipſe conderet in Voſagi montanis caſtrum Avendum, quià tunc quando occiſus eſt Theodebertus, Avendum caſtrum tenuit Romulphus Romarici Avendi Comitis Pater, quem poſteà etiam Theodoricus Rex interfecit. Ità Roſierius, vbi ait: *Falſum eſt Theodebertum Avendi caſtrum & Comitatum obtinuiſſe. Nam ex hiſtoriis claret Theodoricum præmiſſum, Theodeberto liberisque occiſis rectà Metim profectum fuiſſe, ibique Romulphum Romarici Avendi Comitis patrem interfeciſſe, bonáq; fiſco applicuiſſe &c. vno igitur eodemque tempore non fuerunt Avendi Comites Theodebertus, Sigebertus, Theodoricus, Romulphus, & Romaricus, ſiquidem erant coætanei.*

Roſier. Stemm. Lothar. hiſt. cap. 79.

## §. V.

## *Impugnationes Nonæ Opinionis refelluntur.*

AD 1. *Reſpondebunt* ſequaces hujus opinionis; Lazius illum Sigebertum non confinxit vti obijcitur, quià ante Lazium hoc aſſeruit Trithemius: *Theodebertus autem Rex miſerabili ſorte peremptus tres filios, & unam vt legitur ſpecioſiſſimam filiam reliquit, Sigebertum videlicet, Guntramum, & Lotharium.* Licet verò alij antiquiores loco Sigeberti Meroveum ſubſtituant, qui fertur ad petram eliſus; non tamen inde ſequitur Sigebertum eſſe fictitium, quià antiqui authores ſolùm illos recenſuerunt, qui fuerunt à Theodorico occiſi, non verò Sigebertum, qui latuit, & cædi ſubductus fuit, vt per plures annos nulla ejus extaret memoria. Trithemium autem non confinxiſſe fugam Sigeberti jam ſuprà oſtenſum eſt; qui ſine dubio hoc habuit ex antiquis MScriptis authoribus, qui poſtmodum vel deperditi, vel vt ajebat Scioppius in diſturbijs, & vaſtationibus

Trithem. in Compend.

nibus Germaniæ ſunt concremati. Credendum ergò Trithemio, qui fatetur ſe ea, quæ ſcripſit, ab antiquioribus collegiſſe. Sic credimus Sexto Aurelio, qui Lutatium, & Acilium Piſonem Hiſtoricos allegat, licet nec Lutatij, nec Piſonis opera amplius extent. Sic credimus Meſſalæ Corvino, allegánti vetuſtiores Scriptores, quorum fortè nullus amplius invenitur. C. Plinius in hiſtoria naturali plurimos antiquiores nominat, qui tamen plerique perierunt: credimus illi, nec fidei reum agimus, credamus igitur etiam Trithemio. Neque par eſt ratio de Pierleoniſtis, quorum primus author Gundelfingius initio ſui operis ſe fabularum conſarcinatorem oſtendit, vt ſupra diximus.

II. Ad 2. *Reſpondebunt*: non eſſe omninò certum, quòd filij Theodeberti occiſi ſint. Nam teſte Guillimanno (& non diffitetur Lequile) *Paulus Æmilius, cui privata publicáque regni in manibus fuere, qui eadem etiam, quæ de Brunechilde fratrumque odio, & exitio, haud perinde vera omnia, quàm Tragicis fabulis decora arbitratur.* Sunt etiam, qui Theodebertum non illicò occiſum, ſed attonſum, & in Monaſterium ablegatum aſſerant: adeò circà hos Reges variant Hiſtorici. Deindè eſto referantur occiſi filij Theodeberti, id tamen ſolùm intelligendum de ijs, qui nominantur, non de Sigeberto, qui vel major natu ipſe profugit, vel minorennis clam ſervatus ſit, cum vix ſit credibile filios Theodeberti cum exercitu circumductos. Itaq; hâc oppugnatione adverſarij non conſeqvuntur intentum. Æmil. in Clothario II. ap. Guill. fol. 20. Lequil. To. I. fol. 232.

III. Ad 3. *Reſpondebunt*: Gregorius Turonenſis hiſtoriam ſuam finivit Anno 594. in Martio, vt notavit Miræus; non ideò tamen ſequitur, quòd Lazius confinxerit ea, quæ refert ex Gregorio. Potuit enim illam Hiſtoriam aliquis alius ejus temporis Scriptor continuare, quæ continuatio non pervenerit ad tam multas manus, atque ipſa primæva Gregorij hiſtoria. Hoc videmus quotidie accidere. Sic fatetur Lambecius Annales Fuldenſes à diverſis auctos, & continuatos, quorum vnam continuationem ipſe eruit ex Bibliotheca Cæſarea, nondum hactenus editam. Sic potuit accidere, vt aliquis nactus Hiſtoriam Gregorij Turonenſis continuaverit, cujus exemplar invenerit Lazius in aliqua Bibliotheca, ex quo deſumpſit ſuam narrationem. Nec obſtat, quod Wion dicat ſe Continuatorem Gregorij legiſſe, & nihil eorum reperiſſe, quia plures poſſunt eſſe continuatores ejusdem Authoris, provt noſtrà ætate accidit. Baronij quippe Annales continuavit Spondanus, dein Bzovius, & poſt hunc Odoricus Raynaldus, quiſq; diverſo ſtylo. Miræ. in Annal. Belg. Lambec. Bibl. Cæſ. lib. 2. f. 377.

IV. Ad 4. *Reſpondent*: de interitu ſtirpis Theodeberti nihil eſſe apud Jonam, nihil apud alios, & gloſſam illam eſſe tantummodo Seifridi. Nam Fredegarius Scholaſticus ità locutum refert S. Columbanum: *Scito tuum regnum funditus ruiturum, & cum omni propagine regia demerſurum*, quæ ad ſolum Theodoricum dicta ſunt, non ad Theodebertum; qui jam tunc diſtincta habebant regna. Agit etiam de S. Columbano Aimoinus, ſed hujus vaticinij non meminit. Jonas, qui allegatur, etiam tradit Theodebertum non eſſe occiſum à Theoderico, ſed captum, & Cabilonem ad clauſtrum deportatum. Fredegar. Chron. cap. 36.

V. Ad 5. *reſpondent*, variationem accidentium non variare ſubſtantiam narrationis, & idem profiteri Pierleoniſtas, qui multò magis diſtorta, & diverſa produnt in ſua opinione, quæ nullo modo poſſunt conciliare. Variant quippe in perſonis, loco & tempore: at hujus opinionis ſequaces ſolùm variant in una perſona conjecturando an Ottobertus Comes fuerit filius Sigeberti Exulis, vel alterius; & an Sigebertus natus ſit patre Theodoberto, vel Childeberto, vel alio, in cæteris facilè conciliantur. Cæterùm ſufficit huic opinioni ſi concedatur Habſpurgica familia ortum habere à Francorum Germanorum Regibus antiquis. Pierleoniſtæ verò non contenti, quòd adſtruant originem à Romanis, deſcendunt ad particularem familiam Perleonum, nullo antiquo fidejuſſore.

VI. Ad 6. *reſpondent*. Hoſtem jacentem nemo amplius calcat, niſi Tyrannus, quod cognomentum Clotharius II. alijs factis non meruit. Et hominem exuiſſe penitùs cenſendus eſt, qui conceptum adverſus patrem odium effundit in filios innocentes; aut pluribus annis conceptam ſemel iracundiæ flammam non poteſt extinguere. Probabile igitur, quod aſſerunt hujus opinionis authores, Procerum interventu ſenſim placatum Clotharium, Sigeberti miſertum, ei ſupplici conceſſiſſe Transjuranum Ducatum, eâ lege, vt Regio titulo abſtineret. Quod cum factum dicatur Anno 625. vel juxta alios 630. Satis temporis interceſſit inter odium patris, & receptionem filij in gratiam, ſi pater (vt dicunt) Anno 612. vel etiam 617. occiſus fuit.

VII. Ad 7. *reſpondent*. Unum Lazium id tradidiſſe contrà fidem antiquiorum, allegato quidem Gregorio Turonenſi, apud quem nihil hujusmodi reperitur, ſed potius contrarium, quòd Theodobertus fuerit primogenitus Childeberti, ſolenniter à S. Magnerico Trevirenſi Epiſcopo baptizatus, à patre in regnorum diviſione fratri Theodorico prælatus, &c. Brunechildem quidem aviam Theodoberti, cùm fratres inter ſe committeret perſuaſum voluiſſe Theodorico; ex hortulano quopiam non ex Childeberto progenitum Theobertum, vt Aimoinus refert, quod deinde iterum eadem Brunechildis negavit, cùm Theodoricus filiam Theodoberti vellet Uxorem ducere. Cæterùm hæc, vt ait Pieſpordius, æquè ridicula, quàm Æmilio & Tillio fabuloſa. Lapſus ſit igitur hoc loco Lazius, non tamen cæteri hujus opinionis Sectatores, qui unanimiter Theodobertum agnoſcunt, vt legitimum filium Childeberti, vti eſt apud Henningem, & alios. Fortè etiam natalem Sigeberti Exulis adverſarij notare volunt, quaſi ex ſerva natus fuiſſet. Duas enim Theodobertus habuit conjuges; alteranominatur Belichildis empta à mercatoribus, à Brunechilde educata, deinde Regi nupta, quam aliqui occiſam à Rege volunt, alij repudiatam: altera fuit Teutichildis, quæ & Teutſchildis: *Hanc Fortunatus Pictavorum Epiſcopus in Epigrammate quodam ſuo à nobilitate, quàm maximè celebravit, tradens patrem, fratrem, & avum æquè, ut maritum Reges fuiſſe*, vt ait Pieſpordius. Ex quanam iſtarum natus ſit Sigebertus dubium. Henninges adſtruit natum ex Teutichil-

Laz. Comment. Geneal. lib. 1. c. 3. fol. 65. Gregor. Turon. lib. 8. cap. 37. Myræ. ad an. 585. Aimoin. lib. 3. c. 92. & cap. 100.

Pieſpord. in Childebert.

Henning. P. 1. Germ. in Theodober.

tichilde: *Hac nati ſunt Sigebertus, Guntramus, Meroveus, Lotharius, Berthoràda.* Et omninò ſic aſſerendum, quià, vt habet Spondanus ex Jona Monacho: *Perijt cum progenie ſua Theodobertus anno regni ſui decimo ſeptimo, cùm & ipſe eo anno conjugem ſuam occidiſſet.* Occiſam verò ab eo Belichildem alij referunt, prior igitur fuit Teutichildis, quæ prolem ei pepererat. Deinde etiam ſi natus fuiſſet ex Belichilde, hæc tamen erat etiam conjunx legitima, licet ignotæ ſtirpis, quià aliunde à mercatoribus adducta, quod pluribus Francorum Regibus accidit. Nam & S. Radegundis captiva adducta eſt in Franciam, de cujus natalibus adhuc eſt concertatio; Clotharium tamen Regem ſortita eſt maritum, nec quidquam ſplendoris abſtulit poſteritati, ſed auxit. Spond. Epit. ad an. 613.

VIII. Ad 8. *Reſpondebant* non omnes hujus Opinionis aſſertores curare de Avendo inter Voſagi vel Vogeſi montana quiſcunque illud condiderit, parùm referre ad propoſitum, dummodò aliunde probetur Habſpurgica origo à Francorum Regibus. 2. Licet eo tempore, quo vixit Theodobertus, & Romaricus Comes nondum poſſederint Habſpurgici Avendum caſtrum, poterant tamen paulò poſt illius poſſeſſionem obtinere, vti tradunt Gebuilherus, Eytzingerus, & alij. 3. Poterant in Transjurano Ducatu plures conſtitui Rectores, aut Duces, & habere ſinguli aliquam ejus partem, provt adhuc hodie videmus fieri. 4. Poteſt dari Adverſarijs, quòd nullo modo Sigebertus, aut ejus filius Ottobertus in illa regione dominia obtinuerint, ſed ad Vindoniſſam, quod ſufficit aſſertoribus hujus opinionis, quorum pleriq; non multum ſoliciti ſunt de Avendo caſtro, vt inde forment Avendſpurgum, ſed potius exiſtimant Habſpurgum Ergovianum eſſe primum gentis domicilium, à quo nomenclaturam deſumpſit, cùm prius Altenburgi titulo vocaretur. Cætera, quæ obijci poſſent, ſunt minoris momenti. Et hæc hactenus pro Nona Opinione inter cæteras celeberrima, & plurimorum authorum applauſu firmata, licet adhuc inter Opinionis terminos conſtituta: ſi tamen cum Pierleoniſtica componatur, longis paſſibus hæc Pierleoniſticam antecedet, non ſolum argumentorum robore, conjecturarum probabilitate, ſed vel maximè authorum gravitate ac multitudine: Siquidem, vt ſuprà oſtenſum, Pierleoniſtæ licet enumerent pro ſe authores circiter quadraginta quatuor, ex ijs tamen plus quàm dimidia pars meritò excluditur, & non ſunt niſi tres aut quatuor ex ijs, qui mereantur nomen Geneographi. In hac verò opinione ſunt adducti centum & plures authores, inter quos Geneographi triginta duo, & quidem quatuor Univerſales, qui diu in ſtudio Genealogico verſati penè totius mundi Geneſes elaborarunt, quod nullus fecit Pierleoniſtarum, & ſi quis tentaſſet, certò mentem mutaſſet, vti accidit Bucelino. Nihil dubito plures adhuc eſſe pro hac eadem Opinione allegabiles, ſed mihi non eſt copia omnium authorum, nec Bibliothecæ alicujus magnæ, è qua poſſem plures eruere. Vix tamen puto pro Pierleoniſtis multos prætermiſſos, pro iſta complures, quos alij colligent. Et fortè prodibit adhuc aliquando vera ſeries, & indubitata majorum Ottoberti Comitis, quem hæc opinio

filium Sigeberti Exulis, vel nepotem affirmat. Non dum omnibus chartis archivorum, & Bibliothecarum pulveres deterſi, & excuſſi ſunt. Indies prodeunt alia, & alia, quæ dudum ignorabantur.

IX. Mea circa hanc opinionem ſententia ſit, licet adhuc intrà terminos opinionis conſiſtat, eſſe tamen cœteris hactenus adductis probabiliorem: nec multum eſſe curandum de majoribus determinatis Ottoberti, & in individuo, quià in illa antiquitate intercidiſſe majorum nomina nihil mirum: ſufficit, quòd alia ſuppetant argumenta, ex quibus colligitur Ottobertum illum cultorem S. Trudperti originem ſuam à Francorum Regibus accepiſſe, adeóq; penè certum eſſe, quod Habſpurgici non aliunde, quàm ab antiquis Germano-Francis Regibus deſcenderint. An verò à Theodoberto ut volunt Trithemius, Lazius, Pieſpordius, & alij; an à Childerico ut vult Stabius; an à Clothario Magno, vt Menlius, vel aliquo alio, id quià defectu ſcriptorum decerni non poteſt, parùm refert. Nulla antiqua familia eſt, quæ non laboret in primis ſuis majoribus, & hoc ipſo antiquitatem ſuam multæ produnt, quòd primam ſuam originem non poſſint citrà controverſiam aut conjecturam definire.

# CAPUT X.

## *Decima Opinio de prima Origine Auguſtæ Domus Habſpurgo-Auſtriacæ.*

Habſpurgicos derivari ab Hugoberto Duce Transjurano.

### §. *Unicus.*

### *Exponitur Opinio Decima, & reijcitur.*

HAnc Opinionem Lazius attribuit Joanni Aventino, de quo, cùm retuliſſet communem opinionem ſuperiore capite explicatam, ait: *A qua conjectura etſi non receſſerit Joannes Aventinus, non ignobilis Hiſtoriarum Bojariæ Scriptor, tamen plerisque, atque vetuſtioribus familiæ alumnis prætermiſſis, ab Hugoberto Abbate derivare Auſtriades conatur, de quo nominatim Rhegino Prumienſis ſcriptum reliquit, cum de Anno loquitur* 859. Lotharius Imperator Hugoberto Abbati Ducatum inter Juram & Montem Jovis commiſit, eo quòd tunc fideliſſimus putaretur, vtpote affinitate conjunctus propter ſororem Thietpergam. *De quo plura lege apud Ottonem Friſingenſem lib. Chron. 6. cap. 2. Quæ etſi à vero non abludat opinio, quòd ſcilicet dubium non ſit, Hugobertum Abbatem, cui Ducatum Juræ Montis avitum, & generi ſuo debitum Lotharius Imp. Ludovici Pij filius commiſerat, de ſtirpe inclyta Habſpurgenſi defluxiſſe: tamen nec authorem gentis fuiſſe, & plures ante ipſum, & cognomine Habſpurgenſes, & finibus Juræ Montis claruiſſe, ea diplomata teſtantur, quæ in S. Trudperto, & Paterniaco Cœnobiis ſuperſunt.* Hactenus Lazius, cujus narratione vel non intellecta, vel planè non lecta deceptus Lequile hanc opinionem ipſi Rheginoni attribuit, cum dixit *Da Hugoberto Duce di Trans-*

Laz. Comment. Geneal. Auſtr. lib. 1. c. 1. p. 23.

Lequil. in Ferdin. Archiduca f. 197

*Transjurano disse Regino, che cominciasse*, nempè familia Habspurgica. Nullum verò adhuc deprehendi, qui hanc opinionem seriò profiteretur, vel deduceret, vel probaret; sed pleriq; de hac materia tractantes eam reijciunt. Ipse Lazius vt ex adductis liquet; eam non probat: qui tamen ab hoc Hugoberto Duces Burgundiæ oriundos existimat, eumq; secutus Piespordius, hoc ordine seriem Generationum disponit.

Rampreehtus, qui & Rampertus & Amprinctus Altenburgi & Habspurgi Comes Hettoprechti filius.

| | |
|---|---|
| Guntramus I. Comes Altenburgi & Habspurgi, à quo recta linea cœterorum, usque ad hodiernos Archiduces. | Hugo I. Comes Altenburgi & Habspurgi cui Ottobrechtsthal, Willerthal, Gravepan, & Kestenholtz obvenisse volunt. Vxor N. |
| Thietperga nupta Lothario I. Imperatori, & postea repudiata. | Hugobertus Abbas Hugeshovensis titularis pro ejus seculi more, & uxoratus. Donatus Ducatu Transjurano ab affine. Vxor N. |

Hugo Abbas Hugeshovensis Dux Burgundiæ Transjuranæ. Vxor N.

Conradus cognomento Stratlingensis Dux Burgundiæ Transjuranæ. Vxor Ermentrudis filia Luitfridi I. Comitis Habspurgici Guntrami I. Neptis secundum Guillimannum.

Rudolphus I. Rex Burgundiæ Transjuranæ obijt Anno 912. Vxor N.

S. Rudolphus II. Rex Burgundiæ, contra Berengarium Anno 921. Rex Italiæ coronatus. Obijt Anno 937. à quo cœteri Reges Burgundiæ.

II. Verùm hæc deductio Regum Burgundiæ valdè controversa est, & quis ille Hugobertus Abbas Hugeshovensis frater Reginæ Thietpergæ, cujus meminerunt Rhegino & Otto Frisingensis, nondum satis constat. Chiffletius Burgundiæ Reges masculinâ serie deducit ab Altorffij Comitibus (uti & Bucelinus) neq; sunt inanes ejus probationes. Henninges deducit eos ab Hugone Abbate *cujus prosapia ad Carolum Magnum refertur*. Et hunc facit patrem Conradi Strattlingensis, avum Rudolphi I. Regis Burgundiæ. Chiffletius admittit originem à Carolo Magno, sed per lineam fœmininam hoc modo:

Chifflet. in Vindic. Hispan. fol. 8. & 12. Bucelin. To. 2. German. Sacropro. Henning. P. 1. Germ. fol. 57.

Carolus Magnus Imperator,
Concubina ejus nomine Regina.

Hugo I. Abbas Dux Burgundiæ. — Welphus Altorffi Comes in Suevia.

| | | |
|---|---|---|
| Adelheidis Vxor Conradi majoris Ducis Burgundiæ Com. Parisiensis | Conradus Major Dux Burgundiæ | Juditha Vxor Ludovici Pij Imp. |

| | |
|---|---|
| Robertus Fortis Dux Francorum. | Conradus Junior Dux Burgundiæ Transjuranæ. |
| Robertus Dux & Rex Francorum. | Rudolphus I. Rex Burgundiæ. |
| Hugo Magnus Albus Dux Franciæ. | S. Rudolphus Rex Burgundiæ. |
| Hugo Capetus Rex Franciæ. | Conradus Rex Burgundiæ. |

Hæc combinatio patitur adhuc aliquas difficultates, præſertim circà originem Capetinorum, cùm proavum Hugonis Capeti plerique vetuſti ſcriptores dicant fuiſſe generis Saxonici. Sic Aimoinus Floriacenſis vocat Robertum Fortem *generis Saxonici virum.* Ivo Carnotenſis ſimiliter. *Robertus Comes Andegavorum, qui fuit generis Saxonici vir.* Et Albericus: *Robertus Fortis Marchio de genere Saxonum extractus.* Author vitæ Ludovici Pij: *Translatum eſt regnum de genealogia Carolorum in progeniem Comitum Pariſienſium, qui de genere Saxonum proceſſerant.* Et plures alij idem affirmant, vnde non eſt veroſimile, quòd Robertus Fortis, ſive per lineam fœmininam à Carolo Magno, ſive per maſculinam ab Altorffenſibus deſcenderit, quia id ejus tempore notum fuiſſet, neq; authores ejus ætatis ſcripſiſſent Regnum translatum ad aliam prorſus familiam: Guibertus Novingenti Abbas de Anſelino Caroli Ducis proditore: *Dominum ſuum Regem prodidit, & in externum genus curſum genealogiæ tranſtulit.* Et Wilhelmi Calculi Continuator: *Huic quoque* (Ludovico V. Regi) *ex alia familia ſucceſſit Hugo in regnum, Hugonis Magni filius.* Si itaque Hugo Capetus ex alia fuit familia, ex genere externo, alterius ſtirpis, immeritò deducitur illius genus à Carolo etiam per fœmineam propaginem, & per Caroli M. Spurium Hugonem. Et videtur melius ſcripſiſſe ante ſexcentos annos Glaber Rodulphus, de origine Capetica: *Hugo filius Roberti Pariſiorum Comitis, qui videlicet Robertus brevi in tempore Rex conſtitutus, & ab exercitu Saxonum eſt interfectus: cujus genus idcircò adnotare diſtulimus, quia valdè inantè reperitur obſcurum.* Et Albericus ſuprà allegatus: *Iſte Robertus à paganis Nortmannis fuit occiſus; ulterius de ejus genere neſcierunt Hiſtoriographi dicere.* Sed de hoc alibi locus erit plura promendi. Interim de Opinione hac decima, quæ inſinuata à Lazio Sectatores deinceps nullos habuit, ceu minimè probabilis, hæc adduxiſſe ſufficiat. Repetemus hæc fortè non ſemel, quia inculcanda ſunt ſæpius ijs, qui non omnia legunt, & obvia ſolent credere, quæ legunt.

Aimo. Floriac. lib. 2. de mirac. S. Bened.
Ivo Carnot. Ep. 89.
Alberic. Chronic. ad an. 968.
Auth. vitæ Lud. Pij.
Glaber Rodulph. l. 1. c. 3.
Wilhelm. Nangiac. hiſt. Lud. 8.
Joan. Iperius Abb. in Chronic.
Guibert. lib. 1. de vitâ ſuâ.
Wilhelm. Calc. Contin. lib. 8. c. 26.
Glaber. hiſtor. lib. 1. cap. 2.
Alberic. ſup. cit.

# CAPUT XI.

## Undecima opinio de Origine Auguſtæ Domus Habſpurgo-Auſtriacæ.

Habſpurgicos derivari à Comitibus Merſpurgicis.

### §. Unicus

### Refertur hæc opinio, & reijcitur.

ENtzelius quidam apud Henningem conatur è Saxonia repetere Originem Habſpurgicam, novâ & à nullo alio (quod ſciam) tritâ viâ; an oſtentandi ingenij gratiâ, an veritatis indagandæ ſtudio, an aſſentandi ſuis patriotis cauſa, non decernam; certè nullo operæ pretio. Sic verò ille Geneſim diſponit.

*Altenburgenſes & Merſpurgenſes Comites, ex quibus Gero Marchio Luſatiæ & Brandeburgenſis ortus, juxta Entzelium.* Henning. P. 2. Germ. fol. 93.

Guntramus Comes Altenburgenſis & Merſpurgenſis, qui ſedem ſuam in veteri arce circa Merſpurgum ad fluvium Cliam cum poſteris habuit, & vixit circa Annum 850.

Rabodus Comes Altenburgenſis & Mersburgenſis.

Otto Comes Altenburgenſis & Mersburgenſis.

| | | |
|---|---|---|
| Rabodus II. Comes Altenburg. & Merſpurgenſis Vxor Bertha filia Sigeberti ultimi Comitis Habſpurgici, cum qua propagatum ſecundum ſtemma Comitum Habſpurgenſium putat Entzelius. | | Eruvinus Comes Altenburgenſis & Merſpurgenſis, Dynaſta Franconiæ & Wirtzburgi Vxor N. |
| Dietburga vel Darburga Vxor Alberti IV. Comitis Aſcaniæ. | Habburga concubina Henrici Aucupis Imp. ex qua natus Tanquardus. | Gero Comes Altenburgenſis & Merſpurg. Burggravius Magdeburgenſis, creatus ab Ottone I. Imp. Marchio Brandeburgenſis Anno 940. à quo cæteri Brandeburgici. |

II. Hic author parùm valdè per orbem, & per libros videtur peregrinatus, qui cùm fortè legiſſet Habſpurgicos prius denominatos Comites Altenburgi, nullum aliud præter Saxonicum extare credidit Altenburgum. Veniſſet in Auſtriam, illic etiam vnum reperiſſet: veniſſet in Carnioliam, & Styriam, vtrobiq; vetuſta ſatis caſtra ſub Altenburgi nomine illi monſtrata fuiſſent. Et quis ille Sigebertus Comes Habſpurgicus circa annum Chriſti 1000. cujus filia Bertha poſtrema ſtirpis nupta fuiſſet Rabodo Merſpurgenſi? ex quibus antiquis documentis hæc deprompſit? Nullum credo hactenus repertum, qui huic

huic ſomnio ſubſcriberet: videtur enim hæc opinio vti nata, ſic diſſoluta inſtar marinæ Spumæ: adeóq; nec digna refutatione. Tales fabulatores, qui ex ſuo cerebro parturiunt Genealogias, & ſibi ceu oraculis credi volunt, inveniuntur plures; ſuperiore præſertim ſeculo, quo nondum multi libri Typo ſubjecti erant. Putabant enim in rebus, quæ eorum tempore in obſcuro erant, quidlibet licere confingere; credituros illicò poſteros, nec ullum unquam futurum, qui probationes exigeret. Sed noſtrâ ætate verificatur illud Senecæ: *Tenue eſt mendacium: pellucet ſi diligenter inſpexeris.* Longo tempore Author Ludorum Equeſtrium, ſeu Torneamentorum Georgius Reuxner (vt notat Balbinus) fidem habuit, & ceu verax æſtimatus eſt, quem tamen explodit Henricus Meibomius; & fabulatorem haſtiludiorum nominarunt Munſterus, & Stumpfius, quod fortè nomina aliqua pretio comparata inſeruerit, alia confinxerit: de quo alibi occurret occaſio plura dicendi.

Sen. Epiſt 79

Balbin. Epit. rer. Bohem. lib. 1. cap. 6 fol. 24.

Meibom. in Notat. ad Chron. Corbejen.

# CAPUT XII.

## *Duodecima opinio de Origine Auguſtæ Domus Habſpurgo-Auſtriacæ.*

Habſpurgicos derivari ab antiquis Bavariæ Ducibus, & Marchionibus Antuerpienſibus.

§. *Unicus.*

### *Proponitur hæc opinio, & reijcitur.*

JAm olim aliqui, ſed Anonymi, vt eſt apud Henningem, hanc opinionem tradiderunt, quam poſtea ſive Joannes Jacobus Fugger, ſive ejus reviſores reproduxerunt, ceu vero ſimilem. Volunt iſti ex poſteris Adelgeri Bojorum Regis, qui Anno Chriſti 493. Gotthis junctus contrà Francos pugnaſſe fertur, & victus abdicato Regio titulo clientelare obſequium Francorum Regibus præſtitiſſe: cujus nepos Utilo (vt ajunt) ob fidelem operam navatam Theodoberto filio Regis Francorum Theodorici contrà Danos, factus fuerit Marchio Antuerpienſis, per quem ſtemma geminum propagatum, Carolingorum ſcilicet, & Ducum Sueviæ. Libet exhibere Geneſis fragmentum ex mente horum Authorum.

Fugger in Spec. lib 1. Bucel. To. 1. Germ Geneal. fol. 13.

Adelgerus Rex Bavariæ Anno 456. poſtea renuntiato Regis titulo Anno 493. Dux Bavariæ.

Theodo Dux Bavariæ. Obit Anno 512. Uxor Reginobirga, quæ Reginoburgo ſeu Ratisbonæ nomen dedit.

Utilo Dux Bavariæ Anno 516. Cochelarium Regem Daniæ terra marique aggreſſus vicit, & à Francis in præmium Marchionatum Antuerpienſam accepit.

Theodo II. propagator ſtirpis Ducum Bavariæ.

Henning. P. 1. Germ. fol. 166.

Huge-

★

Hugobertus vel Sigebertus Marchio Antuerpienſis obijt Anno 563. Hactenus Henninges, qui ab hoc deducit reliquos Marchiones uſque ad Carolum Magnum : Fugger verò conjecturando deducit Sueviæ Duces, & Habſpurgicos, ut ſequitur.

Aſopertus vel Ansbertus Marchio obijt Anno 560.

Arnulphus cognomento Buggiſus Marchio.

S. Arnulphus March. & Dux Brab.

Anſegiſus March. & Dux Brabant.

Pipinus Junior Dux Brabantiæ.

Carolus Martellus Dux Brabantiæ.

Pipinus Brevis Rex Francorum.

Carolus Magnus Imperator.

Sigebertus Dux Alemannæ An. 630. filius Sigeberti Marchionis Antuerpiani nepos Utilonis, ſecundum Fuggerum.

Ottobertus primus Comes Habſpurgi floruit Anno 660.

Babo Comes Habſpurgi.

Amprinctus Comes Habſpurgi Aano 688.

Ottobertus II. Comes Habſpurgi fundator S. Trudberti Anno 724.

Ottobertus III. Comes Habſpurgi.

Guntramus Comes Habſpurgi obijt An. 814. vel Luitfridus Guntrami gener.

Henning. cit. Fugger ſpec hon. lib. 1. fol. 20. 21. & 22.

II. Sic quidem cùm Henningio, licet eum non alleget, Joannes Jacobus Fugger, & inſuper ſuſpicatur, ab eodem prædicto Sigeberto Utilonis nepote propagatos Duces Sueviæ hoc modo.

Sigebertus Dux Alemanniæ Anno 630. nepos Utilonis Marchionis. Vxor Engeltrudis filia Heriberti Ducis Franconiæ.

Ottobertus primus Comes Habſpurgi, ut ſup. | Velibaldus Comes Vindoniſſæ. | Gunzo Dux Alemaniæ Anno 645. | Ernoaldus Major-Domus Regiæ.

Fridburga Vxor Sigeberti Regis Auſtraſiæ. | Godefridus Dux Alemanniæ obijt Anno 709.

Luitfridus Dux Alemanniæ Anno 722.

Odilo Dux Alemanniæ. | Theobaldus Dux Alemanniæ.

Hildeprandus Dux Alemanniæ filius Theobaldi vel Odilonis, parens Hildegardis Imperatricis Caroli Magni Conjugis.

III. Hæc opinio ſic diſponens Geneſim, & commiſcens Francos, Bavaros, Suevos, & Habſpurgicos multis ſcatet erroribus, & anachroniſmis. Nam primò aſſerit, quæ non probat : Utilonem Bojum creatum Marchionem Antuerpienſem nullus veterum (quod hactenus legerim) prodit. Recentiores Utilonem Bojum agnoſcunt, ſed de ejus Marchionatu ſilent : ab eo aliquem prognatum Sigebertum, vel Hugobertum non abnuerim, ſed vnde conſtat ab hoc ſive Sigeberto, ſive Hugoberto deſcendiſſe duos fratres, quorum vnus obierit Anno 560. alter verò Anno 630. floruerit : quod eſt incredibile, cùm toto

ferè ſeculo ab invicem diſtent. 2. Seriem Habſpurgicorum qualem hi exhibent, nullus aliorum Authorum prodidit, nullus duos Ottobertos ordine repoſuit parentem, & avum Guntrami. 3. Unde conſtat, quòd ex Sigeberto præfato ſimul ortæ ſint duæ illuſtres familiæ, Ducum Sueviæ per Gunzonem, & Comitum Habſpurgi per Ottobertum? Hæc eſt mera arbitraria imaginatio, velle tam diverſas perſonas in unam ſtirpem cogere, eò unico argumento, quòd nominetur circà ea tempora Dux Sueviæ, quibus floruit Ottobertus; ergò ex eodem patre ſunt nati. Item quia nominatur poſteà Godefridus Dux Sueviæ, cujus parentis nomen non indicatur, ergò fuit filius Gunzonis. Et plura talia hic coacervantur, & non probantur. Alia eſt Geneſis Sueviæ Ducum apud Chiffletium ex Thegano, licet fortè nondum exacta, nihilominùs priore certior, quæ ſic ordinatur.

Thegan. ap. Chifflet in Lum. Geneal. f. 205.

Gothefridus Dux Sueviæ.

Houchingus Dux Sueviæ.

Nebi Dux Sueviæ.

Imma Uxor N. Comitis in Sueviâ.

Hildegardis Uxor Caroli Magni.

Hæc Geneſis depromitur ex verbis Thegani ſcriptoris vetuſti, ubi ait de Carolo Magno: *Sibi junxit nobiliſſimi generis Suevorum puellam nomine Hiltegardam, quæ erat de cognatione Gothefridi Ducis Alemannorum: Gothefridus Dux genuit Houchingum: Houchingus genuit Nebi; Nebi autem genuit Immam: Imma verò peperit Hildegardam beatiſſimam Reginam.* Non diſputo fueritne Imma vir aut mulier, de quo vide Raderum; hoc ſatis propoſito, malè diſpoſitam eſſe Geneſim præmiſſam. Malè etiam adſtrui ab Henninge, quòd Ansbertus maſculinâ propagine originem trahat à Ducibus Bavariæ; patet ex ejus Geneſi, quam ſuprà adduximus cap. 4. §. 3. magis ſinceram, & probatam.

Rader. in Hildegar. Bau. S.

Plura poſſent addi, ſed ex his ſufficienter eſt rejecta hæc opinio.

CA-

# CAPUT XIII.

## *Decimatertia opinio de Origine Auguſtæ Domus Habſpurgo-Auſtriacæ.*

Habſpurgicos derivari ab antiquis Comitibus, & Præfectis Vindoniſſæ Helvetiorum.

### §. I.

### *Explicatur Decimatertia Opinio.*

OPinioni huic ſignum extulit Franciſcus Guillimannus in opere, quod intitulavit *Habſpurgiaca, ſive de antiqua, & vera origine Domûs Auſtriæ, &c. ad Rudolphum II. Imperatorem, impreſſo Mediolani Anno* 1605. Doctrinam ejus breviter complectamur. Et docet I. Guillimannus: quantum ex veterum monimentis, ac literis fide dignis conijci poteſt, Genealogiam Habſpurgicam petendam eſſe à veteri Helvetiæ nobilitate, primumque hujus familiæ Comitem, de quo certò conſtet) fuiſſe Ottobertum ſub titulo Comitis Altenburgici: à quo reliqua ſeries Altenburgicorum, & dein Habſpurgicorum manavit.

II. Docet. 2. Si inquiratur in majores Ottoberti probabiliter ei patrem aſſignari poſſe Velibaldum, aut Theodibaldum Patritium, & Præfectum Vindoniſſæ in Helvetia. Extat quippe vetuſta Inſcriptio lapidi inciſa, quæ conſumptis vetuſtate primis literis Tibaldum vel Velibaldum Vindoniſſæ Præfectum teſtetur. Unde ait: *Et propè animum induco, ut eum Theodibaldum, ſive Velibaldum eſſe credam, quem Aimo Ultrajuranum patritium ſub Ludovico II. Dagoberti filio, generis nobilitate, & divitiis ſeſe extollentem facit, cui frater erat Amelbertus, ſive Adelbertus trito genti Habſpurgicæ vocabulo. Imò qui Ottoberti Elſatiæ, & Briſiacæ Landgravij, quem tot auctores, tot ſententiis, & contentionibus requirunt, potius genitorem credat; non aberret à tempore, loco, antiqua Altenburgenſium potentia, & mecum ſentiat.* Guillim. lib 2. Habſp. c. 3.

Porrò Aimoinus, quem allegat, de Velibaldo, ſeu potius Willebaldo hæc habet: *Flaucatus* (is erat Præfectus Palatij, ſeu major Domus in Burgundia ſub Clodoveo Rege Anno 649. *in Burgundiam tranſiens commiſſa ſibi munia impigrè curabat. Cujus reſtitit conatibus Willebaldus Ultrajuranus patritius, qui generis nobilitate, & opum affluentia ſeſe extollens, deſpectui ducebat illi ſubijci, aut ejus parere præceptis.* Aimoin. lib. 4 cap. 39. & 40. Pergit deinde narrare diſſimulationem Flaucati, donec Willebaldus evocatus ad aulam, opprimeretur, provt etiam non multò poſt à Flaucato occiſus eſt: ſed neq; Flaucatus diù ſupervixit. Nam idem Aimoinus de utroq; ſic concludit: *Flaucatus febre vexatus in ſcapha per Ararim Divionem caſtrum devectus, ibi exhalavit Spiritum, &c. Creditum eſt à plurimis hos duos viros Flaucatum videlicet, & Willebaldum, dignas meritorum ſuorum luiſſe pœnas, eo quòd multis irretiti eſſent perjurijs, quæ datis ad invicem per loca Sanctorum Sacramentis, commiſerant.*

III. Docet 3. Habſpurgicos Comites ſanguine, & familiâ eosdem eſſe cum Altenburgicis, Altenburgicos cum Vindoniſſenſibus, idq; egregiè probat ex antiquis monimentis, & ſcripturis, præſertim quòd aliquando promiſcuè uſurpaverint titulos Altenburgenſium, & Habſpurgenſium. Et quidem Rathbotus ſeu Radepoto, qui omnium conſenſu fuit Habſpurgicus etiam Comes Vindoniſſæ eſt appellatus, vt ex obitûs Inſcriptione ejus conjugis in Codice pergameno habetur: *X. Calendas Auguſti obijt Itha Comitiſſa, Uxor Comitis Radepotonis, de Vindoniſſa.* Quod tamen fortè Rhythmi gratiâ aliquis poſteriorum temporum ſcripſerit.

Guillim. cit. f. 42.

MS. Einſidlenſ. Cœnob.

IV. Docet 4. Multò honorificentius eſſe Habſpurgicis derivari ab Helvetijs, quàm à Perleonibus aut Francis, quorum opiniones priore libro refutaverat; vtpote ab Helvetijs *gente olim armis virisque* (inquit Tacitus) *mox memoriâ nominis clarâ;* qui teſte Julio Cæſare: *reliquos Gallos virtute præcederent.* Quorum amicitiam, & fœdera nunc quoque Auſtriaci Principes amplectuntur.

Tacit. lib. 1. hiſt. Cæſar. Comment. de Bello. Gall. lib. 1.

V. Docet 5. Unde anteceſſores Velibaldi originem traxerint incertum eſſe. Divinare tamen quiſpiam poſſet non ineptè à veteribus Romanis, qui Vindoniſſæ ante Francos, & Burgundiones dominati ſunt. Verba ejus appono: *Quodſi eatenus denique Habſpurgienſes ſive Vindoniſſenſes Comites Româ oriundos ſcriptores adfirmant, quatenus Vindoniſſæ, & caſtri Vindoniſſenſis Comites, & Præfecti Romani fuere, ſive à principio Romanorum Imperatorum eo in loco gubernatores, & miniſtri, non longè fortaſſe à vero receſſerint, &c.* Hanc verò fuiſſe mentem Joannis Stumpfij ante Guillimannum, fatetur ipſe Seifridus Pierleoniſta, & cum eo Lequile, his verbis: *Cæterùm Joannes Stumpfius etſi inficiari non poſſit Habſpurgiorum gentem à Romanis oriundam eſſe, nimis tamen altè petita eorundem tradit primordia, adeò ut non ſolùm veteres etiam Habſpurgios, ſed & omnes Altenburgicos Comites ab una eademque ſtirpe Romana propagatos affirmet: quorum majores ex præſidiariis militibus ad Vindoniſſam veterem Romanorum coloniam conſediſſe, arcemque Altenburgum extruxiſſe opinatur. Ejusdem omninò opinionis eſt Franciſcus Guillimannus in ſuo Habſpurgiaco, quem miror nullam Stumpfij feciſſe mentionem, cum tamen penè omnia, quæ in hanc ſententiam affert, à Stumpfio ſit mutuatus.* Non vidi Stumpfium, proinde hic cenſuram ſuſpendo: nihilominus Guillimannus hanc opinionem adſcribit Ulrico Kriegio, & Alberto Argentinenſi, vt mox dicam.

Guillim. cit. lib. 2. c. 2.

Seifrid. lib. 1. cap. 6. Lequil. Tomo 1. fol. 236.

VI. Docet 6. Guillimannus probabilius tamen eſſe Vindoniſſenſes Comites ex antiqua Helvetiorum ſtirpe progenitos. Ità enim loquitur in ſua Helvetia: *Quidquid antiquæ dignitatis, & authoritatis Vindoniſſæ fuit, Comites Altenburgenſes occupavere, cùm caſtri Vindoniſſenſis Dominium ad ſe tranſtuliſſent: ædificatâque eo in loco novâ arce ſub antiquo caſtri titulo, quod Altenburg ideò nominarunt, Altenburgenſes ſeſe Comites, & Vindoniſſæ Dominos nuncupantes. Ipſi ex antiqua Helvetiorum ſtirpe, mox ſub Burgundis abolito Romanorum Imperio clari; tum verò ob virtutem Francis, qui Burgundiæ Reges extiterunt, in pretio habiti, maximas opes ſibi compararunt.* Hæc eſt totius opinionis iſtius ſubſtantia, & ſola difficultas

Idem Guillim. Helvet. l. 1. c. 3.

cultas de Ottoberti parente, & alijs ejus majoribus: cæterùm ab Ottoberto incipiendo, & in ejus ſucceſſoribus ſicubi diſcordat ab Authoribus alijs Guillimannus, concordari poteſt. Diſpoſitionem graduum ab Ottoberto deinceps ſupra dedi cap. 9. §. 3. Conſentire videtur Guillimanno Laurentius Beyrlinck, qui ab antiquis Helvetijs Habſpurgicos ortum habere affirmat. Laur. Beyrl. Theat. vitæ hum. lit. H. fol. 109.

## §. II.

## *Probatio Decimætertiæ Opinionis.*

UT probet ſuam opinionem Guillimannus proponit Inſcriptionem antiquam ex ruderibus Vindoniſſæ, quæ dicitur facta tempore Dagoberti Regis, extare in templo S. Martini, quam ex ipſo Guillimanno, & Pieſpordio hic ad literam exprimimus. Guillim. Habſpurg. iib. 2. c. 3. fol. 43.

✠ IN ONORE SCI
MARTINI ECPI
URSINOS EB
ESCVBET(O IoE
TIBALDUS ✠ LIN
CVLFVS FECIT.

Eandem Inſcriptionem etiam produxit in Helvetia ſua idem Guillimannus, ſed aliter deſcriptam, nam prior eſt in Habſpurgiacis. En tibi alteram diverſam. Idem Guillim. in Helvet. lib. 1. c. 3

IN ONORE STI
MARTINI ECPI
VRSINVS EB
ELVPVS ET DE
TIBALDVS ✠ LIN
CVLFVS FECIT.

II. Vis ponitur in voce Tibaldus, quæ multum differt à Velibaldus, & Willebaldus, quia tamen dicit eſſe extritas literas; ſuſpicatur eſſe nomen Velibaldi aut Theodibaldi: qui junctis opibus cum Urſino Epiſcopo templum illud condiderit: & putat veroſimile eſſe hunc Velibaldum fuiſſe patrem Ottoberti adeóq; ejusdem familiæ. *Cur enim Theodibaldum Comitem, cujus eâ inſcriptione in ipſius Vindoniſſæ, nunc quidem vici D. Martini æde remanſit memoria, non crediderim Ottoberti parentem, potius quàm aliunde, ut plerique alij, requiram, aut adfingam? cum tempora quibus vixit, loca quæ tenuit, potentia quâ præſtitit eandem ſententiam reddant probabiliſſimam.* Et certè non videtur ſpernenda omninò hæc conjectura, conſideratis illis circumſtantijs, & ſuppoſito, quod Ottobertus in quo penè omnes conſentiunt latè extenſas poſſeſſiones habuerit in Burgundia Transjurana hæreditate acquiſitas, & quidem etiam Vindonſſam tenuerit, vix enim credibile alium diverſum à loci Domino templi principis ſtructuram in ſe recepiſſe. Deinde ſi vera eſt Genealogia veterum Comitum Guillim. Habſp. lib. 3. c. 1.

Salmenſium, adhuc ante hunc Tibaldum, ſeu Theobaldum, ſeu Velibaldum fertur vixiſſe Ottobertus alius Comes Vindoniſſæ, dictus Habſpurgicus anticipatâ nomenclaturâ apud Scriptores poſterioris ævi, cujus filia Dorothea nupta Carolo Salmenſi aſſeritur Anno 588. vidua fuiſſe. Et probabile jam tunc etiam Ottobertum illum Vindoniſſenſem fatis conceſſiſſe, cujus filius aut certè nepos eſſe potuit Theobaldus, & patris ſui vel avi nomen filio imponere. Hæc conjectura eſt in defectu monimentorum aliorum, ſanè non penitus reijcienda.

III. Quodſi ex Guillimanno quæras, quis fuerit Tibaldi pater, qui majores? reſpondebit fuiſſe nobiles Helvetios antiquos. Sed quia hos eo tempore dominatos, aut opulentos fuiſſe, quando Romani rerum potiebantur vix eſt credibile, dicet videri non malam conjecturam, quod Tibaldi proximi progenitores fuerint omninò Helvetij, remotiores verò Romani Vindoniſſæ Præſides aut Præfecti. *Quod ſi eatenus* (inquit ille) *Habſpurgienſes ſive Vindoniſſenſes Comites Româ oriundos affirmant, quatenus Vindoniſſæ, & Caſtri Vindoniſſenſis Comites, & Præfecti Romani fuere, ſive à principio Romanorum Imperatorum, eo in loco gubernatores, & miniſtri, non longè fortaſſe à verò receſſerint. Et animi fallor, aut ea Ulrici Krieg, & Alberti Argentinenſis, & nonnullorum veterum, cum ita ſcriberent, neque Romanæ hiſtoriæ cognitionem aliam haberent, mens & opinio fuit.* Guillim. Habſp. lib. 2. c. 2. Certè hæc non malè divinat Guillimannus, ac divinando firmat ſuam opinionem, conceſſurus ultrò Pierleoniſtis, hanc opinionem quòd Habſpurgici à Romanis orti ſint traditum ab Argentinenſi, ab Ulrico Krieg, & fuiſſe traditionem tempore Rudolphi Imperatoris, ſed à talibus Romanis, qui ſeculo quarto, & quinto æræ Chriſtianæ pro Romanis Vindoniſſam gubernarunt, cum quo ſtare omninò poteſt, quod reliqui ſeculo ſexto, & ſequentibus fuerint Helvetij majores Habſpurgicorum, non autem Perleones.

IV. Secundò probat ſuam opinionem, aut probare poteſt Guillimannus, quià non deſunt authores, qui ei ſubſcribant, ante Guillimannum Ulricus Krieg, vt modo dictum, Albertus Argentinenſis, Joannes Stumpfius: poſt Guillimannum Joannes Piſtorius Nidanus, Martinus Zeillerus, qui etiam citat Gaſparem Dornavium, & Gaſparem Scioppium in Conſilio Regio, &c. Nec abhorret Didacus Lequile Pierleoniſta, qui ait: *La terza opinione appare aſſai probabile, reſtando ben dimoſtrata, e per ragioni, & per authorità, e per antichità, e per memorie quali legger ſi ponno appreſſo Guillimanno.* Joan. Piſtor. in Chron. Conſtant. Martin. Zeiller. in Judic. de hiſtoric. Dornav. in Panegyr. Rudolphi I. Imp Lequile in Panegyr. Ferdinand. Caroli

V. Tertiò probat Guillimannus, quia Ottobertus, & ſucceſſores ejus uſi ſunt titulo Comitum de Vindoniſſa. De Ottoberto quidem non extat ullum ſcriptum, ſed de Anno 880. quo imperante Carolo Craſſo floruit Landolus, ſeu Landolohus ex poſteris Ottoberti, Epiſcopus Darvienſis, ſeu vt alij volunt Trevirenſis, qui ſæpè ad S. Gallum divertebat Romam ſolitus proficiſci. De hoc teſtantur Eckerardus continuator Ratperti Monachus S. Galli: *Cujus Vindoniſſa cum multis aliis hæreditas erat.* De Radepotone, quòd hunc quoque titulum uſurpaverit ſupra diximus. Ex quibus non vana conjectura eſt, omninò Habſpurgicos ortum habere ab illo Theodibaldo, ſeu Velibaldo Vindoniſſæ Eckerard. in MSS. de caſib. Monaſt. S. Galli. Guillim. Habſp. lib. 2. c. 3.

Præ-

Præfecto nobili Helvetio, ſive jam majores ejus Helvetij indigenæ fuerint, ſive Romani primis ſeculis inquilini Helvetiæ.

## §. III.

### *Impugnatur Decimatertia Opinio.*

PRrimum quod Guillimanno obijcit Pieſpordius, eſt quòd ipſemet Guillimannus fateatur *incertum eſſe, an is quem inſcriptio indicare vult Theodibaldus an Velibaldus legi poſſit, aut debeat.* Sed pro Guillimanno quiſpiam retorquere poteſt, etiam incertum eſſe an primus author Habſpurgicorum ex Francis Regibus ortus ſtatui debeat Sigebertus vel Odobertus: Sine dubio conjectura per ſe certitudinem non habet; ſed verò ſimile tamen eſt, quòd pro *Tibaldus* legendum ſit *Libaldus*, & eraſum ſit quod præcedebat *Ve*, aut *Wil*, quod conjunctum ſuperiori efficeret Velibaldus, aut Willibaldus; vel fortè fuit ſcriptum Theotibaldus. Pieſpord. in Tab. Stemmatogr.

II. Secundò obijcitur, quòd inſcriptio illa non prodat fuiſſe Comitem Vindoniſſæ. Verùm ex hoc non ſequitur, quòd non fuerit; quià multi ſuos titulos ommittunt brevitatis cauſa, quod tamen non tollit illis tales titulos. Sic Imperatores in diplomatibus non ſubſcribunt aliud, quàm ſolum nomen, *Ferdinandus*, *Leopoldus*: non tamen ex hoc ſequitur, quod non ſint Imperatores.

III. Tertiò obijcitur: quod Willibaldus ille Transjuranus non ſit occiſus Anno 644. vt habet Guillimannus, ſed anno quarto regni Clodovei II. ideſt ſalutis noſtræ 649. vt Aimo habet. Hæc quoq; Objectio vana eſt, quia Guillimannus annum repoſuit in margine, & errore Typographi poſitum eſt DCXLIV. pro DCXLIX. numerus V. pro X. & plures alij errores irrepſerunt in editionem Guillimanni, vt apparet legentibus. Deinde quinquennium omniſſum non tollit narrationi probabilitatem, quia non deſumitur argumentum ex anno certo, ſed ex perſona.

IV. Quartò obijcitur, ex ipſo Guillimanno colligi Velibaldum illum non fuiſſe Dominum Vindoniſſæ, quia fatetur, quod Childebertus II. Rex Auſtraſiæ, Burgundiam, & in ea Vindoniſſam per adoptionem Guntrami Regis patrui obtinuerit, & ſedem Cathedralem inde Conſtantiam tranſtulerit An. 597. quo facto oſtendit ſe abſolutum loci Dominum. Nec hoc vim habet; quia poſſet dicere Guillimannus j. inter annum 597. & 644. intercedere 47. annos, intrà quos poterat illud Dominium acquirere Velibaldus. 2. Quando quiſpiam conſequitur alicujus caſtri Dominium, non eximit illud à ſupremo Dominio Principis: atq; ità licet Velibaldus eſſet proprietarius caſtri Dominus, ſemper tamen manſiſſet ſubjectus Regi Burgundiæ, ſine cujus conſenſu Epiſcopatus transferri non potuit.

V. Unicum, quod ſerio poteſt obijci, illud eſt: quod Guillimannus inquirendo originem Haſpurgicam nihil ſuperaddiderit prius inventis, præter unicam perſonam Velibaldi, & hanc ſub dubio; & merâ conjectu-

râ,

râ, nec determinaverit an iſte Velibaldus habuerit majores Romanos, aut Helvetios aut Francos, niſi divinando modo hoc, modo illud. Quæ tamen objectio communis eſt pluribus alijs opinionibus. Nam & Perleoniſtæ pro ſuis Perleonibus aliud non afferunt, quàm conjecturas; imò vt ſuas conjecturas forment, ſeriem generationum ab Ottoberto Comite turbant, & interrumpunt contrà fidem monimentorum antiquorum in Cænobijs, & fundationibus Habſpurgicis repertorum. Trithemij verò, & Lazij ſequaces non interrumpunt quidem ordinem generationum ab Ottoberto, ſed in parente Ottoberti, & ejus majoribus pari modo titubant, & ſolis conjecturis utuntur. Proinde expenſa hac Guillimanni inventione, judico probabilem eſſe, non autem certam, & ſi cui à Romanis deducere liberet originem Habſpurgicam, hac via inſinuata id exequi deberet, non autem ſecundùm Pierleoniſtas: quod tamen etiam ſine conjecturis, vix aliquis in effectum deducet.

# CAPUT XIV.

## *Decimaquarta opinio de origine Auguſtæ Domus Habſpurgo-Auſtriacæ.*

### Habſpurgicos derivari à Comitibus Thierſteinijs.

### §. I.

### *Explicatur Decimaquarta Opinio.*

Henning. P.1. Germ. f.387 M. An. Domin. in Aſſert. Gall. Gothofred. in Gen. Chifflet. in Lumin. prærogat. lum. 2. fol. 322.

FUit quondam illuſtris familia Comitum de Thierſtein in Suevia, qui tandem in Auſtriam ſub Rupolpho I. migraſſe, & Ebersdorffenſem arcem condidiſſe feruntur: ab his volunt accerſere Habſpurgicam originem M. Antonius Dominicus J. C. in Aſſertore Gallico, & Theodorus Gothofredus in Genealogia Auſtriaca edita Anno 1624. quàm non vidi; ſed exhibet Chiffletius, cum quo libet eam lectori ob oculos ponere.

*Genealogia familiæ Habſpurgicæ, ex originibus Murenſis Monaſterij in Helvetia, editis Spirenbergij Anno* 1618.

I. *Iſta eſt Genealogia noſtrorum Principum: Theodoricus Dux Lotharingoram, & Cbuono Comes de Rinfelden fratres fuerunt: horum ſoror fuit Itha Comitiſſa de Habſpurg reparatrix hujus Murenſis Cœnobij. Genuit autem Theodoricus Gerardum Ducem: ille verò genuit Gerardum de Egisheim, patrem Udalrici, & Stephani.*

II. *Chuono Comes de Rinfelden, genuit Rudolphum Regem: & ille genuit Agnetem, matrem Conradi Ducis.*

III. *Ita de Habſpurg genuit Wernherum Comitem, & Richenſam Sororem ejus de Lentzburg.*

IV. *Wernherus genuit Othonem, & Itham de Thierſtein.*

V. *Otto genuit Wernherum, & Adelheidem de Huneburg.*

VI. *Itha*

IV. *Itha de Thierſtein, ſive Homberg, genuit Wernherum, & Rudolphum de Habſpurg.*

VII. *Idem Wernerus genuit Adelbertum, Gertrudem de Mumpelgard, Richenſam de Fierrito.*

VIII. *Albertus per Ithamm Comitiſſam de Pfullendorff, filiam ſororis Ducis Welph, genuit Rudolphum, & Comitiſſam de Linigen.*

IX. *Ruodolphus per Agneſam filiam Gottfridi de Stouffen, quod eſt inter Wormatiam, & Spiream, genuit Albertum, Ruodolphum, Wernerum, Helwigam, Gertrudem, vxores Hermanni, & Luduvici fratrum Comitum de Froburg.*

X. *Albertus per Heilwigam filiam Ulrici Comitis de Chiburg, genuit Albertum, Hartmannum.*

XI. *Ruodolphus frater dicti Alberti per filiam Luitholdi de Regenſperg genuit Gottfridum, Wernherum, & alios complures.*

Hanc Genealogiam Gothofredus veram, & genuinam eſſe cenſet: Chifflet ius verò imperfectam, & mutilam pluribus argumentis oſtendit, quæ contrahemus.

Eandem Genealogiam reimpreſſit Dominicus Abbas Murenſis An. 1651. cujus obſervationes circa eam ſequenti §. adferemus.

## §. II.

## *Impugnatur Decimaquarta opinio, & iterum vindicatur.*

SI conferatur hæc Genealogia cum alia ejusdem Cœnobij Murenſis circà eadem tempora conſcripta, manifeſtè colligitur hæc in multis deficere, nec agnoſci poſſe genuina, illam ſuo loco inferius proponemus.

Contrà hanc eſt 1. Genealogiſta hic Monachus Murenſis, ſermone, & diſpoſitione barbarus, indiligens, & varius, prætermiſsâ ab initio virili ſtirpe Principum Habſpurgicorum orditur ab Itha Lotharinga, cujus maritum Radepotonem ne quidem nominat.

II. Contrà 2. Itham hanc, quæ omnium confeſſione, & conſenſu ſcriptorum fuit Lotharinga, nominat Comitiſſam Habſpurgicam duplici errore, quia hunc titulum non à genere, ſed à marito trahere debuit; deinde quia maritus nondum putatur uſus hoc titulo, ſed ejus filius Wernerus. Unde & ipſa (vt ſupra oſtenſum) nominata eſt *Uxor Comitis Radepotonis de Vindoniſſa.*

III. Contra 3. oſtendit Genealogiſta magnam indiligentiam, quòd Itham ſcribat nudè fuiſſe ſororem Theodorici, & Chunonis, qui erant ſolùm fratres uterini non germani, quod poſterior Geneographus accuratè diſtinxit. Idem eſt de Agnete matre Conradi, quem iſte non ſatis exprimit, alter verò expreſsè vocat Conradum Ducem de Zäringen.

IV. Contra 4. In num. 6. manifeſtus eſt error, vbi ponit *Itha de Thierſtein ſive Homberg*, quia fuerunt duæ diſtinctæ familiæ, vti nominibus ſeu prædicatis, ità & in poſſeſſionibus. Et confundit duas Ithas, quarum vna de

qua hic mentio fuit revera Hombergica genere, ſed Wernero II. Habſpurgico nupta, altera fuit Itha nata ex Wernero I. Comite Habſpurgico, & nupta Rudolpho Comiti de Thierſtein, à quo cæteri Thierſteinij, qui nihil de cætero ad Habſpurgicos. Errorem autem hujus Geneographi advertit Guillimannus, quod Homberg, & Thierſtein Dominia fuerint vicina, vti & Rhynfelda, in valle Friccæ ſeu Frickthall, adeò vt eorum Domini convenientes in prato, cui nomen Efezmar, obverſis invicem tergis quisq; ad ſuum caſtrum oculos conijcere potuerit. Non igitur hæc Itha de Thierſtein, ſed ſolùm de Homberg appellanda erat, mater Werneri, & Rudolphi.

Guiilim. lib. 4. c. 4. Habſpurg.

V. Contrà 5. hic Geneographus inter filios Alberti Habſpurgici prætermiſit numerare Rudolphum Imperatorem numero 10. & tranſivit mox ad alteram lineam, ad Rudolphum fratrem Alberti: quod ſine dubio ex craſſa ignorantia fecit, cum legeret duos Rudolphos eodem tempore, credens eſſe unum eundemque. Vel certè, quod ego ſuſpicor, hic author ignarus formandæ Genealogiæ collegit ſolùm Benefactores ſui Cœnobij, permiſcens plures familias, & in unam coaptans. Quidquid ſit, cùm in ipſis Alberti, & Heilwigis Kiburgicæ liberis, quorum tempore vixiſſe videtur, recenſendis erraverit primogenitum ommittendo, ſatis negligentiam ſuam, & imperitiam oſtendit, vt proinde parùm fidei mereatur. Qua de cauſa verò Gothofredus, qui & hanc Genealogiam, & alteram infra producendam ſinceriorem edidit, & factâ comparatione inter vtramque cenſuerit iſtam eſſe veriorem; cùm ſileat Chiffletius, ego non capio, quià ſtatim primâ fronte vtraque inſpecta apparet, hunc authorem planè rudem eſſe, & ignorantem, vel fortè malitioſum, quales noſtro ævo plures eſſe conqueritur Scioppius, qui gloriam Habſpurgo-Auſtriacæ Domûs obfuſcatam, & ſplendorem nominis extinctum vellent.

VI. Sed quomodo præmiſſa Genealogia intelligenda ſit, egregiè explicat Dominicus Abbas Murenſis in libello ſuprà allegato, apud Lequilem, ex quo libet nonnulla decerpere ipſis formalibus verbis Authoris. Ait igitur: Pro clariori intellectu hujus Genealogiæ obſervandum in primis eſt, quod quidam anonymus de eadem accuratè notavit in hæc verba. *Actorum (nos librum Fundationis nuncupamus) collector, quamvis Anonymus fideliſſimus ſanè ac certiſſimus author Monachus fuit Murenſis Monaſterij, vixitque ante annos ferè quingentos: nimirùm, ut ipſe teſtatur ſub Canzelino Abbate, de quo ibidem agitur in Inſtrumentis Annorum* 1128. *&* 1132. *Scripſit autem paulò poſt obitum Adelberti Comitis circà Annum plus minus* 1142. *monuitq; poſteros, ut ſicut ipſe, quæ vel ante eum, vel ſuis temporibus huic Sanctæ Eccleſiæ collata fuerant deſcripſerat; ſic & illi facerent, qui poſt ipſum venturi erant. Unde non vana fortè fuerit eorum conjectura, qui Genealogiam Actis præfixam non unius tantum Authoris fuiſſe dixerint, ſed duorum. Quorum prior fuerit, vel idem Actorum ſcriptor, vel alius ejusdem Cœnobij Monachus ipſi coætaneus, qui Genealogiam duxerit usq; ad Richenzam, de Fierrito, quæ idem ſeculum non longè exceſſit, ubi ſtemmatis pars prior non incommodè conſtitui poterit. Rectè enim partem alteram, ſeu ſupplementum conficient, quæ ſubſequuntur ab*

Dominic. Abb. apud Lequile. To. 1. de reb. Auſtr. f. 249.

Al-

*Alberto marito Ithæ de Pfullendorff, & deinceps, diverſo omninò ſtylo, & ſpeciali loquendi formula conſcripta. Per Itham*, inquit, *per Agneſam, per Helwigam, per filiam Luitholdi, &c. quæ continuatorem potius redolent, quàm primitivum Authorem, &c. Quo verò tempore continuator ſuum Genealogiæ ſupplementum attexuerit; hinc colligi videtur, quòd inter liberos Alberti, & Helwigæ duos tantum filios Albertum, & Hermannum recenſeat, omiſſo tertio ab Anno* 1242. *paſſim celebrato.* Hæc Dominicus: ſed malè addit illum, qui omiſſus eſt, tunc nondum natum, vel Monachis non innotuiſſe, quia Rudolphus ille omiſſus (poſtea Imperator) natus eſt Anno 1218. & fuit primogenitus; ſi ergò juniores innotuerant, & nati erant, potuit etiam innoteſcere Rudolphus primogenitus, vt paſſim creditur. Probabilius putem completam illam Geneſim circa an. 1226. quo nondum plenam prolium Alberti notitiam habuerint Murenſes, & caſu iſte ommiſerit Rudolphum, ſicut accidit Lequileo, vt infrà dicemus.

VII. Rurſum ibidem Dominicus, vt ex ſtylo colligo (non enim ſua Lequile ſatis diſtinguit ab alienis) advertit, quòd in illa priore Geneſi ſuperiore capite relata, dicatur: *Itha de Thierſtein ſive Homberg genuit Wernherum*, quod ſic intelligendum arbitratur: *Itha nominatur de Thierſtein, ex quo ſuſcepit duos filios Wernherum, & Rudolphum de Habſpurg, ſic dictos à ſtemmate paterno Ithæ matris, quæ fuit filia Wernharij, ſoror autem Ottonis Comitis de Habſpurg. Ex his quaſi digito demonſtrari poteſt Guillimanni lapſus, dum Wernhero Comiti de Habſpurg Ottonis filio, non Adelbertum, ut nos, ſed Wernherum Ithæ de Thierſtein filium ſupponit, cum tamē Itha de Thierſtein ſoror fuerit Ottonis Comitis de Habſpurg. Fefellit credo Guillimannū pronomen Idem, qui ratus id Wernerum immediatè præcedentem indicare, non advertit ibi ab Auctore Genealogiam Comitum de Habſpurg propter Comites de Lentzburg, de Baden, de Thierſtein interruptam reſumi, ac deinceps ordine deduci usque ad Albertum, & Hartmannum fratres Rudolphi Regis Romanorum, &c. alioqui in Wernhero Ottonis filio Habſpurgicæ familiæ proles maſcula prorſus defeciſſet. Wernerus enim iſte quem Guillimannus lineæ Habſpurgicæ interſerit, non fuit Comes de Habſpurg, ſed ut dictum Comes de Thierſtein, & per conſequens etiam Adelbertus, ſi ejus filius, cæteri que omnes, qui longiſſimâ ſerie ſibi mutuo ſuccedunt Comites, Principes, Duces, Reges, &c. paterno ſtemmate ex Comitibus de Thierſtein deſcendunt. Quis credat? imò quis non indignetur? Abſit enim ut Habſpurgica Domus tot invictiſſimorum Heroum procreatrix ulla vi dirui poſſit, &c.* Hactenus Dominicus Abbas, & ex eo Lequile. Sed omninò ipſe falli videtur, non Guillimannus. Nam vt ſuprà dictum, hoc ipſo, quòd Geneographus ille Murenſis ſcribat *Itha de Thierſtein ſive Homberg*; oſtendit ſuam inſcitiam, cùm duas diſtinctas Ithas in unam confundit, Itham ſcilicet de Thierſtein, quæ à marito ſic appellata eſt (fuitq; filia Wernheri I. Habſpurgici, ſoror Ottonis) & Itham de Homberg, quæ à patre ſic nominata fuit, Uxor Werneri II. Habſpurgici ex Ottone geniti, cui ſuprà Uxorem non aſſignaverat, ſed interrumpendo Geneſim, egit de ſucceſſione Richenſæ, quæ fuit Habſpurgica ſoror Wernheri I. Hac ſucceſſione finita, revertitur ad filium Ottonis Wernherum, cujus loco ſolùm nominat ejus conjugem *Itham de Thierſtein ſive Homberg*, & deberet ponere *Itha de Homberg uxor Werneri II. genuit Wernerū*, &

Rudolphum. Et ſic intellexit Guillimannus: ſic alter Geneographus expreſſit: & conſequenter dicendo numero 7. *Idem Wernerus genuit Adelbertum* intelligi debet Wernerus immediatè præcedens, non ſuperior Ottone genitus, nempe Wernerus III. filius ſecundi. Ridiculum verò eſt, quòd dicat Ithæ de Thierſtein, ſive Homberg filios *Wernerum, & Rudolphum ſic dictos à ſtemmate paterno Ithæ matris.* Quis unquam Geneographus ità ſolet appellare maſculos à ſtemmate materno? Uxores benè ſolent nominari à ſtemmate paterno, filij verò non item à materno. Benè itaque diſcurrit Guillimannus, malè Dominicus, & quidem iſte ſupponens Itham dictam de Thierſtein, ſive Homberg eandem eſſe, quæ ſupra nominata fuerat Werneri I. filia ſoror Ottonis, cum fuerit diverſa, nata de Homberg, non autem de Thierſtein, Uxor Werneri II. & mater Werneri III. prout expreſsè habet alter MurenſisGeneographus apud Gothofredum, quem Dominicus ſi legit, malè corrigere voluit: ſi non legit mirum eſt, cùm in eodem Monaſterio inventus ſit, vt ait Gothofredus; niſi fortè interea deperditus, quia Gothofredus ſcripſit An. 1624. Dominicus autem 1651. Videtur autem etiam Pieſpordius ignoraſſe hanc Genealogiam, & alteram infra proponendam à Gothofredo editas, quia licet ſibi formet bivium, cùm ad Ottonem Habſpurgicum pervenit ponendo ſemel unicum Wernerum Ottonis filium, juxta verò eundem Wernerum Ottonis filium cum altero Wernero nepote, nihilominùs ait: *Hunc qui hactenus ſcripſerunt Wernero II. natũ ignorarunt, aut utriusque nomen vitamque in unam contulerunt.* Et rurſum: *Hunc* (nempe Wernerum II.) *præter Guillimannum cæteri omnes Ottonis filium, & Alberti III. patrem conſtituunt.* Sed ante Guillimannum ſcripſit MurenſisGeneographus uterq; à Gothofredo editus, quorum ſaltem unum viderit Guillimannus, cum faciat Murenſium chartarum mentionem. Et videtur omninò ſuadere etiam Chronologia. Nam ſi Otto (vt habet ipſe Pieſpordius) An. 1080. interfuit ludis Equeſtribus Auguſtæ celebratis, fuit tunc minimum 30. annorum, & obijt 1110. Sexagenarius. Wernerum II. credibile eſt natum circà annum 1080. vel prius, qui ſi cum Wernero III. confundatur, & obijſſe dicatur poſt Annum 1162. quo adhuc inter teſtes adducitur, fuiſſet octogenario major: quod quidem impoſſibile non fuit; ſed ſi idem Wernerus ſupponatur genuiſſe filium Adelbertum An. ætatis 25. jam Albertus (quem conſtat obijſſe An. 1199.) perveniſſet ad ætatem 94. annorum. At verò interpoſito Wernero III. juxta utrumque Geneographum Murenſem (quidquid ſentiat Dominicus Abbas) optimè cohærebit Genealogia. Nam Otto obijt An. 1110. Wernerus II. An. 1143. Wernerus III. An. 1162. Albertus deinde Dives An. 1199. Quæ cum anteriores Trithemio, & Lazio coævi non obſervaſſent, & nihilominùs laborarent, quomodò integro ſeculo duas ſolum generationes concederent, ſcripſerunt Wernerum II. minorennem relictum ab Ottone, ſub cura, & tutela Alberti patrui; ſed nullâ allegatâ authoritate (quantum deprehendere poſſum) ſolùm ea de cauſa ne videretur Wernerus I. nimis ſenex gignere Albertum, qui An. 1199. obijt. Sed non eſt credibile Wernerum II. ab Ottone relictum minorennem, quia ſic eum in ſenectute gignere debuiſſet; ſiquidem

Pieſpord. in ſtemm. Auſtr. Schẽ. 3. p. 5.

vt

vt diximus An. 1080. fuit Otto minimum Annorum triginta, & obijt 1110. cur vel cum nuptijs exſpectaſſet totos 40. annos, vel ante quadrageſimum ætatis annum non obtinuiſſet prolem? Credamus itaq; potius Geneographis antiquis Murenſibus, quàm recenti Dominico, cui tamen in cæteris libenter aſſentimur, modo Wernerum III. non excludat. Hinc jam

VIII. Si benè expendatur hæc Genealogia conſcripta circa An. 1226. vt paulò ante ex Dominici Abbatis conjectura dictum eſt, eadem prorſus erit cum altera ſequenti capite adducenda, licet hæc parùm rudior, & obſcurior. Nam omiſſis, quas ille interſerit, alijs familijs, & adhibitâ explicatione ſuperius allatâ, hæc demum Geneſis elicietur ex illa.

N. 1. & 3. Radepoto Comes de Vindoniſſa. Uxor Itha Duciſſa Lotharingiæ Soror Theodorici Ducis. Reparatrix Cœnobij Murenſis.

N. 4. Wernerus I. Comes de Vindoniſſa, & primus de Habſpurg (deeſt Uxor) — Richenza de Habſpurg nupta Comiti de Lentzburg.

N. 5. Otto Comes de Habſpurg. — Itha Comitiſſa de Habſpurg, Uxor Comitis de Thierſtein.

N. 6. Wernerus II. Comes de Habſpurg Uxor Itha de Homberg. — Adelheidis Comitiſſa de Habſpurg. Vxor Comitis de Huneburg.

N. 7. Wernerus III. Comes de Habſpurg. (deeſt Vxor.) — Rudolphus Comes de Habſpurg.

N. 8. Gertrudis Com. de Habſpurg nupta N. Montbelgartenſi. — Adelbertus Comes de Habſpurg Vxor Itha Comitiſſa de Pfullendorff. — Richenſa Comitiſſa de Habſpurg, nupta N. de Fierrito.

N. 9. Rudolphus Comes de Habſpurg Vxor Agneſa filia Gottfridi de Stauffen. — N. Comitiſſa de Habſpurg, nupta N. Comiti de Linigen.

N. 10. & 11. Wernerus IV. Comes de Habſpurg. — Albertrs II. Com. de Habſpurg. Vxor Hailwiga filia Vlrici Comitis de Kiburg. — Rudolphus Com. de Habſpurg. Vxor filia Luitholdi Com de Regenſperg. — Helwigis & Gertrudis Com. de Habſpurg. nuptæ duobus fratribus Comitibus de Froburg.

Albertus Comes de Habſpurg. — Hartmannus Comes de Habſpurg. — deeſt Rudolphus Comes de Habſpurg, qui poſtea Imperator. — Gotfridus, Wernerus, & alij plures de Habſpurg.

Hæc omninò mens fuit primi Geneographi Murenſis, qui rudis in ſcribendis Genealogijs aliqua prætermiſit, quæ poſteris occaſionem dederunt malè illum interpretandi, & aſſerendi, quòd Habſpurgici originem habeant à Thierſteinijs. Ideò poſterior Geneographus ejusdem Cœnobij, emendaturus, & ſuppleturus defectus ab hoc commiſſos, eandem ipſam Seriem (vt videbimus) produxit, ſed multò clarius, adijciens ea, quæ deſiderabantur. Cæterùm,

terùm, licet hoc fragmentum bonum ſit Genealogiæ Habſpurgicæ, eſt tamen ſolum fragmentum, & nihilominus manet adhuc quæſtio de aliis majoribus Radepotonis, & de prima origine altiori, quam hic Geneographus non inveſtigavit, contentus meminiſſe Benefactorum ſui Cœnobij, inchoando ab Itha, quæ Cœnobium inſtauravit, & quaſi de novo condidit. Quod autem M. Ant. Dominicus Gallus hanc Geneſim judicaverit genuinam Habſpurgicorum, facilè cauſam divinamus, vt ſcilicet nobilitatem Habſpurgo-Auſtriacorum deprimeret, & viceverſa Capeticam attolleret, pro qua laboravit in vanum.

# CAPUT XV.

## *Decimaquinta opinio de origine Auguſtæ Domus Habſpurgo-Auſtriacæ.*

Habſpurgicos derivari à Gunthramo, vel alio quopiam Comite Altenburgico prætermiſſis ejus majoribus.

### §. I.

### *Explicatur Decimaquinta Opinio.*

QUi ſecuriore viâ incedere volunt, difficultates vitare, & certiora ſequi, prætermittunt primos gradus Comitum Altenburgi, quorum certa, & indubitata connexio non habetur, & inchoant ab ijs, à quibus putant ſe abſque controverſia proſequi Genealogiam. Sed etiam in hoc variant.

Rhoo Annal. l. 1.

II. Gulielmus de Rhoo in Annalibus Auſtriacis incipit à Gunthramo I. quem Guillimannus, & alij, ſecundum hoc nomine, vocant. Floruit is circà annum 950. Conſentit in hoc Chriſtianus Matthias, qui de Pharamundana ſtirpe in Habſpurgicos derivata conjecturam dubiam putat, à Guntramo tamen Divite deinceps certam Geneſim agnoſcit. Pari modo auſpicatur à Gunthramo Jacobus Marchantius. Ab hoc eadem Guntramo inchoant quædam membranæ veteres Cœnobij Murenſis in Helvetia, & Dominicus Abbas ejusdem Cœnobij libello edito conſtantiæ Anno 1651. cujus Synopſim paulò poſt dabo.

Chriſt Matt. in Theatro.

Jac. March. lib. 3. Flandr

Albit. in Geneal. Gualt. in Chron. Princ.

III. Antonius Albitius incipit à Betzone filio prædicti Guntrami, quem alij Betzelinum, Lancelinum, Cantzelinum appellant. Subſcribit Albitio Joannes Gualterius Belga.

Wurſbain. in Relat. Hiſtor. Tab. 2. Gen.

Leonardus Wurſbain Norinbergenſis Doctor librum edidit multâ refertum eruditione; ſed non ſatis digeſtum pro lectorem facilitate, & intellectu, in quo fatetur originem Habſpurgicam à Rapotone ultimo Altenburgi, & primo Habſpurgi Comite ritè poſſe deduci, antiquiora verò ſuſpicatur incerta. Nihilominùs aliâ viâ procedens à Carolo Magno derivat Habſpurgicos, vt ſuo loco explicabimus.

Fugger in Specul. lib. 1. fol. 23.

Jo. Jacobus Fugger ponderatis alijs opinionibus, tandem arbitratur originem Habſpurgicam repeti debere à Luitfrido, ſive is fuerit ex Attici progenie, vt aliqui volunt, ſive filius Luithardi rectâ ſerie ab Ottoberto deſcendens, vt communior opinio, quod indeciſum relinquit.

IV. Ex

IV. Ex quo ſaltem habetur, quòd iſti Authores tanquam certum ſupponant, Habſpurgicos Comites originem habere ab Altenburgi, ſeu Vindoniſſæ Comitibus, licet iſtorum certa ſeries defectu documentorum exhiberi non poſſit. Quis autem Altenburgicis dederit initium, an Romanus, an Francus, an Suecus vel Helvetius, non inquirunt, quia vt ajunt multi in hoc labore oleum, & operam perdiderunt conjecturando. Videntur tamen pleriq; ſupponere, quòd Vindoniſſæ Comites orti ſint à vetuſtis Francorum Regibus. Fundamentum potiſſimum ſic opinantium ſunt ſcripturæ Murenſis Cœnobij in Helvetia, quibus credunt: nihil ſoliciti, quid per alia Monaſteria diſperſum reperiatur. Sed non ideò prætermitti debent etiam alij majores Habſpurgicorum, qui ſui memoriam reliquerunt in alijs locis, tametſi certa graduum connexio haberi non poſſit; quia ſinguli eorum conferunt aliquid ad ſplendorem Auguſtæ familiæ, cujus honori tales labores eruditorum ſuſcipiuntur. Interim exhibebimus hic, quæ ab his authoribus proponuntur.

## §. II.

## *Genealogia Habſpurgicæ Domus ex veteribus membranis Cœnobij Murenſis edita à Gothofredo, à Jo. Jacobo Chiffletio, & contractius à Lequile.*

I. GUntrannus Comes de Altenburg, *cognomine Dives, genuit Lanzelinum Comitem de Altenburg.* Chifflet. in lumin. prærog. fol. 323.

II. Landzelinus *genuit Rudolphum, Radepotonem, Wernherum Epiſcopum Argentoratenſem, & Landzelinum Juniorem. Wernherus verò Epiſcopus Cœnobium noſtrum Murenſe conſtruxit Anno Domini M. XVIII. Fuit etiam Fundator Caſtri Habeſpurg. Is à Conrado Imperatore anno Domini M. XXVII. Conſtantinopolim miſſus, ibidem anno M. XXIX. diem clauſit extremum.*

III. Radeboto *verò frater Werneri Epiſcopi, duxit Uxorem Itham, Theodorici Ducis Lotharingiæ germanam, & Chunonis Comitis de Rhinfelden Uterinam Sororem. Genuit autem Dux Theodoricus Gerardum Ducem: ille verò genuit Gerardum Comitem de Egisheim, patrem Udalrici, & Stephani. Chuno Comes de Rhinfelden genuit Rodolphum Regem; & ille genuit Agnetem matrem Chunradi Ducis de Zäringen. Radeboto verò Comes de Altenburg genuit ex Ita Duciſſa conjuge Ottonem, Adalbertum, & Wernherum, jam Comites de Habſpurg nuncupatos, & Richenzam vxorem Comitis Udalrici de Lentzburg. Otto verò Comes prædictus occiditur ab Ernliebo milite; & ſepelitur Argentinæ ante altare S. Laurentij. Adelbertus frater ejus obijt anno Domini M. XXV. Sepultus in Monaſterio noſtro Murenſi; ambo ſine liberis decedentes. Kal. Auguſti obijt Itha Comitiſſa, vxor Comitis Radepotonis de Vindoniſſa.*

IV. Wernerus *verò alter frater illorum duxit Regelindam Comitiſſam vxorem. Is Baſilicam noſtram Murenſem conſecrare fecit anno Domini M. LXIV. obijt verò III. Idus Novembris anno Domini M. XCVI. ſepultus in Cœnobio. Reliquit filios Ottonem, & Adelbertum, & Itam vxorem Comitis Rudolphi de Thierſtein. Adelbertus, cujus vxor Judenta non genuit filios.*

V. Otto

V. Otto *verò genuit ex Hilla Comitiſſa de Pfyrt Wernherum Comitem, & Adelheidem vxorem Comitis de Houvenburg, & Friccæ. Præfatus Comes Otto occiditur VI. Idus Novemb. ab Heſſone nobili de Uſenberg an. Domini M. C. X.*

VI. Wernherus Comes, *Ottonis, & Hillæ filius genuit Wernherum, & Rudolphum ex Itha Comitiſſa de Homberg conjuge, quorum Rudolphus obijt* ANNO M. C. XLVII. *ſine prole.*

VII. Wernherus de Habſpurg Comes *ex Itha de Homberg genitus, genuit ex Domina de Starckenberg vxore Adelbertum, & Richenſam, conjugem Comitis de Fierrito, & Gertrudem, Comiti de Montpelgard nuptam. Obijt Wernherus an. Domini* M. C. LIX. *ſepultus in Monaſterio noſtro.*

VIII. Adelbertus Comes de Habſpurg *Wernheri filius genuit ex Itha Comitiſſa de Pfullendorff, Rudolphum Landgravium Alſatiæ, & Itham Comitiſſam de Liningen.*

IX. Rudolphus Landgravius, *Adelberti & Ithæ filius, genuit ex Agneſa filia Gotefridi Comitis de Stouffen, quod eſt inter Wormatiam, & Spiram, Albertum Landgravium, & Rudolphum Comitem de Habſpurg, & Helwigam, vxorem Hermanni Comitis de Froburg, & Gertrudem vxorem Comitis Ludovici, Comitis de Froburg, fratris Hermanni; & Wernherum Comitem de Habſpurg, qui ſine liberis deceſſit.*

X. Albertus Landgravius Alſatiæ, *genuit ex Helwiga Comitiſſa de Kiburg Rudolphum Romanorum Regem, Albertum Canonicum Baſileenſem, & Strasburgenſem, & Hartmannum, qui ſine liberis deceſſit.*

Rudolphus verò Comes de Habſpurg, *& Dominus in Louffenberg, & Cletgouve, frater prædicti Alberti Landgravij, genuit ex Gertrude nobili de Regenſperg Gotfridum, Wernherum, Ottonem, Eberhardum, & Rudolphum Epiſcopum Conſtantienſem.*

Hactenus illa Genealogia, quæ collata cum altera, quam ſuprà retulimus cap. 14. §. 1. multò exactior eſt, licet videatur recentior illâ; cum enim ex illa priore quaſi eadem verba ſubinde referat, apparet quod poſterior Genealogiſta voluerit prioris errores emendare. Exorſus iſte eſt duobus gradibus altius, quàm prior, nec ulterius ſe ad anteriores extendit, quia ſine dubio in ſuo Monaſterio Anno 1018. fundato, plura de Habſpurgicis notata non reperit nomina, præterquam Lanzelini, & Guntrami, quorum alter parens, alter avus fuit Radepotonis, cui nupta Itha Lotharingica. Cùm verò etiam ex Trudpertino Monaſterio antiquiore documenta exſtent de anterioribus Comitibus Altenburgi, non minor illis habenda eſt fides: atque ità vtcunque ampliari poteſt hæc Genealogia Murenſis Monachi. Fragmentum tamen hoc ambabus manibus nunc amplexantur, qui ſincerè ſcribunt de Habſpurgica Domo, quia per hoc convincuntur Pierleoniſtæ erroris, & figmenti, quo volunt Habſpurgicam ſtirpem Germanam extinctam in Wernero, ſive II. ſive III. vt ſuprà vidimus. Porrò hoc fragmentum cùm ſit coævum Rudolpho I. Imperatori Habſpurgico, ipſa ſui antiquitate ſe probat, nec aliâ eget probatione, cum efficaciſſima in hoc genere ſoleat eſſe probatio, antiquæ membranæ, veterum authorum

afſer-

assertio, lapides sepulchrales, diplomata, & literæ, quæ de hisce generationibus copiosè satis producit Guillimannus, & fortè nos alibi attingemus. Paulò aliter (vt suprà adverti) Dominicus Murensis hanc Genealogiam deducit, quam videre mihi non licuit, nisi contractam apud Lequile; ideóq; imperfectiorem. Eam nihilominùs provt reperi exhibebo.

## §. III.

### *Alia Genealogia ex MSS. Cœnobij Murensis conscripta à Dominico Abbate Murensi, & ex hac à Didaco Lequile.*

NOn multum differt hæc à superiore, quia tamen nec Lequile vbiq; est obvius, nec Dominici Abbatis Opusculum, quod ipse ego studiosè quæsitum, hactenus nancisci non potui, spero non displiciturum Lectori, si hanc quoq;. ijsdem verbis, quibus Lequile, adduxero Genealogiam, *cujus seriem* (vt loquitur Lequile) *breviori ordine hoc modo decem Generationibus exhibemus.* Ex quibus verbis colligo, quod Lequile Genealogiam Dominici contraxerit. Lequil. de reb. Austriac. P. 1. fol. 221.

### GUNTRANNUS.
### *Comes de Altenburg cognomento Dives.*

VIxit Guntrannus seculo X. nempe An. Domini 950. vt Gerardus de Roo lib. 1. Annalium consignavit. Filium reliquit hæredem nomine Kantzelinum.

Generatio Prima.

### KANZELINUS.
### *Comes de Altenburg.*

DE hoc Kantzelino, sicut & de patre Guntranno liber Fundationis Monasterij Murensis expressè testatur. Ejusdem Cœnobij monumenta quatuor filios tribuunt Kanzelino eidem, Radepotonem, Rudolphum, Kanzelinum, & Wernerum, seu Wernharium.

Generatio Secunda.

### RADEBOTO.
### *Comes de Altenburg, primus de Habspurg, cognomento Constans.*

IDem liber, qui suprà, & commemorationem Radepotonis facit, & ipsi tres filios assignat, videlicet Ottonem, Albertum, & Wernharium. Auctor Genealogiæ Fundatorum addidit etiam filiam nomine Richenzam.

Generatio Tertia.

### WERNHERUS sive WERNHARIUS.
### *Primus Comes de Habspurg cognomento Pius.*

QUam justè Wernharius cognomentum Pij sit adeptus, facilè est intelligere ex ijs, quæ ex libro fundationis prolixius de eo cõmemorat Guill. l. 5. c. 1.

ad quem Lectorem remitto. De obitu Wernharij idem liber Fundationis mentionem facit, qui etiam eidem duos filios tribuit, Ottonem, & Adelbertum: & Genealogia Fundatorum addit quoq; filiam nomine Itam.

Generatio Quarta.

## OTTO.

### *Comes de Habſpurg cognomento Doctus.*

DE Ottone liber Fundationis continuata ſerie duo inter reliqua ſubnectit. Unum, quòd per aliquot annos Advocatiam, ſeu protectionem Murenſis Cœnobij tenuiſſet: alterum, quòd poſt aliquot annos ab Heſſone quodam nobili de Uſimberg in Domo ſuo Buttenheim interfectus eſſet: corpusq; ejus ibidem in Clauſtro ante januas Eccleſiæ ejusdem Monaſterij ſepultum.

Generatio Quinta.

## WERNERUS II.

### *Comes de Habſpurg.*

DE iſthoc Wernero in vnico duntaxat Inſtrumento Monaſterij Murenſis fit mentio expreſſa circà finem libri Fundationis. Guillimannus lib. 5. c. 4. hunc Wernerum erroneè Ottonis nepotem facit, deceptus vno Wernero Comite de Habſpurg, qui in rerum natura nunquam extitit. Liberi Werneri in Genealogia Fundatorum adnotantur his verbis: *Idem Wernerus genuit Adelbertum, Gertrudem de Mumpelgard, Richenzam de Fieritto.*

Generatio Sexta.

## ADELBETUS I.

### *Comes de Habſpurg cognomento Dives.*

GUillimannus loco ſuprà citato aſſerit Werneri Comitis filium fuiſſe, non hunc Adelbertum, ſed Wernerum alterum: idque probare conatur ex monumentis Murenſibus. At præfatus Abbas Dominicus, qui integram Fundatorum Murenſis Cœnobij brevemq; adnotavit Genealogiam, Guillimannum eisdem, quibus alios oppugnat armis, funditùs expugnat. De Uxore atq; liberis hujus Adelberti Divitis, eadem Genealogia ſic habet: *Albertus per Itam Comitiſſam de Pfullendorff, filiam ſororis Ducis Welph, genuit Rudolphum, & Comitiſſam de Linigen.*

Generatio Septima.

## RUDOLPHUS I.

### *Comes de Habſpurg.*

RUdolphus per Agneſam filiam Gotfridi de Stouffen, quod eſt inter Wormatiam, & Spiram, genuit Albertum, Rudolphum, Wernerum, Hetvigam, Gertrudem vxores Hermanni, & Ludovici fratrum Comitum de Froburg: ita Genealogia Fundatorum. De hoc Rudolpho Comite nulla præterea mentio reperitur, in monimentis Cœnobij Murenſis.

Gene-

Generatio Octava.

## ALBERTUS II.

### *Comes de Habſpurg cognomento Sapiens.*

GEnealogia Fundatorum de vxore, & liberis Alberti hæc habet: *Albertus per Heilwigam filiam Ulrici Comitis de Kiburg genuit Albertum, Hartmannum.* Alia monumenta Monaſterij Murenſis addunt etiam tertium filium Rudolphum. Ità enim in Faſtis legimus: *Domina Heilwigis de Habſpurg, nata de Kiburg Comitis Alberti II. vxor, & Regis Rudolphi prædilecta mater, quieſcit in Monaſterio Muri.* Quoddam aliud inſtrumentum adducit author, in quo Albertus ipſe Comes Canonicus Argentinenſis, & Baſileenſis vocatur.

Generatio Nona.

## RUDOLPHUS II.

### *Comes de Habſpurg primus Romanorum Rex, &c.*

DE hoc Rudolpho quem Juniorem, & de patruo ejus Rudolpho, quem ſeniorem appellabant, agitur in quadam Bulla Pontificia Innocentij Summi Pontificis ſub Dat. Lugduni Kal. Februarij. Pontificatus ejusdem an. VI. quæ Bulla incipit: *Dilectis Filiis, &c.*

Generatio Decima.

## ALBERTUS III.

### *Comes de Habſpurg, primus Cæſar Auguſtus, Auſtriacorum Principum.*

ALbertus Rudolphi filius ex Habſpurgi Comite I. Dux Auſtriæ, &c. non longè ab Habſpurgo interficitur. Mortem Alberti Cæſaris Rudolphus de Liebegge Scholaſticus Beronenſis verſibus planxit, &c. Hæc omnia è libello præfato ſunt aſſumpta, cujus author totum ſuum laborem his tantum Generationibus X. compaginavit. Ità Lequile ex Dominico.

Utramque hanc Genealogiam in quantum conveniunt, ultrò admitto; & veram exiſtimo, ſed altior Origo inquirenda eſt, cùm conſtet dudum ante Habſpurgicos plures vixiſſe: & in hoc vertitur cardo difficultatis, vt prima illorum nobilis origo oſtendatur: ad quod non ſufficit ibi ſolum incipere, vbi omnia certa, & anteriora ommittere.

## §. IV.

### *Opinionem hanc nonnihil ampliatam, oſtenditur eſſe probatiſſimam.*

MUrenſes Cœnobitæ cùm ſcriberent fundatorum ſuorum memorias, non erant multum ſoliciti de Genealogijs; vnde initium fecerunt ab ijs, qui primi vel Fundatores vel Benefactores occurrebant. Et de his, quæ annotata ſunt omninò merentur fidem præ multis alijs; Sed non ideò ſolùm illi ad Geneſim Habſpurgicam ſpectant, quorum meminere Murenſes: quærendi

plures alij, quærenda ſubſidia apud alios ſcriptores, in alijs Cœnobijs: quod quidem præſtiterunt Lazius, Menlius, Guillimannus, alij; vt ſi altioris originis indaginem prætermittere velis, & ſolos Comites Altenburgi, & Habſpurgi recenſere, ſaltem ab an. Chriſti circiter 600. citrà controverſiam ordiri poſſis Geneſim Habſpurgicam.

Henſchen. To. 3. April. ad diem 26.

II. Primus erit in ordine hactenus ex vetuſtis membranis notus *Ottobertus Comes*, qui S. Trudperto locum condendæ ædiculæ aſſignavit, hic floruit circà an. 640. obijt an. 667. vt pleriq; tradunt. Nihil dubito habuiſſe parentem æquè divitem ac nobilitate clarum; ſed ejus, & aliorum majorum nomina obvoluit vetuſtas. Author vitæ S. Trudperti, qui fuit Erkenbaldus, & putatur vixiſſe circà annum Chriſti 800. & poſt eum alius, qui ſcripſit ſeculo decimotertio, expreſsè nominant *Ottobertum Comitem*, cùm de S. Trudperto inquiunt: *Ad nobilem quendam Dominum Alſatiæ, qui dicebatur Othobertus, de cujus ſtirpe magnifica generoſa propago Comitum de Habſpurg traxit originem.* An verò ipſe Ottobertus, & ejus majores ſe nominaverint Comites de Habſpurg, vti putant nonnulli, vel Comites Altenburgi, & Vindoniſſæ, vti vult Guillimannus, nolo hic diſceptare. Puto tamen illo ſeculo prædicata ejusmodi nondum fuiſſe uſitata; vnde licet jam tunc caſtrum Habſpurg in Ergovia ſtetiſſet, non tamen ab eo ſe denominaſſet Ottopertus, ſaltem in Scripturis, & Inſtrumentis. Quidquid verò ſit de nomenclatura, ſtirpem tenemus, quæ jam an. 640. Chriſti, titulo, & dignitate Comitum inſignis poſterioribus Habſpurgicis, & Auſtriacis ſanguinem communicavit. Et hoc in dubium revocari non poteſt.

III. Jam quæ in Orbe illuſtris familia poteſt altius ordiri cum fundamento, & veritate ſuam Geneſim, & quæ ſaltem ab an. 600. Chriſti? Non ſum neſcius apud Lazium, Henningem, & recentiorem Bucelinum multas reperiri Genealogias, quæ multò altius incipiunt, ſed nulla additur probatio: & in multis tam manifeſtæ apparent fictiones, vt ipſas ſæpè familias pudeat ejusmodi ementitæ originis. Ego poſt multas horas in hoc ſtudio Genealogico non ſolùm Auſtriadum, ſed & plurium nobilium familiarum abſumptas, non poſſum aliud cum veritate dicere, quàm quòd non pridem ſcripſit Papebrochius:

Papebroch. To. 2. April. in Propylæ. cap. 3. f. 45.

*Eæ familiæ, & ſunt, & meritò habentur antiquiſſimæ, quæ ſuum nomen ad quatuor, aut quinque ſecula ſurſum ducere, ac probare poſſunt, ex publicis eorum, de quibus agitur temporum documentis: ſine quibus aſcendere, qui nititur, ſomniculoſos Genealogiſtas inveniat oportet, etiam ad Remum ac Romulum, ipſumque Adamum, qualemcunque familiam adulatoriâ fictione perducturos*: vult dicere; ſuſpectas eſſe Geneſes, quæ ante an. Chriſti 1100. incipiunt, & non poſſunt oſtendere documenta legitima. De ſummis Principibus alia eſt ratio, quia horum facta, & nomina jam olim ab Hiſtoricis ſunt conſignata; ſed de alijs familijs infrà Magnos Principes nihil reperies primis 6. vel 7. ſeculis præter nuda nomina ſine cognominibus; quæ tamen ſecernere non poteris, niſi aliquis proximus ad ea tempora hiſtoricus (ſcribens poſtquam cognomina inventa erant) cùm eſſet adhuc recens memoria continuatæ ſucceſſionis hujus vel illius familiæ, dubium ſuſtulerit; vel certè ſacrorum locorum erectiones, per aliquot ſeculorum tradi-

ditionem memorias alicujus familiæ conſervaverint. Et hoc contigit Habſpurgicis: niſi fuiſſent Cœnobia Trudpertinum, Murenſe, S. Petri Hercyniæ, & alia, perijſſet eorum memoria, quæ adhuc extat ab anno Chriſti 640. Enimverò

IV. Primis ſeculis æræ Chriſtianæ nulla nobilis familia de Genealogijs erat ſolicita, vtpote in continuis revolutionibus, & populorum migrationibus, per quas integræ familiæ vel eradicabantur, vel transferebantur: nec erat locus inter aſſidua bella literis, vix erat qui ſcribere noſſet. Et ſi quid annotatum fortè fuit; per bella, ruinas, incendia, barbarorum incurſus, ſublatum eſt, ac interijt. Nulla inſtrumenta ferè comparent, quæ ante annum Chriſti milleſimum confecta, & ſcripta fuerint. In ipſis Cœnobijs, quæ ſola conſervarunt aliquid antiquitatis, licet reperiantur ſcripturæ nonnullæ ante tempora Caroli Magni formatæ, ſuſpectæ tamen ſunt, & plures ſuppoſititiæ, quàm ſinceræ; vti nuper adverterunt accuratiſſimi ſcrutatores antiquitatis Henſchenius, & Papebrochius. Sed eſto omnes tales ſcripturæ ejusdem eſſent ætatis, quam præferunt, nihil tamen ex illis aliud poſſemus elicere, quàm ſummorum Principum nomina. Cæteri, qui adducuntur in ſubſcriptionibus, ſolo nomine noti ſunt, nec ullum cognomen habent, vt non poſſis ſecurè dicere hoc nomen ad hanc, illud ad aliam ſpectare familiam. Imò ſubſcriptiones teſtium olim non fuerunt vſitatæ. Plurima diplomata exhibet Gewoldus in Metropoli Salisburgenſi à Carolo Magno ejusque ſucceſſoribus edita, in quibus ne quidem Cancellarij ſubſcripti ſunt. Ludovicus Imperator Caroli Magni filius An. Chriſti 821. ſolebat curare ſolùm ſubſcribi: *Signum Hludovici Sereniſſimi Imperatoris, Sigebertus ad vicem Fredegiſi Abbatis.* Et alibi: *Hildebertus Subdiaconus ad vicem Grumoldi Archi-Capellani recognovi.* In multis nec talia ſunt addita. Et hic modus ſubſcribendi duravit vſq; ad tempora Ottonum; atque adeò vſq; ad an. Chriſti milleſimum, circà quem adhiberi cœperunt ſubſcriptiones teſtium, ſed ſolis eorum nominibus appoſitis. Sic Henricus III. Imp. in diplomate dato Popponi Epiſcopo Brixinenſi, ait: *Qui autem hoc Foreſtum fieri laudaverunt, hi ſunt. Wezil, Adelram, Babo, Hezeman, Willehalm, Hildebolt, Sigehart, Berchtoldt, Alberich, Geroldt, Odalrich, &c.* Cùm verò hæc nomina propria communia ſint multis familijs, nemo divinaverit, ad quam quisq; iſtorum familiam ſpectet. Dixi hæc de publicis, nam in privatis quibusdam Notationibus donationum, & contractuum reperiuntur etiam ſeculo nono teſtes ſubſcripti, ſed eodem modo ſola eorum nomina, vt An. 849. in quadam donatione facta Epiſcopatui Friſingenſi, hæc leguntur: *Iſti fuerunt præſentes teſtes Norpleſt, Comes. Arfriti vaſſus Dom. Volchrad Pazrih. Unolz Gereat. Ratpot. Wihcor. Reginhart, Herupehrt. Tetih. Heripolt. Jacob. Fritilo. Gerpold. Ummili. Gundheri, &c.* qui omnes fuerunt nobiles, & tamen non conſtat cujus familiæ. Unde caſſo labore fatigantur, qui ſuorum majorum nomina ante annum Chriſti milleſimum venantur; niſi ex aliquo archivo Religioſi Domicilij ſuæ fundationis aliquid producant. Alibi certè vix reperiuntur ſcripturæ, quæ ſecula quinque excedant. Et ſi quæ tales monſtrantur, egent certè examine, & diligenti inſpectione;

Heſchen. & Papebr. in Propylæ. Antiquar. ad To. 2. April.

Gewold. in Metrop. Salisb. addit. Monaſt.

Idem in Epiſc. Brixin. fol. 472.

Gewold. cit. in Epiſc. Ratisbo. f. 846.

ne; ne ex recentibus, modicâ interveniente rasurâ, factæ sint antiquæ: quod facillimum est in illis instrumentis, quæ in pergamena (vel vt Alva solet scribere, *in charta pellicea*) conscripta sunt. Quanquam etiam instrumenta aliqua recentioribus seculis scripta, præferunt annos priorum seculorum, & se produnt ficta insolitis subscriptionibus, vti adverterunt Henschenius, & Papebrochius. Quæ & plura similia, si quis consideret, velitq; nomen veracis Geneographi obtinere, non facilè nobilium familiarum origines ante annum Christi millesimum auspicabitur. Hinc rara avis in terris, quæ suam nobilitatem cùm Habspurgicis conferre audeat, vel possit etiamsi horum origo altius repeti non posset, quàm ab Ottoberto, vel An. Christi 640. Interim cùm in hac opinione nobis sistere non sit animus, ad alias convertamur.

Alva in Mil. Mar.

Hensch. ad To. 2. April. Propylæ. ant.

# CAPUT XVI.

## *Decimasexta opinio de Origine Augustæ Domus Habspurgo-Austriacæ.*

### Habspurgicos derivari ab Attico seu Ethicone Alemanniæ, & Alsatiæ Duce.

### §. I.

### *Explicatur Decimasexta opinio.*

PRimum hujus opinionis authorem fuisse Gebuilherum nonnulli arbitrantur, sed hic in sua Epitome Ferdinando I. Cæsari dicata opinionem communem Trithemij amplexus est. Wolfgangus Lazius, & post eum Guillimannus, Lequile, & alij eam insinuarunt: novissimè Bucelinus cantatâ palinodiâ, & explosâ Pierleonistarum fictione, argumentis firmare aggressus est. Substantiam ejus Guillimannus, exprimit his verbis: *Non desunt, qui ab Attico Leudesij Palatij sub Theodorico Præfecti filio, Erckembaldi nepote Scaturiginem Habspurgensium derivant. Atticum enim Palatij Præfectum ab Hilperico, aut ejus fratre Theodorico Alemanniæ accepisse Ducatum cum Elsatia. Inde porrò Elsatiæ Landgravios, quo titulo, & regione Habspurgij potiuntur. Attico enim natos præter D. Ottiliam, Hugonem, Hettonem, Battaconem, & Adelbertum. Adelberto Mazonem, Eberhardum, Luitfridum. Luitfrido nuptui datam Hiltrudem unicam filiam Ottoberti Habspurgiensis in Romarico monte, ex qua cùm prolem non tulisset, adoptaverit patrueles Ottobertum (à quo Habspurgiensium deinceps successio) Hugobertum, Theodibaldum, & Eberhardum.* Paulò aliter Lazius, & distinctius exprimens circumstantias: *Atticus vel Ethico cognomine Adelricus, filius Leuterici (quem alij Leodisium vocant) majoris Domûs Franciæ apud Clodoveum secundum, & Dagobertum Reges, ex Bersuynde S. Sigismundi Regis Burguudiæ nepte, & Divi Leodegarij Episcopi sorore germana: cùm diu officio Majoris Domûs in Francia paternis vestigiis insistens præfuisset apud Chilpericum Regem, ab eodem circà Annum Domini 666. in ea parte Austrasiæ, quæ Romanorum in Republica tractus, sive comitatus Argentoratensis*

Laz. Migrat. lib. 3 Guillim. Habsp. lib. 1. cap. 3. Lequil. in Ferdinando Arciduca fol. 197. Bucelin. To. 2. German. Sacropro.

*tenſis nominabatur, Dux creatus, addito cognomine Alemanniæ, & Suevorum, &c. Adelbertus Attici Ducis filius, S. Ottiliæ, Hettonis Comitis Briſgovienſis, Hugonis Comitis Alſatiæ, atque Battaconis Comitis Willerthallenſis, ac Ergoviæ germanus frater in Ducatu patri ſucceſſit, &c. Progenuit verò is tres filios Eberhardum Ducem, & Succeſſorem in Ducatu Alemanniæ, Maſonem Comitem, quem alij Regem vocant, & Luitfridum Comitem, &c. Albericus* (Hettonis filius) *quatuor filios genuerat, Ottbertum, Hugobertum, Eberhardum, & Theobaldum Comites, quos Luitfridus Adelberti Ducis filiorum tertius adoptavit: Unde quidam Habſpurgienſium ſtemma deducere conantur, &c. Luitfridus tertius Adelberti Ducis filius, & Attici nepos, cùm ex Hiltrude Comitiſſa Habſpurgienſi à Romerſperg, & Altberg nullam prolem haberet, adoptavit patrueles ſuos, Hugobertum, Ottbertum, Eberhardum, & Theobaldum filios Alberici Comitis, &c. Hos ditione Alſatiæ Carolus Martellus Major Domûs Franciæ, Pipini Regis pater, privavit. Unde in anguſtias redacti Comitatuum, alius ſe appellaverat Comitem ab Altberg, ſecundus à Romerſperg, tertius ab Avendo caſtro. Sunt enim, qui has ditiones putent eos hæreditariò accepiſſe à Luitfrido patre, qui poſtremi Comitis Avendi caſtri, hoc eſt Habeſpurg à Sigeberto Rege Auſtraſiæ deſcendentis filiam Hiltrudem, una cum ſupranominalis caſtris in conjugium acceperat. Quodſi verum eſt, Comites Habſpurgenſes, qui poſtea Ergoviam obtinuerunt, & Briſgoviam Alſatiamque recuperaverunt, &c. ab hoc Luitfrido Attici Ducis Alemannorum in Edelſaſſia nepote, genus ac primordia repetant neceſſum eſt, &c.* Hæc Lazius, ex quibus ſatis intelligitur opinionis ſubſtantia, cujus etiam Schema juxta poſteriorem deſignationem Bucelini apponere libet. Ità ergò ipſe Tomo II. paulò copioſius quàm priore.

## *Agilolphingici Generis Fragmentum Genealogicum.*

Egga ſive Eganus Major Domûs Regiæ à Dagoberto Rege inſtitutus ſub Annum Chriſti 640. Uxor Gerberga Richimeris Principis, & S. Gertrudis Hamaticenſis Fundatricis filia.

| | | |
|---|---|---|
| Adalbaldus Dux. Uxor S. Rictrudis Ernoldi Tholoſæ Com. filia. | Erchinoaldus Major Domus Regiæ, ab Ebroino occiſus. Uxor Leudeſindes. | Sigefridus, alijs Sigebertus Princeps. |
| S. Maurontus Abbas cum SS. Sororibus, Clotſende, Euſebia, & Adalſende. VV. | Leudiſius Major Domus Regiæ ab Ebroino occiſus. Uxor N. ex ſanguine S. Sigiſmundi Burgundiæ Regis. | |
| | Ethico ſive Atticus, cognomento Adelricus à Childerico Rege Dux Alemanniæ, & Alſatiæ conſtitutus Anno 670. Vxor Bereſvindes, Soror Bilhildis Reginæ. | |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| S. Ottilia V. Abbatiſſa, & Rodeſinda ejus ſoror Monialis. | Adelbertus ſive Albericus Dux Alem. & Alſat. Vxor I. Gerlindes. 2. Bathildis. | Etho Comes Briſiacæ. Fundator Ethenheimenſis. | Hugo Com. Inf. Alſatiæ Vxor Irmentrudis ſoror S. Remigij. | Battaco Comes Ergoviæ. |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Eberhardus Dux Alemann. & Alſatiæ Fundator Murbacenſis Anno 724. Vxor Falconara. | Luitfridus Dux Alem. & Alſat. Vxor Hiltrudis Comitiſſa, & hæres Habſpurgi, ſine liberis. | Maſſo regulus Alſatiæ Fundator Cœnobij Maſmünſter. cum ſororibus. | Albericus Dux, & Comes Leberthallenſis Vxor N. | Ettho Epiſcopus Argentinenſis. |
| Warinus Dux Major Domus Caroloman-ni Regis. Vxor è Ducibus Sueviæ. | Theobaldus Comes prim. Pfyretarum. | Ottpertus à Luitfrido, & Hiltrude Habſpurgica adoptatns, reſtaurator S. Trudperti. Vxor Leutgardis. | Eberhardus Monaſticem profeſſus in Luders, & Hugopertus Dynaſta Briſiacæ. | |
| Luitfridus Comes Habſpurgi, pater Luitfridi II. & Hundfridi. Vxor N. | | Hugo Comes Briſiacæ & Neomagenſis. | | |

## §. II.

## *Probatur Decimaſexta Opinio.*

MUlta adducit Bucelinus tam Tomo I. Germaniæ Sacroprophanæ, quàm Tomo II. ad comprobandam hanc opinionem; ſed quæ potiùs aſſertivè dicta videri poſſint, quàm ad probationes idonea, uti illud in primis, quod ait. Attici majores *eosdem fuiſſe cum majoribus Agilolphingorum Theodonum, & Carolingorum, &c. dum una æquè atque altera familia, cùm ipſorummet aſſertione Principum, tùm vetuſtiſſimorum fide ſcriptorum ad Francorum ſe Regium genus referat.* Hic nominandi fuiſſent tales Principes, & vetuſtiſſimi authores, qui oſtenderent quâ ſerie Attico à Regibus Francorum deſcenderit: ſed hæc ait ignorari: Sufficere tamen, quòd conſtet Atticum à Regibus Francorum originem habuiſſe, quia *veroſimillimum nobis ſemper viſum, ex Adelrico illo, quem Pieſpordius, Scioppius, Firmianus, Brombachius, atque alij anno Chriſti 492. defunctum ſcribunt, & Alſatiæ, Moſellanicæ, Arduennæ, & Brabantiæ Principem appellant, Wambertique patrem Ansberti avum faciunt, quàm certiſſimò deſcendiſſe: quo autem patre, ſeu avo is ſit editus, haud facilè à quocunque id ſolidè comprobandum autumamus.* Cæterùm ex eodem authore ejusq; fuſo diſcurſu has ego probationes elicio.

Bucel To. 1. Geneal. f. 21.

Idem To. 2. hiſt. Agilolph. f. 356.

II. Prima probatio eſt à rejectione aliarum opinionum, Trithemij, Guillimanni, & Pierleoniſtarum. Secunda deſumitur ex Carthophylacijs Trudpertinis, ex quibus producit binas authoritates in hæc planè verba: *Trudpertinos audiamus: Amprinctus poſt ſe reliquit unicum filium Ottpertum hujus nominis III. qui & ipſe unicam filiam Hiltrudem habuit, quæ Duci Luitfrido hujus nominis primo Adelberti Alſatiæ Ducis filio nupta fuit. Qui Luitfridus, cùm ex ea nullam prolem tuliſſet, quatuor filios Ducis Alberici adoptavit: videlicet Ottpertum hujus nominis quartum, propagatorem ſtirpis Habſpurgenſis, Hugobertum, & Eberhardum, & Theobaldum Comitem Pfyretarum primum, &c.* Ita, vt ait, Trudpertini; annaleſne an Aſcetæ, an chartophylacia, & membranæ, non diſtinguit, ſed mox adjungit: *Qui ijdem alio loco, poſtquam priorem Habſpurgi Comitum Genealogiam percenſuiſſent, & in Ottperto III. ejuſque filia Hiltrude deſiiſſent, ſic inquiunt: Atque hi primi*

*primi fuerunt Comites de Habspurg Fundatores primi Monasterij S. Trudperti, qui ibidē sepulti cernuntur, in quibus & horū prima masculea proles defecit*, &c: Hæc Bucelinus, quæ fideliter transcribere placuit, eo quod in his potissimum sit opinionis hujus fundamentum. Optasse verò, vt illam priorem Genealogiam, quæ in Hiltrude desiit exhibuisset, quo faciliùs de veritate opinionis possemus decernere.

III. Tertia probatio sumitur à similitudine stemmatis seu scuti gentilitij Habspurgicorum cum Atticonis, & Alberici Ducum Alsatiæ. Addamus verba ipsius Bucelini: *Ottpertus proin senior, ut & Conradus sive Gunzo Ottperti gener etsi diversi lineâ minimè tamen genere, ad eosdem, ad quos & Atticus, atque Etho & Albericus avos referendi, cùm eosdem semper pro insigni Leones, sed neque hos, neque scuta colore dissimilia: Provincias sive ex æquo æqualiter diversas, sive alternatim mixtas quaquaversum haberent*, &c: Et post paucula: *Hinc sive Helvetiam, sive Sueviam sive Alsatiam superam, sive Inferam ritè lustres, ut multa passim sunt ab ijsdem condita cœnobia, ut priscæ potentiæ monimenta, eadem vbique appensa vetustissima literis sigilla, & Gunzonis tanto post eruti magno numero multis defossi seculis nummi; Agilolphingorum, Guelphonum, Habspurgicorum, unum omninò idemque signum referunt; uti & cum mutatis sedibus translata quoq; nomina Altorffium Alsatiæ & Sueviæ, Altenburgum Helvetiæ, & Algoviæ, quo minus de Habspurgo Burgundiæ, & Argoviæ dubites, alterum ab altero cognominata.* Bucelin. cit.

IV. Quarta probatio est ex mutuis inter Agilolfingos, Suevos, Alsatas, & Habspurgicos matrimoniijs, quibus magni Principes conantur stabilire suos Principatus, & cavere ne ad exteras familias devolvantut. Id Bucelinus insinuat illis verbis, postquàm asseruit veteres Comites Habspurgi longo tempore familiam singularem constituisse; *vti & illam Gunzonis sive Conradi Alemanniæ Ducis, cujus tres filias Luitbergam, Odam, atque Fridburgam monumenta vetusta memorant, primā Ottperto 1. Habspurgico, alteram Arnoldo Buggiso Mosellanicæ Duci nuptas, tertiam Sigeberto Regi desponsam, pro veteri Agilolfingorum more, quantumq; per Canones licuisset, cognatorum connubia exambientium ne (quod usq; hodie eorundem posteri Austriaci observant) amplissimæ Provinciæ & Principatus, adeò vetusta jure familiæ proprij seu dotis, seu hæreditatis, quocunq; alio titulo ad exteros devolverentur.* Hæc apud Bucelinum opinionis hujus fundamenta. Cæterùm

V. Quis fuerit Egani vel Egæ antiquis authoribus nominati parens, non facilè posse decerni arbitratur, licet ex Regum Francorum majoribus ortus credatur. Egani verò filios fuisse Erchinoaldum Adalbaldum, & Sigebertum tradit *Blondellus acuratissimus rerum Francicarum Historiæ & Geneseos pervestigator*. Ut ait Bucelinus, an verò probet, id non possum statuere, quia ad manum authorē non habeo. Idem senserunt Nicolaus Gillius apud Bollandum & Theodoricus Piespordius: sed ex Fredegario videtur colligi, Erchinoaldum fuisse diversæ stirpis ab Ægane, vbi docet Ermenfridum Æganis generum ob interfectum Comitem Arnulphum Rhemos fugisse, & *Erchinoaldum majorem domûs factum, qui consanguineus fuerat de genetrice Dagoberti*, quâ de re videri potest Bollandus. De reliquis gradibus, vt Leudesio, Attico, Adelberto consulatur Bucelinus, & Lazius. Nic. Gill. in Annal. Franc. Clod. I. Piesp. in stem. Bollād. To. 1. Feb. f. 297. Laz. Comen. Gen. lib. 1. c. 1. fol. 24.

VI. Ad firmandam intentionem Bucelini facere potest diploma, quod re-

Guillim. lib. de Epiſc. Argentin. cap. 4. & 5.

citat Guillmannus de fundatione S. Stephani Argentinenſis, editam à Lothario I. Imp. vbi fundator ejus Cœnobij nominatur Adalbertus Dux Alſatiæ, & ait Lotharius: *Dilecta cognata noſtra venerabilis ſanctimonialis, & Abbatiſſa S. Protomartyris Stephani Ruadrut, in ambitu infra muros Argentorato, majeſtatem noſtram adijt offerens obtutibus noſtris auctoritates, & munimina chartarum illuſtris parentelæ noſtræ progenitoris Ducis Adelberti, qui fundavit jam dictum locum in parte ſuæ hæreditatis, quæ ſibi pertinuit inter ruinas veteris Argentorati, &c.* Si proinde Adelbertus Dux fuit progenitor parentelæ Lotharij Imp. ſequitur fuiſſe ejusdem ſtirpis cum Carolingis. Fundatum porrò putat Guillimannus Cœnobium S. Stephani circâ An. Chriſti 680. quod Adelberto Attici filio planè congruit. Interim tamen per hoc non probaretur, ex hujus Adelberti poſteris ſtemma Habſpurgicum continuatum.

## §. III.

## *Cenſura Decimæ-ſextæ opinionis.*

PRobabilis omninò hæc opinio eſt, coæva fortè, & affinis Nonæ, licet hactenus patronos non invenerit vſq; ad Bucelinum. Nihilominùs Lazius, qui primus eam produxit ex MSS. Gebuilheri, de ea ſic pronunciavit: *Hæc etſi omnia veritati conſona facilè credam, nihil tamen certi conſtare arbitror, neq; de adoptione iſta, neq; de devolutione prædiorum, &c.* Guillimannus refutatis opinionibus Pierleoniſtarum, & Trithemij, adjungit: *Eadem ratio eorum, qui Hugoberti, aut Attici ſtirpem Habſpurgienſes volunt. Præter enim meras conjecturas, an fabulas, nihil adferuni: eas neq; firmant: nullis argumentis, nullis authoritatibus fulciunt. Quaſi verò quia Dux Trasjuranus Hugobertus, ab eo Habſpurgienſis Comes Ottobertus: aut quia Elſatiæ Atticus Landgravius (quod tamen etiam dubium, neq; ulli ſatis hactenus probatũ) Attici Habſpurgienſes poſteri, quia Elſatiæ Landgravij.* Reviſoribus ſpeculi honoris à Jo. Jacobo Fugger ante certum annos conſcripti placet hæc opinio, & putatur probabilis, niſi quod in annorum combinatione magnos habet hiatus, & anachroniſmos, quià inquiunt ab vltimo Attici vitæ anno vſq; ad inſtaurationem Trudpertini Cœnobij habentur ſolùm quatuor generationes Attici, & tamen numerantur anni plures, quàm ducenti, vnde ſequeretur ſingulos poſterorum illorum Attici perveniſſe ad ſeptuageſimum vel octogeſimum ætatis annum, quod non eſt veroſimile: nec amplius ſe explicant Reviſores.

Laz. cit.

Guillim. Habſp. lib. 1. c. 4.

Fugger ſpec. honor. lib. 1. fol. 21.

II. Videamus porrò anachroniſmum, vt certius quid ſtatuamus: Atticus ſecundum Bucelinum, Pieſpordium, Lazium, Dux Alemanniæ conſtitutus eſt an. 666. Filius ejus fuit Adelbertus vel Albericus, de cujus an. obitûs non conſtat, parens tamen Atticus vixit vſq; ad an. 699. Luitfridus Alberici filius quando obierit etiam non conſtat, ſed ex ætate fratrum poteſt formari conjectura, quia Eberhardus fundavit Monaſterium Murbacenſe an. 724. circà quod tempus etjam floruerit Luitfridus. Uxor ejus fuiſſe dicitur Hiltrudis Habſpurgica filia Ottoberti, ſed cujus? non illius qui S. Trudberto locum cellæ & Eccleſiæ aſſignavit, & obijt circà an. 667. ergò Hettoprechti, qui corruptè ſic nominatus fuerit pro Ottoberto. Hic verò ſecundùm cõmunem opinionem floruit an. 766. imò ſecundùm Pieſpord. an. 780. Demus jam Luitfridum Sundgovi. fuiſſe minorem

rem natu ex fratribus, cum hi vixerint adhuc an. 724. cur non potuiſſet Luitfridus vivere vſq; ad an. 720. & paulò ante ducere Hiltrudem Hettoprechti filiam? præſertim cùm Guillimannus ponat Hettobertum floruiſſe an. 724. eodẽ ſcilicet tempore quo fratres Luitfridi Sundgovienſis. Sed poſt Hettoprechtum & Luitfridum Sundgovienſem, inter hunc, & (vt ponit Bucelinus) ejus nepotem Hunifridum nimius intercedit temporum hiatus. Siquidem Hunifridus ſecundùm Guillimannum obijt an. 918. ſecundùm Pieſpordium adhuc tardius: atq; ità inter Luitfridum Sundgovienſem, & ejus nepotem Hunifridum intercederent anni (etiamſi Luitfridus vixiſſet vltrà an. 780.) omninò centum triginta octo, cui nemo prudens aſſentietur. Accedit argumentum ad hominem contrà Bucelinum, qui ſupponit Hiltrudis Habſpurgicæ parentem vixiſſe adhuc an. 823. alioqui minus ſolidè impugnaret Brombachium: ubi ait contra illum: *Et quomodo Petrus Leo Luitfridi, qui Hiltrudem duxit Habſpurgicam, ſive pater, ſive avus Habſpurgum condidit, & Habſpurgenſem ſe cognominavit, dum Hiltrudis etiamnum pater Ottobertus III. Habſpurgi Comes ſupereſſet.* Quando? illo nempe tempore, quo Petrum Leonem aſſerebat Brombachius ob civile bellum Româ diſceſſiſſe, id eſt an. 823. quomodo ergò Hiltrudem hanc Bucelinus maritare poteſt Luitfrido Sundgovienſi, quẽ minimùm integro ſeculo prius natum concedere debet? nam vti ipſemet diſponit Genealogiam, Luitfridus Sundgovienſis fuit frater Eberhardi Ducis, quem ait ſub vitæ finem fundaſſe Murbacenſe Cœnobium an. 724. ergò ſi vel vno anno prius natus fuiſſet Luitfridus, non potuit ducere vxorem cujus pater an. 823. adhuc ſuperſtes fuit. Ex quo apparet authores hujus opinionis non advertiſſe in quantum impingerent anachroniſmum, & conſequenter hic opinionem illam ceſpitare. Bucel. To. 1. cit. loc.

III. Aliud argumentum ad hominem eſt contrà Bucelinum, qui edidit an. 1651. Venetijs Aquilam Imperij Benedictinam, in qua diſertè pluribus locis ſtat pro Pierleoniſtarum opinione: ſed an. 1655. edidit Germaniam Sacroprophanam, in qua explodit eandem Pierleoniſtarum opinionẽ. Quærò cùm proferat tam diſparata, cui parti ſeriò adhæreat? ſi priori, cur hanc producit? ſi huic cur oppoſitam priùs ſecutus eſt, ſi verum eſt, quod ait ſe an. 1624. habitaſſe ad S. Trudpertum, ibi perluſtraſſe vetera monumenta, pervolviſſe chartophylacia, deprehendiſſe Habſpurgicum ſtemma derivari ab Attico? Deinde quod recenter producit ex Trudpertinis, cur non clarius explicat, an ex Trudpertinis annalibus, an Schediaſmatis, an literis fundationum, an traditionibus, cur non allegat authorem Monachum, vel annum ſcriptionis? Tertio quomodo ille reperit, ſi ante illum nec Lazius, nec Guillimannus aliquid ejusmodi repererunt, quibus patuiſſe archiva conſtat ex operibus quæ ediderunt? Lazius quidem videtur ſimilia quæpiam legiſſe; verùm cùm videret non ſatis cohærere, noluiſſe ſuffragium ferre. Quartò licet aliquid ſimile quale producit, ad S. Trudpertum inventum ſit; non propterea verum eſt: quia potuit aliquis recentior à centum, & aliquot annis id annotaſſe ex proprio ingenio, & conjectura pro captu ſuo, & temporis circumſtantiis. Non igitur plus fidei habendum videtur illis chartis, quàm Lazio, Guillimanno, & aliis, qui Archivum ejus Cœnobij perluſtrarunt.

Bucel. Tō. 1. Germ. Geneal. fol. 22.

IV. Dicet, & dicit Bucelinus excuſando ſe, quòd Anicijs attribuerit originem Habſpurgicam in prioribus Operibus: *Viſi nos ipſi multis ſumus idipſum in plurimis cum typo vulgatis, tum MSS. noſtris lucubrationibus, atque in primis in Aquila noſtra Benedictina; cùm Cæſarem Ferdinandum III. in Nucleo dein Hiſtorico, cùm Regem Hungariæ Ferdinandum IV. &c. Anicios ſalutaremus, longè tamen altiorem, quàm hi omnes originem reſpicientes, neque tam ſubſequo ſanguinis jure, quàm altiſſimo atque antiquiſſimo Magno Monarchorum Archiduci Benedicto tantam poſteritatem aſſerentes, cùm in hoc, & ſacris ejus filiis Mauro atque Placido Romanum Anchiſiadum ſtemma totum deficeret, & ſuprema ejusdem gloria cœlis immigraret; Germanum verò ſublimi adeò patrocinio, maxima deinceps incrementa ſumeret, & veterum Aniciorum Majeſtatem, non tam reſtauraret, quàm longiſſimè ſuperaret.* Quibus verbis an neget in Aquila Pierleoniſtis ſe adhæſiſſe, an excuſet, & revocet, non ſatis intelligo. Illud tamen in Aquila Benedictina clarum ſatis mihi videtur, dum ait loquens de electione Rudolphi I. Cæſaris: *quo quidem in ſui generis ac ſanguinis Principe, cum tanto poſt Anicia familia, & Sanctiſſimus Archidux atque Imperator noſter Benedictus ſepoſitos interea Imperij faſces &c. receperit.* An non hic aſſertivè facit Anicij generis & ſanguinis, id eſt ejuſdem cum S. Benedicto, Rudolphum? Et rurſum alibi: *Sereniſſimos Auſtriæ Archiduces Habſpurgicos Comites, longè Auguſtiſſimi Anicij generis germen extitiſſe, Perleonijs ſcilicet Principibus ſatos, non quoſvis tantùm cujuſcunque fidei authores, ſed ipſos tanti nominis ac familiæ Cæſares &c: habemus, quos ita conſtanter ſenſiſſe Hieronymus Rubeus &c. aſſeverant. Vt in ea ſententia ſapientiſſimos Auguſtos, & Principes, abſque ullo fundamento, aut gravi veterum authoritate, aut ſine certa à majoribus ſuis traditione, fuiſſe, nemo niſi temerarius auſit affirmare.* Denique ut inſinuet D. Benedictum, & hodiernos Auſtriacos ejusdem ſanguinis, & Anicios fuiſſe, centies, & ferè quoties nominat S. Benedictum (affectato vocabuli vnicæ in orbe familiæ proprij abuſu) Archiducem appellat.

Bucel. Aquil. fol. 85.

V. Credo tamen, quòd (cùm juxta leges *poſteriora derogent prioribus*) Bucelinus ſapienter primam opinionem non ſatis expenſam deſeruerit, & cantatâ Palinodiâ veriorem amplexus ſit. Et licet fortè ea, quæ ex Trudpertinis monumentis ſeu chartis producit, non ſint tam antiqua, quàm inſtauratio S. Trudperti, adeóq; viſa etiam Guillimanno, & Lazio non placuerint; nihilominus non carent omni probabilitate. Illud ſaltem vel maximè etiam pro nobis facit, quod ab antiquis Francorum Regibus originem Habſpurgicorum deducat hæc opinio, licet diversâ ab alijs viâ incedat. Credo etiam extare adhuc apud S. Trudpertum antiquos lapides ſepulchrales, quos ille vidit, palpavit, & à pulveribus repurgavit; extare memoriam Ottoberti, qui S. Trudperto locum oratorij conceſſit, Luitfridi, & aliorum, qui poſteà illic ſepulti ſunt, fundatorum Cœnobij; illud ſolùm meliùs, & ſolidiùs probari optarem, quòd prior Habſpurgicorum Comitum familia extincta ſit, & Luitfridus fundator fuerit ex Attici ſtirpe generatus: optarem etiam meliùs, & exactiùs ordinari Chronologiam, & tolli anachroniſmos qui ſuſpectam reddunt illam adoptionem ſive Ottoberti ſive Luitfridi Sundgovienſis, quem ipſe tamen Habſpurgi-

cum

cum ſeu Abenſpurgicum nominatum in literis fundationis fatetur. Horum quippe altero meliùs probato, altero meliùs combinato probabilis omninò erit hæc Opinio; ſed nihil plus honoris afferet Domui Habſpurgo-Auſtriacæ, quàm Nona Opinio, cùm non poſſit oſtendere Attici geneſim à certo aliquo Francorum Rege, ſicuti nona laborat in eo vt aſſignet certum Regem progenitorem Ottoberti, qui S. Trudpertum coluit, & fovit. Intereà hoc ſaltem habemus, quod plurimi authores agnoſcant originem Habſpurgicam repetendam eſſe à Regibus Franco-germanis, licet in eo adhuc hæreant, vt oſtendant à quo determinatè, & quâ ſerie generationum.

# CAPUT XVII.

## *Decima Septima opinio de Origine Auguſtæ Domus Habſpurgo-Auſtriacæ.*

Habſpurgicos derivari à Warino Duce Alemanniæ Attici Ducis pronepote.

### §. *Unicus.*

### *Proponitur Decima-ſeptima opinio, & reijcitur.*

SUpramemoratus Bucelinus in ſua Genealogica Germaniæ Notitia, refert quosdam voluiſſe Habſpurgicam originem à Warino Alemanniæ Duce derivare: nullum tamen authorem opinionis producit; nec ego id apud alium hactenus legi. Quidquid ſit de authore vno vel altero; coincidit hæc opinio cum antecedenti quoad primam originem, licet in gradibus deſcendentibus diſconveniant. Exhibeamus ejus Schema. Bucel. To. 1. Germ. Sacropro.

Atticus vel Ethico ſupranominatus.

| Adelbertus Dux Alemanniæ. | | | Etho Comes Briſgoviæ. |
|---|---|---|---|
| Mazo Dux Alſat. Inf. | Eberhardus Dux Alemanniæ. | Luitfridus Comes Sundgoviæ, cujus Uxor Hiltrudis Comitiſſa Habſpurgi. | Albericus Comes Leberthallenſis. |
| | Warinus Dux Alemanniæ, author Habſpurgicorum ſecundum hanc opinionem. | Ottbertus Comes per adoptionem Luitfridi, & Hiltrudis hæres Habſpurgi, ſecundum Bucelinum, &c. | |

Dicunt ergò ſectatores hujus opinionis Warinum fuiſſe filium Eberhardi Ducis Alemanniæ fundatoris Cœnobij Murbacenſis, cùm tamen Bruſchius, & alij tradant Eberhardum hunc cœlibem vixiſſe, & quod liberis careret, de ſuis opibus Monaſterium condidiſſe. Præter Warinum aſſignat Bucelinus Eberhardo etiam Ruthardum filium, quem vult fuiſſe authorem Comitum Kyburgi. Eundem etiam ei adſcribit Pieſpordius, ſed de titulo Kyburgi ſilet. Warino verò genitum putant Iſenbardum Comitem Altorffii, cui nupta

fuit Irmentruda soror S. Hildegardis Imperatricis, mater duodecim Welphorum vno partu editorum, avia non solum Bavariæ Ducum, sed & Capetinorum Regum, vti suprà diximus ex Chiffletio; cœterum quomodo à Warino descendisse putentur Habspurgici non exprimit Bucelinus, fortè per adoptionem Hiltrudis, & Luitfridi ejus patrui, quià convenientius fuisset adoptare nepotem, quam ex patruo pronepotem. Nihil opus est de hoc inquirere, cùm opinio vti nata, sic etiam denata nullis authorum suffragijs hactenus est sufful-

Bucel. To. 1. Geneal. f. 21. familias religiosas impensè fovit: at de Warino idem Bucelinus: *Fuit autem Warinus Major Domûs Carolomanni Regis sanctissimi, cui tamen dissimillimum vita fuisse contendunt Sangallenses, dum nimirùm, quos Carolomannus religiosissimè coluerat, Warinus pessimè odisse videretur, abrepto in vincula D. Othmaro Abbate, & pessimè habito, &c.* Excusat eum tamen Bucelinus inquiens: *cùm tamen quidquid est sceleris, delatori potius Lamberto, & Sidonio Episcopo fuisset imputandum*: Alibi

Idem To. 2. Gen. fol. 361 verò planè oppositum de eo tradit, quod scilicet fuerit: *Parentis optimi melior atque utilior filius, Religiosorum cultor, sacrarum ædium munificus dotator.* Et scelus capti S. Othmari refundit in Ruthardum fratrem. Quidquid sit de hoc, ipse Bucelinus Habspurgicos non vult derivare à Warino, sed Guelphos; & Capetinos ex Guelphis Altorffensibus, vt alibi videbimus.

# CAPUT XVIII.

## *Decima-octava opinio de Origine Augustæ Domus Habspurgo-Austriacæ.*

### Habspurgicos derivari ab antiquis Regibus Gothis, & Burgundionibus.

### §. I.

### *Explicatur Decima-octava Opinio.*

QUià cuiq; pro libitu opinari concessum est, in rebus præsertim dubijs, & obscuris, non desunt hodiéq; ingenia, quæ putent felicem se laborem suscipere, cùm de Habspurgicæ gentis origine novas formant conjecturas. Horum numerum auxit nuperus scriptor Joannes Jacobus Chiffletius Eques, & Archiatrorum Comes Philippi IV. Regis Hispaniarum, Belga, edito libro contrà Gallos quosdam scriptores, cui titulum *Vindiciarum Hispanicarum* apposuit; additâ Appendice, quam vocavit *Lumina Nova Prærogativa.* Ibi Lumine III. ita loquitur. *Hactenus inclytæ gentis Habspurgensium initia plures investigarunt, nec ullus meo judicio assecutus est. Videndum hoc loco, num alijs clarius quidpiam assequi possimus.*

Chifflet. in Lum. prærog. f. 327.

II. Putat igitur optimè posse deduci originem Habspurgicam ab antiquis Regibus Gothis in Burgundia. Fundamentum primum est ex Historicis, qui tradunt Gothos olim Burgundiam occupasse, & tenuisse. Agathias scribit:

*Clo-*

*Clodomirum adversus Burgundiones, qui, & Gothicæ sunt nationis, ductasse exercitum*: hi verò Burgundiones fuerunt Sigismundus, & Godomarus Burgundiæ Reges, filij Gundobaldi. De his ait Gregorius Turonensis: *Fuit autem, & Gundivicus Rex Burgundionum ex genere Athanarici Regis persecutoris; hujus fuerunt quatuor filij Gundobaldus, Godegisilus, Hilpericus, & Godomarus.* Albericus verò hæc habet: *Rex Burgundiæ Godoveus* (qui & Gundivicus) *de genere primi Athanarici Gothorum Regis procreatus quatuor habuit filios Gundebaldum, Godegisilum, Chilpericum patrem Crothildis, & Gothmarum.* Obijt Athanaricus Gothorum Rex Anno 381. Gundigiselus ejus filius Gundevici parens partem Franciæ Rheno proximam occupavit Anno 408. Ab his ergo putat Chiffletius posse repeti Habspurgicam originem, ex his fundamentis.

Agath. lib. 1. de reb. Getic. Turon. lib 2. c. 28.

Alberic. ad An. 513.

III. *Primò* quia ab antiquo Habspurgici possederunt Vindonissam, quam prius Gothi Burgundiones, & Rex Gundegisilus trajecto Rheno occupaverat.

*Secundò*, quia etiam aliæ ditiones primorum Habspurgicorum sitæ fuerunt in Burgundia. Colligitur id ex charta Henrici IV. Imp. quæ sic habet: *Omnium sanctæ DEI Ecclesiæ fidelium cognoscat industria, quòd in Regno nostro regulare quoddam Monasterium situm est, in Provincia scilicet Burgundiæ, in Episcopatu Constantiensi, in pago Argouve dicto, in Comitatu Rore, quod Mure nuncupatum est; quod tempore Conradi Imperatoris in honorem S. Martini constructum est, & honorificè DEO dicatum est à Wernhario Strasburgensi Episcopo, parente scilicet Wernharij Comitis de Habspurg, &c.* Notat hic Chiffletius *parente* poni pro consanguineo. Data est charta Anno 1114. Basileæ, quam civitatem ad Burgundiam pertinuisse notavit Wippo.

Ex act. Murens. MS.

Wippo in vita Conradi Salici.

*Tertiò*, quia Vindonissæ Comites mutato ejus civitatis, & castri nomine, illam Altenburgum nominarunt: ac aliam deinceps Habspurgi appellatione condidere, ex Burgundionum more, *qui crebra quæ ad limites habitacula construebant Burgos vocabant*, vt ait Orosius. Addo ex Isidoro: *Burgundiones nomen ex locis sumpserunt, quia crebra per limites habitacula constituta Burgos vulgò vocant.* Unde per totam Germaniam frequentes locorum à Burgis appellationes ortæ, Wirzburgum, Aschaffenburgum, Reginoburgum, Augspurgum, Strasburgum, &c. Burgus autem, non montem, vt Volaterranus putavit, sed munitionem, vel turrim significat in veteribus glossis à Græco *Pyrgos* turris. Altenburgi verò Comites, & Vindonissæ eosdem fuisse constat tùm ex Codice MS. Eremi Deiparæ in Helvetia, tùm ex Eckerardo Monacho S. Galli, vti supra retulimus cap. 14. & 15.

Oros. lib. 7. c. 37. Isid. de verb. signif.

IV. *Quartò*, ex more antiquis Germanis (quorum pars erant Burgundiones) passim vsitato, qui regna, & Provincias per Regij sanguinis Proceres administrare solebant. Sic *Clotharius II.* teste Coccio, certos limites Comitatibus distinctos *consanguineis, & agnatis* de vetusta Francorum prosapia dispertivit. *Comites autem* (inquit Sarisberiensis) *à Societatis participatione dicebantur. Nam sicut Præsules in partem solicitudinis à Summo Pontifice evocantur, ut spiritualem exerceant gladium; sic à Principe in ensis materialis communionem Comites, quasi mundani Juris Præsules asciscuntur. Et quidem, qui hoc officij genus gerunt in Palatio, juris au-*

Cocc. in Dagob. Sarisber. Epist. 263.

ctoritate Palatini ſunt: *qui in Provincijs, Provinciales.* Apud antiquos Germànos Comitum munus erat comitari Principem, & pro eo pugnare. Vnde Cornel: Tacitus: *Magna & Comitum æmulatio, quibus primus apud Principem ſuum locus. Et Principum, cui plurimi, & acerrimi Comites. Hæc dignitas in pace decus, in bello præſidium &c: Principes pro victoria pugnant, Comites pro Principe.* Cùm ergò ab antiquiſſimis temporibus Habſpurgici Comitum dignitate fulſerint, argui poteſt ex Regibus oriundos eſſe: & quidem ijs, qui proximè ad eorum tempora Burgundiam tenuerunt.

Tacit. lib. de morib. Germ.

V. *Quintò*, quià potentes ſemper fuerunt Vindoniſſæ Comites, & regio more habuerunt officiales nobiles, vt de Wildenſtein, qui Dapiferorum, de *Wildeck*, qui Pincernarum munere fungebantur. Comites item Habſpurgici à Vindoniſſenſibus orti ſimili modo ſuos officiales nobiles habebant. Regum etiam more vſurpabant titulum *Dei gratiâ.* Sic Rudolphus ante Imperium adeptum: *Rudolphus Dei gratia Landgravius Alſatiæ Comes Habſpurgi*, quod ſonat ſoli Deo, non alteri Principi eſſe beneficiarium. Vnde Belcarius de Ludovico XI. Franciæ Rege ſcribit, quòd Legatos miſerit ad Britanniæ regulum ne hoc titulo vteretur: *Ne Britanniæ regulus in publicis diplomatis ea verba præfigeret, quæ hactenus uſurpaverat.* Franciſcus Dei gratia Britanniæ Dux: *quòd hiſce verbis ſe Regis beneficiarium tacitè inficiari videretur.* Teſtatur autem Pontus Heuterus: *nullum reperiri ê primis Habſpurgi Comitibus, qui clientelare ſacramentum Regibus Francorum dixerit, aut aliquâ ratione Patronos agnoverit.* Quòd ſanè argumentum eſt ê Regio ſanguine profluxiſſe; cùm interim illis titulis vterentur.

Guillim. Habſp. lib. 2. c. 4.

Belcar. lib. 1. cap. 14.

Heuter. de orig. Habſp. c. 3.

VI. Sextò, quià magnas Habſpurgici cum Imperij Principibus, & Regibus contraxerunt affinitates, quas non contraxiſſent niſi Regiam habuiſſent originem.

VII. Septimò, quià Comitum Habſpurgicorum arma correſpondent veteribus parmulis Regum Gothorum. Præferebant enim Habſpurgici Leonem coccineum in ſcuto aureo: at Reges Gothorum in Hiſpania, Leonem nigrum in ſcuto argenteo. Priſci quoque Comites in veteri Burgundiæ regno ad Ararim, aureum Leonem in parma cœrulea. Comites Auguſtæ in eodem Allobrogum tractu argenteum Leonem in nigra parma &c: ſed notatu maximè dignum, quòd Habſpurgici aureum ſcutum ſoli prætulerint, & conſequenter cœteris familijs Leonem vſurpantibus præcelluerint.

Olaus Bara. Laz. lib. 1. Gen. Auſtr. c. 3.

## §. II.

## *Cenſura Decimæ octavæ opinionis.*

I. INgenioſè excogitata eſt hæc opinio, ſed non ſufficienter probatur. Quod enim Gothi Burgundiones illas ditiones aliquando occupaverint, non ſequitur ab his ortos eſſe Habſpurgicos. Nam ante Gothos Romani, poſt Gothos Franci eaſdem ditiones poſſederunt; cur non igitur potiùs à Francis dicamus originem habere Comites Habſpurgicos, qui poſteriores fuerunt Gothis? Conjectura proinde iſta magis favet Nonæ opinioni ſuprà relatæ, quam huic.

II. De

II. Deinde conſtat Burgundiam poſt necem S. Sigiſmundi occupatam à Francis; Guotmarum fratrem S. Sigiſmundi poſtremum Gothicæ ſtirpis Regem in Burgundia circa Annum 531. cum Francis Regibus Lothario, & Childeberto infeliciter manus conſerviſſe, victumq; in Hiſpaniam, tum in Africam profugiſſe, vbi etiam in exilio perijt: proinde non eſt credibile aliquem ex ejus conſanguineis, aut nepotibus illis in partibus toleratum à Francis. *Theodoricus Metenſium Rex primus* (verba ſunt Guillimanni) *excisâ antiquâ, & legitimâ Burgundorum Regum ſobole, & ſtirpe, Burgundiæ Regnum nomenque uſurpare cœpit.* Credibilius itaq; eſt tunc è Francorum ſanguine aliquem Vindoniſſæ impoſitum, à quo Altenburgici, & dein Habſpurgici deſcenderunt; ſi ſtirps Burgundorum exciſa fuit. Guillim. Habſp. lib. 2. c. 8.

III. Quòd Habſpurgici more Burgundionum caſtra ſua nominaverint Altenburgum, Habſpurgum, non probat aliud; quàm eos habitaſſe vbi olim Burgundiones, & eorum imitatione, ſicut & aliæ nationes, caſtris ſuis nomina impoſuiſſe. Eſtq; hoc commune de facto toti Germaniæ, quam nemo dicet à Burgundionibus omnem ſuam accerſere nobilitatem. Deinde plura alia caſtra condiderunt Habſpurgij, quæ non denominarunt more Burgundionum, vt Scharffenſtein, Gerbelshaim, Bewenweiler, &c.

IV. Quòd Regum mos fuerit ſuos conſanguineos præficere amplioribus locis, & Aulæ officia commendare, id maximè verum eſt de Francis. Unde P. Gans: *Familiare Francis prima conſanguineis ſuis Aulæ officia conferre.* Multò magis igitur hoc argumento probatur, quòd à Francis, quàm quòd à Gothis originentur Habſpurgici. Gans in Arbore ſeu Viridar. an. not. 1. arb.

V. Quòd Habſpurgici magnos nobiles habuerint ſuos officiales, id ſolùm probat, quòd Regium ſanguinem traxerint, manet tamen dubium an ab his vel illis Regibus. Et vſurpatio tituli *Dei gratia* potius arguit à Francis ortos, quàm à Gothis, quià de Francorum Regibus conſtat, quòd in Diplomatibus hâc formula ſe inſcribendi vſi fuerint, non autem de Gothis. Deinde ille titulus *Dei gratia* non à primis, ſed medijs Habſpurgicis uſurpatus eſt.

VI. De vſurpatione Leonis in ſcuto, eſt argumentum nimium probans, quià vix eſt Provincia in Europa, in qua non aliqui Principes, aut magni Dynaſtæ Leones geſtent in ſuis clypeis. Bohemi, Suevi, Thuringi, Bavari, Angli, Hiſpani, &c. Et hoc argumento poſſent Habſpurgici derivari à Pompejo Magno, qui Leonem gladio armatum, ab Antiocho Rege, qui Leonem caduceo armatum præferebat: à Mileſijs, Cizycenis, Licijs, quorum inſignia Leones erant. Robuſtius argumentum eſt à lilijs Francicis, quæ Rudolphus Habſpurgicus inſpergebat ſuo Sigillo, vt ſuprà diximus, quòd à Francis Regibus ſe progenitum agnoverit, & ipſe Rudolphus, & ejus majores. Magis placet altera Chiffletij deductio Habſpurgicorum à Caroli Magni proſapia, de qua paulò poſt.

# CAPUT XIX.

## *Decima nona opinio de Origine Auguſtæ Domus Habſpurgo-Anſtriacæ.*

Auſtriæ Archiducum Originem prætermiſſis Habſpurgicis petendam eſſe à Rudolpho I. Imperatore.

### §. I.

### *Explicatur Decima-nona Opinio.*

Lequil. in Panegyr. Ferdin. Carol. Auſtriac. Tyrolen.

DIdacus Lequile ſæpè memoratus poſteaquam in Panegyricis ſuis Italico idiomate vulgatis fusè diſſeruit, de tribus principalibus opinionibus in præſenti materia; nempe de opinione Pierleoniſtarum, de opinione eorum, qui à Francis Regibus auſpicantur, & eorum, qui ab Helvetijs, format tandem ſuum ſuper hac contraverſia judicium, & favet præ cæteris opinioni Pierleoniſtarum, ſed tamen cum formidine; & quià in omnibus reperit difficultatem, melius ſe facturum exiſtimat, ſi Arborem Auſtriacæ Domus plantet in Rudolpho Habſpurgico Imperatore prætermiſſis ejus majoribus.

II. Motivum præter difficultates, quas expertum ſe putat, eſt ex conſideratione Nobilitatis. Nobilitas, inquit, repetita à multis ſeculis ex ſua natura antiquitatem requirit velut conditionem, ſine qua tamen manet integra, quoad formalitatem eſſentiæ, & quoad quidditatem ſubſtantiæ. Duplex autem eſt Nobilitas, vna originalis, altera actualis: vna pendens ab honorificis progenitorum ſignis, altera à proprijs factis. Quantum ad ſecundam; certum eſt, quòd non requirat curſum ætatis, & ſeculorum; cùm originem habeat ex nobilibus actionibus perſonæ operantis. Quantùm verò ad primam; apparet clarè, quòd antiquitas non ingrediatur intrinſecum conſtitutivum eſſentiæ. Eſt enim nobilitas, vt ait Ariſtoteles, quædam majorum claritas, qui ſuâ virtute pepererunt ſibi magnam opinionem. Unde poſſet dici longa, & continua poſſeſſio honoris, ſi non in quantum ad extrinſecum reſpectum, in ordine ad judicium Mundi. Cæterùm credendus eſt nobilior in eſſentia, ſive ſubſtantia, qui naſcitur ex patre Magno, paucos ante annos mortuo, quàm qui originem traxiſſet ab ipſo Noë. Romani Imperatores non admittebant, niſi duplicem ordinem Nobilium, Senatorium, & Equeſtrem, ſine reſpectu ad temporis antiquitatem. Ex his præmiſſis jam ſequitur, cùm in Auguſtiſſima Domo Auſtriaca reperiatur vtraque nobilitas, quid ſentiendum ſit. Si illa oriatur à Romanis (vt vult prima opinio Pierleoniſtarum) eſt antiquiſſima: Si à Francis, eſt minus antiqua: ſi à Dominis Vindoniſſæ, eſt antiquior, quàm ſi à Francis, ſed minus antiqua, quàm ſi à Romanis. Verùm ſi actualis Nobilitas Auſtriacæ Domûs initium ſumpſiſſe dicatur in Rudolpho, cujus ſanguis hodie regnat in ſupremis Monarchijs per decurſum quadringentorum ferè annorum, non ſine bona ratione Arbor Auſtriaca plantari poteſt in ipſo Rudolpho. Accedit, & alterum motivum.

tivum. Rudolphus ſolus non cedit virtute ac dignitate Æneæ, quin præcedit. Licet enim ille fuerit Rex pius, ſed fuit idololatra, & hic Imperator Catholicus, exornatus omnibus egregijs, quæ Chriſtianum Cæſarem decent virtutibus &c. Ità diſcurrit Lequile, & concludit velle ſe à Rudolpho incipere, majoribus ejus prætermiſſis, circà quos ſunt multæ tricæ, & difficultates. Videtur autem inſpexiſſe Joannem Bodinum, qui Domui Auſtriacæ parùm affectus ſcribere non erubuit: *Auſtria Domus à Comitibus Habſpurgi generis ſplendorem repetens, ante Rudolphum Alberti patrem, id eſt ante annos trecentos, quæ qualisque fuerit penitùs ignoratur.* Melius poſuiſſet ſe ignorare, non abſolutè ignorari, quaſi etiam cum illo omnes alii ignorarent. Bodin. hiſtor. method. cap. 9.

## §. II.

## *Cenſura Decimæ nonæ Opinionis.*

DIdaci Lequile doctrinæ, & eruditioni multum tribuo, ſed vbi ad judicium ejus de varijs in hac materia opinionibus oculos conijcio, & hanc poſtremam ejus reſolutionem expendo, non poſſum non ſuccenſere, ſive timori, ſive negligentiæ. Timori inquam: qui enim in Genealogicis nimium metuit ne impingat, Geneographum non agat oportet. Qui non niſi certiſſima, & indubitata colligunt, gloriam Nobilitatis truncant, & ibi vel maximè nocent, vbi volunt prodeſſe. Aliqua etiam conjecturis tribuenda, & quoad licet argumentis firmanda ſunt. Rudolphum I. Cæſarem nobiliſſimum virtute, & factis, nemo ambigit: ſed eundem etiam nobilem antiquitate, & majorum avitâ nobilitate oſtendere, hic ſcopus eſt, in quem collimamus: hoc ab eruditis deſideratur: quod niſi egeris, nil egeris. Et annon ſupina eſt negligentia, etiam ſolùm certa deligentis, non anteà exordiri, quàm vbi nemo contrà hiſcere poſſit? Habuit ſuos majores Rudolphus citrà omne dubium valdè nobiles, & de quibus nemo diſputet niſi invidus, illos ſaltem oportuiſſet adducere, & vel huic vel illi opinioni ſuppetias ferre: non congerere ingentem farraginem de principalibus opinionibus, & vltimò hærere in ſalo, omnia in dubium revocare. Sed iſtud adhuc veniale aſt, quòd ante Rudolphum Cæſarem, qui juxtà ipſum ante 400. annos vixit, auſpicari noluerit; prætendere enim poteſt anteriora ſibi obſcura videri, vel ab alijs pridem ſatis examinata: illud prorſus piaculare, quòd in fine corruperit, & Geneſeos Auſtriacæ, defectu juſtæ coronidis, totam ædificij molem vitiarit. Scripſit Didacus opus ſuum Italicum Anno 1651. vti ex ejus notis marginalibus colligere licet: impreſſit deinde illud Antuerpiæ Anno 1653. & adjecit Tabulam Chalcographicam ejusdem Genealogiæ Auſtriacæ inchoando à Rudolpho I. & ecce, cùm pervenit ad Ferdinandum III. Auguſtum tunc imperantem, tres ei tantum proles aſſignat Ferdinandum IV. & Carolum Joſephum, & Mariam Annam. Mireris omninò ſupinitatem hominis in aula Auſtriaca verſantis, & non magis ſoliciti, de prole Auguſta. Agebat jam tunc Leopoldus Ignatius filius Ferdinandi III. annum vndecimum, cum ſcriberet Lequile, & neq; in Tabula Chalcographica, neq; in decurſu narrationis ejus memoriam vllam fecit: in quo tamen potiſſimus familiæ ſplendor, & majeſtas. Altiora nos inveſtigemus.

# CAPUT XX.

## *Vigesima Opinio de Origine Augustæ Domus Habspurgo-Austriacæ.*

### Habspurgicos derivari à Carolo Magno Imperatore.

### §. I.

### *Explicatur Vigesima Opinio.*

INter tot, & tam varias de Habspurgica origine opiniones plenas difficultatibus plus, minùs: hæc recentissima (quod sciam) maximè probabilis, & expedita videtur, quæ à Carolo Magno, & quà licet ejus majoribus auspicatur. Non numerat adhuc multos assecias, & suffragatores, sed præstat rationum, & probationum pondere, si quæ alia. Primus hanc viam signavit potiùs, quàm trivit Leonardus Wurfbain J. C. Norimbergensis Anno 1636. qui à Carolo Magno vsque ad hodiernos Austriacos deduxit stemma, eo solum fine, vt ab vno stipite in vnam Tabulam Genealogicam quadraginta duos Romanos Imperatores vsque ad Ferdinandum IV. Regem conferret, quod fecit per multas ambages, & intermixtas varias familias. Insinuavit eandem R. P. Joannes Gans in suo Arboreto; probavit verò Chiffletius. Ea fortè causa, & occasio fuit, quòd Galli æmulatione Majestatis Austriacæ exstimulati gloriari cœperint Reges suos à Carolo Magno stirpem suam derivare, quos inter Jacobus Cassanus, ut belli (quod inter Ferdinandum III. Augustum Austriacum, & Ludovicum XIII. Regem Galliæ gestum est) facem præferret. Asseruit enim ut ait Chiffletius; *Ludovicum XIII. Franciæ Regem à Carolo Magno Imperatore per Hugonem Capetum genus ducere, proinde quidquid juris uspiam ad amplissimum Caroli imperium Hugo habuisset, idem omninò eidem Ludovico competere.* Et durat etiamnum hæc apud Gallos persuasio, quam sæpè sæpius præteritis annis jactari audivimus. Mei propositi non est hic disputare de jure regnorum, si tamen jus ad regna Geneses tribuunt, profectò longè potiori jure, omnia ea regna, quæ quondam Carolus Magnus, & ejus posteri possederunt, Austriacis deberi ostendi potest, quia puriorem, & propinquiorem Carolinum sanguinem participarunt, quàm Capetici. Quidquid verò sit de jure regnorum, quod Politicis discutiendum relinquimus, hic de jure propinquitatis est quæstio, & an verè Habspurgici à Carolo Magno ortum habeant: quod si probetur, consequenter etiam probabitur eos ortum habere à Merovingis, & si altius originem rimari placuerit, à Merovingorum majoribus juxra opiniones quartam, nonam, & alias.

Wurfb. in Tab. Chalcograph.

Gans in Viridar. Austr.

Cassan. ap. Chifflet. in Vind. Hisp. cap. 1.

II. Supponunt verò hi authores non posse hodie vllam familiam deduci rectâ lineâ masculinâ sive à Merovingis sive à Carolingis; sufficere tamen, si id fiat per intermedias fœminas, quod ipsum jam olim glorioſum, & honorificum censebatur, & multis gradum fecit ad regna. Sic Henricus Tertius Imp. quòd matre natus fuerit Gisela ex Caroli Magni sanguine oriunda celebratur,

quòd

quòd Imperialem dignitatem ad Carolinum ſtemma reduxerit: De eo Albericus ità loquitur: *Henricus Imperatricis Giſalæ filius, qui patre vivente, regnare cæperat, eo mortuo ſolus regnavit. In eo dignitas Imperialis, quæ per longum jam tempus à ſemine Caroli exulaverat, ad generoſum, & antiqvum germen Caroli reducta eſt.* Alberic. ad an. 1040.

Et Abbas Urſpergenſis de Conrado II. Imp. cujus Uxor erat præfata Giſela: *Genuit ex ea Henricum ejus nominis Tertium, qui dictus fuit Niger, in quo propter maternum genus poſt multa curricula annorum redijt Imperium ad illuſtrem, & glorioſam propaginem Caroli Magni.* Urſperg. in Chron.

Sic pariter Fridericus I. Ænobarbus celebratur natus ex Carolino ſanguine apud Steronem: *Fridericus I. Friderici Suevorum Ducis filius, fratris ſcilicet Conradi Regis natus ex clariſſima progenie Carolorum poſt Conradum III. patruum ſuum apud Franckenfurt communi voto, & conſenſu omnium Principum eſt electus ad Imperium.* Plura talia paſſim apud authores occurrunt. SteroChron. Auguſt. ad an. 1152.

III. Memoratam ſuppoſitionem admittunt Adverſarij ipſi Galli, qui docent, ſtemma Carolinum quoad maſculam progeniem pridem extinctum, per fœminas tamen intermedias ſanguinem nonnullis adhuc familijs communicatum. Sic Theodorus Gothofredus, Ludovicus Canterellus, & alij. Conantur tamen altius ordiri Galli, & virile ſtemma Regum ſuorum deducere à majoribus Caroli magni, per Caroli Martelli fratrem Childebrandum Ducem, quaſi à S. Arnulpho Moſellano lineâ non interruptâ deſcendentem, quod proximis annis M. Antonius Dominicus Gallus probare aggreſſus eſt, ſed à Chifletio inſigniter refutatus. Poſito nunc, quòd Caroli Magni progenies maſcula pridem tota ſit exſtincta; quòd glorioſum ſit nihilominùs alicui familiæ, vel per fœminas participare ſanguinem Carolinum, quòd vtrumq; hoc etiam æmuli, & adverſarij fateantur; Opinio hæc in id ſolùm enititur, vt licet ſequacium hactenùs paucos fortè habeat, legitimis tamen probationibus, & argumentis ſe fulciat; quod ſine dubio plus momenti habet, quàm authorum quantalibet multitudo nudè aliquid aſſerentium, abſq; documentis antiquis. Gothofr. de orig. Auſtr. p. 5. Cantarell. in conſid. hiſt. M. Ant. Domin. ap. Chifflet in Lampad. Hiſtor.

IV. Quanquam, ſi ad particularia non deſcendas, pro hac opinione allegari poſſunt omnes illi, qui Habſpurgicos in communi à Romanis, vel in communi à Francis derivari aſſeruerunt; quia cùm hæc opinio non ſiſtat in Carolo Magno, ſed vlterius rimetur majores Caroli Magni, pervenit tandem ad Anſbertum Romanum, & Blithildem Francam; atq; adeò deducit ſtemma Carolingorum à Romanis per maſculinam ſeriem, à Francis Merovingis per fœmineam: conſequenter hæc opinio conciliat duas diverſiſſimas opiniones primorum Habſpurgicæ originis indagatorum; eorum ſcilicet qui à Romanis, & eorum qui à Francis, ſeu Pharamundana ſtirpe Habſpurgicos derivari contendunt; licet, cùm ad particularem generationum ſeriem proceditur, ab vtriſq; diſcordet. Præ cæteris allegari poſſent pro hac opinione Ulricus Kriegius, qui teſte Guillimanno, aliud non aſſeruit, quàm *Rudolphum Regem* (cujus bellorum Comes erat) *ante electionem Habſpurgi propè Bruck habitaviſſe, egiſſeque: majores ejus Romanæ ſtirpis, & originis eſſe.* Eodem modo hanc originem videtur tradidiſſe Joannes Stumpfius, vt ſuprà dictum. Ex ſequacibus verò Nonæ opinionis plures adduci poſſent, qui ſolùm in communi locuti à Francorum antiquis Krieg. in Chron. ſui temporis. Guillim. lib. 1. Habſp. c. 1.

Regibus ortum habere Habſpurgicos aſſeruerunt, non inquirendo ſingillatim quâ ſerie generationum. Neq; minus licet huc advocare ſectatores opinionis Decimæ Sextæ, licet per Atticum ſtemma derivent, quia fatentur Atticum è vetuſtis Francorum Regibus ortum habuiſſe, incertum tamen à quo Rege, quem hæc opinio aſſignare poteſt, vel Clotharium Magnum patrem Blithildis, vel alium ex ejus majoribus. Cœterùm in terminis Habſpurgicos à Carolo Magno habere originem aſſeruit etiam Enſisheimenſe Collegium Soc. JESU apud Bucelinum, in quadam Dedicatione ſcribendo: *Carolum Religione, ſapientiâ, & victorijs æquè magnum, eundem Habſpurgici ſtemmatis Conditorem.* Per hoc tamen quòd aſſeratur Habſpurgicos ortum habere à Carolo Magno per fœmineam lineam, non tollitur maſculina anteriorum Comitum Habſpurgi nobilitas, jam inde ab anno Chriſti 600. certis, & indubitatis documentis probata, quæ ipſa quoq; ab antiquis Francorum Regibus ortum habuit, ſive Nonæ, ſive Decimæ ſextæ opinioni, quæ omnium probabiliſſimæ ſunt, ſuffrageris. Verum quidem eſt, quòd de majoribus Ottoberti Altenburgici Comitis, qui ab anno 600. vſque ad 667. vixiſſe videtur, ſaltem conſenſu plurium documentorum anno 640. floruit, non habeatur hactenus convincens probatio, ſed ſolùm probabiles conjecturæ, quòd illi majores fuerint Reges Francorum, vti Capite IX. oſtendimus; interim factâ compararione ad alias Principales, & æmulas familias, hoc ipſum eſt maxima præcellentia Habſpurgicorum, quòd ab anno 600. Chriſti poſſint oſtendere ſuos majores, quo ſanè alias familias Domus Habſpurgica multis paſſibus antecedit, non ſolùm antiquæ nobilitatis, & Comitum tituli prærogativâ, ſed etiam origine à Carolo Magno repetita: quæ omnia in ſequentibus exactius probabuntur.

Bucel. P. 1. Germ. Geneal. fol. 18.

## §. II.

## *Deſignatio graduum à Carolo Magno ad Habſpurgicos.*

JUxtà ſuppoſitionem, quòd ſtemma Carolinum quoad maſculam prolem defecerit, videndum eſt, quid ex eodem ſtemmate fœminei generis remanſerit; pro hoc ſerviet hæc tabula.

Carolus Magnus Imperator.

1. Ludovicus Pius Imperator.

2. Carolus Calvus Imperator.

3. Ludovicus Balbus Imperator.

4. Carolus Simplex Rex.

5. Ludovicus IV. Rex.

Henning. P. 1. Germ. fol. 28. Chifflet. Vindic. c. 3. fol. 24.

| 6. Lotharius Rex. | Carolus Dux Lotharingiæ inferioris jure ſanguinis Francorum Rex. | | |
|---|---|---|---|
| 7. Ludovicus V. Rex ſine prole. | Otto Dux Lotharingiæ Inferioris, quem Hugo Capetus in carcere detinuit, & regnũ invaſit. | Ermingardis Uxor Alberti I. Com. Namurcenſis. | Gerbetga Uxor Lamberti I. cum barbâ Comitis Lovanienſis. |

Cæte-

Cæteræ proles Ludovici Pij, & Succeſſorum omnes extinctæ ſunt ante Ludovicum V. qui poſtremus Carolingorum ſine prole deceſſit, vti & Otto jure ſanguinis Francorum Rex, fortunâ ſolùm Dux Lotharingiæ Inferioris, hujus duæ ſorores Ermingardis, & Gerberga cum ſuis maritis fœcundæ ſobolem reliquerunt, à qua vario ductu plures Principes poſtea ſuam originem repetierunt. Pro Habſpurgicis, vt putat Chiffletius non invenitur propinquior nexus quàm ex Ermingarde ejusque marito Alberto Comite Namurcenſi, cujus proinde linea ſic deducitur.

7. Ermingardis jure ſanguinis Regina Francorum. Uxor Alberti I. Comitis Namurcenſis.

8. Hadwidis Namurcenſis, Uxor Gerardi Alſatij Ducis Lotharingiæ ſuperioris. Anno 1048.

9. Theodoricus Dux Alſatiæ, & Lotharingiæ ſuperioris Anno 1070.

10. Gerardus II. Dux Alſatiæ An. 1115.

Itha Lotharinga Uxor Radebotonis Comitis Habſpurgici ſeu Altenburgici.

Wernerus I. Comes primus Habſpurgi à quo cæteri omnes Comites Habſpurgi recta linea usque ad hodiernos Auſtriacos.

Ità quidem Chiffletius; & benè probat, vt ſuo loco oſtendemus, ſed propinquiorem adhuc nexum cum Carolo Magno poſſemus oſtendere cum Henningio, qui ſine dubio ex alijs deſumpſit, licet non addat probationes, hoc modo: Henning. P. 1. Germ ſol. 24. 66. & 266

Carolus Magnus Imperator.

1. Ludovicus Pius Imperator.

2. Lotharius I. Imperator.

3. Ermingarda Vxor Ragneri Magni Ducis Lotharingiæ.

4. Bertha Vxor Luitfridi I. Comitis Habſpurgici, quem alij Luithardum appellant.

5. Luitfridus II. Comes Habſpurgi.

6. Hunifridus Comes Habſpurgi.

7. Guntramus II. Comes Habſpurgi.

8. Lanzelinus Comes Habſpurgi.

9. Radepoto Comes Habſpurgi. Vxor Itha Lotharingica filia Gerardi Alſatij.

Ex hoc Schemate apparet, quod Habſpurgici Carolino ſanguini immiſceantur in tertio vel quarto gradu, ac proinde ante omnes alias Principales familias propinquiſſimi ſint Carolo Magno. Non enim diffitemur plures ſupereſſe Principum familias, quæ per intermedias fæminas etiam à Carolo Magno poſ-

ſunt

ſunt deducere ſuam ſtirpem, ſed nulla tam propè accedit ad Carolum Magnum quàm Habſpurgica, vel certè non tam purum Caroli ſanguinem participat, quod breviter ex vno vel altero Schemate oſtendi poteſt.

Chifflet. in Vind. Hiſp. c. 1. Bucel. To. 1. Germ. Geneal. fol. 31.

*Schema I. ex mente Bucelini, & Chiffletij.*

Quomodo Capetici & hodierni Reges Galliæ à Carolo Magno deriventur.

Carolus Magnus Imperator, ejus concubina nomine Regina.

Hugo Abbas Dux Burgundiæ.

Adelheidis Vxor Conradi majoris Ducis Burgundiæ Transjuranæ.

| | |
|---|---|
| Robertus Fortis Dux Francorum. | Conradus Junior Burgundiæ Dux. |
| Robertus Dux, & Rex Francorum. | Rudolphus I. Rex Burgundiæ. |
| Hugo Magnus Abbas Dux Francorum, & Burgundiæ. | S. Rudolphus II. Rex Burgundiæ. |
| Hugo Capetus Rex Franciæ, à quo Valeſij, & Borbonij. | Conradus Rex Burgundiæ. |

In hoc Schemate attingunt quidem Capetici Carolum Magnum in 3. gradu, ſed per impurum ſanguinem, & Hugonem illegitimum Caroli filium. Unde alius nexus purioris propaginis eſt indagandus.

Chifflet. Vindic. fol. 32.

*Schema II. itidem Chiffletij.*

Quomodo Capetici participent purum ſanguinem Carolinum.

Carolus Magnus Imperator.

Ludovicus Pius Imperator.

Carolus Calvus Imperator.

Ludovicus Balbus Imperator.

Carolus Simplex Rex.

Ludovicus Tranſmarinus Rex.

Carolus Dux Lotharingiæ.

Ermingardis Vxor Alberti I. Com. Namurcenſis.

Albertus II. Comes Namurcenſis.

Albertus III. Comes Namurcenſis.

Godefridus Comes Namurcenſis.

Adelheydis Uxor Balduini III. Com. Hannoniæ.

Balduinus IV. Comes Hannoniæ, & Namurci.

Balduinus Comes Hannoniæ, & Flandriæ Imperator Orientis.

Iſabella Comitiſſa Hannoniæ Uxor Philippi II. Francorum Regis Capetici, à quo cæteri uſque ad hodiernos.

In hoc Schemate quod per ſanguinem purum Carolinum, & intermedias fæminas deducitur, attingunt Capetici Carolum Magnum in gradu decimotertio: nec videtur poſſe formari alia major propinquitas. Inter alios Principes etiam ſtemma ſuum deducere poſſunt à Carolo Magno Duces Bavariæ, & Comites Palatini Rheni, de quibus ſit

*Schema III. ad Mentem Henningis.*

Quomodo Bavariæ Duces originentur à Carolo Magno. Henning. P. 1. Germ. fol. 191.

Carolus Magnus Imperator.

Ludovicus Pius Imperator.

Ludovicus Rex Germaniæ.

Carolomannus Rex Bavariæ.

Arnulphus Imperator.

Arnulphus malus Rex Bavariæ.

Arnulphus II. Rex Bavariæ.

Bertholdus Comes Schyrenſis, & cæteri Schyrenſes ac Wittelſpachij ad hodiernos.

Hoc Schemate quidem Bavariæ Duces continua maſculina ſerie deducuntur à Carolo Magno, ſed inprimis incertum, imò potius falſum eſt, quod Arnulphus malus fuerit filius Arnulphi Imperatoris; quia ſic non fuiſſet extincta familia Carolina in altero filio Arnulphi Ludovico Rege: deinde eſto id verum eſſet, hæc tamen deductio etiam eſt ſolùm per ſanguinis impuri participationem, cum Arnulphus Imperator non fuerit legitima proles Carolomanni.

*Schema IV. ad mentem Gabr. Bucelini, & Scioppij.* Sciop. ſup. cit. cap. 4. Bucel. inf. cit.

Quomodo Bavariæ Duces originentur à Carolo Magno.

Carolus Magnus Imperator.

Pipinus Rex Italiæ.

Bernardus Rex Italiæ.

Pipinus Comes Lengenfeldenſis.

Bernardus Comes Lengenfeldenſis.

*

Luitbaldus Dux Bavariæ, Bucelinus inter hunc, & Bernardum ponit Arnulphum, Ducem Cæsarei exercitûs.

Arnulphus I. Dux Bavariæ.

Arnulphus II. Comes Schyrensis.

Bertholdus Comes Schyrensis, & cæteri ex his Wittelspachij, & hodierni Duces,

Verùm hæc parentela æquè impura est, ac præcedens, quià Bernardus Pipini Regis filius fuit nothus. 2. Bernardi filium Pipinum habent alij antiquiores authorem Comitum Viromanduorum in Gallia Belgica, non autem Comitum Lengelfeldensium in Bavaria. 3. De Luitbaldo Duce Bavariæ magna est lis apud authores, neq; hactenus decisa, cujus ille filius fuerit. Nam alij volunt fuisse natum Engelrico Marchione Orientali, alij Adalberto Comite Babenbergensi fratrem Henrici primi Marchionis Austriæ: alij incertæ stirpis. Et licet Bucelinus cum Scioppio asserant constare ex domesticis Bajorum Annalibus, quod Luitbaldus sit natus ex sanguine Caroli Magni, quià tamen nec Annales illos producunt, nec seriem generationum ostendunt, fidei assensum non extorquent. Deniq; plurium authorum veterum consensu Carolinus sanguis masculinus pridem exaruit; purus quidem in Carolo Duce Lotharingiæ ante annum Christi millesimum; impurus verò, & nothus in Ludovico Rege Germaniæ Arnulphi Imperatoris filio; ac proinde recentiores, se vel inscitiæ, vel fictionis reos faciunt, qui quamcunq; familiam rectâ serie masculinâ volunt à Carolo Magno deducere: vti ex sequentibus clarius elucescet. Quare nihil opus est hic adducere schemata Bucelini de origine Ducum Brunsvicensium per Hugonem Comitem Provinciæ Regem Italiæ, quem sine prole defunctum alij scribunt, & illegitimum filium fuisse Lotharij certum est; nihil de origine Marchionum Thusciæ, & Atestinorum ab eodem Hugone derivata: nihil deniq; de hodiernis Lotharingiæ Ducibus, qui ex Capetica radice pullularunt. Quià vel deductiones ejusmodi carent probationibus, & contrà veterum scriptorum fidem pugnant, vel impuro sanguine gloriantur, vel deniq;, si quid habent probabilitatis, multis gradibus post Habspurgicos inseruntur sanguini Carolino, vti ostensum est de familia Capetica, & infrà vlteriùs ostendetur.

Chifflet. Vindic. Hispan. c. 2.

Laz. de Migrat. lib. 7. pag. 351. Bucel. To. 1. Germ. Geneal. fol. 40.

CA-

# CAPUT XXI.

## *Iudicium Authoris de præmiſsis viginti Opinionibus circa Originem Auguſtæ Domûs Habſpurgo-Auſtriacæ.*

### §. Unicus.

### *Recapitulantur præmiſſæ viginti opiniones, & cenſurantur.*

SAtis quidem ſuperioribus capitibus inſinuatum, quid de his opinionibus ſentiendum ſit, nihilominùs hic velut in compendium libet contrahere ſingularum cenſuram.

*Prima* apertè fabuloſa eſt, & quam aliquando placuiſſe Maximiliano I. Imp. nullo modo mihi perſuadeo, cùm alias ei probatas potius oſtenderimus.

II. *Secunda*, quæ à Noë initium ſumit, principio falſa eſt, & reijcienda. Miror Stabium, quod altam inveſtigans originem, non inceperit ab ipſo Adamo, à quo ad Noë ex ſacro textu indubitatam Generationum ſeriem potuiſſet deducere, & majorem ab Adamo ad Noë, quàm à Noë ad Maximilianum mereri fidem. Cæterùm vbi Stabius ad Francos deflectit, Nonæ opinioni adhæſiſſe cenſendus eſt.

III. *Tertia*, quantum à Romanis originari docet Habſpurgicos poteſt in vno ſenſu vera eſſe, non verò in ſenſu Authorum, qui à Romanis Scipionibus ortum deducunt. Nam hoc inparticulari nullis rationibus, aut documentis fulcire poſſunt: neq; hactenus invenerunt, qui ſubſcriberet.

IV. *Quarta*, vbi Trojanos veteres deducit ad Francos, incerta, & multis non ſatis probata. A Francis verò ſeu Merovingis deinceps probabilis, & correſpondet Nonæ, quæ præ ceteris communior, & probabilior eſt.

V. *Quinta*, cùm ab Ænea exordiatur, ad Julios deinde procedat, ac Anicios; plurimas habet difficultates, nec poteſt ſufficienter oſtendere Juliorum legitimum ortum à Romanis Æneadibus: nec Julianorum à Julijs, nec Aniciorum à Julianis.

VI. *Sexta* licet non nullos patronos, & aſſertores ſortita ſit, ficta tamen eſt, & merum commentum: obſcurat Auſtriadum famam, dum illuſtrare ſe ſimulat. Argumenta ſua multis verbis commendat, & extollit; cùm inſpexeris mera putamina invenies, caſſa, & nullius momenti: Frangipanes, & Perleonios vnam eademq; fuiſſe ſtirpem, & magnæ olim æſtimationis, negari non poteſt: ſed horum originem prorſus aliam, quàm ſextæ opinionis fautores contendant, ſe in Bibliothecæ Vaticanæ MSS. chartophylacijs inveniſſe ſcripſit aliquando Lucas Holſtenius in literis Româ datis ad Ottonem Fridericum Epiſcopum Labacenſem, vti ex ore ipſiusmet mei quondam ordinarij habeo: propterea ſcripturientem de hac materia Didacum Lequile, idem Epiſcopus familiari Epiſtolâ monuit, ne pergeret Auſtriacam domum ab hac radice deducere. At Lequile ſuo judicio plus quàm alieno ſapiens, neglectâ ejusmodi monitione,

ipſammet Epiſtolam partim Latinè partim Italicè ſcriptam impreſſit, & operi vltimo, quod de Pietate Auſtriaca edidit, inſervit. Nihil tamen ſive Lequile, ſive Seifridus, ſive alius Pierleoniſta hactenus produxit, quod veritatis amatori poſſet extorquere aſſenſum, quòd ſcilicet à Perleonibus (vndecunq; hi trahant originem) Habſpurgica familia, ſive maſculinâ, ſive fœminina ſerie oriatur. Primus hoc figmentum ad ſpeciem, & primâ frontè illuſtre excogitavit Henricus Gundelfingenſis; neque vllus eorum, quos ipſe allegat à Frangipanibus, aut Perleonibus derivat Habſpurgicos. Inſpiciantur fontes, & deprehendetur, quòd ſolùm vnus vel alter in communi aſſeruerit Habſpurgicos à Romanis oriri, abſtrahendo ab his vel illis, primus igitur jam dictus Gundelfingenſis deſignavit ſpecificam familiam Romanam Perleonum: Subſecutus Volatteranus, dein Vitignanus, Wion, Seifridus, & vix alius ex profeſſo vſq; ad Lequilem, qui licet magno conatu in gemino opere aggreſſus ſit, illam ſuadere, nihil tamen ad eam roborandum novi produxit, quod non anteà Seifridus, & alij produxiſſent. Imò ipſe tandem ingenuè vltimò faſſus eſt, opinionem hanc terminos opinionis, & conjecturæ non excedere. Digna proinde eſt, quæ cum ſuis Exulibus Perleonibus in exilium mittatur, & relegetur.

VII. *Septima* quæ à Gunthero Francorum Rege orditur in ipſo ſtipite ſe prodit, cùm de nullo Francorum Rege Gunthero conſtet Hiſtoricis; niſi dicatur fuiſſe Guntharius Clotarij Magni filius, quem ſine liberis defunctum tradunt priſci. Deinde nulla additur probatio, quòd tot diverſæ familiæ ab hoc ſtipite prodierint.

VIII. *Octava* nihilomelior eſt priore, cùm non poſſit oſtendere, à quo Griphone Habſpurgici orti ſint. In hoc tamen vtraq; meretur recipi, in quantum à Francis Regibus Habſpurgicam rimatur originem: quâ in re convenit cum Nona: licet in perſonis diſcordet.

IX. *Nona* celeberrima eſt, & ſequacium multitudine, & authoritate, & judicio amplectentium, & argumentorum probabilitate, ſi abſtrahas à determinato ſtirpis authore, & in eo ſiſtas, quod à Francorum Germanorum antiquis Regibus origo repetenda ſit Habſpurgicæ Domûs. Difficultas vnica eſt, vt oſtendatur, à quo determinatè ortum habeat, quæ cum hactenus ex antiquis documentis complanari non potuerit, in varias abierunt conjecturas Authores; nulla verò conjectura ſine difficultate. Pleriq; Sigebertum Theodoberto Rege ortum pro Conditore aſſignant; ſed hunc Sigebertum ex nullo antiquo ſcriptore poſſunt oſtendere. Verum eſt ab antiquis Francorum Hiſtoricis multos ex Merovingis, & Carolingis prætermiſſos eſſe, quià indies eruuntur nova nomina harum familiarum; ſed nullus adhuc in lucem prodijt Sigebertus. Cæterùm tantus conſenſus ſcriptorum, quòd à Regibus Franco-Germanis oriantur Habſpurgici (licet diverſi diverſos Reges reſpiciant) quorum fortè aliqui Sigebertum in antiquis ſcripturis, quæ non amplius extant, invenerint, omninò probabilem, & cæteris pleriſq; probabiliorem efficiunt Nonam opinionem, ad quam plures aliæ enumeratæ reducuntur.

X. *De-*

X. *Decima*, Hugobertum Ducem Transjuranum pro ſtipite ponit, ſed non probat: quin non deſunt authores, qui hunc quidem Habſpurgicum fuiſſe cenſent, ſed ex poſteris eorum, non primum. Quanquam & his probationes deficiunt, & ſectatores.

XI. *Undecima*, quæ à Merſpurgicis Saxonibus derivat Habſpurgicos prorſus fictitia eſt, nec meretur refutationem, minùs ſequelam.

XII. *Duodecima*, quæ commiſcet Francos, Suevos, Bavaros multis ſcatet erroribus, nec tempora poteſt combinare, proinde ficta, & arbitrariè excogitata.

XIII. *Decimatertia*, probabilis eſt quoad primam originem, ſed ex mera conjectura, & poteſt tàm Romanos, quàm Suevos, quàm Francos reſpicere. Cæterùm ab Ottoberto deinceps vſq; ad hodiernos Auſtriacos quaſi certa eſt; imò à Guntramo II. omninò certa. Priores gradus ab Ottoberto vſq; ad Guntramum diſponit probabiliter, ſicuti & plures aliæ, nec aliter poteſt, cæteri poſt Guntramum jam videntur extrà controverſiam.

XIV. *Decimaquarta*, manifeſtè erronea eſt, & ab imperito rerum Genealogicarum conſcripta, dum Thierſteinios, qui ab Habſpurgicis per fæmininam lineam deſcenderunt, ſtirpis Habſpurgicæ Authores facit: ſed neq; habet ſectatores.

XV. *Decimaquinta*, nimis ſerò incipit; ſolùm certa venatur, quæ non amplius diſputantur, nec attingit Scopum hujus ſtudij, quo docti viri conantur oſtendere Habſpurgicos ortum habere, & illuſtrem, & valdè antiqvum.

XVI. *Decimaſexta*, ſplendida eſt, & probabilis: at nondum ſatis probata, & authorum aſſenſu firmata. Primi gradus non videntur omnimodè cohærere. In eo tamen placet, quòd cum pluribus alijs inveſtigando originem Habſpurgicam, reſpiciat Francorum Reges antiquos, id eſt Francos Germanos, non Franco Gallos.

XVII. *Decimaſeptima*, quæ à Warino Duce Alemanniæ conatur ordiri, ipſi Bucelino, qui eam vnde, vnde hauſtam inſinuat, non placet.

XVIII. *Decimaoctava*, conjecturas habet non malas; prudenter ſuſpendit determinatam ſententiam de Ottoberti majoribus; ſed nova eſt, & quam ipſe author revocavit, ſectando alias.

XIX. *Decimanona*, eſt extrà quæſtionem, quià non quæritur vnde, & à quo primum nomen Auſtriacum ſortiti ſint Habſpurgici, ſed vnde ortum habeant ipſi Habſpurgici, de quo hæc opinio non eſt ſolicita.

XX. *Vigeſima*, deniq; vera eſt, & omnibus alij probabilior. Unicum ei deeſt, quòd interrumpatur per fæminas; nec aliter deduci poteſt. Interim, cùm ipſis æmulis Auſtriacorum placuerit hæc methodus inquirendi originem, nec interruptiones curent; ſequenda nunc nobis eſt, & amplectenda, quià & vera, & honorifica præ alijs Domui Auſtriacæ, multasq; poſt ſe trahit ſequelas, de quibus infrà nonnulla promemns. Interim tamen adhuc remanet quæſtio de Habſpurgicorum majoribus, qui floruerunt priusquam familia ſanguinem Carolinum participaret. Et quià certum eſt Anno 640. floruiſſe Ottobertum Co-

mitem Habſpurgicum ſive ſolo titulo Comitis Altenburgi, vt vult Guillimannus, ſive ſub titulo ipſo Habſpurgi, vt Bucelinus contendit, & non multùm abnuit Pieſpordius; reſtat doctis inquiſitio, quâ ſerie, & à quo Francorum Rege deſcenderit hic Ottobertus: quam quæſtionem, vt ſupra diximus, agitatam à plurimis authoribus, à nobis etiam quantum licuit cap. 9. ventilatam, cùm nihil certi definire poſſimus, relinquimus indeciſam. ſufficit Habſpurgo-Auſtriacæ domui, hanc ipſam nobilitatem ab Anno 640. citrà dubium certis ſultam argumentis, poſſe opponere ſuis æmulis, qui nihil ejusmodi poſſunt pro majoribus ſuis adducere.

# CAPUT XXII.

## Opinio Amplectenda.

### *Habſpurgicos derivari non ſolùm à Carolo Magno, ſed etiam à Merovingis, & Romanis.*

### §. I.

### *Explicatur amplectenda opinio.*

DUo in magnorum ſtemmatibus deſcribendis ſibi proponunt Geneographi, vt nempè familiam (quantum intrà limites veritatis licet) & antiquiſſimam exhibeant, & nobiliſſimam. Quod quidem tentaſſe authores Opinionum viginti, quas hactenus produximus, in confeſſo eſt. Nos idem præſtare conabimur deducendo Habſpurgicum ſtemma à Merovingis, & Carolingis ſucceſſivè; ſed cum hac præmonitione, quòd cùm vtramq; ſtirpem tàm Merovei, quàm Caroli Magni quoad maſculam progeniem defeciſſe conſtet, in ſubſidium ſimus advocaturi, vbi opus fuerit intermedias fæminas: quod ſi aliæ æmulæ Regum familiæ ſibi glorioſum reputant, idem ſentire debebunt eſſe Auſtriacis glorioſiſſimum. Quare cum Authore Phoſphori hoc in anteceſſum aſſerimus: *Antiquiſſima ac nobiliſſima ſtirpe ortos eſſe Habſpurgicos, è majorum claritate ac opibus, qui multis ante hæc tempora ſeculis inter Germaniæ Principes fuere magni, & illuſtres.* Quod quidem hæc à Merovingis, & Carolingis deducta origo manifeſtabit.

Auth. Phoſph. de gente Auſtr. P. 1. cap. 1.

II. Meroveus igitur Franco-Germanorum Regum tertius, qui An. Chriſti 456. vel 458. obijt, caput erit in hac Geneſi Habſpurgo-Auſtriacæ gentis. Hic labanti Francorum regno, novus Alcides fortes ſuppoſuit humeros. Fueritne Clodionis Criniti filius, vt pleriq; etiam veteres ſcripſerunt; an affinis, vt nonnullis viſum; relinquo in medio: id certum, ejusdem antiquæ Francorum Regum, & Ducum proſapiæ ſanguinem hauſiſſe, & veroſimilius filium fuiſſe Clodionis. A Chriſtiana fide alienum ſupponunt potiùs, quàm tradunt antiquiores, qui hanc gloriam nepoti Clodoveo reſervare ſolent, quòd primus ſacris vndis ablutus rem Chriſtianam promoverit. Mihi tamen opinari ſubit, ſub extremum vitæ fidei dogma edoctum, in eo etiam ſpiritum poſuiſſe: præſertim

tim ſi verum eſt, quod de Lapide invento in quodam Monaſterio refert Joſephus Texera, his verbis: *Apud Monaſterium Cretenſe (qui locus ab Anachoretis primùm cultus eſt, deinde à Monachis Ordiniis S. Benedicti, ac noviſſimè à Religioſis Fratribus normæ Ciſtertienſis) ſub calce cujusdam Epitaphij ſubeſt ingens lapis, in quo legitur Clodionem filium habuiſſe Merovæum nomine, qui unà cum Leodegario Bononiæ primo Comite, ab Hunnis ac Vandalis occiſus pro Chriſti fide Martyrio coronatus eſt. Anno Domini* 458. Quod ſi ità eſt, auſpicatiſſimum Auguſtæ Domûs Habſpurgo-Auſtriacæ nacti ſumus Genearcham Meroveum Francorum Regem, qui & victorijs contrà barbaros Hunnos Auſtriacis præluſit triumphis, & ſanguine in propugnationem fidei effuſo Zelatricem honoris divini poſteritatem, ad ſuſcipiendos pro fide Chriſti dilatanda labores animavit. Texera in Exegeſi f. 42.

III. Ab hoc Meroveo recta linea deducitur Merovingorum per decem Generationes, & lateralis vſq; ad Carolum Magnum per totidem Generationes, quas infrà exhibebimus, operi cui præludimus ſervituras. Interrumpitur verò hæc lateralis linea per inſertam vnam generationem fæmineam, nempè per Blithildem Clotharij Magni filiam, cùm aliàs Carolingi deduci non poſſint à Merovingis. Interim hic defectus, ſi quis eſt compenſatur à Blithildis marito Ansberto nobiliſſimo ſenatore Romano: atq; ità Carolingi ſimul à Romanis, ſimul à Franco-Germanis originem trahunt; à Carolingis verò Habſpurgici, parimodo per intermedias generationes fæmineas ejusdem tamen ſanguinis Carolini; quæ quidem omnia ſufficientibus teſtimonijs, & probationibus fulciemus.

IV. Porrò ex Geneſi Habſpurgo-Auſtriaca ſic diſpoſita, vlteriùs majeſtatem Auſtriacam oſtendemus glorioſam viginti tiaris Pontificijs Romanæ ſedis, pulsquam centum coronis Imperatorijs, & Regum plurimis, Sanctorum deniq; ſplendoribus quadringentis, & ſuprà. Huc totus iſte collimat labor.

## §. II.

## *Deſignatio Stemmatis Merovingici univerſi.*

NOn eſt animus omnes, & ſingulos enumerare, qui è Merovingis orti ſunt, ſed eos ſolùm, quorum aliqua inſignis memoria eſt. Henninges multa recenſet nomina, quæ noſtro inſtituto non deſerviunt. Initium verò ex communi opinione ſumimus. Henn. P. 1. Germ. fol. 8.

Pharamundus Rex I. Franco-Germanorum, qui Anno Chriſti 417. Regnum auſpicatus eſt Herbipoli ſive Wirtzeburgi. Obijt Anno 427.

Clodio Crinitus Rex II. Franco-Germanorum ob. Anno 446.

Meroveus Rex III. Franco-Germanorum. obijt Anno 458.

Albericus Dux Alſatiæ Dynaſta Arduennæ de quo ſub A. §. 3.

Childericus Rex IV. Franco-Germanorum. obijt Anno 485.

Lentieldis cum fratre baptizata.

Clodio Dux Francorum Orient.

Clodoveus Rex primus Chriſtianus obijt Anno 509. Uxor S. Clothildis filia Chilperici Regis Burgundiæ.

Albefleda Uxor Theodorici Veronenſis Gothorum Regis.

Bagnarius Dux.

Alquarius Dux.

S. Richarius Fundator Centulenſis.

Theodo-




Hæc eſt exacta Regum Merovingorum Geneſis, licet aliquæ perſonæ intermiſſæ ſint, quæ non videbantur facere ad propoſitum. Neque alia occurrit circà eam difficultas, quàm initio, quo patre natus ſit Meroveus, & an ejus frater fuerit Albericus, ſive Albero Alſatiæ Moſellanicæ, & Arduennæ Dux, vt vult Henninges. Cætera ex vetuſtis ſcriptoribus nota ſunt, & conſenſu ſcriptorum recentiorum firmantur. Annos obitus rectè ſupputavit Henſchenius prout hic adjecimus.

Henſchen. in Exegeſi prælimin. ad To. 3. April.

II. Ut tamen hæc aliquatenus ſtabiliamus antiquorum authoritate, probabimus aliquot generationes. Pharamundum fuiſſe primum Regem Francorum Germanum, teſtatur Ivo Carnotenſis: *Franci egreſſi à Sicambria pervene-*

Ivo Carnot. Chron. de Reg. Franc.

re

re ad extremos fines Rheni fluminis in Germanorum oppida, ibique aliquot annos cum principibus ſuis Marcomiro, & Sunone reſederunt. Ubi primum Regem Pharamundū ſibi ſtatuunt. Author geſtorum Epitomatorum, qui creditur eſſe Fredegarius Scholaſticus, idem adſtruit: *Elegerunt Faramundum filium ipſius Marchomiri, & levaverunt eum ſuper ſe Regem Crinitum.* De filio Pharamundi movet dubium Ivo Carnotenſis, qui ponit Didionem, & poſt hunc Clodionem: ſed cæteri vnanimiter Clodionem filium Pharamundo aſſignant, & in regno ſucceſſorem. Rurſum Chron. Epitomata: *Mortuo Faramundo Clodionem filium ejus Crinitum in regnum patris ejus elevaverunt.* Et Aimoinus: *Faramundum Marcomiri filium ſolio ſublimant regio; cui filius ſucceſſit Clodio Crinitus.* De Clodionis ſucceſſore major eſt difficultas.

Auth. Chrō. Epitomat. c. 4.

Idem cap. 5. Aimoin. l. 1. cap. 4.

III. Aimoinus allegatus: *Clodione rege vita decedente Meroveus ejus affinis, regni Francorum gubernacula ſuſcepit.* Gregorius verò Turonenſis ait: *Clogio autem &c. De hujus ſtirpe quidam Meroveum Regem fuiſſe adſerunt.* Fredegarius ſtirpem tacet: *Clodione Rege defuncto Meroveus in Regem ſublimatus eſt.* Henricus Huntindonienſis vocat Meroveum *cognatum Clodionis.* Accedit quod vetus ſtemma Regum Francorum apud Cheſneum diſertè alium patrem Meroveo aſſignet. *Primus Rex Francorum Faramundus, ſecundus Chludio filius ejus. Tertius Merevius, filius Merevij, &c.* Aliud quoq; ſtemma antiqvum exhibet poſteros Clodionis, quod ſuprà dedimus cap. 4. §. 3. In contrarium verò eſt lapis ille Cretenſis de quo ſup. §. mentionem fecimus. Et plurimi recentiores Meroveum fuiſſe Clodionis filium contendunt. Licet autem ſolum cognatus vel affinis fuiſſet, vix eſt credibile in Regem eligendum, niſi ex Regia ſtirpe ortum duceret. Quidquid verò ſit de parente Merovei, ab illo ſaltem Merovingica familia ortum habuit, & regnavit uſq; ad Carolingos. Notandum hic eſt, quod Nuſſienſis Chroniſta ex antiquiore quodam Bernardo refert: *Pharamundus decrevit cum hominibus ſuis nutrire comas, quod uſq; ad tempora Magiſtri Petri Lombardi Pariſienſis Epiſcopi in Francia fuit obſervatum: ſed tunc ad ejus inſtantiam prætermiſſum. Factum autem erat, ut Franci dignoſcerentur à Gallis, in quos decretum Julij Cæſaris ab antiquo emanaverat de tonſura ipſorum in ſignum ſervitutis.* Ex quo duo colligimus 1. Francos veteres verè fuiſſe Germanos, & diſtinctos à Gallis, qui poſtea caſu nomen retinuerunt. 2. non malè eos divinare, qui Francorum nomen derivant à Fri-anch, quaſi **Frey ankhen**, id eſt Liberi Juvenes veteri germanorum vocabulo, vt obſervavit Joannes Jacobus Fugger. Ut taceam nunc prærogativam Francorum Germanorum præ Gallis, quæ ex hoc ipſo loco colligitur.

Aimoin. cit. c. 5. Greg. Turon. lib. 2. hiſt. c. 9. Chron Epit. cap. 5. Huntind. lib. 7. hiſt. Angl.

Nuſſienſ. Canon. in Chron. Magno Belg. mihi fol. 14.

Fugger. in Spec. lib. 1. c. 2.

IV. De Childerico quòd fuerit filius Merovei omnes conſentiunt, Gregorius Turonenſis: Aimoinus, Fredegarius &c. Clodoveum verò Childerici filium diſertè Aimoinus: *Childericus Rex Francorum ex ſupra memorata uxore ſua habuit filium nomine Clodoveum.* Deinde etiam de Clodovei liberis. *Duxit vxorem ex genere Burgundionum Crothildem nomine, &c. Concipit Regina puerum natumque perducit ad baptiſmum, quem vocavit Ingomirum, &c. Genuit & alium filium quem baptizatum vocavit Clodomirum.* Et de Morte Clodovei: *reliquit quatuor filios regni hæredes.* Sequentis verò libri initio: *Quatuor filij Clo-*

Gregor. Turon. cit. Aimoin. c. 8.

Aimoin. 12. 13. 15. & 25.

*dovei, id est Theodoricus, Chlodomirus, Childebertus, atque Clotharius regnum inter se æqua lance dividunt.* Porrò Theodoricum ex concubina natum asserit alibi idem author: & de sorore horum fratrum Amalrico nupta pariter mentionem facit, vti & Gregor. Turonensis. De Clodomiri Regis filijs occisis, & Clodoaldo servato scribit idem Gregorius Turonensis. De cæteris quoq; generationibus tàm Gregorius, quàm Aimoinus, Fredegarius, Ivo Carnotensis, & alij agunt, vt super fluum videatur probationes adferre. A Dagoberto Magno vsq; ad Childericum vltimum exactè Genesim disposuit Henschenius (nonnihil mutatam, & diversam, ab ijs, quæ apud alios Recentiores leguntur) quam hic secuti sumus: probationes apud ipsum videri possunt. De collateralibus lineis Alberici, & Blithildis agendum restat, quod mox præstabimus.

Idem lib. 2. c. 1. & c. 7. Turon. lib. 3. c. 1. & 18.

Henschen. in Diatrib. & Exegesi ad To. 3. April.

V. Cæterùm paucis hic firmare oportet, quod Merovinga stirps in Childerico eradicata sit. Annales Fuldenses disertis verbis: *Pipinus missâ Romam legatione Zachariam Papam interrogat de regibus Francorum ex antiqua Merovingorum stirpe descendentium, qui Reges quidem dicebantur, sed potestas Regni tota apud majores domus habebatur*, &c. & anno seq. *Hyldricus Rex, qui ultimus Merovingorum Francis imperavit, depositus, & in Monasterium missus est.* Supponit hic alterius stirpis Pipinum, quàm Childericum, saltem quoad virilem prosapiam. Nussienses in Chronico Belgico: *Detonsus ergo Hildericus Rex est, & in monasterium detrusus. Hic finis Regni Merovingorum, qui regnaverunt annis ferme* 371. ex authore antiquiore quodam Andrea. Similiter Annales Francorum Anonymi: *Hildericus Rex qui ultimus Merovingorum Francis imperavit, depositus, & in Monasterium missus est. Pipinus verò Regio honore sublimatus.* Otto Frisingensis verò ait: *Hildericus ex antiquorum Francorum* Regum, *qui à Merovio Clodij filio, Merovingi dicebantur, sanguine descenderat, inane nomen* Regium *tenebat. Igitur* &c: *reversis à Româ nuntijs Pipinus &c: ad regnum eligitur.* Sequenti verò capite: *Pipinus &c: detonso Hilderico, & in Monasterium detruso, postmodum in* Regem *ungitur. Hic Merovingorum regno finito, Carolingorum &c: cœpit.* Ante hos Eginhardus Caroli Magni scriba: *Gens Merovingorum, de qua Franci sibi* Reges *creare soliti erant, usque ad Hildericum* Regem, *qui jussu* Romani Pontificis *depositus ac detonsus, atque in Monasterium trusus est, duraße putatur. Quæ licet in illo finita videri possit, tamen jamdudum nullius vigoris erat.* Ubi quasi sub dubio usurpans illa verba *putatur, videri possit*; insinuat Carolum Magnum ex eadem stirpe sed fœmineâ oriundum. Hoc ipsum vnanimi consensu tradunt Recentiores, Joannes Tilletus, Claudius Fauchetus, Belleforestius, du Haillan Joannes de Serres, Scipio du Pleix, & passim alij. Nihilominùs Petrus Bibliothecarius in Historia, quam absolvit An. 898. sic ait: *Pipinus Legatos misit ad Zachariam Pontificem Maximum, ut qui ex antiqua Merovingorum stirpe fuerit, regnaret iu Gallia, exaudit Pontifex &c*: ad quòd Sammarthani fratres: *Non est oblitus proponere se à Clodoveo Rege ortum esse, à quo nonnisi fœmineâ lineâ prodijße poterat.* Et hoc ipsum firmat nostram opinionem. Masculà proinde Merovei stirps exaruit, fœminea transijt ad Carolum Magnum.

Annal. Fuld. ad an. 751.

Nussienß. ad an. 750. Annal. Franco. Otto Frising. lib. 5. c. 23. 24. & 25.

Eginhard. In vita Caroli M.

Tillet ap. Armac. Fauchet. lib. 6. Belleforest. in Pipino. Du Haillan in Pipi. &c. Petr. Bibl. ad an. 751.

§. III.

## §. III.

## Deſignatio Stemmatis Merovingici collateralis ex Alberico filio Clodionis.

### A.

ALbericum filium Clodionis fuiſſe natum ex Baſina Thuringa ſcribunt, Lazius, Henninges, Texera, qui allegat Lotharicas hiſtorias, eumq; appellat Regem Franciæ Orientalis. Allegantur etiam Roſierius, & Nicolaus Ægidius Ludovici XI. Francorum Regis amanuenſis, quibus interim ſubſcribendum cenſeo, cùm non vacet antiquos conſulere. Henn. Ger. P. 1. fol. 19. Texera in Exeg. Navar. fol. 42. Ægid. Annal. Franc.

Albericus, qui & Albero, Clodione Crinito Francorum Rege natus, à regno excluſus per Meroveum, ut putat Texera. Obijt Anno 488. appellatus Rex Francorum Orientalium. Vxor Argotta filia Theodomiri Oſtrogothorum Regis.

| | | |
|---|---|---|
| Pharamundus. Theodoricus. Clodomirus. Cudumerus, quorum ſola nomina referuntur. | Vaubertus vel Wambertus I. Alſatiæ Moſellaniæ, Arduennæ, Aquitaniæ Dynaſta. Vxor Lucilla Zenonis Imper. Orientalis filia. Ipſe obijt Anno 520. | Amelberta, & Lucilla filiæ apud Geneographos. |

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| S. Deotarius Epiſcopus N. | S. Firminus Epiſcopus Vzetiæ. | Wambertus II. Hannoniæ Alſatiæ Arduennæ Comes. Vxor Clothildis filia Amalrici Regis Gothorum. Ipſe obijt Anno 562. | Aygulphus Epiſcopus Metenſis. | S. Goëricus Dux Aquitaniæ, deinde Epiſcop⁹ Metenſis. | S. Godo Epiſcopus Metenſis. | Lucilla Vxor Theodonis II. Ducis Bavariæ. |

Labbe Bibl. To. 1. f. 682.

Wambertus ſeu Walpertus II. Hannoniæ Alſatiæ, Arduennæ Comes. Anno 573. Vxore defunctâ Monaſterium ingreſſus. Vxor Gertrudis filia Caroli Ducis Tongrorum.

| | | |
|---|---|---|
| Gertrudis & Vraja filiæ. | S. Walpertus IV. Hannoniæ, Alſatiæ, & Arduennæ Comes obijt Anno 598. Vxor Berthilia filia Bertharij Regis Thuringorum. | Brunulphus Hannoniæ &c. Comes. Vxor N. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| S. Aldegundis Virgo Fundatrix Cœnobij Malbodienſis. Obijt Anno 637. | S. Waldetrudis Vxor S. Vincentij Madelgarij, quæ Agiam cognatam hæredem inſtituit. | S. Agia hæres Hannoniæ ſcripta à Waldetrude; Monialis Caſtrilocenſis obijt Anno 618. prius Vxor S. Hidulphi. | Clothildis Vxor Brunulphi, vel Sigulphi Comitis Templatenſis. Mater Sichildis nuptæ Clotario II. Regi. |

| | | |
|---|---|---|
| S. Endinus puerulus, alijs Dentlinus. | S. Landricus Epiſcopus & Sonegienſis Abbas. | S. Aldetrudis & S. Madelberta Moniales Malbodienſes. |

II. De Alberico jam ſupra dixìmus, cui Vaubertum ſive Wambertum, (dictum alijs Walpertum) tribuunt Geneographi, ſine dubio ex vetuſtis ſcripturis.

Walpertum II. filium fuiſſe Walperti I. tradunt ijdem Geneographi. Goëricum, & Godonem Metenſes Epiſcopos refert Anonymus in vita S. Adalberonis Epiſcopi Metenſis in hæc verba: *B. Goëricus noſtris temporibus memorabilis miraculorum operator, & S. Godo germanus ejusdem Pontificis Goërici, qui S. Arnulphi etiam ſanguine, & carne affines etiam in Epiſcopatu ſucceſſerunt.* Sumit vocem affines impropriè pro ſanguine junctis, eo quod S. Arnulphus ex eadem radice Merovingica ortum duxerit, vt infrà dicemus. De SS. Firmino, & Deotario ſuo loco. De Walberto III. teſtantur ijdem Geneographi. De S. Walberto IV. habet Author vitæ S. Aldegundis: *Cujus pater* (nempe S. Aldegundis) *ut in vetuſtiſſimis paginulis, ac plurimorum relatu comperimus, Walbertus, mater verò Berthilia nuncupata fuit.* Et infra iterum: *Erat namque eidem famulæ Dei Aldegundi germana nomine Waldetrudis, quæ fuerat conjuncta viro illuſtri Madelgario, &c.* Et Author vitæ S. Waldetrudis. *Nobilibus orta parentibus ex Regali proſapia edita fuit, cujus pater Walbertus, mater verò Bertilia dicebatur.* Propter quam ſcilicet dicitur edita ex Regali proſapia. Bollandus in Annotat. addit: *Habebant quatuor liberos, qui omnes in Litanijs Eccleſiæ Montenſis invocantur: & ſunt Landricus, qui patri Sonegiæ ſucceſſit, Aldetrudis, & Madelberta Abbatiſſa Malbodienſis, & Dentlinus puer.* De S. Agia, ſive Aya, quòd fuerit conſanguinea S. Waldetrudis teſtantur Lectiones Eccleſiaſticæ de ea apud Montenſes, quas refert Henſchenius.

Labbe. To. 1. Bibl.

Vita S. Aldegon. ap. Boll. To. 2. Jan. f. 1036.

Vita S. Waldetr. 9. Apri. ap. Henſch. Bolland. Not. ad vit. To. 1. April. fol. 879.

Henſchen. To. 2. April. fol. 579.

## §. IV.

## *Deſignatio Stemmatis Merovingici Collateralis ex Blithilde filia Clotharij Magni.*

BLithildis filia Clotharij Magni Francorum Regis, juncta Ansberto ſenatori Romano, ſanguinem Merovingum juxtà, & Romanum in Carolingos, adeóq; etiam in Habſpurgicos ex his ortos transfudit, quod hoc loco accuratius paulò explicabimus. Libet verò ante omnia exhibere ſtemma Ansberti, & poſtmodum Blithildis.

Fl. Avitus Imperator, qui Anno 456. abdicavit, & ordinatus eſt Epiſcopus Placentiæ.

| | | | |
|---|---|---|---|
| S. Iſichius ſenator, qui poſt ſuſceptas proles factus eſt Epiſcopus Viennæ Galliæ. Vxor Audentia. | ------ filia Uxor Tonantij Ferreoli Præfecti Prætorio Galliarum. | Ecdicius Comes. | Papianilla Vxor S. Sidonij Apollinaris, qui poſtea Epiſcopus. |
| S. Apollinaris Epiſcopus Valentiæ ad Rhodanum, & S. Alcimus Avitus Epiſcopus Viennenſis in Gallia fratres, & Fuſcina ſoror Monialis. | N---------- Vxor N---------- | | |
| | Ansbertus Senator Romanus ſic paſſim appellatus. Vxor Blithildis filia Clotharij Magni Regis Francorum. | | |

II. Probatio hujus Fragmenti Genealogici hæc eſt. Fl. Avitum ex Senatore Arverno declaratum Imperatorem Anno 455. conſtat ex Hiſtorijs Romanis: & anno ſeq. abdicato Imperio factum Epiſcopum Placentiæ teſtatur Gregorius Turonenſis. Coactum fuiſſe Imperium ſuſcipere ab exercitu, cùm eſſet Magiſter militum tradit Spondanus: *Imperator acclamatus eſt invitus atque reluctans: vir quidem domi militiæque ſpectatus, nobiliſſimo ortus genere, orator egregius jurisque conſultiſſimus, ac laboris bellici haud expers.* Porrò Aviti Imperatoris filios fuiſſe Iſichium virum ſenatorium, & Ecdicium Comitem, tradit Bouchetus ſcriptor Gallicus. Sirmondus verò, & Savaro aſſignant illi filios Ecdicium, & Agricolam. Fuiſſe etiam Aviti Imperatoris filiam Papianillam, teſtis eſt Gregorius Turonenſis: *Sidonio matrimonio ſociata Papianilla Aviti Imperatoris filia.* Hinc Sidonius appellat Ecdicium ſororium ſuum carmine 20. illi inſcripto, & alibi *fratrem uxoris*, eiq; gratulatur acceſſiſſe honorem Patritium Anno 475.

Gregor. Turon. lib. 2. hiſt. Franc. c. 11. Spond. Epito. ad ann. 455.

Bouchet. P. 1. de vera orig. 1. & 2. ſtirpis Regum Franco. cap. 2. Sirmon. in Notat. ad Sid. Apollinar. lib. 1. Epiſt. 2. & lib. 2 Epiſt. 12.

Porrò quod Iſichius fuerit pater S. Aviti Epiſcopi teſtis eſt Ado Viennenſis in Chronico, & author vitæ S. Aviti, & ipſe Avitus ſe appellat *Senatorem Romanum.* Meminit S. Avitus avunculi ſui, quem cum Iſichio patre aſſerit poſt faſces ſecularium dignitatum, populorum Eccleſiæ faſcem, ſive infulam Epiſcopalem ſumpſiſſe: qui avunculus haud dubiè fuerit S. Sidonius Apollinaris, impropriè ſumptâ voce avunculi.

Gregor. Turon lib. 2. hiſt. Franc. c. 12. Sidon. Apol. lib. 5. Epiſt. 16. S. Avitus in Poëmat. de laude Virginit. ad Fuſcinam Sororem.

III. Idem Bouchetus, qui ſuprà, tradit Avito Imperatori duas fuiſſe filias, quarum altera nupta dicitur Ominatio filio Ruricij Epiſcopi Lemovicenſis, altera Tonantio Ferreolo Præfecto Prætorij Galliarum, quem *affinem ſuum* agnoſcit Sidonius. Et S. Apollinaris frater S. Aviti in vita MSS. apud Bouchetum legitur Narbonam profectus, *apud Ferreolum & Parthenium ſuos conſanguinees hoſpitatus*: quæ omnia cum ſuprà poſito Fragmento Geneſeos benè cohærent. Addit Henſchenius: *Fuit autem Ferreolus avus Ansberti ſenatoris, ex quo, & Blithilde vxore filia Clotharij I. Francorum Regis progeniti ſunt majores Regum Francorum ſecundæ ſtirpis.* Hoc ſolum optaſſem paulò clarius explicari, & authoritate veterum firmari, contrà Henningem, & alios Geneographos, qui Ansbertum Walperto I. Moſellano genitum Walberti II. fratrem fuiſſe ſcripſerunt, de quibus ſuperiore §. egimus. Sed ipſe titulus ſenatoris, & cum ſenatorijs viris affinitas Romanum origine fuiſſe probat, licet natum in Gallijs, quod clarè canit vetus Poëta author carminis Carolo Calvo inſcripti, vbi ex Senatorum Romanorum genere natum Ansbertum memorat.

Henſchen. To. 1. Feb. Acto. vita S. Aviti fol. 660. & ſeq.

*Procubuit tandem multo de ſanguine feſſa* (Gallia)
*Romanosque ſenes, licet indignata recepit.*
*Surgit ab his igitur nitido de vertice ſplendor*
*Ansbertus generis portans inſignia clari &c.*

Author Carmin. ad Carol. Calvum ap. Chifflet. App. ad Lumina Salic.

Factâ deinde mentione Clotharij Regis, ſubjungit:

*Hujus erat plenis jam filia nubilis annis,*
*Roma tibi claros, quæ poſſet ferre nepotes.*
*Copulat hanc talamo vir dives, & inclytus ille:*
*Nomen erat Blithild multorum linea Regum*
*Sic igitur, ſic Roma tuos adcreſce triumphos.*

IV. Idem licet legere apud plures antiquos, Ansbertum ſcilicet ſenatorij ordinis Romani virum id temporis in Gallia divitem ac præpotentem Romanum origine fuiſſe, cui Clotharij Magni filia in leges matrimonij elocata. Porrò deprehensâ nunc Carolingorum origine Romanâ, etiam Franco-Germanicam oſtendamus per ipſam Blithildem.

B.

*Stemma Blithildis ad Carolum Magnum.*

Clotharius Magnus Rex Francorum. filius Clodovei I. & S. Clothildis.

N. Aviti Imp. pronepos Tonantij Ferreoli præf. Præt. nepos.

Blithildis nupta Ansberto Senatori Romano.

S. Firminus Epiſ. Vzetiæ.

S. Ferreolus Epiſcopus Uzetiæ M. avi paterni nomen ſortitus.

Bol. To. 1. Feb. fol. 210.

Arnoldus vel Arnoaldus Cognomento Buggiſus Dux Moſellanus. Ob. An. 601. Vxor Oda Gunzonis Ducis Sueviæ, filia ut habet Henninges.

S. Modericus Epiſcopus Areſitenſis.

S. Tarſitia.

S. Arnulphus Dux Moſellanus. Vxor Doda Saxonica. Factus dein Eremita, & Epiſcopus. Ob. Anno 641.

*S.* Clodulphus Epiſcopus Metenſis.

Anſigiſus Dux Moſellanus Vxor S. Begga.

Walchiſus Dux

N--------

nupta Comiti Virdunenſi.

Pipinus Dux Brabantiæ. Major Domûs Regiæ.

S. Wandregiſilus Fontenellenſis.

S. Godo de Oyo.

Carolus Martellus Dux Brabantiæ.

Pipinus Rex Francorum.

Carolus Magnus Imperator.

V. Hoc ſtemma indubitatum eſt, quià plurium antiquorum teſtimonijs roboratur, ſed imperfectum quoad laterales generationes, de quibus veteres non erant ſoliciti, vtpote ſolam rectam lineam paucis complexi. Unum & alterum producamus. Codex MS. Floriacenſis octavi ſeculi circa annum 754. de Majoribus Domus Regiæ, ſic habet: *Poſt tranſmigrationem generationis, ex filia Clotharij Regis Ansbertus genuit Arnoldum: Arnoldus genuit ſanctiſſimum Arnulphum, poſt Metenſem Epiſcopum: Arnulphus quoque ſanctus genuit Anchiſem, Anchiſes genuit Pipinum Majorem Domus: Pipinus genuit Carolum Martellum: Carolus verò genuit Pipinum, poſtea Regem effectum.* Tum paucis interjectis: *Fuerunt autem majores Domûs, à quibus Regalis generatio proceſſit; primus quidem Ansbertus Senator, qui ex Blithilde filia ſecunda Clotharij genuit Arnoldum, patrem S. Arnulphi, tandem Metenſis Epiſcopi, qui genuit Anchiſem patrem Pipini.* Ex hoc fragmento apparet, quod Pipino ad Regnum evecto ſtuduerint viri docti oſtendere, quòd Pipinus aliquo jure ſanguinis adeptus ſit regnum, nec aliter potuerint

MS. Floriacen. apud Chifflet. in Lumin. fol. 430.

rint oſtendere, quàm per fœmineam lineam. Hoc verò fragmentum ſub Pipino Rege ſcriptum eſſe colligitur, ex eo quià vltrà non proceſſit ad Carolum, ſed in Pipino deſijt.

VI. Aliud fragmentum exhibet Theganus coævus Ludovici Pij Imperatoris Chorepiſcopus Trevirenſis, in hæc verba: *Glorioſi, & Orthodoxi Imperatoris Caroli, qui de proſapia S. Arnulphi Pontificis Chriſti ortus eſt, ſicut Paterno relatu didicimus, & multæ teſtantur hiſtoriæ. S. Arnulphus cum eſſet in juventute Dux, genuit Anchiſum Ducem: Anchiſus Dux genuit Pipinum Seniorem, & Ducem: Pipinus Senior, & Dux genuit Carolum Seniorem, & Ducem. Karolus ſenior & Dux genuit Pipinum Regem: Pipinus Rex genuit Carolum.* Scripſit Theganus circà annum 837. ſed quia tacuit majores S. Arnulphi, à quo tanquam notiore & ſancto incipere voluit, ſuppetias illi ferat alius vetuſtus ſcriptor, qui cùm accuratè deſcribat Caroli Magni obitum, ſcripſiſſe videtur circà Annum 815. ſic verò habet: *Ansbertus ex genere Senatorum, præclarus vir atq; nobilis, in multis divitij pollens accepit filiam Lotharij Regis Francorum nomine Blichthilt: & habuit ex ea filios tres, & filiam unam. Primogenitus ipſius Arnoldus nominatus, ſecundus Ferriolus: Tertius Rodericus, & filia Tarſicia. Ferriolus quidem Epiſcopus ordinatus in Vnciana civitate martyrio coronatus eſt: ibi requieſcit in pace: Rodericus verò in Hariſio Epiſcopus ordinatus, ibi Confeſſor Chriſti requieſcit; ubi Deus per ejus merita multa miracula operatur. Tarſicia verò Virgo Chriſti in Virginitate ſua perſeverans, in Rodanis civitate requieſcit; per cujus merita ibidem Chriſti virtus cottidie oſtentatur, quæ fertur etiam mortua mortuos ſuſcitaſſe. Arnoldus primogenitus ejus genuit Arnulphum, Arnulfus genuit Fludolfum, & Anchiſum, Fludolfus verò divina largiente clementia Epiſcopus ordinatus eſt. Anchiſus autem Pipinum genuit: Pipinus genuit Karolum: Karolus verò Pipinum Regem: Pipinus verò genuit glorioſum, & nobiliſſimum Cæſarem Carolum. Anno DCCC. XV. ab Incarnatione Domini Magnus Karolus, & Auguſtorum optimus. Aquis grani. 5. Kal. Februarij, horâ diei tertiâ de hoc ſeculo migravit. Amen. regnavit annis 48. deceſſit annis 72.* Simile huic Fragmentum, paucis verbis mutatis (uti ſolebant antiqui ab invicem deſcribere) producit Bollandus ad vitam S. Tharſiciæ, quod ab Henrico Caniſio editum, & cum MS. ſancti Maximini Trevirenſis Monaſterij collatum aſſerit, & hoc terminatur in filijs Ludovici Pij.

Theganus ad an. 813.

Chron. MSS. Franco-ſaxon. Trevirenſe.

Henric. Can. To. 5. Antiq. lection. p. 2. MSS. Trevirenſe S. Maximini Bol. To. 1 Jan. f. 1068.

VII. Unum adhuc paulò recentius promamus ex Alberico Monacho trium Fontium, qui vixit Anno 1241. *Hic dicendum eſt, quòd primi filia Lotharij Blithildis ſoror Guntramni Regis, & Chilperici, & aliorum, Duci Ansberto illuſtri viro peperit Ducem Arnuldum, & Ferreolum, qui fuit Epiſcopus in Utia civitate, ubi Martyr factus eſt; & Rodericum Epiſcopum in Arilido, ubi Confeſſor quievit & Charſiam Virgineni, quæ Redonis obijt. Dux Arnoldus genuit Ducem Arnulfum. Dux Arnolfus ſanctus, antequam fieret Metenſis Epiſcopus, de Doda tres genuit filios, Ducem Anſigiſum, & Walchiſum patrem S. Wandregiſili Fontenellenſis, & Clodulfum Metenſem Epiſcopum. De ſorore natus eſt Sanctus Godo de Oyo, filius Comitis Virdunenſis. Dux Anſigiſus, qui & Anchiſes, duxit S. Beggam ſororem ſanctæ Gertrudis de Nivella, filiam ſcilicet primi Pipini, filij Carlomanni: &*

Alber. Mon. ap Chifflet. in Lumin. fol. 442.

*genuit*

*genuit Ducem Pipinum patrem Caroli Martelli.* Ex hoc fragmento apparet, quòd priores minùs exactè rimati sint Genealogiam Caroli Magni, posteriores sensim ex antiquis scripturis plures eruerunt: primus Albericus facit mentionem S. Godonis ex sorore Ansigisi progeniti. Unde non mirum, quòd etiam alij multò recentiores Alberico multos etiam alios eruerint. Præsertim ex MSS. Sanctorum Vitis, vt proinde ad plenam hujus Geneseos cognitionem, necessarium sit etiam recentiorum vestigia premere, & adjungere, quæ hic desunt, licet ista sufficerent ad probandam originem Carolingorum ex Merovingis.

## §. V.

## *Plenius stemma Lineæ collateralis Merovingicæ à Blithilde ad Carolum Magnum.*

Clotharius I. Magnus Rex Francorum. Uxor S. Radegundis Thuringa.

**1.** Sigebertus Rex Austrasiæ, à quo communis opinio deducit Habspurg. — Blithildis Uxor Ansberti Senatoris Romani Ducis Mosellani, qui obijt Anno 570. — S. Gunthramus Rex Francorum. — Clothildis Uxor Alboini Regis Langobardo.

**2.** S. Ferreolus Episcopus Uzetiæ. — S. Modericus Episcopus Arelitensis. — B. Arnoaldus Dux Mosellanus cognom. Buggisus. Obijt An. 601. Uxor Oda filia Gunzonis Sueviæ Ducis. — S. Condulphus. Episcopus Tungrorum. — S. Tharsitia Virgo. — B. Ulfis Virgo.

**3.** Sigulphus vel Brunulphus Comes Templatensis Uxor Clothildis filia Brunulphi Comitis Hannoniæ Soror S. Agiæ. — S. Basinus Trevirensis Archiepiscopus. Obijt Anno 697. alijs est filius Clodulphi. — S. Arnulphus Dux Mosellanus deinde Episcopus Metensis. Uxor Doda filia Viberi Comitis Bononiæ, Soror S. Vulmeri. Ipse ob. Anno 641. — B. Vandelinus Monachus. S. Afra Abbatissa Trevirensis. — Gonza Uxor Geruvini Ducis Austrasiæ, circà Annum 670.

**4.** Brunulphus Comes Templatensis. — Sichildis Uxor Clotharij II. Regis Francorum, — N. Comitis Virdunensis filia Uxor — B. Anigisus M. Dux Mosellanus, & per Uxorem Dux Brabantiæ. ob. 685. Ux. S. Begga hæres Brabantiæ, filia Pipini Brabanti, & S. Ithæ Aquitanæ. — Walchigisus Dux ----- Uxor ----- — S. Flodulphus vel Clodulphus Dux Mosellanus. Ux. I. Adelina filia Clotharij II. Regis. Ipse demum Metensis Episcopus obijt Anno 718. — S. Luituvinus Archiepiscopus Trevirensis obijt Anno 717.

S. Godo de Oyo.

**5.** Landrada Uxor Sigrammi Comitis. — Pipinus Heristallus Dux Brabantiæ. Obijt Anno 714. Uxor B. Plectrudis Ducissa Bavariæ. Concubina Alpais. — S. Wandregisilus Fontanellensis. — Martinus Dux Mosellanus, pater B. Eleutherij Eremitæ, avus S. Symperti Episcopi Augustani.

**6.** S. Godegrandus Episcopus Metensis. — S. Landrada Virgo. — Carolus Martellus Dux Brabantiæ obijt An. 741. Uxor Cunhildis. — S. Grimoaldus. S. Sylvinus. S. Noitburgis. — Aug. — Maria Uxor Leonis III. Isauri Imperat. cujus at nepos Imperator maritus. S. Theodoræ Imperatus. S. Theophilus — Drogo Dux Uxor Anstrichildis filia Waratonis Præf. Palatio regio 2. Adaltrudis.

**7.** Griffo obijt Anno 752. — S. Hadeloga Abbatissa Kitzingensis. — S. Genovefa Palatina. — Chiltrudis Uxor Odilonis Bavariæ Ducis. — B. Carolomannus Monachus. — S. Remigius Episcopus Rothomagensis. — Pipinus Brevis Rex Francorum obijt. Anno 768. Uxor 1. Berthrada, filia Heraclij Imperat. 2. Sichildreda, quæ improles. — Bernardus Dux --- Uxor --- An. 774. — S. Hugo Episcopus Rothomagensis. — Arnulphus Dux. — Godefridus Dux Saxoniæ. — Pipinus Dux.

**8.** Rolandus. — Imetza. — Carolomannus obijt 771. — Carolus Magnus Imperator. Conditor Carolingorum. — Bertha mater Rolandi Ducis famosi, & Imetzæ. — Symphoriana Uxor Lamberti Ducis Mosellani, & Rolandus. — Allis vel Alheidis Uxor Lotheri Ducis Mosellani. — S. Gertrudis Carleburgensis. — S. Gisela, dicta etiam Kisberga. — Rothais sepulta ad S. Arnulphū. — Ada ancilla Christi. Efficia Monialis. — Walo à quo Walones dicti sunt. — S. Adelardus Abbas. — S. Bernarius Asceta. — S. Gundrada. — Theodrada. — B. Regina Uxor Beati Aldeberti. — B. Ragenfredis Abbatissa. — B. Ava Monialis.

II. Hoc ſtemma ex Blithilde ad Carolum Magnum nullus hactenus tam plenum exhibuit; in quo licet gradus in recta linea certi ac indubitati ſint, ac ſuperiore §. ſufficienter probati, quod ſolum requiritur ad connexionẽ Merovingorum cum Carolingis, quià tamen in Auſtria Sancta coñexio ſanctorum requiritur cum Habſpurgicis: hic probabimus deſingulis ad hanc tabulam relatis.

Ad num. I. Blithildem fuiſſe filiam Clotharij Magni, tradit Author ſcripti de majoribus Domus Regis, apud Pithœum ex MS. Floriacenſi an. 754. Alius author Genealogiæ Regum Francorum apud Cheſneum ex Codice Regis Britanniarum, ejusdẽ ætatis. Author etiam vitæ S. Arnulphi lib. 2. c. 37. Item Chronicon MS. Franco-Saxonicum ex Bibliotheca PP. S. Treviris ſupralibatum. Author Carminis ad an. 840. ſupralibati. Prætereà Genealogia S. Arnulphi MS. in Bibliotheca S. Maximini apud Treviros ad an. 844. Alia item Genealogia Caroli Magni MS. in Codice Sangallenſi an. 867. Item Saxonicus Poëta apud Chifletium. Sigebertus Gemblacenſis in Chronico ad an. 625. Heriulphus Monachus S. Richarij in Chronico Centulenſi lib. 2. c. 1. qui vixit ſeculo duodecimo. Albericus Monachus trium fontium author ſeculi decimitertij ſup. libatus. Guilielmus de Nangis, Nicolaus Gillius Galli ſcriptores ſeculi decimiquinti. Petrus Divæus Lovanienſis, Chriſtophorus Brovuerus, Scipio Dupleix, Dionyſius Petavius, Aubertus Miræus, Sammarthani, & alij Recentiores. De Clothilde ſorore teſtatur author vitæ S. Arnulphi lib. 2. c. 37. & alij plures.

Chifflet. Lumin prærogat. fol. 439. & ſeqq.

III. Ad num. 2. quòd *S. Ferreolus. S. Modericus, & S. Tharſitia* fuerint proles Ansberti & Blithildis teſtantur penè omnes ad num. 1. relati authores, & Geneſes antiquæ ſuperiore §. adductæ. *S. Condulphum* Epiſcopum Tungrorum prioribus adnumerat Texera, ut ait, ex ſtemmatibus & Geneographis Lotharingis: & eodem modo Henninges: quamvis Gualterius illum ſcripſerit filium Ducis Lotharingiæ, ſed intellexerit Moſellanicæ. qnià nomen Lotharingiæ tardius enatum eſt. *B. Viſidem* ſororem prædictorum numerant ijdem Texera & Henninges quin & addunt Ansbertum, Anchiſum, Nicanorem, Udonem Mariam, Odam, quos prætermiſimus, quià ſolo nomine notos.

Texera f. 46. Henn. P. 1. Germ. f. 18. Gualter, de Epiſc. f. 1486

Ad num. 3. *Sigulphum* ſive *Brunuphum* Com. Templatenſem fuiſſe filium Arnoaldi Ducis Moſellani notavit Henninges, & poſt eum Texera, aliegans hiſtorias Lotheranas. De *S. Baſino* eſt difficultas, quià alij eum faciunt filium *S. Clodulphi*, ut Texera, & Bucelinus, alij verò Arnoaldi ut Henninges, & aliqui innominati Hiſtorici apud Texeram; Maſenius affinem Baſini Archiepiſcopi *S. Clodolphum* nuncupat. Brouverus autem cum aſſeruiſſet S. Baſinum generosà & nobili ſtirpe genitum, addit: *non deeſſe, qui fratrem ejus fuiſſe tradunt B. Clodulphum.* Et ſanè pro fraterno nomine pugnat Chronologia; filius certè eſſe non potuit Clodulphi, qui obijt an. 718. & Baſinus ſenio confectus an. 697. ut habet Maſenius. Filium tamen potius Clodulphi quam fratrẽ aut patruum contendunt Roſierius, Wion, Menardus, Dorganius, Sauſſayus, præter allegatos, qui omnes videntur Roſierio credidiſſe, nec combinaſſe años. Utvt ſit, ſaltem vitæ author ait eum fuiſſe fratrem Ducis Lotharingiæ, ejus ſcilicet partis Auſtraſiæ ſeu Moſellanicæ, quæ poſtea Lotharingia dicta eſt, & quam Blithildis poſteri habuerunt hæreditariam, vnde citrà dubium fuit ejusdem ſanguinis. *Gonzam* fuiſſe ſororem *S. Baſini* clarè

Texera cit. Bucel. Menol. ad 4. Martij Maſen. Epitom. Annal. Trevir. fol. 178.

Nizo Abbas Mediolacẽ. in vita.

habetur ex ejus vita, in qua dicitur avunculus *S.Luitcoini*, qui ei poſtea ſucceſſit in Epiſcopatu, natus ex Gonza ſorore Baſini. Idem teſtantur Bollandus, Scheckmannus, Wion, & alij relati ſuprà. S. Afram reponunt inter proles Arnoaldi Henninges, & Texera; apud Maſenium nullam ejus reperio memoriam; nec Bucelinus eam retulit in Menologium: ſed non eſt credendum ab Henninge confictam. *D. B. Valentino* eadem eſt ratio. Addit præter has proles Henninges etiam *S.Severam Abbat.*, ſed hæc fuit Godini Ducis Aquitaniæ filia ſoror S.Modoaldi & Ithæ matris S.Beggæ, quos etiam malè Henninges Arnoaldo attribuit.

Bollan. To. 1. Martij fol. 314. Jo. Scheckman. in Epito. Trevir. rer. lib. 3.

IV. Ad num. 4. *Walchiſum*, & *Flodulphum* fuiſſe filios S. Arnulphi diſertè tradunt veteres Genealogiæ S.Arnulphi, & Caroli M. ſup. relatæ, ſolùm de *S. Flodulpho* qui etiam *Clodulphus* ſcribitur, recentiores ſubdubitant, an vxorem, & liberos habuerit, Henninges haud dubiè ex Roſierio, vti & Texera illi attribuunt conjugē, & 5. liberos, quibus interim ſubſcripſimus, quia potuit exemplo patris ante Epiſcopatum vel eremum, habuiſſe vxorem, & deinde Eccleſiaſticum ſtatum ſuſcipere. De Luituvino jam dictum eſt, quod fuerit S. Baſini ex Gonza ſorore nepos, vti etiam teſtantur hiſtorici. *S. Wandregiſilum* fuiſſe filium Walchiſi Ducis habent ſuprà allegatæ veteres Genealogiæ Ansbertinæ & Arnulphinæ.

Theofrid. in hiſtor. MS. Maſen. Epito. Annal. fol. 175. ſup. §. 4. n. 4. & ſeqq.

V. Ad num. 5. & 6. Quod *Landrada* fuerit mater *S.Godegrandi*, vel Chrodgangi conſtat ex vita ejusdem Sancti; de quo etiam Paulus Diaconus: *Patre Sigramno, matre Landrada Francorum ex genere primæ nobilitatis progenitus.* Quod verò Landrada vxor Sigrammi fuerit filia Anſegiſi, ſoror Pipini, conſtat ex charta Gorzienſis Monaſterij, in qua ſubſcriptus legitur: *Ego Grodegangus vnà cum voluntate Illuſtriſſimi Pipini, inclyti Francorum Regis avunculi mei*, &c. vnde Gorzienſes arbitrati ſunt Landradam genitam ex Carolo Martello, quia nominatur hic Pipinus Rex, ſed & pluries, vti obſervavit alicubi Bollandus, tam Pipinus Heriſtallus, quam Carolus Martellus nominantur Reges, quia re ipſa regebant, & qui veri Reges erant ſolum nomē retinebant; aliunde Chronologia non poteſt convenire Pipino Brevi, cùm S. Grodegangus fuerit Referendarius Caroli Martelli. Hinc Franciſcus Lanovius rectè concludit Landradam fuiſſe ſororem Pipini Heriſtalli. Extat etiam in Chartulario Gorzienſi hæc nota: *Khrodegangus Regiæ Carolingorum familiæ heros clariſſimus Pipini ex Landrada ſorore nepos, primum Referendarius ſeu Cancellarius Regni Franciæ ſub Regibus ------ Auguſtæ dein Mediomatricum Baſilicæ Præſul*, &c. quæ moverunt etiam Bouchetum, vt *S. Landradam* virginem S. Chrodegango ſororem attribueret. Sed obijcit Bollandus, quod S. Landrada dicatur fuiſſe neptis B. Pipini Landenſis, & S. Arnulphi, & deceſſiſſe circa an. 690. quæ fateor habent aliquid difficultatis, nihilominùs, quia veteres (vt obſervat Chiffl.) non adeò rigorosè ſumebant voces nepos, neptis, avus, avia, ſed loco pronepotis ponebant aliquando nepotē, nihil obſtat quo minus S. Landrada potuerit eſſe filia Landradæ & Sigiramni, adeòq; vera neptis Pipini Heriſtalli, proneptis B. Pipini Landenſis, & abneptis S. Arnulphi: Imò eoipſo quod dicatur ſimul neptis B. Pipini, & S. Arnulphi diverſimodè reſpiciebat vtrumque, & in diverſo gradu, atq; adeò vox neptis impropriè vſurpata eſt. De tempore facilè ſolvitur dubium, præſertim cùm non certò conſtet de anno obitus S. Landradæ. Cæterùm etſi S. Landrada non fuiſſet ſoror S. Grodegangi, per B. Pipinum, & S. Ar-

Franc. Lanode SS. Franc. Cancel. ad vit. S. Grodeg. Chart. Gortz. p. 166

Bolland. To. 1. Mart. fol. 453.

Chifflet. in Vind.

Chart. Gorzien. apud Meuriſſi. pag. 168.

S. Arnulphum æquè ſpectaret ad majores Carolingorum, quod noſtræ intentioni pro Auſtria ſancta ſufficit.

VI. Ad num. 6. Quod *Drogo*, & *Grimoaldus*, quem nonnulli Martyrem appellant fuerint filij Pipini Heriſtalli ex Plectrude, conſenſu omnium ſcriptorum firmatum, & extra dubium eſt. *Mariam* Uxorem Leonis Iſaurici ei attribuit ex eadem Plectrude natam Henninges, id fortè ex Roſierio hauſerit, nec alium vidi, qui ita ſcripſiſſet. *De S. Silvino* Epiſcopo Alciaci in Belgio, & *S. Notburge* hæc apud probos authores leguntur: MS. Florarium antiqvum ad 17. Februarij: *Depoſitio S. Silvini Tervanenſis Epiſcopi, Confeſſoris, qui fertur filius extitiſſe Pipini Brabantinorum Ducis ſecundi hujus nominis.* In Elogio Epiſcoporum Tervanenſium legitur: *fuiſſe filium Pipini cognomine Groſſi, &c. & S. Plectrudis uxoris ejusdem.* Hadrianus Barlandus in Chronico Ducum Brabantiæ de Pipini & Plectrudis liberis hæc habet: *Ex eo conjugio digna parente edita proles, filij tres Drogo, & Grimoaldus, qui cum Chriſti eſſet fortis adſertor Dei, poſteà Leodij Martyrium adijt ob Chriſti fidem. Filius tertius fuit Silvinus vir pientiſſimus, qui & ipſe ſancti appellationem meruit. Filia Notburgis vocata eſt, ſepulchro illata Coloniæ miraculis claruit.* Idem ſenſit Divæus. Nec mirum videri debet hos ab antiquioribus prætermiſſos, quià illi ſolum liberos recenſebant, qui ſtemma propagarunt, vti in pluribus ſequentibus apparebit. Senſim ex SS. vitis prodeunt plures liberi hujus ſtirpis; & quod olim per deſcriptiones laborioſas ad paucorum pervenit manus nunc Typi beneficio myriades legunt.

MS. Florar. ap. Boll. To. 3. Feb. fol. 25 Elog. Epiſco. ibidem. Hadr. Barlan. Chron. Braban. cap. 3. Divæ. rer. Brabant. lib. 1. c. 3.

VII. Ad num. 7. Quod *B. Carolomannus*, & *Gripho* Pipini Regis fratres fuerint, teſtatur Adelmus initio ſui Chronici. Idem tradit Ivo Carnotenſis, & conſentiunt alij. Quod Bernardus fuerit tertius frater Pipini Regis tradunt Geneographi, & Paſchaſius Ratbertus in vita S. Adelardi, vbi de ſancto Adelardo dicit: *Cum eſſet Regali proſapia Pipiui Magni Regis nepos, Caroli conſobrinus Auguſti.* Quod clarius explicat in alia vita S. Gerardus Abbas Sylvæ majoris, qui ob. anno 1050. *Ab ingenuis Francorum Regibus deducens nativitatis lineam, Bernardum fratrem Magni Pipini Regis habuit patrem, conſanguineum quoq; æquivocum Pipini Pipinum juniorem; conſobrinum, quem & collegam ſub alas ſcholares eundē Carolum Imperatorem.* Alij antiquiores Bernardi vix meminerunt, quia videtur fuiſſe infans quando mortuus eſt ejus parens Carolus Martellus an. 741. cum fratri Pipino ſuperſtes Carolo Regi militaverit adhuc an. 774. pridem ante defuncto Pipino.

Adelm. ad an. 741. Adhelm. ad an. 773. Paſcaſ. Rath. in vita S. Adelard. cap. 1. S. Gerar. Ab. in vita c. 1.

Quod *S. Remigius*, quem alij *Remedium* appellant, fuerit filius Caroli Martelli, & quartus frater Pipini Regis, teſtatur MS. Florarium ad 11. Maij: *Apud Rotomagum depoſitio SS. Epiſcoporum Roberti & Remigij fratris Pipini Regis Francorum.* Annales Francici Authoris incerti apud Cheſneum, & Chronicon Fontanellenſe ad an. 755. *Epiſcopatus datus eſt Remigio fratri ejusdem glorioſi Regis Pipini.* Sigebertus ad an. 751. *Remigius ejusdem Pipini Regis frater Rotomagenſis Archiepiſcopus in Gallia claret.* Natum fuiſſe volunt pleriq; ex Suanhilde Bojca, alij ex concubina.

Florar. MS. apud Boll. To. 2. Jan. fol. 235. Chron. Fontanel. ad an. 755. Sigebert. Gembl. ad an. 751.

VIII. Quod *S. Hadeloga* (quæ Hadelonga, Hadeloja, Adalagia, & Adelhais ſcribitur) filia fuerit Caroli Martelli, & Pipini Regis ſoror, colligitur ex ejus vita authoris Anonymi Canonici Bodecenſis, vbi ait: *B. Virgo Hadelonga*

Bolland. To. 1. Feb. f. 305. ad diem 2.

*ex alto Regum & Imperatorum ſanguine prognata, &c. Erat ſiquidem filia Caroli filij Pipini Regis patris S. Gertrudis Virginis, & mater ejus Kunehildis vocabatur.* Notat ad hæc Bollandus: Pipinum hunc non Caroli M. patrem intelligi, qui verè Rex fuit, *ſed Herſtallum ſive Craſſum, qui Major Domus cùm eſſet, regnum Francorum univerſum Regesq; ipſos regebat: ſæpà ideò in SS. Vitis Rex appellatus, vti & ipſius filius Carolus Martellus.* Bruſchius eam cenſuit fuiſſe ſororem Caroli Martelli, & filiam Pipini, ſed authori vitæ credendum. Nuſpiam aliàs apud Geneographos, aut profanos Scriptores mentio invenitur hujus S. Hadelogæ, ſolus Lazius ejus meminit inter liberos Caroli Martelli, cum ait: *Sunt qui illi, & S. Adalagiam filiam tribuunt.* Verùm id pro ſubſequenti opere de SS. Auſtriæ vniverſim obſervandum eſt, quod rectè monuit Bollandus: *Mirabitur fortè quispiam, cur neq; Gertrudis* (Carleburgenſis de qua paulò poſt) *neq; Hadelogæ in Pipini ac Martelli Genealogia mentio fiat. At neq; aliorum plurimorum Ducum aut Regum filiæ memorantur: præſertim quæ in remoto aliquo Cœnobio vitam egerunt: & fortaſſis nonnullæ harum non erant legitimo thoro ſuſceptæ.* Sanctæ Hadelogæ mater appellatur Kunhildis, quæ an ſit eadem cum Suanhilde Odilonis Boij filia legitima conjuge, vt affirmant Sammarthani contrà Henningem, meritò poſſis dubitare; cùm Geneographi ſolum Griphonem ex Suanhilde natum putent, matrem verò Pipini, & Carolomanni non nominent: ſed ijdem Sammarthani Suanhildem cenſent fuiſſe matrem omnium trium fratrum, & probabile eſt, quod etiam cæterorum liberorum. Quid ſi enim Gamanſius deſcribendo vitam S. Hadelogæ ex antiquo codice legiſſet Kunhildem, cum debuiſſet legere Suanhildem aut Suinhildem. Antiqvus certè character ſæpè fallit legentes, etiam doctos, & peritos antiquarum Scripturarum. Sic accidit (vt alibi oſtendi) Philippo Cluverio, viro antiquitatum peritiſſimo, qui in antiqua Tabula Geograhpica Iſtriæ ad flumen Quaetum ſive Quietum, aſſerit ſe vidiſſe locum notatum velut vrbis aut manſionis cujuspiam, appoſitâ voce *Silvum*, ideóq; vbi moderni Æmonam erroneè ponunt, ipſe ait ſtetiſſe *Silvum*, ſed debuiſſet vir bonus legere *Alvum*, quod in antiquis ſcripturis litera A paſſim reperiatur ad inſtar Syllabæ Si. Nominat verò inter oppida Iſtriæ *Alvum* Ptolomæus. Idem dico evenire potuit in lectione vitæ S. Hadelogæ, vt pro Suinhilde legeretur Kunhildis; adeóq; eſſet eadem mater S. Hadelogæ, quæ Griphonis.

Laz. Migrat. lib. 3. Bolland. cit. fol. 306.

Henn. P. 1. Germ. fol. 20. & 170.

IX. Ad eundem num. 7. vlterius de *Chiltrude*, quæ & *Hiltrudis*, & *Landrada*, filia Caroli Martelli ab Odilone ſeu Utilone Bavariæ Duce rapta, teſtantur ſcriptores Bavari, & Henninges in vtraq; Geneſi, cui fidem habeo, cùm non inveniam cauſam diſſentiendi. De S. Genovefa Palatina nulli hactenus inter Caroli Martelli proles numerata, hoc ſentio; quod cum in vita dicatur fuiſſe Ducis Brabantiæ filia, & vixiſſe tempore S. Hildolphi Archiepiſcopi Trevirenſis qui ab Anno 756. ad annum 768. ſedit; neq; conſtet de alijs Brabantiæ Ducibus eo tempore, quam ex familia Caroli Martelli; neceſſario debere vni ex his attribui, vt fuerit ſcilicet vel Martelli filia, vel ex fratre aliquo, ſive Drogone, ſive Grimoaldo neptis. Unde licet eam repoſuerim inter liberos Martelli tanquam

Raderus To. 2. Bau. ſanct. f. 302. Molan. in addit. Mart Brunner. in Faſtis ad 2. April. Ceriziers, Cadamoſtus ap. Mich. Staudach. in vita.

quam ejus, qui primario nomen Ducis Brabantiæ vſurpavit, ſiquis tamen alium ei patrem invenerit ex aliquo authore, vel MS. lubens ſubſcribam. Silent parentum nomina, qui de ea ſcripſerunt, Molanus, Brunner, Renatus Ceriziers, Ludovicus Cadamoſtus, &c.

Quod *S. Hugo* Epiſcopus Rothomagenſis fuerit filius Drogonis Pipino Herſtallo progeniti adeóq; nepos B. Plectrudis, teſtatur diploma ipſius S. Hugonis, in quo hæc leguntur: *Ego Hugo Metenſis Primicerius, Sacerdos humilis, & germanus meus vir illuſter Arnulphus Dux, nec non Pippinus, & Godefridus iſtud aſſentaverunt*, &c. *dum contigit ut genitor noſter illuſter vir Drago quondam de hac luce migraret, noſtra fuit petitio ad venerabilem virum Luitbertum Abbatem de Baſilica SS. Apoſtolorum, quæ eſt foris murum Metis civitate conſtructa, vbi avuss noſter Domnus Arnulphus in corpore conquieſcit, vt ibidem jam dictum genitorem noſtrum Dragonem ſepelire deberemus*, &c. *villam nuncupatam Vigiacum ſitam in pago Metenſi, quam ipſe genitor ſuus, avus noſter Pipinus ſuo munere conceſſit.* Ex his habemus non ſolum S. Hugonem Dragonis filium, ſed & fratres ejus Arnulphum, qui poſt patrem Dux fuit, Pipinum & Godefridum, quem Meuriſſius affirmat fuiſſe Ducem Saxoniæ, & donaſſe B. Arnulpho villam Flavigniaco, eodem anno quo pater ejus Drago donavit villam Mariolam. Obſervandum autem eſt, quod ſupra monuimus, hic à S. Hugone appellari S. Arnulphum avum, & rurſus Pipinum avum, quià veteres promiſcuè vtebantur his vocibus, avus proavus, & abavus. Pipinus Herſtallus, erat verè avus; at S. Arnulphus erat abavus, vt ex tabella conſtat.

Meuriſſ. de Epiſc. Metenſib. ap. Henſchen. To. 1. April. fol. 843.

X. Ad num. 8. de *Bernardi Ducis* ſuperiore numero memorati prole nullam faciunt Geneographi mentionem, ſed nos elicimus ex vita S. Adelardi; vbi nominatur (vt ſupra vidimus) S. Adelardi pater Bernardus Pipini Regis frater; ac proinde jam de Bernardo parente, & S. Adelardo nulla amplius eſt quæſtio. De *S. Bernario*, de *Wala* (ſeu Walone) de *S. Gundrada*, & *Theodrada* expreſsè eadem vita S. Adelardi meminit, quod fuerint ejus fratres, & ſorores. Sic enim B. Paſchaſius loquitur: *Erant igitur quinq; vnius viri ſemine propagati, quorum trium Imperator Auguſtus familiari uſus conſilio*, &c. *Major natu ſenex noſter ſanctiſſimus* (id eſt Adelardus) *deinde Wala virorum clariſſimus, qui ei ſucceſſit, poſtea Monachorum pater eximius, tunc temporis primus inter primos*, &c. *in ſenatu clarior cunctis, in militia fortior vniverſis*, &c. *Quibus adhærebat ex latere, ſexu ſoror Gundrada nomine, diſpar; ſed virtutibus procul dubio compar*, &c. *Reliqui verò duo: videlicet Bernarius noſter, & Theodrada ſoror ejus Deo devota*, &c. Atq; ità habemus Bernardi proles, Adelardum, Walam, Bernarium, Gundradam, & Theodradam ex teſtimonio B. Paſchaſij Ratberti, qui vitam conſcripſit. Addimus Reginam, quæ B. Ableberto, ſeu Aldeberto nupta, dicitur fuiſſe neptis Pipini Regis, ſine dubio ex aliquo fratrum, quià ſi fuiſſet filia Caroli Magni, diceretur potius filia Caroli, quàm neptis Pipini. Potuit eſſe filia Grifonis fratris Pipini; ſed poſſet quis ſuſpicari Authorem vitæ S. Aldeberti neſciviſſe verum nomen ejus conjugis, & appellaſſe Reginam, quæ erat nata ex fratre Regis, & hanc ipſam eſſe Theodradam, de qua B. Paſchaſius ſuprà allegatus ait: *quæ jam red-*

B. Paſchaſ. in vita S. Adelar cap. 10. ap. Boll. To. 1. Jan. f. 102.

*dito fructu nuptiarum, ſecundum caſtimoniæ gradum arripuerat Sueſſione ſanctimonialium regens vitam.* Quià tamen ſcribitur B. Aldebertus cum conjuge fundaſſe Dononienſe Cœnobium, in quo Ragemfredis filia primam egit Abbatiſſam, nec legatur de Regina Uxore Aldeberti, quod facta ſit Monialis, diverſam eſſe oportuit, de qua vitæ B. Aldeberti author: *Aldebertus Comes Auſtrovandiæ, neptem dicti Pipini Regis nomine proprio Reginam, in vxorem ſibi expetiit, & Deo donante impetravit.* Non auſim opinari fuiſſe fortè filiam Caroli Magni ex cognomine concubina Regina, quià potius author dixiſſet filiam Caroli, quàm neptem Pipini. Ut vt ſit, nos eam hic repoſuimus, inquirant alij certiora.

Adelmus Annal. ad ann. 759. Henning. cit. f. 23.

XI. Ad eundem num. 8. de Pipini Regis prole, nullum dubium de CAROLO MAGNO, *& Carolomanno*, & *Pipino* puerulo defuncto, vt eſt apud Adelmum; de alijs videndum. Henninges recenſet, *Rapatonem*, *Bennonem*, *Bertham*, *Aglidem*, *Gertrudem*, *Giſelam*, *Adam ancillam Chriſti* appellatam ex lapide ſepulchrali, & *Sympborianam*, omnes ex conjuge Bertha. Addit: *Leonem Ialandum*, *& Balamanum* ex Leutburge ſuppoſita loco Berthæ, per parentem majorem Domus, ſeu Magiſtrum aulæ. De his duobus ſilet Bollandus, & negat Leutburgem fuiſſe Pipino Regi nuptam, cum Bertha uxor Pipino defuncto an. 768. die 24. ſeptemb. adhuc ſuperſtes fuerit vſq; ad menſem Julium an. 783.

Bolland. To. 1. Jan. ad 13. diem f. 838.

Maſen. in Epito. Annal. Trev. f. 211. Sammarth. ap. Boll. Bruſch. de Monaſt. Germ. in Campidon.

De *Ada* certum eſt ex Inſcriptione Treviris: *Ada ancilla Chriſti, ſoror* CAROLI MAGNI. Sammarthani agnoſcunt CAROLI ſorores tres *Rothaidem*, *Allidem*, ſeu Adelheidem, & Giſelam, quæ alijs Ægidia, alijs etiam *Itisberga* eſt dicta, quam ſanctæ converſationis Abbatiſſam Carolus frater à morte matris velut alteram matrem coluit, teſte Bruſchio, qui addit alias: *Adam* ſupradictam, Bertham Rolandi Ducis matrem, *Symphorianam* Amberti, ſeu Lamberti Ducis conjugem illuſtri prole fœcundam. Sed Brouverus adhuc vnam hactenus incognitam adjecit, *Officiam* ſive *Efficiam* Monaſterij olim Benedictinorum inter Trevirim, & Theodonis-villam, quod hodie Cartuſia eſt, fundatricem; quæ ibidem in æde S. Stephani ſepulta traditur; probavit verò Brouverus ex MSS. Rutilenſium codicibus. Bollandus admittit *Adam*, *Efficiam*, *Rothaidem*, *Adelheidem*, *Itisbergam*, *Bertham*, *Symphorianam*; adeóq; excludit Gertrudem, quam Henninges ait ſepultam ad S. Arnulphum Metis. Verùm aliam Gertrudem dictam Carleburgenſem fuiſſe CAROLI ſororem probant documenta, & Inſtrumenta Monaſterij Nevenſtadienſis in Franconia, licet Bollandi ſocij de ea dubitare velint, ex duplici capite. 1. quod non conſtet de ejus ſepultura: ſed potuit eſſe Benefactrix Monaſterij, & fundatrix Eccleſiæ, etſi alibi ſepulta, id eſt Metis, vt habet Henninges. 2. quod alij ſcriptores de ea ſileant, ſed fatetur Bollandus, apud ejus ævi ſcriptores profanos ſileri multos, qui ex Actis SS. tardius innotuerunt. Diplomata verò ſuſpecta habentur, in quorum vno expreſsè dicit Carolus: *à ſorore noſtra Gertrude optimis villis, & plurimâ familia dotata.* Suſpecta inquam, quià ſubſcriptio præter morem ejus ætatis ponit Annum Incarnationis Dominicæ. Dabo libens non extare diploma originale Caroli, & annum Chriſti adjectum ab eo, qui deſcripſit recentiori ætate; non tamen ideò reum arguam deſcriptorem, quod conſultò intruſerit voces, *ſorore noſtra.* Fecit

Brouv. in Annal. Trevir.

Boll. Continuat. To. 2. Mart. f. 604. & in Append. f. 755.

cit Bollandus etiam mentionem *Imetzæ* neptis CAROLI MAGNI ex ſorore, ex qua verò ſorore ſit genita non meminit. Ego per conjecturam crederem, quod Rolandus in Saxonia notus ex Bertha Caroli ſorore genitus (vt eſt apud Henningem) fuerit frater Imetzæ, vtpote Widekindi Saxonis filio nuptæ. Divinent alij melius, & aſſentiar. De *S. Giſela*, ſeu *Ægidia*, ſeu *Itisberga* ſuo loco agemus, quam pleriq; agnoſcunt ſororem Caroli Magni. *Rapotonem*, & *Bennonem* ab Henninge nominatos puto confictos. Hæc de prolibus Pipini Regis.

XII. Hactenus probavimus totum ſtemma CAROLI MAGNI à Meroveo Rege Francorum, vel ſi mavis à Clodoveo primo Chriſtiano, tàm quoad rectam lineam, quàm quoad lateralem, ità vt ſaltem de gradibus inter Meroveum, & CAROLUM nulla prorſus occurrere debeat, vel poſſit dubitatio: quià plurimis (vt ſuprà vidimus) antiquorum ſcriptorum authoritatibus illi gradus firmantur. Et licet interrumpat lineam rectam Blithildis Clotharij filia, quià tamen à CAROLO MAGNO nulla hodie familia ſuam originem probare poteſt, niſi per fœminas, & multi ſibi glorioſum arbitrantur, vel per has Carolinum ſanguinem attraxiſſe; progrediemur deinceps eodem tenore, & deducemus originem Habſpurgicam à Carolingis. Prius tamen obiter.

XIII. Oſtendendum eſt quod CAROLI MAGNI progenies maſculina extincta fuerit jam tunc, quando Hugo Capetus regnum Francorum invaſit. Hugo Flaviniacenſis diſertè: *Mortuo Lothario Ludovicus filius ſuccedit, & in primo flore juventutis obijt, in quo defecit generatio Regum ex familia Caroli Magni, & ſuccedit ex alia familia Hugo Rex.* Chronicon Vezeliacenſe ad annum 986. *Carolus ſtultus vltimus proſapiæ Caroli regnat.* Chronicon Malleacenſe notat quomodo, & qua de cauſa progenies Caroli defecerit. *Epiſcopus Montis Leudonenſis Aſcelinus majori hebdomada ante Paſcha, in qua eſt Cæna Domini, velut Judas Chriſtum tradidit Carolum. Qui Aurelianis truſus in carcerem uſque ad mortem*, &c. *Ob hanc cauſam creditur progenies Karoli reprobata, quia jam dudum Dei gratiam negligens Eccleſiarum potius neglectrix, quam erectrix videbatur.* Cæterùm ſatis quoque inſinuat defeciſſe ſtirpem Caroli Magni, quoad ſobolem maſculam Aimoini Continuator, qui licet loquatur de regno intelligendus tamen etiam eſt de ſtirpe: *Moriens verò Carolus in cuſtodia Aurelianis in turri, genuit illi vxor ſua duos filios Ludovicum, & Carolum. Eodem anno vnctus eſt in Regem in Remenſi civitate Hugo Dux*, &c. *Hic deficit Regnum Caroli Magni.* Annales Metenſes da hoc eodem Hugone agentes: *Hugo Rex volens exterminare progeniem Clotharij Regis.* Clarius Dinterus, qui ante ducentos annos ſcripſit de Carolo poſtremo in carcere mortuo: *Hugo Rex cupiens eradere de regno Francorum omne genus Caroli Ducis, collecto concilio in vrbe Rhemenſi*, &c. Jacobus Meyerus recentior: *Moritur abſq; liberis vltima Caroli Magni virilis progenies Otho Lotharingiæ Dux Caroli ab Capeto capti filius.* Quæ cum ipſi Galli ſcriptores vltrò fateantur, & certa agnoſcant, ad alia progrediamur, iſta latius infrà proſecuturi.

Hugo Flaviniac. Chron. Virdun. ap. Labbe To. 1. Bibl. f. 157.

Chron. S. Maximini ſeu Walleacen. 996. ap. Labbe. To. 2. fol. 204.

Aimoin. Contin. lib. 5. c. 44.

Annal. Meten. ad an. 997.

Dinter. lib. 3. cap. 1.

Mayer. ad an. 1005.

§. VI. *Ple-*

## §. VI.

## *Plenius stemma lineæ Carolinæ usque ad Habspurgicos*

SUpra dedimus §. 2. hujus Capitis designationem graduum à CAROLO MAGNO ad Habspurgicos, nunc verò eosdem gradus cum lateralibus generationibus plenius exprimemus, probaturi quantum satis fuerit intento. Porrò CAROLI MAGNI proles ab Eginharto ejus Historico enumerata hæc est, post repudiatam Irmengardem filiam Desiderij Regis Langobardorum: *Hildegardim de gente Suevorum præcipuæ nobilitatis fæminam in matrimonium accepit, de qua tres filios* Carolum *videlicet*, Pipinum, & Ludovicum, *totidemque filias* Rothrudim, Bertham, & Gislam *genuit*: *Habuit, & alias tres filias* Theoderadam, Hiltrudem, & Rothaidem; *duas de Fastrada vxore, quæ de Orientalium Francorum, Germanorum videlicet gente erat; tertiam de concubina, cujus nomen modo memoriæ non occurrit. Defuncta Fastrada Luitgardim Alemannam duxit, de qua nihil liberorum tulit. Post cujus mortem quatuor habuit concubinas, Mathalgardim scilicet, quæ peperit ei filiam, nomine* Rothildim: *Gersuindam Saxonici generis, de qua ei filia nomine* Adeltrudis *nata est, & Reginam, quæ ei* Dragonem, & Hugonem *genuit; & Adeluvidam, ex qua* Thedericum *procreavit.* Hæc secundum Eginhartum proles *Caroli.* Addit Henninges Lotharium vno partu editum cum Ludovico, & Hildegarde, paulò post defunctum; Vigetam, & Gertrudem, Hildegardem, & Adelheidem ex eadem Matre; atque ita ei liberos vndecim intra decennium genuisset Hildegardis. Addit præterea ex Himeltrude concubina ante matrimonium susceptum Pipinum Gibbosum, qui dein Monasterio inclusus, & Immam nuptam Eginharto historico fundatricem Salinstadiensis Monasterij; Bertham præterea & Gertrudem. Nos prætermissis alijs, de quibus nihil singulare ad propositum occurrit, solas S. Hildegardis Imperatricis proles exhibemus: deinde ad reliquas generationes progrediemur, singulas, uti incepimus probaturi.

Eginhart in vita Caroli. c. 6. ap. Boll. To. 2. Jan. fol. 883.

### *Stemma Carolinum ad Habspurgicos.*

CAROLUS MAGNUS Imperator ob. Anno 814. Uxor S. Hildegardis Ducissa. Ducta Anno 772. obijt Anno 683.

1. Carolus Rex Germaniæ ob. Anno 811. — Bertha Uxor S. Angilberti postea Abbatis Centulensis. — Imp. filij Irenes, ob. 810. — Constantini Imp. filij Irenes, ob. 810. — Lotharius Gemellus cũ Ludovico paulo post obijt, Rothrudis sponsa. — Ludovicus Pius Imperator natus Anno 778. obijt Anno 840. Uxor Irmengardis soror S. Gulielmi Gelonensis. 2. Juditha Guelphica soror Conradi Ducis Burgundiæ. — Gisela vel Ægidia nata Anno 781. baptizata à Mediolanensi Episcopo. — Pipinus Rex Italiæ ob. An. 810. Uxor Adelheidis Antiochena, dicta etiam Plectrudis. Nati ex his Bernardus Rex Ital. & plures liberi.

2. B. Lotharius Imperator. Ob. Anno 855. Uxor Irmengardis filia Hugonis Comitis. — B. Ritza Confluentina. — B. Gisla Uxor B. Everhardi Ducis Forojuliensis. — Pipinus Rex Aquitaniæ obijt Anno 838. — Carolus Calvus Imperator. Obijt Anno 878. Uxor 1. Hermentrudis neptis S. Adelhardi. 2. Richildis neptis Thietpergæ Reginæ. — Comiti Ascaniæ. — Gundouvina nupta Popponi. — Bertha Moniales Abbatissæ. — Hildegardis & Ludovicus Rex Germaniæ obijt Anno 877. Uxor Hemma Hispana.

3. Lotharingiæ. — Uxor Ragneri Magni Ducis Lotharingiæ. — Lotharingiæ, cui nomen dedit Ermingarda Lothari II. Rex Germanici. — Angilberga filia Ludovici Imperator Ux. — Ludovicus II. — Carolus Rex Aquitaniæ sine prole obijt Anno 874. — Ludovicus Balbus Imper. obijt An. 880. Uxor Anschardis nobilis fæm. 2. Adelheidis vel Alexia. — Juditha Uxor 1. Etbelulphi Regis Angliæ 2. Balduini Ferrei Com. Fland. — De hujus liberis separatim sub littera A.

Ludo-

4.

Ludovicus Rex sine prole decessit.

Carolomannus Rex obijt Anno 884. Uxor - - - - - - - filia Bosonis Regis Provinciæ.

Carolus Simplex Rex Francorum. Obijt Anno 926. Uxor Edgina filia Eduardi Regis Angliæ.

Adelheidis Uxor Richardi Ducis Burgundiæ, mater Rudolphi Regis Burgundiæ, & Franciæ, quam alij filiam Conradi Minoris Ducis Burgundiæ fuisse volunt.

5.

Ludovicus IV. Transmarinus Rex Francorum Uxor Gerbirga Vidua Giselberti Ducis Lotharing. filia Henrici Aucupis Imperatoris Ipse obijt Anno 954.

Gisla vel Ægidia Uxor Rollonis Nordtmannorum Ducis.

6.

Lotharius Rex natus Anno 940. obijt 986. Uxor Hemma filia Lotharij Regis Italiæ.

Ludovicus Rex Ux. N.

S. Aurelia Virgo.

Carolomannus ob sine prole. Ludovicus ob. An. 955.

Carolus Dux Lotharingiæ natus A. 951. exclusus à regno per Hugonem Capetum, in carcere obijt An. 1001. Uxor 1. Bona filia Ricuini Ducis Mosellani. 2. Agnes filia Heriberti Com. Trecensis.

Hermentrudis Uxor N. ex qua volunt aliqui deducere stemma S. Chunegundis.

Hermentrudis Uxor Theodorici II. Comitis Holland.

Hildegardis Uxor Conradi Regis Burgundiæ, à quo cæteri Burgundiæ Reges, & per Gisalam filiam Duces Bavariæ.

7.

Carolus Rex ultimus ex Carolingis veneno sublatus An. 987. die 22. Junij. Regnum occupavit Hugo Capetus.

Otto Dux Lotharingiæ obit Anno 1004. sine prole.

Ermingardis Uxor Alberti I. Comitis Namurcensis, à qua Habspurgici.

Gerbirga Uxor 1. Ragneri Comitis Montinensis. 2. Lamberti Barbati Comitis Lovaniensis, à quo etiam post multos gradus Austriaci deducuntur.

Ludovicus & Carolus ex 2. Uxore nati, cum patre in carcere mortui.

8.

Albertus II. Comes Namurcensis. Uxor Regelindis Gothelonis Ducis Lotharingiæ filia, horum atnepos Balduinus Imperator Constantinop. à quo deducitur.

Maximiliani I. Imp. origo, atneptis Isabella à qua Valesij, & Borbonij.

Hadwidis Uxor I. Chunonis Comitis Rhinfeldensis. 2. Gerardi Alsatiæ, & Lotharingiæ superioris Ducis An. 1048.

Ex 1. thoro.

Ex 2. thoro.

9.

Chuno Comes Rhinfeldensis.

Theodoricus Dux Lotharing. Anno 1070.

Itha Lotharinga Uxor Radepotonis Comitis Habspurgici.

10.

Rudolphus Rhinfeldensis Imperator ob. An. 1080.

Gerardus Dux Alsatiæ An. 1115.

Wernerus I. Comes Habspurgi.

11.

Agnes Uxor Bertholdi Ducis Zaringiæ Habspurgici, qui ob. An. 1111.

Gerardus Comes Egisheimensis, & Reliqui ab illo.

Otto Comes Habspurgi & reliqui linea recta masculina usq; ad Rudolphum I. Imperatorem, ab hoc ad Leopoldum Augustum.

## Litera A.

Ludovicus Rex Germaniæ, & Italiæ. Obijt Anno 876. Uxor Hemma Hispana, quæ obijt An. 876. Ratisbonæ.

1.

S. Verona Virgo.

S. Veronus Confessor.

Carolus Crassus Imperator. Ob. An. 890. Ux. S. Richardis dimissa Virgo. Ex concubina natus putatur.

Saxon. & Thuringiæ.

Henrici Ducis Austrasiæ Mathildis Uxor

Conradi Ducis Placidia Uxor

Carolomannus Dux Franconiæ, & Carinthiæ. Obijt An. 880. Uxor Hildegundis Lusitana 2. Litowinda Carantana.

Abbatissa Chiemensis, seu Irmengardis.

B. Luitgardis Abbatissa.

Bertha Seckhingensis Abbatissa.

Ludovicus Rex Germaniæ. ob. An. 882.

2.

S. Eberhardus Foro Julij princeps. Uxor B. Gisela.

Cisala Uxor Suatoplugi Ducis Moraviæ.

Arnulphus Imperator ob. An. 899. Uxor 1. Agnes filia Imperatoris Constantinopol. 2. Luitgarda filia Ethiconis Guelphi Com. Bavar.

N - - - - - Uxor Hugonis Regis Angliæ,

Ludovicus ob. A. 879.

Ven. Hildegardis.

Luitgarda Uxor Ottonis Magni Ducis Saxoniæ.

Ludovicus IV. Imperator. Uxor Luitgarda filia Ludolphi Ducis Saxoniæ, Soror Ottonis Magni.

Bertha Uxor Luthardi Comitis Clevensis.

II. Hæc majori ex parte ad mentem Hieronymi Henningis, qui sine dubio suas Geneses ex Gallicis, & Lotharingicis stemmatographis desumpsit. Nunc ad probationes progredimur.

### *Probationes rectæ lineæ Carolinæ.*

I. Quod *Hildegardis* fuerit vxor Caroli Magni testatur Eginhartus in vita: *Hildegardim de gente Suevorum præcipuæ nobilitatis fæminam in matrimonium accepit,* Eginhard. c. 6. vitæ Caroli.

*pit, de qua tres filios Carolum videlicet, Pipinum, & Ludovicum, totidemq; filias &c. genuit.* vt ſup. diximus. Atq; ità Ludovicus Pius eſt filius Caroli Magni ex S. Hildegarde.

Vita Ludovici c. 4. Quod Ludovici Pij vxor fuerit *Irmengardis* teſtatur author ejus vitæ. *Harmingardam futuram Reginam, claris ortam natalibus, utpote filiam Ingrammi Comitis ſibi ſociavit.* Fuit hic Ingrammus Dux Hasbaniæ, nepos S. Chrodegangi Epiſcopi Metenſis ex fratre, ſed aliter in hæc verba Guido de Baſochijs antiqvus author: Guido apud Alberic. ad an. 833. Order. lib. 6. vitæ S. Guliel. *Ex Ermengarde nobiliſſima conjuge ſua filia Nemerici ſorore S. Gulielmi, qui Dux Narbonenſis Provinciæ, decus erat, & tutela Chriſtiani nominis.* Albericus totum ſtemma enarrans: *Civitatem Narbonam petivit à Carolo* (Magno) *Arnaldus de Bellanda pro filio ſuo Nemerico, & obtinuit. Unde in hoc loco genus Nemerici quod fuit nominatiſſimum ex parte declarandum eſt, &c. Nemericus verò Arnaldi filius ſeptem filios habuit, &c.* inter quos nominatur Gulielmus Arauſicenſis, à Carolo Magno Dux Aquitaniæ conſtitutus, cognominatus ab vrbe Arauſica quàm expugnavit. Pergit Albericus: *Horum fuerunt ſorores, vxor Imperatoris Ludovici Ermengardis, mater Viviani Martyris,* &c. *Mater Richardi Normanni, mater Heliæ de Provincia.* Ex hac authoritate colligitur Ermingardam Imperatricem non fuiſſe filiam Ingrammi Hasbanij, vt author vitæ Ludovici retulit, ſed Nemerici Narbonenſis, fratrem habuiſſe *S. Gulielmum Ducem Aquitaniæ*, & nepotem *S. Vivianum Martyrem.* Et Chifflet. in Lumin. Geneal. fol. 204 hanc ſententiam putat veram eſſe Chiffletius; licet Thegani authoritas etiam ſtet pro Ingrammo: ſed obſervat Henninges varios variè ſentire, dum alij filiam Comitis Arverniæ, alij Saxonicam, alij filiam Wilhelmi Marchionis fuiſſe volunt. Alberico nos ſubſcribimus: Altera vxor, ex qua Carolus Calvus prodijt, fuit *Juditha Guelphica*, de qua Adelmus: Adelm. ad ann 819. Auth. vitæ cap. 11. *Imperator inſpectis plerisque nobilium filiabus, Huelpi Comitis filiam, nomine Judith duxit vxorem.* Author vitæ Ludovici ſimiliter: Thegan. de Ludou. c. 26. *Timebatur à multis ne regni vellet relinquere gubernacula: tandemque eorum voluntati ſatisfaciens, & vndecunq; adductas Procerum filias inſpiciens, Judith filiam Welphonis, nobiliſſimi Comitis in matrimonium duxit.* Clarius Theganus: *Accepit filiam Welphi Ducis, qui erat de nobiliſſima ſtirpe Bavarorum, & nomen virginis Judith, quæ erat ex parte matris nobiliſſimi generis Saxonici, eamq; Reginam conſtituit.* Advertit Chiffletius præpoperè à Thegano Welphum appellari Ducem, Chifflet. in Vindic. f. 9. cum Welphus IV. hanc primum dignitatem conſecutus ſit, teſtibus Bertholdo Conſtantienſi, & Weingartenſi Anonymo. Berthold. in Contin. Annal. Sed apud Bertholdum Conſtantienſem ad annum citatum 1071. ſolum dicitur *Welff Dux Bojariæ efficitur*, quod non ſonat primum Ducem effectum: quià & ipſe anno priore meminit Ottonis Ducis Bavariæ, & Hermannus Contractus, quem ipſe continuavit, nominat Welphum Ducem ad annum 1051. Hermann. Contr. in Chron. Non aſſero tamen Welphum parentem Judithæ fuiſſe Ducem, quià idem Contractus anno 1026. Welphum Comitem nominat, vti & patrem Judithæ.

III. Ad num. 2. Quod *Carolus Calvus* fuerit filius Ludovici Pij ex Judi- Contract. ad ann. 819. tha expreſsè Hermannus Contractus: *Imperator Judith filiam Welphi Comitis duxit vxorem, ex qua Carolum genuit.* Quamvis hæc verba apud Contractum Urſtiſianæ editionis non reperiantur, ſed ex Mariano Scoto id melius

elici-

elicitur. Quod idem Carolus Calvus habuerit vxorem Hermentrudam filiam Buini, ſororem Boſonis, & Ingeltrudis, neptem S. Adelardi tradit Henninges ex antiquioribus authoribus.

Ad num. 3. Quod *Ludovicus Balbus Rex* fuerit filius Caroli Calvi, affirmant Hermannus Contractus: *Carolus Rex Galliarum obijt anno regni 37. poſt quem filius ejus Ludovicus Balbus regnum Galliarum accepit.* Otto Friſingenſis: *Carolus II. Imperator Romam ſecundò petijt*, &c. in *Franciam redire volens, in via veneno ut dicitur anno Imperij 3. interiit. Anno ſequenti Ludovicus Caroli Junioris filius, qui vocabatur Balbus diem ultimum clauſit.* Contract. ad ann. 877. Otto Friſing. lib. 6. c. 6.

IV. Ad num. 4. Quod *Carolus Simplex* fuerit filius Ludovici Balbi teſtatur idem Otto Friſingenſis loco paulò ante citato: *Balbus diem ultimum clauſit, duos relinquens filios Ludovicum, & Carolomannum, nam tertium, qui poſtmodum Carolus dictus eſt, mater tunc in utero portabat.* Et Aimoini Continuator: *Ludovico Principe diem obeunte, Carolus filius ejus, qui ſimplex poſtea dictus eſt, in cunis ævum agens patre orbatus remanſit.* Poſtquam verò Odo filius Roberti Ducis regno præfuiſſet, & obiiſſet, addit idem author: *Quo obeunte, recepit regnum Carolus puer, qui vocatur ſimplex, filius Ludovici.* Aimoin. Contin. lib. 5. c. 41.

V. Ad num. 5. Quod *Carolus Simplex* ex Edghinna Angliæ Regis filia genuerit *Ludovicum* dictum *Tranſmarinum*, docet idem author: *Carolus autem poſt longam carceris macerationem, defunctus eſt in ipſa cuſtodia, relinquens filium Ludovicum ex Headghina Anglorum Regis filia ſuſceptum.* De quo vlterius narrat, quòd in Angliam profugerit, inde poſt plures annos revocatus ab Hugone Magno Comite Pariſiorum: *Unctus eſt in Regem Ludovicus filius Caroli Smplicis apud Laudunum.* Et ſequenti capite narrat mortuum. Idem c. 42.

VI. Ad num. 6. Quod *Lotharius Rex*, & *Otto Dux* fuerint filij Ludovici Tranſmarini: ex eodem authore habemus: *Ludovicus Rex, &c. diem clauſit extremum relictis duobus liberis ſuperſtitibus, Lothario atque Carolo, quos ei Gerbirga ſoror Othonis Romanorum poſteà Imperatoris genuerat. Sequenti quoq; menſe Lotharius filius ejus jam juvenis unctus eſt in Regem, &c. Carolus vero frater Lotharij ævo junior privatis in rebus ſenuit.* Idem Contin. Aimoin. c. 43.

VII. Ad num. 7. Quod *Ermingardis* fuerit filia Caroli Ducis Lotharingiæ, teſtatur Willhelmus Nangius: *Balduinus proceſſit de progenie Ermingardis Comitiſſæ Namurciæ, filiæ Caroli Ducis Lotharingiæ, patrui Ludovici Regis ultimi de genere Caroli Magni ſine hærede defuncti: contrà quem* (Carolum nempe Ducem) *Hugo Capucius regnum uſurpavit, & Aurelianis in carcere mori fecit, & uſque ad quem progenies Pipini, & Caroli Magni Imperatoris in regni poteſtate perſeveravit.* Similiter Edmundus Dinterus: *De progenie Ermingardis proceſſit Balduinus, &c. cujus filiam Eliſabeth Philippus hujus nominis II. Rex duxit in vxorem, ex qua genuit Ludovicum Regem VIII.* (qui fuit pater S. Ludovici Regis) *per quem Ludovicum VIII. conſtat regnum Francorum reductum ad progeniem Caroli Magni.* Sed cum hoc diſcrimine, quod Habſpurgici ab Ermingarde eadem deſcendant in gradu tertio, Capetici verò in gradu ſeptimo, vt oſtenſum eſt ſup. cap. 20. Schemate 2. Wilhel. Nang. de geſt. Lud. VIII. edit. Pithoe. fol. 396. Dinter. lib. 2. c. 31.

VIII. Ad num. 8. Quod *Hadwidis* fuerit vxor 1. Chunonis Comitis Rhinfeldenſis, 2. Gerardi Alſatij probat egregiè Joannes Jacobus Chiffletius, ex varijs ſcriptoribus. Albericus in Chronico: *Gerardus de Alſatia Dux Moſellanorum moritur: cui ſuccedit Theodoricus filius ejus. Gerardus de Alſatia cum iſto Duce Theodorico, habuit etiam alterum filium nomine Gerardum, qui fuit primus Comes Vaudimontis.* Cui correſpondent Acta Murenſia: *Radeboto* (Habſpurgi Comes) *cum ſibi congruum viſum eſt, ut vxorem duceret, accepit de partibus Lotharingorum vxorem nomine Itham, ſororem Theodorici Ducis.* Gerardi præmemorati charta ſignata anno 1067. ſervatur Epternaci in Monaſterio. In Genealogia verò S. Arnulphi legitur: *Hadwidis filia Ermingardis filiæ Caroli Ducis genuit Theodoricum Ducem, & Gerardum Comitem fratres. Theodoricus Simonem Ducem, &c.* quæ ſufficienter firmant etiam num. 9. & 10. de cæteris nulla eſt difficultas. Unde corrigendi Geneographi, qui hactenus Itham Radepotonis vxorem tradiderunt fuiſſe filiam Theodorici Ducis, cum fuerit ſoror Theodorici. Huic Theodorico fuit filius Gerardus Dux Alſatiæ author Egensheimenſium.

Chifflet. in Lum. prærogat. f 339. Alberic. ad ann. 1070.

Acta Murenſia ap. Guilliman. & Domin. Abb.

Difficultas tamen aliqua videtur eſſe in Chronologia, quia Gerardus Alſatius parens Ithæ ponitur vxorem duxiſſe an. 1048. & obijſſe an. 1070. igitur Itha naſci non potuit ante an. 1049. quomodo ergo nubere potuiſſet Radepotoni, quem Guillimannus defunctum ſcribit an. 1027. & ipſam quoq; defunctam an. 1026. ſed videtur tam Chiffletius annos Gerardi Alſatij extendiſſe, quàm Guillimannus Radepotonis contraxiſſe. Nam de Gerardo Alſatio mentionem facit Hermannus Contractus jam ad an. 1017. vbi ait: *Godefridus Dux partis Lotharingorum Gerardum Comitem bello vicit*: fuiſſe verò hunc Gerardum Alſatium Theodorici filium, pronepotem Gerardi Ducis Lotharingi, nepotem Ithæ putat Guillimannus, qua ratione Gerardum patrem Ithæ pridem antea defunctum ſupponit: ego verò exiſtimo fuiſſe hunc Gerardum fratrem Ithæ, qui fuit primus Comes Vadani montis, vel certè ipſum Gerardum patrem Ithæ, quem vix eſt credibile vixiſſe vſq; ad an. 1070. Obſtat tamen Alberici Chronologia, qui ad an. 1070. obitum Gerardi Ducis parentis Ithæ repoſuit. Niſi fortè erraverit in anno, quod pluribus accidit, vel Albericus, vel eum conſulendo Chiffletius. Malim tamen errorem Guillimanno tribuere, qui aſſerit Radepotonem obijſſe an. 1027. & filium Wernerum extendiſſe vitam ad an. 1096. qua ratione vixiſſet poſt patrem ferè 70. annis quod non eſt credibile. In actis Murenſibus exprimitur quidem dies obitûs Ithæ vxoris, ſed non annus; exprimitur etiam annus obitus Werneri Epiſcopi, qui fuit frater Radepotonis, nempè 1029. ſed non ideò ſequitur, quod Radepoto circa eundem (quo frater) annum obierit. Putem proinde Radepotonem non multò ante an. 1027. vxorem duxiſſe, cum ea cooperatum fundationi Murenſis Cænobij annis ſequentibus, & vitam produxiſſe ad an. circiter 1050. alij habent 1034. Gerardum verò Alſatium pridem ante duxiſſe vxorem, quàm ponat Chiffletius, & Hadwidem fuiſſe fortè Gerardo conjunctam primo connubio, poſteà Chunoni Rhynfeldenſi: quià ſic melius ordinatur Chronologia. Indubitatum quippe habeo illud, quod paulò ante retuli è Genealogia S. Arnulphi, & ex Alberico,

Chifflet. in Lumin. prærogat. fol 341. Guilliman. li 4. Habſp. fol. 141.

Herm Contract. Chrō. An. 1017. Guill. cit. fol. 131.

berico, quod Gerardi Alſatij filius ex Hadwide fuerit Theodoricus, neq; alius Theodoricus, quàm Ithæ frater, quia etiam antiquæ Geneſes Murenſis Cænobij conſentiunt. Prior enim Geneographus ſic habet: *Theodoricus Dux Lotharingorum, & Chuono Comes de Rhinfelden fratres fuerunt: horum ſoror fuit Itha Comitiſſa de Habſpurg reparatrix hujus Murenſis Cænobij. Genuit autem Theodoricus Gerardum Ducem: ille verò genuit Gerardum de Egisheim, &c.* Ex hoc ipſo colligitur Itham non eſſe mortuam an. 1026. vt dicebat Guillimannus, quia Murenſe Cænobium conditum eſt an. 1018. vt idem Guillimannus habet, quomodo ergò Itha reparaſſet an. 1025. reparatio enim ſupponit aliquam deterioration em, quæ intra ſeptennium vix potuit accidere: niſi per vocem *reparatrix*, intelligatur *confundatrix*: ergò pluribus poſt annis vixit Itha, & maritus Radepoto, poteritq; facilè Chronologia Gerardi Alſatij ejus parentis ſubſiſtere, licet tardius ponatur mortuus, quam filia, & quàm gener Radepoto, ſi verò Itha poneretur defuncta an. 1026. nimis longum foret intervallum. Alter Geneographus Murenſis ſic habet: *Radeboto verò frater Werneri Epiſcopi duxit vxorem Itham Theodorici Ducis Lotharingiæ germanam, & Chunonis Comitis de Rhinfelden vterinam ſororem. Genuit autem Dux Theodoricus Gerardum Ducem, ille verò genuit Gerardum Comitem de Egisheim patrem Udalrici, & Stephani.* Habemus hic Ithæ fratrem, nepotem, & pronepotes, nec poſſumus amplius de alio Theodorico ſuſpicari, quod fuerit frater Ithæ tametſi Theodoricus alius Friderici filius etiam fuerit Dux Lotharingiæ, & ejus Chronologia melius aptari poſſet Ithæ ac Radepotoni, provt intendebat Guillimannus, & ante eum Henninges, ſed credendum eſt antiquis Geneſibus, credendum Alberico, credendum Genealogiæ S. Arnulphi, & ſolùm ætas Radepotonis ac Jthæ extendenda, de qua nihil voluit agere Chiffletius, fortè difficultate nunc motâ territus.

Geneſ. Muren apud Chifflet. Lum. prærog. f. 322. Guillim. lib. 4. fol 134. Pieſpord. in Tabul.

Guillim. cit. fol. 232. Henn. P. 1. Germ. f. 70.

## *Probationes collateralium graduum Carolinæ ſtirpis.*

IX. Ad probandos gradus laterales ſufficit authoritas Geneographorum, qui hactenus ſcripſerunt bonâ fide haud dubiè ex antiquis excerpta tradentes: nec ad intentum noſtrum aliud neceſſarium eſt, quàm rectam lineam oſtendiſſe legitimè deductam. Quià tamen aliquot perſonarum nomina, quarum hactenus alij Geneographi non meminerunt, hoc loco induximus, de ijs paucula libet adjungere. Ad num. 1. proles Caroli Magni producuntur ab Henninge ex Eginhardo & alijs, quas inter Bertha apud Henningem Virgo obijſſe ſcribitur, ſed Bollandus ad vitam Caroli Magni notavit: *Hæc* Bertha *S. Angilberto Primicerio Palatij nupta, & Nithardi Hiſtorici mater fuit. Deinde viro Monaſticum habitum Centulæ in Cænobio S. Richarij ſuſcipiente, ab eo intra idem Cænobium loco congruenti incluſa, precibus, jeiunijs, vigilijs, deinceps vacavit.* De vxore etiam Caroli Magni S. Hildegarde notat idem Bollandus: *matrem habuit Immam proneptem Godefridi Ducis Alemanniæ, ut Theganus ſcribit, fratrem Beatum Geroldum Avarici limitis Præfectum.*

Bolland. To. 2. Jan. f. 884.

X. Ad num. 2. *B. Ritzam* fuiſſe filiam Ludovici Pij aſſerit Bollandus a-

Bolland. To. 1. Jan. fol. 838. ad Vit. B. Godefr.

gens de Symphoriana, & Bertha: *Harum quoq; neptis ex Ludovico Pio B. Ritzæ item ſcriptoribus incognitæ ad Confluentiam domos ac fundos extitiſſe teſtantur Eccleſiæ S. Caſtoris monumenta.* De *B. Gisla* ejusdem Ludovici Pij filia rurſum pollicetur Bollandus his verbis: *S. Everardus Ludovici Pij gener Dux Foro Julienſis, de quo & Gisla conjuge, atq; Alardo filio agemus 16. Decembris.* Hunc S. Everardum Henninges ponit filium Caroli Craſſi Imperatoris, ſed difficile eſt tempora combinare, niſi dicamus Gislam Ludovico Pio genitam ſub vitæ finem circa an. 838. fratrem ejus Ludovicum Germanicum natum circa an. 815. genuiſſe Carolum Craſſum circa an. 835. qui potuit an. 853. ex concubina ſuſcipere filium Eberhardum, & hic valdè juvenis an. 870. ducere Gislam triginta duorum annorum, quod alij diſcutiant.

Idem Bollād. To. 2. Jan. fol. 971. de S. Arnulph.

Henning. P. 1. Germ. Pieſpord. ſchema 2.

XI. Ad num. 3. *Ermingardam* filiam B. Lotharij Imperatoris habet Henninges in Geneſi Carolina; non dubito, quin Roſierius, & alij Stemmatographi Francorum probaverint eam Lothario patre natam, & Ragnero Magno Duci Moſellanorum ſeu Lotharingiæ, quæ ab hoc Lothario, vel ejus filio nomen accepit, nuptam; ex quo conjugio, eodem Henninge teſte, prodijt Bertha vxor Luitfridi I. ſeu Luithardi Comitis Habſpurgici, quod ſi verum eſt, longè antea Habſpurgici participarunt ſanguinem Carolinum, quàm hactenus oſtenderimus per Itham Lotharingicam. Tacet Guillimannus de Luithardi, & Luitfridi I. conjugibus, huic tamen filiam aſſignat Ermingardam (ſortè à matre Lotharij filia deſumpto nomine (locatam Conrado Duci Burgundiæ: nec tempora videntur repugnare. Lazius conjugem Luithardi nominat Ehrentrudem Comitiſſam Franciæ, genus non exprimit: conſentit Pieſpordius.

Guillim. lib. 3. Habſp. c. 6. Laz. Comment. Gen. lib. 1. cap. 7.

XII. Ad num. 4. 5. & 6. nihil occurrit ſpeciale, ſic diſponit Geneſim Henninges. Ad num. 7. occurrit *S. Aurelia*, quàm Raderus putat fuiſſe filiam Hugonis Capeti Regis Francorum; fortè divinando cum legiſſet eam nominari filiam Regis Francorum, & obijſſe an. 1027. quo regnabat in Gallia Robertus Hugonis Capeti filius. Sed malim hic ſubſcribere Bucelino, qui habet fuiſſe filiam Lotharij Regis Franciæ, cujus fratrem Hugo Capetus detruſit in carcerem, vt ipſe regno potiretur. Eâ quippe occaſione Aurelia ſublato fratre ſuo per venenum, & altero Carolo patruo in carcerem conjecto, clàm habitu diſſimulato in Germaniam profugerit, & Ratisbonam venerit. Quoad cæteras, tàm hoc loco in lateralibus lineis repoſitas perſonas, quàm etiam prætermiſſas, quarum Lazius, Henninges, Reuſnerus & alij meminerunt; hoc libet addere Epiphonema Bollandi verbis: *Scio illuſtrium cunabula frequenter veterum Imperatorum, Regum, ac inprimis in Saxonicis Genealogijs Carolinorum & Wittikindeorum inſignibus prætexi, ut ijs naſcentes familiæ fabulis ceu faſcijs, involutæ, grandiores primo ortu appareant. Tamen eo argumento, velut comparato ad vetuſtam nobilitatem ſubruendam telo paſſim magnificis natalibus pro libitu illudere; cum præter incertum præſumentis metum, ratio illos nulla confutat; hominis eſt, ut leviſſimè dicam, rerum probabilium momenta haud ſeriò expendentis.* Et hæc cauſa fuit cur alias ſuprà enumeratas opiniones de origine Habſpurgica ſepoſuerimus, hanc ceu veriſſimam, & fundatiſſimam amplexi; ne fortè conjecturis merisinnixi

Rader. To. 2. Bau. Sanct. Bucelin. in Menol. ad 15. Octob.

Bolland. To. 1. Jan. fol. 838.

alijs

aliis quoq; anſam præberemus, ſimilium conjecturarum fulcris magna nomina ſubſtruere ſuis familiis. Unde ſufficienter probatâ lineâ rectâ ad Habſpurgicos, cæteras laterales aliis dimittimus examinandas, quos concernunt.

## §. VII.

### *Deſignatio Stemmatis Altenburgo-Habſpurgici, ab Ottoberto Comite Vindoniſſæ ad Rudolphum I. Imp.*

NOn eſt animus hoc loco totam Geneſim omnium Altenburgi ſeu Vindoniſſæ Comitum, ex quibus fluxerunt Habſpurgici, ex Habſpurgicis Auſtriaci, pertexere: id alteri operi reſervamus. Neque inquirimus, qui majores Ottoberti fuerint; cùm illa origo hactenus à multis quæſita, nondum inventa, aut probata putetur, vt vidimus ſuprà in viginti Opinionibus diſcuſſis: niſi quòd probabiliſſima ſit illa, quæ in communi aſſerit, Habſpurgicos originem trahere à Regibus antiquis Francorum Germanorum. Sed exordiemur ab Ottoberto, quem omnes agnoſcunt fuiſſe vnum ex majoribus Habſpurgicis, & cæteros gradus vſq; ad Rudolphum I. Imperatorem deſignabimus, priore quidem parte veroſimiliter vſq; ad Radepotonem: poſteriore verò Murenſium Actorum ſeu Genealogiarum authoritate fulti. Dixi veroſimiliter, quià etſi nomina plura Altenburgicorum ex antiquis ſcripturis extracta ſint, non poſſunt tamen infallibiliter eo ordine diſponi, quo vixerunt, defectu earundem ſcripturarum. Et in hac parte ſequemur modo Pieſpordium, modo Guillimannum, provt nobis probabilius viſum fuerit. Ubi & hoc obſervandum: licet plerique cum Guillimanno contendant Habſpurgi nomen poſt Radepotonem vſurpari cœptum, eo quod Radepoto reperiatur notatus cum titulo Comitis Vindoniſſæ; antiquiorem tamen fuiſſe nomenclaturam Habſpurgi evincit ſepulchralis inſcriptio Betzonis, ſeu Lancelini: **Graff Betzo von Habſpurg. Et. Maria bitt GOtt für mich.** Quin & Guntramus II. in Catalogis Torneamentorum appellatur **Guothram Graff von Habſpurg**: atque adeò non malè videri illos ſentire qui dicunt, quòd præter Altenburgi prædicatum etiam Habſpurgi vſurpaverint Ottoberti poſteri omnes, licet pro ætatis illius more in ſubſcriptionibus abſtinuerint à prædicatis, & titulis.

*Stemma Comitum Vindoniſſæ, Altenburgi, & Habſpurgi.*

Ottobertus I. Comes Vindoniſſæ, & Altenburgi obijt circa Annum ------ 667. Guillim. Reuſner. Guillim. Hennin.
Uxor Euphemia Comitiſſa Ruræ mundana.

1. *Babo* Comes Altenburgi, & Habſpurgi. Obijt circa Annum --------- 688. Laz. Eytzing.
Uxor N. Comitiſſa.

2. *Rotprechtus* Comes Altenburgi, & Habſpurgi. Obijt circa Annum ------ 724. Pieſpor. Laz. Henn.
Uxor Ermentrudis filia N. Comitis Gempſij apud Allobroges.

3. *Hettobertus* vel *Hettoprechtus* Comes Altenburgi & Habſpurgi. Obijt An. 766. Pieſpord. Reuſn.
Uxor N. filia Comitis ex Burgundia.

4. *Ram-*

Eytz. Pieſp. Bolland. Reuſner. Eytz. Laz.

4. *Rampertus* Comes Altenburgi, & Habſpurgi. Obijt circa Annum ------ 814.
Vxor Aliza Comitiſſa à Bouro, vel Benurn.

Guillim.

5. *Guntramus I.* Comes Habſpurgicus. Obijt circa Annnm ---------- 834.
Vxor N ---------

Guillim. Henning.

6. *Luithardus* Comes Habſpurgicus. Obijt circa Annum ---------- 892.
Vxor Bertha filia Ragneri Magni Ducis Lotharingiæ.

Guillim. Pieſp. Reuſner. Laz.

7. *Luitfridus* Comes Habſpurgicus. Obijt circa Annum ---------- 905.
Vxor Bibrada Comitiſſa N --------- quæ obijt Anno ------- 925.

Pieſp. Guillim. Pieſp, Laz. Reuſn.

8. *Hunifridus* Comes Habſpurgicus. Obiit circa Annum ---------- 928.
Vxor Anaſtaſia Comitiſſa Ranſpergi in Suevia.

Pieſp. Guillim. Laz. Reuſn. Pieſ

9. *Guntramus II.* Comes Habſpurgicus. Obiit circa Annum ---------- 946.
Vxor I. Adeltrudis Comitiſſa Brigantiæ. 2. Itha filia Adalberonis à Caluve.

Guillim. Pieſp. Guill.

10. *Betzo* vel *Betzelinus*, vel *Cantzelinus* Comes Habſpurgi. Obiit Anno --- 991.
Vxor Luitgardis filia Eberhardi Ducis Franconiæ.

Guillim. wurſb. Pieſ. Guill. pieſp.

11. *Radepoto* vel *Rapoto* Comes Habſpurgicus. Obiit circa Annum ------ 1050.
Vxor Itha Duciſſa Lotharingiæ.

Pieſp. Guill. Roo. Guill.

12. *Wernerus I.* Comes Habſpurgi. Obiit circa Annum ---------- 1096.
Vxor Regulinda Nellenburgica ſoror aut filia Burchardi Comitis.

Wurſbain. Suitz. Müſt. Laz. Eytz.

13. *Otto* Comes Habſpurgi. Obiit circa Annum ---------- 1110.
Vxor Hylla Comitiſſa de Pfirdt.

Pieſp. Guill. Reuſn. Pieſp. Guill. Chiffl.

14. *Wernerus II.* Comes Habſpurgi. Obiit circa Annum ---------- 1130.
Vxor Itha Comitiſſa de Homberg.

Pieſpord. Wurſbain. Roo. Laz. Eytz. Guill.

15. *Wernerus III.* Comes Habſpurgicus. Obiit circa Annum ---------- 1159.
Vxor Gertrudis Baroniſſa de Starkenberg.

Pieſpord. Wurſb Gebuil. Eytz. Reuſn. Guil.

16. *Adelbertus I.* Comes Habſpurgi. Obiit circa Annum ---------- 1199.
Vxor Itha filia Rudolphi Comitis de Pfullendorff.

Pieſpord. Wurſbain. Guill. Pieſp. Laz. Guill.

17. *Rudolphus* Comes Habſpurgi. Obiit Anno ---------- 1232.
Vxor Agnes filia Godefridi Comitis ab Hochen Stauffen.

Pieſp. Guill. Laz. Eytz. Roo.

18. *Albertus II.* Comes Habſpurgi. Obiit Anno ---------- 1240
Vxor Heilwigis Comitiſſa de Kiburg.

19. RUDOLPHUS HABSPURGICUS IMPERATOR.

II. Probationes hujus ſtemmatis ab antiquioribus, ſeu potiùs illis, qui primi collegerunt ex archivis petendæ eſſent, ſi illi allegaſſent accuratè membranas, & inſtrumenta, quod quidem aliquatenus præſtitit Guillimannus, ſed à Dominico Abbate reprehenditur, quaſi omnia ſuſque deque miſcuiſſet. Aliquas nihilominùs, quæ occurrunt libet hic adducere.

De

De *Ottoberto I.* Comite poſſet aliquis fortè arbitrari eum non fuiſſe primum hujus nominis, cum in Geneſi veterum Salmenſium Comitum reperiatur Dorothea filia Ottoberti Comitis Habſpurgici nupta circa Annum 586. Carolo Salmenſi, ſi vera eſt Geneſis Salmenſium apud Henningem. Non enim potuit eſſe filia hujus Ottoberti, quem nos appellamus primum, quià ferè toto ſeculo illum anteceſſit, ac proinde alius adhuc vixit Ottobertus Comes ante noſtrum, de quo vita S. Trudberti. Quidquid verò ſit de hoc; certum eſt de noſtro Ottoberto, quod floruerit an. 644. quo S. Trudperto Eccleſiam ſtatuit eo anno à latronibus occiſo, vt habetur in vita Sancti, vno vel altero ſeculo poſt ejus Martyrium ſcripta ab Erkanbaldo Abbate, vti ſuſpicatur Henſchenius in Commentario prævio, licet poſterioribus annis limatiore nonnihil ſtylo eadem vita conſcripta ſit, neq; extet amplius genuina Erkanbaldi phraſis. In ea vita diſertis verbis habetur: *Inſtructus vallem iſtam hæreditatis titulo pertinere ad nobilem quendam Dominum Alſatiæ, qui dicebatur Othpertus, de cujus ſtirpe magnifica, generoſa propago Comitum de Habſpurg traxit originem.* Addit deinde author, quod Othpertus *hæredibus non carebat.* Quinam autem illi hæredes fuerint non exprimitur. Nominatur quidem Babo, vt Provincialis Comes, non tamen vt filius, cum de latronibus captis meminit: *reos ipſos Boboni Provinciali tunc Comiti præſentari præcepit.* Fallitur autem Pieſpordius, qui ad An. 720. differt obitum Ottoberti, exiſtimans circa An. 667. obijſſe S. Rupertum, & tunc floruiſſe Ottobertum. Falluntur, & alij, qui S. Trudpertum putant poſt Annum 700. occubuiſſe. Hos enim refellunt acta S. Trudperti, & inſcriptio ſepulchralis S. Ruperti, quos fratres fuiſſe plerique tradunt, licet in neutrius vita mentio fiat hujus fraternitatis. Henſchenius putat *ea ex vicinitate nominum Trudperti, & Ruperti eſſe temerè aſſumpta: potiſſimum quia tempora quibus hi vixerunt non permittunt res geſtas conjungi. Fuit S. Rupertus creatus Epiſcopus Wormatienſis Anno 577. & mortuus Anno 622. aut 628. cum S. Trudpertus in Brisgojam venerit circa annum 640. in cujus ſocietate non potuit fuiſſe S. Rupertus, qui ante annos 70. fuerat Epiſcopus Wormatienſis.* Non video cur ex hoc capite repugnet eos fuiſſe, vel cenſeri poſſe fratres, quia potuit S: Trudpertus fuiſſe junior, & natus paulò antequam S. Rupertus crearetur Epiſcopus Wormatiæ, deinde ſupervivere fratri annis viginti, quod ſæpius evenit. Et certè cum acta S. Trudperti habeant quod Romam peregrinatus ſit An. 607. ſub Bonifacio Papa, videtur totum tempus vitæ in peregrinationes impendiſſe, donec in Briſgoja An. 640. conquieſceret. Aliunde ſicuti S. Rupertus, ità & Trudpertus dicitur *patre nobili Duce progenitus, ac ſtemmate regiæ dignitatis illuſtris.* Unde ſi ex antiquis aliquibus monumentis Bucelinus, Stengelius, & alij habent, quod fratres fuerint S. Rupertus, qui Anno 623. obiit, vti ex lapide ſepulchrali conſtat, & S. Trudpertus, qui Anno Anno 643. occiſus eſt à latronibus, nulla temporis intercapedo eos disjungere debet. Ipſi Trudpertini, qui Sancti reliquias habent, & in loco Martyrij habitant, ità ſentiunt, conſentiamus.

Henning. P. 1. Germ. in Gen. Salmen.

Henſchen. To. 3. April. fol. 424. Vitæ S. Trudp. c. 1. Ibid. num. 14.

Henſch. cit. fol. 425.

Vitæ S. Trudp. c. 1. Bucelin. Germ. P. 1. de Monaſt. & P. 2. fol. 292. Steng. in Faſt. Pieſp. ſtem. Auſtr.

III. Ad num. 2. Rotprechtum alij ſcribunt Rotherium, Ratherum, Robertum & Othbertum, Guillimannus Rothardum. Fortè melius Rampertum

Vitæ cap. 3. n. 29. tum diceres; cum Auctor vitæ S. Trudperti expresè dicat: *Post aliquanti temporis intercursum, egrediebatur virga de radice Othperti, & flos de radice ejus ascendit insignis; nepos scilicet tam facultatum, quam devotionis ipsius possessor, & hæres appellatione Rampertus.* Notat hic Henschenius: *in MS. Richenaugiensi legi non nepos, sed pronepos, imò vel trinepos.* Sed fortè Richenaugiensis scriptor non advertit apud veteres magnam variationem nominum, & putavit hunc esse Rampertum, qui fuit Hettoprechti filius cùm nomina Ramperti, & Rottprechti multum conveniant: nec novum quidquam est plures ejusdem nominis in eadem familia occcurrere, quorum nomina nonnihil, vel vetustas, vel Amanuensium ignorantia depravavit.

Laz. Comment. Cen. lib. 1. c. 7. Guillim. Habsp. lib. 3. c. 3 & seq. Ad num. 3. 4. & 5. De Hettoprechto, seu quod idem videtur sonare Ottoberto Rotprechti filio, præter ea quæ Lazius, & Guillimannus ex Menlio referunt, nihil reperio. De Ramperto, seu Ramprechto ait Lazius reperiri titulum in S. Trudperti Basilica majorum tumulo adscriptum. De Guntramo I. etiam nihil ex vetustis scripturis adducunt hi authores.

IV. Ad num. 6. Luithardi memoria extat Lazio teste in Gengenbacensi Cœnobio, cujus loco Guillimannus supponit stirpis propagatorem Luitfridum I. Conjugem illi assignavit Henninges Bertham filiam Ragneri Magni Lotharingiæ Ducis, haud dubiè ex historiis, & Genesibus Lotharingicis: & hac ratione Habspurgici ante Radepotonem participassent sanguinem Carolinum in tertio gradu.

Aimoi. Contin. lib. 5. c. 24. Ad num. 7. & 8. Luitfridi mentionem facit Aimoini Continuator de Carolo Calvo scribens: *Carolus pellectus vanis suasionibus falsorum nunciorum, qui ei suggerebant, quòd frater suus Ludovicus viciniſſimus morti foret, iter in Elsatias partes arripuit, ut Hugonem Luitfridi filium, &c. obtineret sicut & fecit, indeque Aquasgrani remeans &c.* Quod hic loquatur author de Luitfrido Habspurgico elicitur ex Instrumento Luitfridi, quo Trudpertinum Monasterium locupletavit; quod Lazius exscribit, ab eo Guillimannus. Inter alia legitur: *Ideò ego Luitfridus &c: consentientibus filijs meis Hundfrido, Luitfrido, & Hugone, trado &c:* Actum id anno 903. Luitfrido sororem fuisse vel filiam Ermentrudem, quæ Conrado Comiti aut Duci Burgundiæ nupta peperit Rudolphum primum Regem Burgundiæ affirmat Guillimanus. Ejus certè mentio cum fratre vel fratribus fit in Epitaphio ad S. Trudpertum: *Generosorum Othperti, Ramperti, Luitfridi, item Hundfridi, Luitfridi, Hugonis, & Dominæ Ermantrudæ illustrium Comitum de Habspurg Alsatiæ Landgraviorum, hujus ornatissimi Monasterij Fundatorum, hic sepultorum Epitaphium.*

Guillim. cit. lib. 3. c. 7. Bucelin. P. 1. Germ. Geneal.

V. Ad num. 9. & seq. De his nulla alia probatione est opus, quam per antiquam licet imperfectam, & mancam Genealogiam à Murensis Monasterij Cœnobita conscriptam temporibus Rudolphi I. Imperatoris, quam suprà integram dedimus. Hic enim prætermissis anterioribus incipit à Gunthramo: *Guntrannus Comes de Altenburg cognomento Dives genuit Lantzelinum Comitem de Altenburg. Lancelinus genuit Rudolphum, Radebotonem, Wernerum &c.*

De

De cæteris anterioribus, ſive ſub ſolo titulo Altenburgi, ſive ſub vtroque Altenburgi, & Habſpurgi Comitibus credendum eſt Geneographis, Menlio, Lazio, Pieſpordio, Guillimanno, quorum priores duo evolutis, & inſpectis per ipſa loca antiquis monumentis, ſepulchris, chartis, bona vt reor fide, licet ſubinde (vt fit in rebus antiquitate obſoletis) humanum quid paſſi, ſuas lucubrationes de Geneſi Habſpurgica conſcripſerunt. Annos obitus ſingulorum examinare, & ad amuſſim exigere, fruſtranei laboris fore exiſtimo, ſiquis attentet. Veroſimiliter alij alios aſſignarunt; cum de paucis expreſsè teſtentur antiqua monumenta. Atque hæc de ſtemmate Habſpurgico ab Ottoberto I. ad Rudolphum I. Imperatorem, ſatis vt reor probato, vt vix alia familia Principalis in orbe tam probatam Geneſim ſuam poſſit exhibere, niſi quæ recentior ſit.

## §. VIII.

### *Deſignatio Stemmatis Habſpurgo-Auſtriaci lineæ rectæ à Rudolphо I. Imperatore, ad Leopoldum Auguſtum.*

INdubitata deinceps nobis procurret Geneſis Habſpurgo-Auſtriaca, quæ nullis egeat probationibus; quià omnium ſcriptorum (qui in hanc arenam deſcenderunt) conſenſu firmata. Adducemus verò ſolam rectam lineam Rudolphinam, vti ſuperiore §. Ottobertinam: cum intentioni noſtræ hæc vna neceſſaria ſit, & ſufficiat. Plena & fortè plenior, quam hactenus prodierit, ſeorſim ſuo tempore ſequetur.

*Stemma Habſpurgo-Auſtriacum, à Rudolpho I. Imperatore ad Leopoldum I. Imperatorem.*

Linea recta.

I. *Rudolphus I. Habſpurgicus* natus anno 1218. Imperator Electus anno 1273. obiit anno 1291. Vxor Anna Comitiſſa ab Hohenberg obiit anno 1281.

II. *Albertus I.* Dux Auſtriæ, & Imperator natus anno 1246. vel ſeq. obiit anno 1308. Vxor Eliſabetha filia Meinradi III. Comitis Tyrolenſis, quæ obiit anno 1314.

III. *Albertus II.* Dux Auſtriæ, dictus Contractus obiit anno 1358. Vxor Joanna filia Vdalrici poſtremi Comitis Pfiretarum.

IV. *Leopoldus* Cognomento *Probus*, & Militiæ Decus Dux Auſtriæ obiit anno 1386. Vxor Viridis Vice-Comes Mediolanenſis, quæ obiit poſt annum 1425. in Carniolia, ſepulta Sitticij.

V. *Erneſtus* Cognomento *Ferreus* Archidux Auſtriæ obiit anno 1424. Vxor Cymburga Duciſſa Mazoviæ, filia Ziemoviti.

VI. *Fridericus III.* Cognomento *Pacificus* Imperator, obiit anno 1393. Vxor Eleonora filia Eduardi Regis Portugalliæ.

VII. *Maximilianus I.* Archidux Auſtriæ, & Imperator obiit Anno 1519. Vxor Maria filia Caroli Audacis Ducis Burgundiæ.

VIII. *Ppilippus I.* Archidux Auſtriæ Rex Hiſpaniarum, obiit Anno 1506. Vxor Joanna filia Ferdinandi, & Iſabellæ Regum Catholicorum.

IX. *Ferdinandus* Archidux Auſtriæ Imperator, obiit Anno 1564. Vxor Anna filia Ladislai Ungariæ, & Bohemiæ Regis.

X. *Carolus* Archidux Auſtriæ Dux Styriæ, Carinthiæ, & Carniolæ, obiit Anno 1590. Vxor Maria filia Alberti Ducis Bavariæ.

XI. *Ferdinandus II.* Archidux Auſtriæ Imperator, obiit Anno 1637. Vxor Maria Anna filia Gulielmi Ducis Bavariæ.

XII. *Ferdinandus III.* Archidux Auſtriæ Imperator, obiit Anno 1657. Vxor Maria Infans Hiſpaniæ filia Philippi III. Regis.

XIII. *Leopoldus* Archidux Auſtriæ Imperator Auguſtus, *Vivat!*

II. Hæc eſt Auguſtiſſimi Imperatoris noſtri LEOPOLDI recta linea à Rudolpho I. Magno magnis fœcunda heroibus, in qua numerantur octo Imperatores, quibus ſi addideris ex ramis collateralibus Fridericum II. alias III. cognomento Pulchrum, Albertum II. Honorificum, Carolum V. Maximum, Maximilianum II. Rudolphum II. Matthiam, & Ferdinandum IV. Regem Romanorum, efficies numerum XV. adeóq; ſolæ duodecim Generationes dederunt orbi quindecim Imperatores; dent boni cælites, adhuc tot & plures! Deducto deinde hucuſq; Stemmate Merovingo-Carolingo-Habſpurgo-Auſtriaco, à Meroveo ſive mavis à Pharamundo I. Francorum Germanorum Rege vſq; ad Leopoldum Auguſtum, libet vno contextu totam lineam recolligere, annis omninò *mille ducentis ſexaginta, & uno* incluſam, ab anno videlicet Chriſti 417. quo Pharamundus regnare cœpit, vſq; ad 1678. quo LEOPOLDUS Auguſtus imperat.

## *Linea recta à Pharamundo I. Francorum Germanorum Rege ad Leopoldum Auguſtum hodie imperantem hactenus probata.*

1. Pharamundus Rex Francorum An. 1417
2. Clodio Crimitus Rex Francorum.
3. Meroveus Rex Francorum.
4. Childericus Rex Francorum.
5. Clodoveus Rex I. Chriſtianus.
6. Clotharius Magnus Rex.
7. Blithildis Ux. Ansberti Ducis Moſellani.
8. Arnoaldus Dux Moſellanus.
9. S. Arnulphus Dux Moſellanus.
10. B. Anſegiſus Dux Brabantiæ.
11. Pipinus Heriſtallus Dux Brabantiæ.
12. Carolus Martellus Dux Brabantiæ.

13. Pi-

13. Pipinus Brevis Rex Francorum.
14. Carolus Magnus Imperator.
15. Ludovicus Pius Imperator.
16. Carolus Calvus Imperator.
17. Ludovicus Balbus Rex.
18. Carolus ſimplex Rex.
19. Ludovicus Transmarinus Rex.
20. Carolus Dux Lotharingiæ.
21. Ermingardis Vxor Alberti I. Comitis Namurcenſis.
22. Hadwidis Vxor Gerardi Alſatij Ducis Lotharingiæ.
23. Itha Lotharinga Vxor Rodapotonis Comitis Habſpurgici.
24. Wernerus I. Comes Habſpurgicus.
25. Otto Comes Habſpurgicus.
26. Wernerus II. Comes Habſpurgicus.
27. Wernerus III. Comes Habſpurgicus.
28. Adelbertus I. Comes Habſpurgicus.
29. Rudolphus Comes Habſpurgicus.
30. Albertus II. Comes Habſpurgicus.
31. Rudolphus I. Imperator Habſpurgicus.
32. Albertus I. Imperator Auſtriacus.
33. Albertus Sapiens Dux Auſtriæ.
34. Leopoldus Probus Dux Auſtriæ.
35. Erneſtus Ferreus Archidux Auſtriæ.
36. Fridericus III. Imperator Auſtriacus.
37. Maximilianus I. Imperator Auſtriacus.
38. Philippus I. Rex Hiſpaniæ Auſtriacns.
39. Ferdinandus I. Imperator Auſtriacus.
40. Carolus Archidux Auſtriæ.
41. Ferdinandus II. Imperator Auſtriacus.
42. Ferdinandus III. Imperator Auſtriacus.
43. LEOPOLDUS I. Imperator Auſtriacus Anno 1678.
44. JOSEPHUS, JACOBUS, JOANNES Archidux.

III. Sunt igitur Auguſtiſſimi noſtri Imperatoris LEOPOLDI progenitores in linea recta quadraginta duo, ſi ordiamur à Pharamundo, vel ſi à Meroveo, quadraginta, omnes Germani ſeu Franco-Germani origine, licet aliqui inter eos Galli, & Hiſpani patriâ. Omnes inquam Germani origine, quià, & Merovingos fuiſſe Franco-Germanos ſupra oſtenſum eſt cap. 7. §. 1. & Carolingos item Germanos veros, ipſumque Carolum Magnum, non tantum origine, ſed patriâ inſuper, linguâ, & habitu Germanum fuiſſe, apud hiſtoricos in confeſſo eſt. Unde Henninges: CAROLUS MAGNUS, *primus Imperator Germanus, natus Carloburgi in Bavaria Anno 742. Ingelheimiæ circa Wormatiam inſtitutus in Græca, & latina lingua.* Melius fortè Octavius Strada locum natalitium deſignat: *in villa Ingelheym duobus millibus paſſuum Moguntiâ diſtante editus.* Iisdem ferè verbis Cuſpinianus: *Natus in Ingelheym villa, quæ duobus diſtat millibus paſſuum Moguntiaco, &c. adeò ut fruſtrà ſibi hunc Galli vendicent, & nimiùm ineptè; cum Germanus fuerit, & patriâ, & lingâ, & moribus, hoc eſt integritate, & dexteritate.* Eadem obſervatio eſt doctiſſimi Chiffletij, cum ait: CAROLUS *verè* MAGNUS *à Paulo Langio rectè aſſeritur Germanus, id eſt* Teutonicus Francus, origine, converſatione, famine: *origine quidem, quia Bertha Regina con-*

Henn. P. 1. Germ. f. 22.
Strada in Gæſ. f. 368.
Cuſpin. in Cæſ. 216.
Chiffl. Vindic. hiſt. c. 9.
Lang. in Chron. Citizen. ad ann. 955. Brover. lib. 3.

Fulden. cap. 12. Naucler. vol. 3. gener. 27.

*illum in Eichfeldia Thuringiæ, & Saxoniæ confinio; quem tractum ipſe Carolus Fuldenſi Monaſterio in Buchovio ſaltu ſito poſteà donavit*: Terram, *inquit*, Conceptionis noſtræ, hoc eſt totam comprovinciam circà fluvium Unſtrudt, ipſamq; chortem noſtram in Vargalaha cum omni proprietate, ſicut eam nos à parentibus Noſtris accepimus. *Carolum exinde Anno DCCLXXII.* (legendum eſt anno DCCXLII.) *enixa eſt Bertha Ingelhemij vrbe Germaniæ nunc Imperiali, &c.* Sic Chiffletius. Meritò proinde Urbanus Papa II. natione Franco-Gallus in Concilio Claromontano Anno 1095. inter orandum commemoravit: CAROLVM MAGNVM *Imperatorem fuiſſe Germanum.* Eodem jure Innocentius III. & Pius II. ſummi Pontifices verè ſcripſerunt: *Romanum Imperium à Græcis in Germanos fuiſſe translatum in perſonam* CAROLI MAGNI. Ex quo patet pleroſque in eo convenire, quòd Ingelhemij natus ſit: alios verò plurimos non determinando locum particularem aſſerere, quòd Germanus verè & propriè fuerit, ut Baldus, Blondus, Donatus, Otto Friſingenſis, Jacobus Wimpfelengius, Jo. Bapt. Platina, Gotfridus Viterbienſis, Marlianus, Lupoldus Bambergenſis apud Irenicum, & alij. De lingua ſeu idiomate, quo uſus eſt, digna ſunt obſervatione, quæ Beatus Rhenanus, & poſt eum Lazius, Hundius, Lambecius annotarunt: nimirùm *veteres Francos, qui tranſito Rheno nobiliſſimum iſtud in Gallijs regnum conſtituerunt; & per duas familias, priorem Merovingorum, poſteriorem Carolingorum, non Galliam ſolùm, ſed & Germaniam poſteà non paucis ſeculis rexere, Germanâ uſos fuiſſe linguâ.* Probat id Rhenanus ex libro Evangeliorum in idioma Germanicum translato circa annum 850. poſt obitum Caroli Magni. Verùm ſuppetunt alia de ipſo Carolo argumenta, quòd eadem linguâ ceu patriâ uſus ſit quià menſibus & ventis propria nomina Teutonica impoſuit, & linguam Germanam primus expolire exorſus ſit, qua de re Abbas Trithemius: CAROLVS *Rex* MAGNVS *natione Theotiſcon, gentis ſuæ miſertus Barbariem, Annone, Theobaldo, & Berengero præceptoribus (ſicut Otfridus & Turpinus ferunt) cùm eſſet vir animo cæleſtis, & literarum tàm Græcarum, quàm Latinarum longè doctiſſimus, linguam tentavit regulare Theotonicam, menſibus & ventis, quæ hodie apud nos retinent nomina dedit; & præcepta Grammatices linguæ Theotonicæ pulchra compoſuit. Sed illo mortuo res imperfecta remanſit &c.*: Nihilominùs ſub Ludovico Pio CAROLI filio curam Grammaticæ Theotonicæ ſuſcepit Otfridus Monachus Weiſſenburgenſis, *quam ex* CAROLI MAGNI *inſtitutionibus collegit*, ut ait idem Trithemius. Germana igitur & Teutonica tam à Merovingis, quam à Carolingis origo eſt Habſpurgo-Auſtriacorum. Plura in theſim apud Lazium, Irenicum, Chiffletium, Lambecium, & alios deprehendes.

In c. Venerab. de elect. Æn. Sylvius lib. 3. comment. p. 78.

Irenic. Exeget. lib. 3. cap. 18. Rhenan. lib. 2. rer. German. Hund. Metrop. de Epiſc. Friſing. Lambec. Bibl. Cæſar. lib. 2. cap. 5.

Trithem. Polygr. lib. 6. c. 2. & 3.

Laz. de migrat. gent. lib. 3. Irenic. &c. cit.

## §. IX.

## *Deductiones plures originis Habſpurgicæ à Merovingis & Carolingis.*

AD firmandam hanc opinionem, licet jam ſufficienter probatam, adducemus nonnullas easque diverſas Origines à Merovingis ex Geneographis, qui

qui hactenus ſcripſerunt, eorum fidei nos committentes. Singula enim in hoc genere probare, ingens, & nunquam terminandus foret labor.

### *Deductio I. ex Merovingis.*

Clotharius Magnus Rex Merovingus, obiit Anno 564.

1. Blithildis Vxor Ansberti Senatoris; qui obiit An. 570.
2. Arnoaldus Dux Moſellanus, obiit Anno 601.
3. S. Arnulphus Dux Moſellanus, obiit Anno 641.
4. S. Clodulphus Dux Moſellanus, obiit Anno 718. ætatis anno 103.
5. Martinus Dux Moſellanus. Succeſſit patri in Ducatu Anno 673. obiit Anno 710.
6. Lambertus Dux Moſellanus, obiit Anno 778.
7. Loherus Dux Moſellanus, obiit Anno 809.
8. Ferricus Dux Moſellanus, obiit Anno 847.
9. Sadigerus Juſtus Dux Moſellanus, obiit Anno 876.
10. Ragnerus Magnus Dux Moſellanus, obiit Anno 606.
11. Bertha Vxor Luithardi Comitis Habſpurgici, qui obiit Anno 892. à quo cæteri omnes recta linea Habſpurgici.

Hnnninges P. 1. Germ. fol. 20. & 64. Piep in Tab. Guillim in Habſp.

In hac deſignatione quatuor gradibus ante Radepotonem Habſpurgicum fit connexio, & origo Habſpurgica à *Merovingis*.

### *Deductio II. ex ijsdem Merovingis.*

Clodio Crinitus Rex Francorum, obiit Anno 446.

1. Albericus Dux Alſatiæ Moſellanicæ, obiit anno 491.
2. Walbertus I. Dynaſta Arduennæ, obiit anno 528.
3. Walbertus II. Comes Arduennæ, obiit anno 562.
4. Walbertus III. Comes Arduennæ, & Hannoniæ, induit Monachum anno 573.
5. Brunulphus Comes Hannoniæ, obiit anno -----
6. Clothildis Vxor Sigulphi Comitis Templatenſis.
7. Brunulphus Comes Hannoniæ, obiit anno 636.
8. Hildulphus Comes Arduennæ, obiit anno 667.
9. Beatrix Vxor Martini Ducis Moſellani, qui obiit an. 710.
10. Lambertus Dux Moſellanus, & cæteri uti ſuperiore Schemate à num. 7.

Dedu-

*Deductio III. ex ijsdem Merovingis.*

Clotharius Magnus Rex Francorum.

1. Blithildis Vxor Ansberti Senatoris.

2. Arnoaldus Dux Moſellanus, & cæteri in I. Deductione, uſque ad num. 9.

10. Ragnerus Magnus Dux Lotharingiæ, ob. Anno. 906.

11. Ricuinus Dux Lotharingiæ, obiit Anno -----

12. Bona Vxor Caroli Ducis Lotharingiæ ex Carolingis ultimi, qui obiit Anno 1001.

13. Ermingardis Vxor Alberti Comitis Namurcenſis.

14. Hadwidis Vxor Gerardi Alſatij Ducis Lotharingi circa Annum 1030.

15. Itha Vxor Radepotonis Comitis Habſpurgici, à quo cæteri omnes recta linea deſcendunt.

*Deductio IV. ex ijsdem Merovingis.*

Clotharius II. Rex Francorum, obiit Anoo 631.

1. Adelina Vxor S. Clodulphi Moſellani, qui ob. An. 718.

2. Martinus Dux Moſellanus, obiit Anno 710.

3. Lambertus Dux Moſellanus, & cæteri Deductione I. à numero 7. ad finem.

*Deductio V. ex ijsdem Merovingis.*

Atticus vel Ethico ex veterum Francorum Regum proſapia, ut Bucelinus & alij teſtantur, circa Annum 690.

1. Albericus Dux Alſatiæ, & Alemanniæ.

2. Eberhardus Dux Alemanniæ, circa Annum 724.

3. Ruthardus Dux Alemanniæ.

4. Wandelherus Comes Alſatiæ, circa Annum 846.

5. Mechtildis Vxor Sadigeri Juſti Ducis Moſellani, qui obiit Anno 876.

6. Ragnerus Magnus Dnx Moſellanus, obiit Anno 906.

7. Bertha Vxor Luithardi Comitis Habſpurgici, à quo cæteri omnes deſcendunt, qui obiit Anno 892.

*Deductio VI. ex ijsdem Merovingis.*

Clotharius Magnus Rex Merovingus, obiit An. 564.

1. Blithildis Vxor Ansberti Senatoris, qui obiit An. 570.

2. Ar-

2. Arnoaldus Dux Moſellanus, obiit anno 601.

3. S. Arnulphus Dux Moſellanus, obiit anno 641.

4. Anſegiſus Dux Brabantiæ, obiit anno 685.

5. Pipinus Craſſus ſeu Heriſtallus Dux, obiit anno 714.

6. Carolus Martellus Dux Brabantiæ, obiit anno 741.

7. Pipinus Brevis Rex Francorum, obiit anno 768.

8. Symphoriana Uxor Lamberti Ducis, qui obiit anno 778.

9. Rorinna vel Irmina Uxor Ruthardi Ducis Sueviæ.

11. Mechtildis Vxor Sadigeri Juſti Ducis Moſellani, qui obiit Anno 876.

12. Ragnerus Magnus Dux Moſellanus, & Lotharingæ I. obiit Anno 916.

13. Bertha Vxor Luithardi Comitis Habſpurgici, à quo cæteri omnes uſque ad hodiernos rectâ lineâ.

*Deductio I. ex Carolingis, ſeu poſteris Caroli Magni.*

Carolus Magnus Imperator, obiit anno 814.

1. Ludovicus Pius Imperator, obiit anno 840.

2. Lotharius I. Imperator, abdicavit anno 855.

3. Ermingarda Vxor Ragneri Magni Ducis Lotharingiæ, qui obiit anno 916.

4. Bertha Vxor Luithardi Comitis Habſpurgici, à quo cæteri.

*Deductio II. ex iisdem Carolingis.*

Hanc ſupra dedimus §. 6. quæ indubitata eſt, & ſufficienter probata per aliam Ermingardem filiam Caroli Ducis Lotharingiæ jure ſanguinis Regis Francorum, poſtremi ſtirpis maſculæ Carolingæ.

*Deductio III. ex iisdem Carolingis*, per Comites Flandriæ.

Carolus Magnus Imperator, obiit anno 814.

1. Ludovicus Pius Imperator, obiit anno 840.

2. Carolus Calvus Imperator, obiit anno 878.

3. Juditha Vxor Balduini Ferrei Comitis Flandriæ, qui obiit anno 879.

4. Balduinus II. Calvus Comes Flandriæ, obiit Anno 918.

5. Arnulphus I. Magnus Comes Flandriæ, obiit Anno 958.

6. Balduinus III. Comes Flandriæ, obiit Anno 964.

7. Arnolphus II. Comes Flandriæ, obiit Anno 988.
8. Balduinus IV. Comes Flandriæ, obiit Anno 1036.
9. Balduinus V. Lilanus Comes Flandriæ, obiit Anno 1067.
10. Balduinus VI. Montanus Comes Flandriæ, obiit Anno 1070.
11. Balduinus Comes Hannoniæ, obiit Anno 1126.
12. Balduinus II. Comes Hannoniæ, obiit Anno 1133.
13. Balduinus III. Comes Hannoniæ, obiit Anno 1171.
14. Balduinus IV. Comes Hannoniæ, obiit Anno 1188.
15. Balduinus Imperator Conſtantinopolitanus, obiit Anno 1206.
16. Margarita Vxor Gulielmi Dampetræi, ipſa obiit Anno 1278.
17. Guido Dampetræus Comes Flandriæ, obiit Anno 1304.
18. Robertus Bethunius Comes Flandriæ, obiit Anno 1322.
19. Ludovicus Nivernenſis Com. Flandriæ, ob. An. 1322. ante patrem.
20. Ludovicus Creſſiacus Comes Flandriæ, obiit Anno 1346.
21. Ludovicus Malanus Comes Flandriæ, obiit Anno 1383.
22. Margareta Vxor Philippi Audacis Ducis Burgundiæ, qui obiit Anno 1404.
23. Joannes Interpidus Dux Burgundiæ, obiit Anno 1419.
24. Philippus Bonus Dux Burgundiæ, obiit Anno 1469.
25. Carolus Bellicoſus Dux Burgundiæ, obiit Anno 1477.
26. Maria Duciſſa Burgundiæ Vxor Maximiliani I. Imperatoris, à quo hodierni Auſtriaci.

*Deductio IV. ex iisdem Carolingis, per eosdem Comites Flandriæ.*

Carolus Magnus Imperator, obiit Anno 814.

1. Ludovicus Pius Imperator, obiit Anno 840.

Henn. P. I. Germ. f. 22.

2. Ludovicus Rex Germaniæ, obiit Anno 876.
3. Carolus Craſſus Imperator, obiit Anno 890.
4. Eberhardus Dux Foro Julij, obiit Anno -------
5. Berengarius I. Rex Italiæ, obiit Anno 923.
6. Giſela Vxor Adalberti Eporediæ Marbionis, qui obiit Anno ------
7. Berengarius II. Rex Italiæ, obiit Anno 966.
8. Roſula Vxor Arnulphi II. Comitis Flandriæ, & cæteri ex ſuperiori deductione à num. 8. ad finem.

De-

*Deductio V. ex ijsdem Carolingis, per eosdem Flandriæ Comites.*

Carolus Magnus Imperator, obiit Anno 874.

1. Ludovicus Pius Imperator, obiit Anno 840.
2. Carolus Calvus Imperator, obiit Anno 878.
3. Ludovicus Balbus Imperator, obiit Anno 880.
4. Carolus Simplex Rex - obiit Anno 926.
5. Ludovicus IV. Rex, obiit Anno 954.
6. Carolus Dux Lotharingiæ, obiit Anno 1001.
7. Ermengardis Comitiſſa Namurcenſis Vxor Alberti I.
8. Albertus II. Comes Namurci.
9. Albertus III. Comes Namurci.
10. Godefridus Comes Namurci.
11. Aleydis Vxor Balduini III. Comitis Hannoniæ, obiit Anno 1171.
12. Balduinus IV. Comes Hannoniæ, obiit Anno 1188.
13. Balduinus Imperator Conſtantinopolitanus, obiit Anno 1206. & cæteri ex Deductione 3. à num. 16. vſque ad finem.

*Deductio VI. ex ijsdem Carolingis per eosdem Flandriæ Comites.*

Carolus Magnus Imperator. Chifflet. Vindic. fol. 18.

1. Pipinus Rex Italiæ.
2. Bernardus Rex Italiæ.
3. Pipinus Comes Viromanduæ. Marchant. in Gen.
4. Heribertus I. Comes Viromanduæ.
5. Alheydis Vxor Arnulphi I. Magni Comitis Flandriæ, & cæteri ex Deductione 3. à num. 6. deinceps.

*Deductio VII. ex ijsdem Carolingis per Duces Lotharingiæ.*

Carolus Magnus Imperator. Chifflet. Vindic. fol. 29.

1. Ludovicus Pius Imperator.
2. Carolus Calvus Imperator.
3. Ludovicus Balbus Rex.
4. Carolus Simplex Rex.
5. Ludovicus IV. Rex.

6. Carolus Dux Lotharingiæ.

7. Gerberga Comitiſſa Bruxellenſis Vxor Lamberti I. Barbati Comitis Lovanienſis, qui obiit Anno 1015.

8. Lambertus Comes Lovanienſis.

9. Henricus Comes Brabantiæ, & Lovanii, obiit Anno 1046.

10. Godefridus VII. Barbatus Dux Lotharingiæ Inferioris.

11. Godefridus VIII. Dux Lotharingiæ inferioris.

12. Godefridus IX. Dux Lotharingiæ inferioris.

13. Henricus I. Dux Lotharingiæ.

14. Henricus II. Dux Lotharingiæ.

15. Henricus III. Dux Lotharingiæ.

16. Joannes I. Dux Lotharingiæ.

17. Joannes II. Dux Lotharingiæ.

18. Joannes III. Dux Lotharingiæ, & Brabantiæ.

19. Margaretha Brabanta Vxor Ludovici Malani, Comitis Flandriæ, & cæteri ex Deductione 3. à num. 22. ad finem.

*Deductio VIII. ex ijsdem Carolingis per eosdem Duces Lotharingiæ, & IX. per Comites Bononienſes.*

Carolus Magnus Imperator.

1. Ludovicus Pius Imperator.

| | Ex Ermingarde I. Vxore. | Ex Juditha 2. Vxore. |
|---|---|---|
| 2. | Lotharius Imperator. Vx. Ermingardis. | Carolus Calvus Imperator. Vx Ermentrudis. |
| 3. | Ludovicus Imperator Rex Italiæ. | Ludovicus Balbus Rex. |
| 4. | Ermingardis Vx. Boſonis Regis Provinciæ | Carolus Simplex Rex. |
| 5. | Chunegundis Vxor N. Com. Ardennenſis. | Ludovicus Tranſmarinus Rex. |
| 6. | Godefridus Ardennenſis Comes Virduni. | Carolus Dux Lotharingiæ. |
| 7. | Gothelo Magnus Dux Lotharingiæ Infer. obiit Anno 1044. | Gerberga Bruxellenſis Vxor Lamberti Comitis Lovanienſis. |
| 8. | Godefridus Magnus Dux Lotharingiæ Infer. ob. Anno 1070. | Mathildis Vxor Euſtachij I. Comitis Bononiæ. |
| 9. | Itha Vxor Euſtachii II. Com. Bononiæ. ..... | Euſtachius II. Comes Bononiæ, obiit Anno 1085. |

10. Euſtachius III. Comes Bononiæ, obiit circa Annum 1120.

11. Mathildis Vxor Stephani Bleſenſis Regis Angliæ, qui obiit Anno 1154.

12. Maria Vxor Matthæi Comitis Flandriæ. — Ida Vxor Bertholdi Ducis Zaringiæ Habſpurgici, deſignati Regis Romanorũ.

13. Mathildis Vxor Henrici I. Ducis Lothar. qui obiit Anno 1230.

14. Henricus II. Dux Lotharingiæ, & Brab. obiit Anno 1247.

15. Henricus III. Dux Lotharingiæ, & Brabantiæ, obiit Anno 1260.

16. Joannnes I. Dux Lothar. & Brabantiæ, & cæteri ex præcedenti Deductione à num. 16. ad fin. & ex deductione 3. à num. 22. ad fin.

## *Deductio X. ex Carolingis per Lotharingos, & Lucelburgicos.*

Carolus Magnus Imperator.

1. Ludovicus Pius Imperator.

2. Carolus Calvus Imperator.

3. Ludovicus Balbus Rex.

4. Carolus Simplex Rex.

5. Ludovicus Tranſmarinus Rex.

6. Carolus Dux Lotharingiæ.

7. Gerberga Bruxellenſis Vxor Lamberti Com. Lovanij.

8. Henricus Comes Brabantiæ, & Lovanij, & cæteri ex Deductione VII. à num. 9. uſque ad 16.

16. Joannes I. Dux Lotharingiæ.

17. Margareta Vxor Henrici VII. Imp. Lucelburgici, qui obiit Anno 1313.

18. Joannes Comes Lucelburgicus. Obiit Anno 1346. — Catharina Vxor Leopoldi cognom. Equitum gloria Ducis Auſtriæ.

19. Carolus IV. Lucelburgicus Imperator, obiit Anno 1378.

20. Anna Vxor Ottonis Ducis Auſtriæ. — Sigiſmuudus Lucelburgicus Imperator, ob. An. 1437. — Catharina Vxor Rudolphi Magnanimi Archiducis Auſtriæ.

21. Eliſabetha Vxor Alberti II. Archiducis Auſtriæ Imperatoris, qui obiit Anno 1439.

Ladislaus Poſthumus Rex Vngariæ & Bohemiæ ob. Anno 1457.

22. Eliſabetha Vx. Caſimiri Regis Poloniæ, ob. An. 1443.

23. Uladislaus Rex Hungariæ & Bohemiæ, ob. An. 1516.

24. Anna Vxor Ferdinandi I. Imper. Archiducis Auſtriæ, à quo cæteri ad hodiernos.

*Deductio XI. ex Carolingis per Rhynfeldenſes.*

Carolus Magnus Imperator.

1. Ludouicus Pius Imperator.
2. Carolus Calvus Imperator.
3. Ludovicus Balbus Rex.
4. Carolus Simplex Rex.
5. Ludovicus Tranſmarinus Rex.
6. Carolus Dux Lotharingiæ.
7. Ermingardis Vxor Alberti I. Namurcenſis.
8. Hadwidis primo thoro juncta Chunoni Com. Rhynfeldenſi.
9. Chuno II. Comes Rhynfeldenſis.
10. Rudolphus Rhynfeldenſis Imperator, ob. An. 1080.
11. Agnes Vxor Betholdi Ducis Zâringiæ Comitis Habſpurgici, qui obiit Anno 1098.
12. Conradus Dux Zaringiæ Habſpurgicus, &c. qui obiit Anno 1152.

Henning. P. 1 fol. 265 & 285.

*Deductio XII. ex Carolingis per eosdem Rhynfeldenſes.*

Carolus Magnus Imperator.

1. Ludovicus Pius Imperator, & cæteri ex ſuperiore Deductione à num. 2. ad 10.
10. Rudolphus Rhynfeldenſis Imperator.
11. Bertha Vxor Vlrici Comitis Brigantiæ.
13. Rudolphus Comes Brigantiæ, & Pfullendorffi.
14. Itha Vxor Alberti Divitis Comitis Habſpurgici.
15. Rudolphus Comes Habſpurgicus.
16. Albertus Sapiens Comes Habſpurgicus.
17. Rudolphus I. Imperatos Habſpurgicus.

De-

*Deductio XIII. ex Carolingis per Duces Auſtriæ ſtirpis prioris Babenbergicæ.*

Carolus Magnus Imperator.

1. Ludovicus Pius Imperator, & cæteri ex Deductione XI. à num. 2. ad 5.
5. Ludovicus Tranſmarinus Rex.
6. Mathildis Vxor Conradi Regis Burgundiæ, qui obiit Anno 990.
7. Gerberga Vxor Hermanni Ducis Sueviæ.
8. Giſela Vxor Conradi II. Imperatoris, quæ obiit Anno 1039.
9. Henricus III. Imperator, obiit Anno 1056.
10. Itha Vxor Leopoldi IV. Marchionis Auſtriæ, qui obiit Anno 1096.
11. S. Leopoldus Marchio Auſtriæ, obiit Anno 1136.
12. Henricus I. Dux Auſtriæ, obiit Anno 1177.
13. Leopoldus Victorioſus Dux Auſtriæ, obiit Anno 1193.
14. Leopoldus Glorioſus Dux Auſtr. obiit Anno 1231.
15. Henricus Medlingenſis Dux Auſtriæ, ob. Anno 1226.
16. Gertrudis Vxor Hermanni Marchio Badenſis, qui obiit Anno 1250.
17. Agnes Vxor Meinradi Comitis Tyrolenſis, qui obiit Anno 1295.
18. Eliſabetha Vxor Alberti I. Imperatoris, Habſpurgo-Auſtriaci, à quo cæteri uſque ad hodiernos.

*Deductio XIV. ex Carolingis per Duces Sueviæ, & Comites Burgundiæ.*

Carolus Magnus Imperator. Chifflet. Vindic. fol. 98.

1. Ludovicus Pius Imperator, & cæteri ſuperiore Deductione à num. 2. ad 9.
9. Henricus III. Imperator, obiit Anno 1056,
10. Henricus IV. Imperator, obiit Anno 1106.
11. Agnes Vxor Friderici I. Ducis Sueviæ, qui obiit Anno 1105.
12. Fridericus II. Dux Sueviæ, obiit Anno-----
13. Fridericus I. Imperator Barbaroſſa, obiit Anno 1189.

14. Otto Comes Burgundiæ, obiit Anno 1191.

15. Beatrix Vxor Ottonis Ducis Meraniæ, qui obiit anno 1234.

16. Otto Dux Meraniæ, obiit anno 1284.

17. Aleydis Vxor Hugonis Comitis Burgundiæ, qui obiit anno 1266.

18. Otto Comes Palatinus Burgundiæ, obiit anno 1306.

19. Joanna Vxor Philippi Longi Francorum Regis, qui ob. an. 1321.

20. Margareta Vx. Ludovici Creſſiaci Com. Flandriæ, qui ob. an. 1346.

21. Ludovicus Malanus Comes Flandriæ, obiit Anno 1383.

22, Margareta Vxor Philippi Audacis Ducis Burgundiæ, qui obiit Anno 1404.

23. Joannes Intrepidus Dux Burgundiæ, obiit anno 1491.

23. Philippus Bonus Dux Burgundiæ, obiit anno 1467.

25. Carolus Bellicoſus Dux Burgundiæ, obiit anno 1477.

26. Maria hæres Burgundiæ Vxor Maximiliani I. Imperatoris Auſtriaci, à quo cæteri ad hodiernos.

*Deductio XV. ex Carolingis, per Reges Hiſpaniæ.*

Carolus Magnus Imperator.

1. Ludovicus Pius Imperator.

2. Ludovicus Germanicus Rex Italiæ, & Germaniæ.

3. Gisla ſecundum alios filia Ludovici Pii Vxor S. Everardi Ducis Foro-Julij.

4. Berengarius Rex Italiæ, obiit anno 923.

5. Willa (aliis Gisla) Vxor Adelberti Marchionis Eporediæ.

6. Berengarius II. Rex Italiæ, obiit anno 966.

7. Adelbertus Dux Langobard. Rex Italiæ.

8. Otto Gulielmus Dux Burgundiæ.

9. Rainaldus I. Comes Burgundiæ.

10. Wilhelmus Comes Burgundiæ.

11. Raimundus Comes Galliciæ, obiit anno 1115.

12. Alphonſus VII. Imperator Hiſpaniæ, obiit anno 1157.

13. Ferdinandus II. Rex Legionis, obiit anno 1188.

14. Alphonſus IX. Rex Legionis, obiit anno 1230.

15. Ferdinandus III. Sanctus Rex Hiſpaniæ, obiit anno 1252.

16. Al-

10. Alphonſus X. Rex Caſtellæ, & Legionis, obiit anno 1284.

17. Sancius IV. Rex Caſtellæ, & Legionis.

18. Ferdinandus IV. Rex Caſtellæ, & Legionis, obiit anno 1312.

19. Alphonſus XI. Rex Caſtellæ, & Legionis, obiit anno 1350.

20. Henricus II. Rex Caſtellæ, & Legionis, obiit anno 1379.

21. Joannes I. Rex Caſtellæ, & Legionis, obiit annno 1390.

22. Henricus III. Rex Caſtellæ, & Legionis, obiit anno 1406.

23. Joannes II. Rex Caſtellæ, & Legionis, obiit anno 1454.

24. Iſabella Vxor Ferdinandi Regis Aragoniæ, qui obiit anno 1504.

25. Joanna Vxor Philippi Archiducis Auſtriæ filii Maximiliani I. Imp.

26. Ferdinandus I. Imperator. à quo Archiduces Germani. — Carolus V. Imperator, à quo Archiduces Hiſpani.

*Deductio XVI. ex Carolingis per eosdem Reges Hiſpaniæ.*

Carolus Magnus Imperator.

1. Ludovicus Pius Imperator, & cæteri ex Deduct. XIV. uſq; ad num. 13.

13. Fridericus I. Imperator, obiit anno 1189.

14. Philippus electus Imperator, obiit anno 1208.

15. Beatrix Vxor Ferdinandi III. Regis Hiſpaniæ, quam Ethiſam vocat Henninges.

16. Alphonſus X. Rex Hiſpaniæ, & cæteri ex ſuperiori Deductione à num. 17. ad finem.

Chifflet. in Lum. prærogat. f. 388. Henn. P. 1. Germ. fol. 47.

*Deductio XVII. Ex Carolingis per Comites Barcinonæ, & Reges Aragoniæ.*

Carolus Magnus Imperator.

1. Ludovicus Pius Imperator.

2. Ludovicus Calvus Imperator.

3. Juditha Vxor Balduini Ferrei Comitis Flandriæ.

4. Cunhildis Vxor Guifredi Pilofi Comitis Barcinonæ.

5. Seniofredus Comes Vrgelitanus.

6. Borellus Comes Vrgelitanus.

7. Raymundus Borellus Comes Barcinonæ.

8. Berengarius Borellus Marchio Comes Barcinonæ.

9. Raymundus Berengarius Marchio, Comes Barcinonæ.

10. Raymundus Berengarius II. Marchio Comes Barcinonæ.

11. Raymundus Berengarius III. Marchio Comes Barcinonæ.

12. Raymundus Berengarius IV. Marchio Comes Barcinonæ, obiit Anno 1162.

13. Alphonſus Caſtus Rex Aragoniæ, obiit Anno 1196.

14. Petrus II. Catholicus Rex Aragoniæ, obiit Anno 1213.

15. Jacobus I. Rex Aragoniæ, obiit Anno 1276.

16. Petrus III. Rex Aragoniæ, obiit Anno 1285.

17. Jacobus II. Rex Aragoniæ, obiit Anno 1327.

18. Alphonſus IV. Rex Aragoniæ, obiit Anno 1336.

19. Petrus IV. Rex Aragoniæ, obiit Anno 1387.

20. Leonora Vxor Joannis I. Regis Caſtellæ, obiit Anno 1375.

21. Ferdinandus IV. Rex Aragoniæ & Siciliæ, obiit Anno 1416.

22. Joannes II. Rex Aragoniæ, & Navarræ, obiit Anno 1479.

23. Ferdinandus V. Rex Aragoniæ, & Siciliæ, obiit Anno 1516.

24. Joanna Hiſpaniarum Regina Vxor Philippi Archiducis Auſtriæ, qui obiit Anno 1506. ipſa verò Anno 1555.

25. Ferdinandus I. Archidux Auſtriæ Imperator, à quo cæteri ad hodiernos Archiduces.

## *Deductio XVIII. Ex Carolingis per Reges Aragoniæ, & Luſitaniæ.*

Carolus Magnus Imperator.

1. Ludovicus Pius Imperator, & cæteri ex Deductione ſuperiori à num. 2. ad 16.

16. Petrus III. Rex Aragoniæ, obiit anno 1285.

17. Eliſabetha Vxor Dionyſij Regis Portugalliæ, qui obiit anno 1326.

Vaſconcell. in Anacæphal.

18. Alphonſus IV. Rex Luſitaniæ, obiit anno 1357.

19. Petrus Rex Luſitaniæ, obiit anno 1367.

20. Joannes Rex Luſitaniæ, obiit anno 1433.

21. Eduardus Rex Luſitaniæ, obiit anno 1438.

22. Eleonora Vxor Friderici III. Imperatoris Auſtriaci.

23. Maximilianus I. Imperator Auſtriacus, & cæteri Archiduces ad hodiernos.

## *Deductio XIX. ex Carolingis per Comites Carnutenſes.*

Carolus Magnus Imperator.

1. Ludo-

1. Ludovicus Pius Imperator.
2. Carolus Calvus Imperator.
3. Ludovicus Balbus Imperator.
4. Carolus Simplex Rex.
5. Ludovicus Tranſmarinus Rex.
6. Mathildis Vxor Conradi Regis Burgundiæ, qui obiit anno 990.
7. Bertha Vxor Odonis Comitis Carnutenſis, qui obiit anno 1037.
8. Henricus aliis Stephanus Comes Carnutenſis, obiit anno 1101.

| | | |
|---|---|---|
| 9. Theobaldus III. dictus Sanctus Comes Carnutenſis, obiit anno 1151. | | Stephanus Rex Angliæ obiit anno 1154. |
| 10. Henricus Largus Com. Campaniæ, & Briæ. | Maria Vxor Eudi ſeu Odonis III. Ducis Burgundiæ, qui ob. an. 1193. | Maria Vx. Matthæi Alſatij Fland. Com. |
| 11. Maria Vxor Balduini Flandri Imperatoris. Conſtantinopolitani, & 12. cæteri ex Deduct. 3. à num. 16. ad finem. | Hugo III. Dux Burgundiæ, obiit Anno 1192. | Ida Vxor Bertholdi Ducis Zäringiæ Habſpurgici. |
| | Eudus vel Odo IV. Dux Burgundiæ, obiit anno 1218. | |
| | 13. Hugo IV. Dux Burgundiæ, obiit anno 1273. | |
| | 14. Robertus III. Dux Burgundiæ, obiit an. 1309. Vxor Agnes filia S. Ludovici Regis Franciæ. | |
| | 15. Agnes Vxor ſecunda Rudolphi I. Imperatoris quam Henninges Eudo vel Odoni IV. attribuit, ſed cum ille anno 1218. obierit, non poterat Agnes juvenis Rudolpho nubere, hanc Agnetem alij Iſabellam appellant apud Fugger. | |

Fugger. Spec. hon. fol. 843.

## *Deductio XX. ex Carolingis per Comites Egisheimenſes.*

Carolus Magnus Imperator.

1. Ludovicus Pius Imperator.
2. Carolus Calvus Imperator.
3. Ludovicus Balbus Imperator.
4. Carolus Simplex Rex.
5. Ludovicus Tranſmarinus Rex.
6. Carolus Dux Lotharingiæ.
7. Ermingardis Vxor Alberti I. Comitis Namurcenſis.

8. Hadwidis Vxor Gerardi Alſatii Ducis Lotharingiæ.

| | | |
|---|---|---|
| 9. | Itha Vxor Radepotonis Comitis Habſpurgici. | Theodoricus II. Dux Lotharingiæ Superioris. |
| 10. | Wernerus I. Comes Habſpurgi. | Gerardus Dux Alſatiæ. |
| 11. | Otto Comes Habſpurgi. | Gerardus Comes Egesheimenſis. |
| 12. | Wernerus II. Comes Habſpurgi. | Udalricus Comes Egesheimenſis. |
| 13. | Wernerus III. Comes Habſpurgi. | Henricus I. Comes Egesheimenſis. |
| 14. | Albertus Dives Comes Habſpurgi. | Simon Comes Egesheimenſis. |
| 15. | Rudolphus Comes Habſpurgi. | Henricus II. Comes Egesheimenſis. |
| 16. | Albertus Sapiens Comes Habſpurgi. | Anna Vxor Alberti Comitis Hochbergenſis. |
| 17. | Rudolphus Comes Habſp. Imperat. ------ | Vxor Anna Comitiſſa Hochbergenſis. |
| 18. | Albertus I. Dux Auſtriæ Imperator, à quo omnes hodierni Archiduces. | |

Poſſumus formare totidem adhuc, & plures Deductiones Stemmatis Habſpurgo-Auſtriaci, ſed hæ ſufficiunt, & nonnullæ attingentur in Anno Sancto Habſpurgo-Auſtriaco. Nunc ad alia, quæ ex his præmiſſis legitimè inferuntur calamum, & mentem convertamus.

# FINIS I. PARTIS.

# DISSERTATIONIS POLEMICÆ

*Sive*

# PROLEGOMENI

## *PARS POSTERIOR.*

De

## *Prærogativis Augustæ Domus Habspurgo-Austriacæ.*

NObilissimæ Domûs investigatâ, & sufficienter probatâ origine ab antiquis Franco-Germanorum Regibus Merovingis pariter, & Carolingis, restat ejusdem Prærogativas, & Excellentias currente calamo expendere. Verissimum est illud Romanæ suadæ oraculum: *Omnes boni semper nobilitati favemus, & quia utile est Reipublicæ nobiles esse homines, dignos majoribus suis, & quia valet apud nos clarorum hominum senex de Repub. meritorum etiam memoria.* Nulla hactenus ab orbe condito familia ad tam sublime nobilitatis fastigium elevata est, quam Habspurgo-Austriaca. Et hunc illi honorem favent omnes fideles vasalli, omnes boni etiam non subditi: frustrà invident pauci æmuli. Utile sanè, imò *necessarium est Reipub. Christianæ, regnare* (ait nonnemo) *Habspurgo-Austriacos*, de quibus illud Cassiodori meritò pronunties: *Origo ipsa jam gloria est; laus nobilitati connascitur: idem vobis est dignitatis, quod vitæ principium. Honor amplissimus vobiscum gignitur, ad quem vix maturis ætatibus pervenitur. Et quamvis magna sit gloria claritatis, non agnoscitur in longo stemmate vitiata. Seculis suis producit nobilis vena* PRIMARIOS: *nescit inde aliquid nasci mediocre, tot probati quot geniti.* Atque hæc prima & primaria est Prærogativa superiore hujus Dissertationis Parte exposita, nempe Origo nobilissima, ad quam cæteræ plures consequuntur. Nimirum 1. Sanctorum & Beatorum ex hac nobilissima Domo centuriæ. 2. Romanorum Pontificum Tiaræ, 3. Imperatorum orientis, & 4. occidentis Diademata, 5. Præcipuis Europæ Principibus communicatus sanguis. 6. super omnes Principes à Carolo Magno conservata Primogenitura. 7. Glorioſi tituli supra alios Principes. 8. Pietas Cæsarum hæreditaria vt firmamentum Imperij. 9. Prædicatum *Catholici* antonomasticè proprium. 10. Magnitudo fastos implens: quæ omnia totidem Capitibus digeremus.

Cic. orat. pro Sextio.

Author Phosph. P. 2.

Cassiod. lib. 3. var. Ep. 6.

A CA-

# CAPUT I.

## PRIMA PRÆROGATIVA

*Tot ſancti quot dies in Anno, & longè plures Habſpurgo-Auſtriacis origine, ſanguine, & cognatione illigati.*

### §. Unicus.

GLorioſum meritò ſibi reputant omnes Illuſtres familiæ, quæ vnum aut plures ſanctos & Beatos oſtendere poſſunt ê ſua ſtirpe progenitos. Hoc enim longè excellentius ornamentum eſt, quam numerare faſces Conſulares, & Imperatoria ac Regia ſceptra. Neq; alio videtur collimaſſe Joannes Seifridus, qui originem Habſpurgo-Auſtriacam deducere conatus eſt ab Anicia Perleonia radice, quàm vt Auguſtiſſimæ Domui ſingulare quoddam & aliis familijs non commune conciliaret decus & ornamentum. Suppoſito enim quod Perleonia & Frangepania ſtirps eadem eſſet cum Anicia, Juliana, Julia, non ignarus multos fuiſſe ſanctos ex Anicia ſtirpe, conſecuturus erat intentum, ſi modo potuiſſet oſtendere ex Perleoniis fluxiſſe Habſpurgicos. Unde quærit animosè: *Quid habent vel habuere cæteræ cognationes, qualeſcunque tandem illæ ſint ſingularis & præcipui, quod in Anicia florentiſſima familia deſiderari poſſit, aut quod non longè perfectius nobiliuſve in ea inveniatur?* Sed fallitur omninò Seifridus, & cùm dicit Habſpurgicos originari à Perleoniis, & cùm dicit ſingularia ſtirpis ornamenta longè perfectius nobiliuſve inveniri in Anicia, quam in Carolingo Habſpurgo-Auſtriaca. Hæc enim longè plures ſanctos enumerare poteſt, quàm Anicia: longè plures Imperatores & Reges, quàm Anicia, quæ omnia hac parte Prolegomeni ad oculum oſtendemus. Dicat igitur S. Auguſtinus ad Probam, & Julianam Anicias: *Quis verbis explicet, quis digno præconio proſequatur? quantum incomparabiliter glorioſius ac fructuoſius habeat ex veſtro ſanguine fœmineas Virgines Chriſtus, quàm viros Conſules mundus? Nam volumina temporum, ſi magnum atque præclarum eſt nominis dignitate ſignari; quanto eſt majus atque præclarius cordis corporisque integritate tranſcendere?* Dicam ego magnum prorſus & illuſtre decus fuiſſe Aniciæ familiæ numerare Deo ſacras Virgines, Confeſſores, Martyres, tot fortè quot Conſules, licet in dubio ſit an ex Aniciis Perleones progeniti, & omninò falſum, quod ex Perleonibus Habſpurgici: majus tamen & excellentius ornamentum eſt hodie Auguſtæ Habſpurgo-Auſtriacæ Domui *tot ſanctos numerare, quot dies numerat Annus ſolaris*; imò ſi quis curioſius perſcrutaretur ſanctorum aliorum vitas ac Geneſes, duplicatum haud dubiè numerum eliceret; quod quidem in ſua opinione nunquam oſtendere poterunt Seyfridi ſequaces. Jactent illi: *Nullus profectò jam in cælis Beatorum civium ordo eſt, in quo non aliquot ſaltem, præſtantes Anicianæ familiæ alumni reperiantur.* Id longè potiori jure dixerim de Auguſta Carolingo-Habſpurgo-Auſtriaca familia, quod nullus ordo Beatorum in cælis ſit, in quo non multi præſtantiſſimi hujus familiæ alumni reperiantur. Quod quidem ſeparatim in opere, cujus gratiæ Prolego-

Seifrid. Arb. Anic. lib. 2. cap. 1.

S. Auguſt. Epiſt. 179.

Seifrid. cit. fol. 5.

men

men hoc præmittimus, ad captum omnium, etiam rudium exequemur in Auſtria ſancta, in qua ſingulos Anni totius dies occupabit aliquis Sanctus, vel Beatus ex maioribus Habſpurgo-Auſtriacorum Merovingo-Carolingis. Neque tamen eâ de cauſa Habſpurgo-Auſtriacos à Carolingis deducimus, quaſi propriâ nobilitate deſtituerentur, vel vt Auguſtæ Domui maiorem conciliemus ſplendorem, quià hic conſectaneus eſſe debet ad veritatem; ſed ſolùm, vt oſtendamus (probatâ priùs verâ Habſpurgo-Auſtriacorum origine à Carolingis) tantundem, imò amplius ſplendoris accedere Auguſtæ Domui Auſtricæ per Caroli ſanguinem, quàm per originem Perleoniam gratis, & ſine vllo fundamento excogitatam.

# CAPUT II.

## SECUNDA PRÆROGATIVA.

### *Summi Pontifices Habſpurgo-Auſtriacis, & eorum majoribus ſanguine conjuncti.*

QUod ab vna, eadémque radice germinat, licet arbor in immenſum excreſcat, ejusdem tamen ſtirpis meritò eſſe cenſetur. Proinde etiam ſummi Pontifices, quorum aliqui ſatis remotè vel Carolingos, vel Habſpurgicos attingunt ab arbore Carolingo-Habſpurgo-Auſtriaca non ſunt excludendi. Adducemus ordine quotquot hactenus occurrerunt, plures indagabunt alii, qui etiam Elogia illis poterunt adſcribere, nos ad alia properantes, illis non immorabimur.

### §. I.

### *I. Sergius Papa III. ex Comitibus Tuſculanis, Habſpurgo-Auſtriacis ſanguine junctus.*

Genealogia.

Lotharius I. Imperator.

Lotharius II. Rex.
Lotharius III. Rex Lotharingiæ.

Marozia nobilis Romana filia Theodori, cujus maritus Benedictus Com. Tuſculanus.

Ermingarda Vxor Ragneri Ducis Lotharingiæ.
Bertha Vxor Luithardi Comitis Habſpurgici.

*Sergius Papa* III. eius Vxor N. ante Pontificatum.
*Joannes Papa* XI.

Albertus Marchio
Albericus Marchio Tuſculanus. Vxor

Hugo Arelatenſis Rex Italiæ.
Alda Arelatenſis ſoror Lotharii IV. Regis Italiæ.

Sergius creatus eſt Pontifex anno Chriſti 904. die Natalis Domini. Sedit annos 8. menſes 3. dies 16. obiit anno 911. die 9. Aprilis ſepultus ad S. Petrum. Ciacon. in vita Pontif.

## §. II.

### *II. Joannes Papa XI. ex Comitibus Tuſculanis Habſpurgo-Auſtriacis ſanguine junctus.*

Hujus Geneſis indicata eſt ſuperiore §. Creatus fuit Papa anno 930. die 11. Decemb. ſedit annos 4. menſes 10. dies 15. obiit anno 935. die 25. octobris. ſepultus in Baſilica Lateranenſi.

## §. III.

### *III. Joannes Papa XII. ex Comitibus Tuſculanis Habſpurgo-Auſtriacis ſanguine junctus.*

Genealogia.

Lotharius I. Imperator Caroli Magni ex Ludovico filio nepos.

Lotharius II. Rex Lotharingiæ. — Emingarda ut ſup.

Lotharius III. Rex Lotharingiæ.

Hugo Arelatenſis Rex Italiæ.

Alda Vxor Alberici Comitis Tuſculani.

Deusdedit Comes Tuſculanus — *Octavianus Comes* Tuſculanus dictus *Joannes XII. Papa.*

Benedictus VII. Papa.

Ciacon. in vit. Fontif. Rom.

Creatus eſt ſummus Pontifex Octavianus Anno 956. die 9 Januarij, ſedit annos 8. menſes 4. dies 6. Pontificatu privatus anno 964. die 17. Januarij à concilio Romano, ſubſtituto Leone VIII. Antipapa, quem ipſe paulo poſt dignitate privavit, & rurſum ſedit, obiit anno 964. die 14. Maij. ſepultus in Baſilica Lateranenſi.

## §. IV.

### *IV. Benedictus Papa VII. ex Comitibus Tuſculanis Habſpurgo Auſtriacis ſanguine junctus.*

Genealogia.

Ciacon. in vit. Pontif.

Superiore §. eam indicavimus, nec opus repetere. Creatus eſt Papa anno 975. Calendis Junij fugato Bonifacio VII. ſedit annos 9. menſem 1. dies 10. obiit anno 984. die 10. Julij ſepultus ad S. Crucem in Hieruſalem.

## §. V.

### *V. Gregorius Papa V. ex Ducibus Saxoniæ Carolingis Habſpurgo-Auſtriacis ſanguine junctus.*

Genealogia.

Arnulphus Imperator ex Carolingis.

Bucel. P. 1. Germ. Geneal. fol. 60.

*

Luit-

Luitgarda, aliis Hadwigis Vxor Ottonis Magni Ducis Saxoniæ.

Henricus I. Auceps Imperator.

Otto I. Magnus Imperator.

Luitholphus Dux Sueviæ.

Otto Dux Sueviæ.

Bruno Epiſcopus Verdenſis, dictus poſtea *Grogorius Papa V.*

Fuit Presbyter, & Capellanus Imperatoris, Verdenſis Antiſtes. Creatus Papa anno 995. die 19. Junij. Sedit annos duos, Menſes 7. dies 18. obiit anno 998. die 18. Februarij. Sepultus ad S. Petrum. Ciac. cit.

## §. VI.

*VI. Benedictus Papa VI. ex Comitibus Tuſculanis Habſpurgo-Auſtriacis ſanguine junctus.*

Genealogia.

Lotharius I. Imperator Caroli Magni nepos.

Lotharius II. Rex Lotharingiæ.

Lotharius III. Rex Lotharingiæ.

Hugo Arelatenſis Rex Italiæ.

Alda Vxor Alberici Comitis Tuſculani.

Deusdedit Comes Tuſculanus.

Gregorius Comes Tuſculanus.

*Joannes Papa XIX.* — *Benedictus Papa VIII.* — Albericus Comes Tuſculanus.

*Benedictus Papa IX.*

Creatus eſt Papa anno 1012. die 7. Junij, ſedit annos 11. Menſes 8. dies 21. obiit Romæ anno 1024. die 27. Februarij. Sepultus ad S. Petrum.

## §. VII.

*VII. Joannes Papa XIX. ex Comitibus Tuſculanis, Habſpurgo-Auſtriacis ſanguine junctus.*

Genealogia.

Fuit Benedicti VIII. frater Germanus, proinde ad Geneſim ejusdem ſpectat. Creatus Papa factione cognatorum anno 1024. die 28. Februarij. Sedit annos 8. Menſes 9. dies 9. obiit anno 1032. die 8. Novemb. Sepultus ad S. Petrum.

## §. VIII.

### *VIII. Benedictus Papa IX. ex Comitibus Tusculanis Habspurgo-Austriacis sanguine junctus.*

Genealogia.

Fuit Benedicti VIII. & Joannis XIX. ex Alberico fratre nepos, antea vocatus Theophylactus. Creatus Papa anno 1032. die 11. Novemb. Sedit annos 12. Menses 4. dies 20. Pontificato exactus anno 1045. die 22. Januarij. Sed rediit pulso Sylvestro die 10. Martij ejusdem anni, & sedit Mensem 1. dies 21. vsque ad Calendas Maij, dein sponte abdicavit.

## §. IX.

### *IX. S. Leo Papa IX. ex Comitibus de Dachsberg, imò Habspurgicis.*

Genealogia.

Herm. P. 1. Germ.

Luitfridus filius Luithardi Comes Habspurgicus.

- Hugo Comes Habspurgicus in Dachsberg.
  - Eberhardus Comes de Dachsberg.
    - Adelheidis Vxor Henrici Ducis Franconiæ.
      - Conradus Salicus Imperator.
  - Hugo II. Comes Dachsbergensis.
    - Hugo III. Com. Dachsbergensis.
      - Bruno Comes de Dachsberg, dictus *Leo Papa IX.*
- Hunfridus Comes Habspurgicus.
  - Guntramus II. Comes Habspurgicus.
    - Betzo Com. Habspurgicus.
      - Radepoto Com. Habspurgicus, Vx. Itha Lotharinga ex Caroling.

Ciacon. Henschen. in vita ad 19. April.

Fuit primùm Tullensis Episcopus Creatus Papa anno 1049. die 12. Februarij. Sedit annos 5. Menses 2. dies 8. Obiit anno 1054. die 16. Aprilis. Sepultus ad S. Petrum.

## §. X.

### *X. Victor Papa II. ex Comitibus Caluvensibus, Habspurgo-Austriacis sanguine junctus.*

Genealogia.

Albertus Comes Caluvensis.

- Itha Vxor Guntrami II. Comitis Habspurgici.
- Lupoldus Comes Caluvensis.
  - Albertus Comes Caluvensis. Vxor Wiltrudis Habspurgica filia Betzonis.
    - Hartwicus Comes Caluvensis, Uxor Bitzela Comitissa ab Egesheim.
      - Albertus Comes Caluvensis. Vxor Wiltrudis Burgundica.
        - Godefridus Comes Caluvensis. Vxor Luitgarda Habspurgica Ducissa Zäringiæ.
      - Gebhardus Comes Caluvensis dictus postea *Victor Papa II.*

Ciaco-

Ciaconius eum nominat propinqvum Imperatoris, fuit Epiſcopus Eyſtettenſis, creatus Papa anno 1055. die 13. Aprilis. Sedit annos 2. Menſes 3. dieſ 16. Obiit anno 1057. die 28. Julij Sepultus Florentiæ in Eccleſia Cathedrali S. Reparatæ.

## §. XI.

### *XI. Stephanus Papa IX. ex Ducibus Lotharingiæ, Habſpurgo-Auſtriacis ſanguine junctus.*

Genealogia.

Lotharius I. Imperator Caroli Magni Nepos. Henn. P. 1. Germ.

Ermingarda Vxor Ragneri Magni Ducis Lotharingiæ.

Giſelbertus Dux Lothar. — Ricuinus Dux Lotharingiæ. — Bertha Vxor Luithardi Comitis Habſpurgici.

Gothofredus I. Barbatus Dux. — Luitfridus Com. Habſpurgicus.

Gothofredus II. Dux Lothar. — Hugo Comes Habſpurgicus.

Fridericus Dux Lotharingiæ, dictus poſtea *Stephanus Papa IX.* — Gothofredus III. Dux Lotharingiæ. Vxor -------- Agnes Habſpurgica.

Ex Abbate Caſſinenſi, & Cardinale creatus Papa anno 1057. die 3. Auguſti. Sedit Menſes 7. dies 28. Obiit Florentiæ anno 1058. die 29. Martij. Sepultus ibidem.

## §. XII.

### *XII. Benedictus Papa X. ex Comitibus Tuſculanis, Habſpurgo-Auſtriacis ſanguine junctus.*

Genealogia.

Lotharius I. Imperator Caroli Magni nepos.

Lotharius II. Rex Lotharingiæ.

Lotharius III. Rex Lotharingiæ.

Hugo Arelatenſis Rex Italiæ.

Alda Vxor Alberici Comitis Tuſculani.

Deusdedit Comes Tuſculanus.

Gregorius Comes Tuſculanus.

Albericus Comes Tuſculanus.

Guido Comes Tuſculanus. — *Benedictus Papa IX.*

Joannes Mincius Comes Tuſculanus, poſtea dictus *Benedictus Papa X.*

Fuit

Ciacon. Fuit electus in Schiſmate contra Nicolaum II. Cum quo reconciliatus deinde fuit depoſito Pontificatu. Sedit menſes 9. dies 20. Habuit ex maioribus ſuis 7. Pontifices obiit anno 1059. die 9. Aprilis.

## §. XIII.

*XIII. Calixtus Papa II. ex Comitibus Burgundiæ Habſpurgo-Auſtriacis ſanguine junctus.*

Genealogia.

Betzo ſeu Lancelinus Comes Habſpurgicus.

Landolus Comes Habſpurgicus.

Bertholdus Barbatus Comes Habſpurgicus, & Zäringiæ.

Bertholdus II. Dux I. Zäringiæ Habſpurgicus.

Agnes Vxor Stephani Comitis Burgundiæ, cujus frater fuit Guido Comes Archiepiſcopus Viennenſis, dictus poſtea *Callixtus* II. Papa & ſoror Clementia Vxor Roberti Hieroſolymitani Flandriæ Comitis.

Ciacon. Creatus fuit anno 1119. Calendis Februarii, ſedit annos 5. menſes 10. dies 13. obiit anno 1124. ſepultus Romæ in Baſilica Conſtantiniana Salvatoris.

## §. XIX.

*XIV. Felix Papa V. Ex Ducibus Sabaudiæ. Habſpurgo-Auſtriacis ſanguine junctus.*

Genealogia.

Rudolphus I. Imperator Häbſpurgicus.

Gutha Vxor Wenceslai Regis Bohemiæ.

Eliſabetha Vxor Joannis Lucelburgici Regis Bohemiæ

Caolus IV. Lncelburgicus Imperator, — Gutta Vxor Joannis Valeſij Franciæ Regis.

Margareta Lucelburgica Vor Amedæi VI. Comitis Sabaudiæ. — Joannes Dux Bituricenſis.

Amedæus VII. Comes Sabaudiæ. Vxor ------ Gutta Bituricenſis.

*Amedæus VIII. primus Dux Sabaudiæ dictus poſtea Felix Papa V.*

Creatus in Concilio Baſileenſi contrà Eugenium IV. Anno 1437. Nonis Novembris. Sponte abdicavit anno 1449. quinto Idus Maij.

## §. XV.

*XV. Callixtus Papa III. ex Borgia Hiſpana Familia Habſpurgo-Auſtriacis ſanguine junctus.*

Genealogia.

Ferdinandus Catholicus Rex Aragoniæ.

Joanna hæres Aragoniæ Vxor Philippi I. Archiducis Auſtriæ.

Carolus V. Imp. & Ferdinandus I. Imperator, à qurbus hodierni Archiduces.

Alphonſus de Aragonia.

Joanna de Aragoniâ Vxor Joannis Borgiæ Ducis Gandiæ, ex cujus majoribus natus *Alphoaſus Borgia, dictus Callixtus III.*

Creatus Anno 1455. die 8. Aprilis. Sedit annos 3. Menſes 4. Obiit anno 1458. die 6. Auguſti.

## §. XVI.

*XVI. Alexander Papa VI. ex Borgia Hiſpana Familia Habſpurgo-Auſtriacis ſanguine junctus.*

Genealogia.

Eadem eſt quæ ſuperioris. Natus patre Jofredo Borgia, dictus antea Rodericus Borgia Valentinus. Creatus Papa anno 1492. die 11. Auguſti. Sedit annos 11. dies 8. obiit anno 1503. die 8 Auguſti.

## §. XVII.

*XVII. Leo Papa X. Ex Medicæis Florentinis, Habſpurgo-Auſtriacis ſanguine junctus.*

Genealogia.

Eberhardus Medices floruit Anno 1400.

Joannes Medices Capitaneus Juſtitiæ, obiit Anno 1428.

Didac. Lequil. Piet. Auſtriac. fol. 420.

Coſmus Medices obiit Anno 1464. Vxor Comitiſſina Bardi ex Comitibus Verniæ.

Laurentius Medices Vxor Gineura Cavalcanti, à quo hodierni Duces Hetruriæ.

Petrus Medices Anno 1472. Vxor Lucretia Ternabona.

Julianus Medices obiit Anno 1478. Vxor N.

Julius Medices, poſtea *Clemens Papa VII.*

Laurentius Magnus Medices obiit Anno 1492. Vxor Clarix Urſina.

Joannes Medices poſtea *Leo Papa X.*

Petrus Medices Vx. Alphonſina Urſina.

N. filia Vx. Jacobi Salviati.

Joannes I. Medices.

Joannes II. Medices.

Coſmus Medices.

Laurentius Medices Dux Vrbini. Vx. Magdalena filia Joannis Com. Bononiæ.

Catharina Vxor Henrici II. Regis Galliæ.

Alexander Dux Florentiæ Vx. Margareta filia Caroli V. Imperatoris Auſtriaci.

Lucretia Salviata Vx. Octaviani Medicei.

Alexander Medices, qui poſtea *Leo Papa XI.*

Creatus fuit Anno 1513. die 15. Martij, ætatis Anno 37. ſedit annos 8. Menſes 8. dies 21. obiit Anno 1521. Cal. Decemb.

## §. XVIII.

## *XVIII. Clemens Papa VII. ex Medicæis Florentinis Habſpurgo-Auſtriacis ſanguine junctus.*

### Genealogia.

Eadem eſt quæ Leonis Papæ X. ſupra adducta, ſecundum deſignationem Didaci de Lequile, quam proinde non eſt opus repetere. Creatus fuit Anno 1523. die 19. Novembris. Sedit Annos 10. dies 7. obiit Anno 1534. die 25. Septembris,

## §. XIX.

## *XIX. Pius Papa IV. ex Medicæis, Habſpurgo-Auſtriacis ſanguine junctus.*

### Genealogia.

Ab eadem Medicæorum radice, ſed alterius familiæ, quæ Mediolanum translata eſt. Geneſeos hoc fragmentum reperio.

Joannes Jacobus Medices Mediolanenſis.

Bernardinus Medices Uxor Cæcilia Sorbellona.

| | |
|---|---|
| Joannes Angelus Medices dictus *Pius Papa IV.* | Margarita Medicæa Vxor Giberti Comitis Borromæi, mater S. Caroli Borromæi Mediolanenſis Archiepiſcopi. |

Creatus fuit Anno 1559. die 26. Decemb. Sedit annos 5. Menſes 2. dies 15. obiit anno 1565. die 9. Decemb.

## §. XX.

## *XX. Leo Papa XI. ex Medicæis Florentinis Habſpurgo-Auſtriacis ſanguine junctus.*

### Genealogia.

Fuit Leonis Papæ X. ex ſororis filia Lucretia pronepos, vt ſupra oſtenſum. Creatus Anno 1605. die 1. Aprilis. Sedit dies tantum 27. obiit die 27. Aprilis. Cæterum Medicæorum cum Auſtriacis nexus ſunt complures ſuperioris, & currentis ſeculi, quos breviter ex hac tabella advertere licet.

Coſmus Magnus Dux Hetruriæ.

| | | |
|---|---|---|
| Franciſcus Medicæus. Uxor Joanna filia Ferdinandi I. Imperatoris Auſtriaci. | JoannesMedicæus S. R. E. Cardinalis. | FerdinandusMedicæus ex S.R.I. Cardinale maritus Chriſtinæ Duciſſæ Lotharingiæ. |
| Eleonora Uxor Vincentij Ducis Mantuæ. | Claudia Vxor 1. Friderici Vbaldi Ducis Vrbini. 2. Leopoldi Archiducis Auſtriæ. | Coſmus Rudolphus Medicæus Vxor Maria Magdalena filia Caroli Archiducis Auſtriæ. |
| Leonora Vxor Ferdinandi II. Imperat. Auſtriaci. | | |

# CAPUT III.

## TERTIA PRÆROGATIVA.

*Imperatores omnes occidentales à Carolo Magno, vel Habſpurgo-Auſtriaci, vel ex eorum maioribus, & ſanguine juncti.*

Univerſim 65.

### §. I.

*Prima Decas Imperatorum ex maioribus Habſpurgô-Auſtriacorum.*

IN vnam tabulam quadraginta Imperatores cum eorum ad invicem nexu, & dependentia à Carolo Magno exhibuit aliquando Ferdinando II. Cæſari Leonardus Wurſbain Norimbergenſis Doctor, in qua cum nonnulla ſint dubia & controverſa, ipſa etiam tabulæ magnitudo confuſionem parit. Reverendiſſ. P. Jo. Gans ſeorſim omiſſis Carolingis & Habſpurgicis alias edidit tabulas exordio ducto à Rudolpho I. Habſpurgo Imperatore, in quibus oſtendit omnium ferè Europæ Principum ſanguinem ab hoc fonte Auſtriaco derivari. Idem fecerat in libro ſuo edito an. 1635. allegatus Wurſbain. Nos hoc loco oſtendere volumus, quod omnes Imperatores occidentales poſt Carolum Magnum, ab eadem origine cum Habſpurgo-Auſtriacis deſcenderint, quod aliquot §§. exequemur. Wurſb in Tab. Chalcograph. Ganſ. in Virid. Auſtriac.

*Nexus I. Carolingorum cum Habſpurgicis.*

1. Carolus Magnus IMPERATOR, coronatus Anno 800. Obiit Anno 814.

2. Ludovicus Pius Imperator, obiit Anno 840.

3. Lotharius I. IMPERATOR, obiit Anno 855.

Ludovicus Rex Germaniæ

5. *Carolus Calvus* IMPERATOR.

4. Ludovicus II. IMP. obiit Anno 875.

7. Carolus Craſſus IMP. obiit Anno 888.

Carolomannus Rex.

6. Ludovicus III. Balbus IMP. ob. An. 879.

Ermingarda Uxor Ragneri Ducis Lotharingiæ.

8. Arnulphus IMPERATOR obiit An. 899.

Carolus ſimplex Rex.

Bertha Uxor Luithardi Comitis Habſpurgici, à quo cæteri omnes Comites Habſpurgici.

9. Ludovicus IV. IMPERATOR, obiit Anno 911.

Ludovicus Tranſmarinus Rex.

10. Placentia Vxor Conradi I. IMPERATORIS, qui obiit Anno 919.

Carolus Dux Lotharingiæ, cujus proneptis Itha fuit Vxor Radepotonis Habſpurgici.

*Nexus II. Conradi I. Imperatoris, cum Carolingis, & Habſpurgicis.*

Conradus I. fuit filius Conradi Ducis Franconiæ, Henninges avum ejus Anonymum *ex poſteris Caroli Magni oriundum* ſcribit: Hungerus in notis ad Cuſpinianum habet Conradum Ducem Franconiæ filium Arnulphi Imperatoris patrem Conradi I. Imperatoris à quibusdam affirmari, quos inter Henning. P. 1. Germ. fol. 30.

eſt Otto Friſingenſis, & Chronica quædam vulgaria, ſed cæteri Authores ſilent. Illud fortè certius, quod habuerit vxorem Placentiam ex Carolingis, quam alij faciunt filiam Ludovici Senioris Germaniæ Regis, vt Strada, ſed repugnare videtur Chronologiæ. Buchetus, & Hungerus putant fuiſſe filiam Ludovici IV. neptem Arnulphi Imperatoris: atque ità hoc titulo venit adnumerandus Carolingis, ſi non priore.

Otto Friſing. lib. 6. cap. 16. Hunger. in Annot. ad Cuſpin. Cæſ.

Carolus Magnus Imperator.
¦
Ludovicus Pius Imperator.
¦
Ludovicus Germanicus Rex.
¦
Carolomannus Rex.
¦
Arnulphus Imperator.
¦
Ludovicus IV. Imperator.
¦
Placentia Uxor *Conradi I. Imperatoris*
¦
N. filia nupta Burchardo Duci Sueviæ.
¦
Bertha Uxor Rudolphi II. Sancti Regis Burgundiæ Transjuranæ, cujus avia fuit Ermentrudis Habſpurgica.

Hic proinde habemus primam Decadem Imperatorum Occidentalium, qui fuerunt & majores, & cognatione juncti Habſpurgicorum.

*Imperarunt hi decem primi Imperatores hoc ordine.*

1. *Carolus Magnus* ab Anno 800. ad annum 814. Obiit A. 814. die 28. Januarii.
2. *Ludovicus Pius* ab anno 814. ad annum 840. obiit 840. die 20. Junii.
3. *Lotharius I.* Ab anno 819. cum parte ad annum 839. quo Monaſterium ingreſſus eſt, obiit anno 855. die 29. Septemb.
4. *Ludovicus II.* Ab anno 839. ad annum 875. quo obiit menſe Auguſto.
5. *Carolus Calvus.* Ab anno 875. ad annum 877. quo obiit 6. Octob.
6. *Ludovicus III. Balbus* ab anno 877. ad annum 879. quo obiit 10. Aprilis.
7. *Carolus Craſſus* ab anno 879. ad annum 887. quo Monachum induit, obiit anno 888. die 12. Januarii.
8. *Arnolphus* ab anno 888. ad annum 899. obiit die 29. Novemb.
9. *Ludovicus IX.* Ab anno 900. ad annum 911. quo menſe Decembri occiſus eſt.
10. *Conradus I.* Ab anno 911. ad annum 919. quo obiit menſe Julio.

## §. II.

*Secunda Decas Imperatorum ex maioribus Habſpurgo-Auſtriacis.*

Poſt Conradum I. vocati ſunt ad Imperium Saxones Henricus I. Auceps, Ottones tres, *Otto poſt Otto regnavit tertius Otto.* Henricus II. Sanctus, Conradus II. Salicus, Henrici tres, quibus intervenit Rudolphus Rhynfeldenſis. Horum connexionem nunc exhibemus.

*Stem-*

*Stemma Imperatorum Saxonum.*




Hoc Stemma partim ad mentem Chiffletij, partim Henningis, & Leonardi Wurſbain contexui: nec video difficultatem, niſi de parente, & avo S. Henrici II. Imperatoris, quos Raderus contendit fuiſſe Noricos, diverſos ab Henricis, qui ab Henrico Aucupe deſcenderunt; verum communis hæc eſt opinio, quam nolui evertere. De Conradi Salici majoribus lis eſt, quam dirimit aliquatenus Wippo ejus Sacellanus, & vitæ ſcriptor, cum ſic diſponit. Rader. in Bav. S. Wippo in vita Conradi Salici.

Otto.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Bruno, poſtea Gregorius Papa. | Hetzelo ſeu Henricus Ux. Adalberta, vel Adelheydis Lotharinga. | Chuno ſeu Conradus, Uxor Mathilda Burgunda. | Wilhelmus Epiſcopus Argentinenſis. |
| | Chuno Senior electus Imperator. | Chuno Junior. | |

Matrem Senioris Chunonis ait Wippo fuiſſe Adelbertam, ſeu Adelheydem Lotharingam, cujus fratres erant Comites Gerardus, & Adelbertus. Et cum etiam patruos nominet Brunonem Epiſcopum primo Verdenſem, deinde Summum Pontificem Gregorium V. credendum omninò illi eſt, quod Conradus II. Saliqvus ab Henrico Aucupe ſuam traxerit originem per Duces Sueviæ, qui etiam in Franconiam ſuos limites extenderunt. Obſervavit hoc in ſua Germania Sacroprophana Bucelinus, ſed Wilhelmum Epiſcopum prætermiſit. Benè tamen monuit ab aliis credi Conradum II. Imperatorem Hermanni Ducis Sueviæ filium fuiſſe, falli tamen qui id ſibi perſuaderent.

Bucel. Germ. To. 1. Geneal. fol. 60.

*Imperarunt verò hi decem Imperatores hoc ordine.*

Petau. Beyrl. Munſter. &c.

11. *Henricus I. Auceps* ab Anno Chriſti 919. obiit 936. die 2. Julij.
12. *Otto I.* ab Anno 936. obiit Anno 973. die 7. Maij.
13. *Otto II.* ab Anno 973. obiit Anno 983. die 7. Decemb.
14. *Otto III.* ab Anno 983. obiit Anno 1002. die 28. Januarii.
15. *Henricus II.* ab Anno 1002. obiit Anno 1024. die 13. Julij.
16. *Conradus II.* ab Anno 1024. obiit Anno 1039. die 5. Junij.
17. *Henricus III.* ab Anno 1039. obiit Anno 1056. die 5. Octob.
18. *Henricus IV.* ab Anno 1056. obiit Anno 1106. die 7. Auguſti.
19. *Rudolphus Rhynfeldenſis* contra Henricum IV. electus, & coronatus Anno 1076. obiit Anno 1080.
20. *Henricus V.* ab anno 1106. obiit anno 1125.

## §. III.

## *Tertia Decas Imperatorum ex maioribus Habſpurgo-Auſtriacis.*

Sequuntur ordine quo imperarunt Lotharius II. Saxo. Conradus III. Franco. Fridericus I. Æhnobardus, Henricus VI. Philippus, Suevi, Otto IV. Saxo, Fridericus II. & Henricus ejus filius Suevi. Bertholdus Zaringius, & Conradus IV. filius Friderici II. De his modo.

*Stemma Imperatorum duorum Saxonum, & ſex Suevorum.*

Henricus I. Auceps Imperator, cujus origo à Carolo Magno ſuprâ deſcripta eſt.

| Otto I. Imperator | | Henricus Rixoſus Dux Bavariæ. | |
|---|---|---|---|
| Otto II. Imp. | Luitbaldus Dux Sueviæ. | Bruno I. Dux Saxoniæ. | Henricus II. Dux Bav. |
| Otto III. Imp. | Otto Dux Sueviæ. | Bruno II. Dux Sueviæ. | S. Henricus Imperator. |
| | Henricus Dux Sueviæ. | Luitolphus Dux Saxon. | |
| | Conradus Salicus Imp. | Egbertus I. Dux Saxoniæ. | |
| | Henricus III. Imperat. | Gertrudis Vxor Henrici Craſſi Ducis ad Viſurgim. | |
| | Henricus IV. Imperator. | 21. Rixa Vxor Lotharii Imperatoris II. | |
| | * | ):( | Agnes |

* Agnes Vxor Friderici Com. ab Hohenſtauffen.

):( Gertrudis Vxor Henrici ſuperbi Ducis Saxon.

22. Conradus III. Imperator ex Duce Franconiæ.

Fridericus Dux Sueviæ

Henricus Leo Dux Saxoniæ Elector.

23. Fridericus I. Imperator Barbaroſſa.

26. Otto IV. Imperator.

24. Henricus VI. Imperator.

25. Philippus Cæsar.

27. Fridericns II. Imperator.

Beatrix Vx. Ferdinandi III. Regis Caſtellæ, à quo poſt novem gradus Joanna hæres Hiſpaniarum Vxor Philippi Archiducis, Mater Caroli V. & Ferdinandi I.

28. Henricus Cæsar patri præmortuis.

29. Conradus IV. Impera.

30. His adde Bertholdum Zaringenſem, electum Imperatorem, cujus Geneſis Habſpurgica eſt. Poſſet ferè ſingulorum peculiaris nexus cum Habſpurgicis oſtendi, ſed ſufficit ab eadem deducere origine, quod hic intendimus, vt hodiernorum Archiducum Auſtriæ majores probemus fuiſſe Imperatores ſexaginta. Imperarunt hi decem hoc ordine.

21. *Lotharius II.* ab Anno 1125. obiit Anno 1138. die 3. Decemb.
22. *Conradus III.* ab Anno 1139. obiit Anno 1152. die 15. Februarij.
23. *Fridericus I. Barbaroſſa* ab Anno 1152. obiit Anno 1190. die 10. Junij.
24. *Henricus VI.* Aſper. ab Anno 1190. obiit Anno 1198. die 28. Septemb.
25. *Philippus* electus cum Ottone Anno 1198. obiit Anno 1208.
26. *Bertholdus Comes Habſpurgicus*, Dux Zaringiæ Rex Romanorum nominatus ab Innocentio Papa III. ceſſit Philippo, & obiit Anno 1198.
27. *Otto IV.* electus Anno 1198. obiit Anno 1213. die 27. Aprilis.
28. *Fridericus II.* electus Anno 1210. obiit Anno 1250.
29. *Henricus Cæſar* imperavit cum patre annos 8. obiit ante patrem.
30. *Conradus IV.* electus Rex Romanorum vivo patre, obiit Anno 1254.

## §. IV.

## *Quarta Decas Imperatorum ex majoribus Habſpurgo-Auſtriacis,*

Ad hanc Decadem ſpectant eo ordine, quo ſibi ſucceſſerunt Henricus Haſſiæ Landgravius, Gulielmus Hollandiæ Comes, Conradus V. Teccenſis, Richardus Anglus, Alphonſus Hiſpanus, Adolphus Naſſovius, Henricus VII. Lucelburgicus, Ludovicus IV. Bavarus. Guntherus Schwarzenburgicus, Carolus IV. Lucelburgicus. Nam Habſpurgicos, qui inter hos interceſſerunt ſeparatim adducemus.

*Stemma Henrici Haſſiæ Landgravij.*

Conradus III. Imperator ex Carolingorum ſanguine, ut ſupra §. 3.

Iuttha Vxor Ludovici III. Landgravij Haſſiæ, & Thuringiæ.

*

Her-

*

Hermannus Landgrav. Haſſiæ, & Thuringiæ.

Andreas II. Rex Hungariæ.

Agnes Vx. Henrici Medlingenſis Ducis Auſtriæ.
|
Gertrudis Vx. Hermanni Badenſis *Marchionis*.
|
Agnes Vxor Meinardi Tyrolenſis.
|
Eliſabetha Vxor Alberti I. Imperatoris.

31. Henricus Landgravius IMPERATOR contra Fridericum II. electus Anno 1245. obiit Anno 1246.

Ludovicus Pius Landgrav. Vxor.

S. Eliſabetha.

Stephanus Poſthumus.
|
Andreas III. Rex Ungar. Vx. Agnes Auſtriaca filia Alberti I. Imperatoris.

*Stemma Gulielmi Hollandi Imperatoris.*

Balduinus Flandriæ Comes Imperator Conſtantinopolitanus à Carolo Duce Lotharingo poſtremo Carolingorum in ſeptimo gradu, ut ſupra oſtenſum.
|
Margareta hæres Flandriæ Vxor Gulielmi Dampetræi.

32. Gulielmus Comes Hollandiæ IMPERATOR.

Guido Dampetræus Com. Flandriæ à quo poſt 8 gradus Auſtriaci Comites Flandriæ

Margareta Comitiſſa Flandriæ Vxor ------ Florentii Comitis Hollandiæ.

*Aliud Stemma ejusdem Guilielmi Hollandi, & Alphonſi Hiſpani.*

Rudolphus I. Imperator
|
Mechtildis Vxor Ludovici Ducis Bavariæ.
|
Mechtildis cujus maritus ------ Otto Dux Brunſuicenſis.

Otto parvus Princeps Saxoniæ,

Joannes Dux Brunſuicenſis.
|
Otto Dux Brunſuicenſis.

Eliſabetha Vxor *Gulielmi Hollandi Imperatoris*.
|
Beatrix Vxor Ferdinandi III. Regis Caſtellæ, & Legionis.
|
34. Alphonſus X. Rex Caſtellæ electus Roman. IMPERATOR à quo poſt octo gradus Philippus Auſtriacus Rex Hiſpaniæ.

Henning. P. 1. Germ. fol. 144.

Hoc tamen ſtemma quoad Beatricem filiam Gulielmi dubium eſt, quià alii tradunt Beatricem filiam Philippi Imperatoris nuptam Ferdinando III. Caſtellæ Regi: ſed eadem eſt ratio cognationis, quia ipſe quoque Philippus à Carolo Magno ortum habet.

*Stemma Conradi Teccenſis.*

Agnes vltima primæ familiæ Teccenſium Vxor Eginonis Comitis Habſpurgi, qui fuit filius Betzonis à quo poſt aliquot generationes.
|
Conradus III. Dux Teccenſis Uxor Com. ab Hohenberg.
|
35. Conradus IV. Teccenſis electus *Rex Romanorum* obiit anno 1292.

Henning. cit. fol. 283.

Alii

Alij Teccenſes deducunt â Ducibus Zaringiæ etiam Habſpurgicis.

*Stemma Alphonſi Hiſpani, & Richardi Angli.*

Joannes Rex Angliæ.

Henricus Rex Angliæ. — 33. Richardus Comes Cornubiæ IMPERAT. electus. — Ferdinandus III. Rex Caſtellæ, & Legionis Vxor Beatrix. Filia Philippi Imperatoris, vel Gulielmi Hollandi.

Eduardus Rex ------ Vxor Eleonora Hiſpana Ferdinandi III. filia. — 34. Alphonſus X. Rex Caſtellæ, & Legionis electus Roman. IMPERAT. ab hoc recta linea poſt octo gradus Joanna hæres Hiſpaniarum Vxor Philippi Auſtriaci Mater Caroli V. & Ferdinandi Imperatorum Auſtriacorum.

*Stemma Adolphi Naſſovij.*

Albertus Sapiens Comes Habſpurgicus.

Rudolphus I. Habſpurgicus Imperator. — Eliſabetha Vxor Eitelfriderici I. Comitis à Zollern.

Mechtildis Vxor Ludovici Ducis Bavariæ. — Fridericus Zollerenſis Burggravius Norimbergæ.

Anna Vxor Adolphi Comitis Naſſovij.

36. Adolphus Naſſovius IMPERAT. — Henning. P. 2. Germ. f. 206. & 376.

Rudolphus Dux Bavariæ Palatinus Rheni. Vxor ---------- Mechtildis Naſſovia.

*Stemma Guntheri Schwarzenburgici.*

39. Guntherus Comes de Schwarzenburg IMP. Vxor Eliſabetha filia Friderici Pulchri Cæſaris Auſtriaci. Nec alia opus eſt Genealogia. — Henning. P. 2. fol. 325.

*Stemma Ludovici IV. Imperatoris.*

Ludovicus II. Severus Dux Bavariæ. Vxor Mechtildis filia Rudolphi I. Imperatoris Habſpurgici.

38. Ludovicus Dux Bavariæ Imperator: hoc nomine IV. inter Imperatores. Hæc quoque Geneſis hic ſufficit.

*Stemma Lucelburgicum.*

Beatrix filia Balduini Avinienſis Gomitis Hannoniæ, cujus origo à Carolingis vt ſupra oſtenſum in Deductionibus, Vxor Henrici II. Comitis Lucelburgenſis.

37. Henricus Comes Lucelburgenſis Imperator hoc nomine VII. Vxor I. Catharina filia Alberti I. Imperatoris Auſtriaci.

Beatrix Vxor Caroli Regis Hungariæ. — Joannes Lucelburgicus Rex Bohemiæ. — Catharina Vxor Leopoldi Auſtriæ Ducis cogn. Equitum gloria.

Vxor I. Eliſabetha filia Friderici Pulchri Cæſaris Auſtriaci.
2. Eliſabetha filia Wenceslai Regis Bohemiæ ex Gutha Auſtriaca filia Rudolphi I. Imperatoris.

Joannes Lucelburgicus Marchio Moraviæ. Uxor 3. Margareta filia Alberti Archiducis Auſtriæ.

40. Carolus IV. Lucelburgicus IMPERATOR.

Anna Uxor Othonis Ducis Auſtriæ.

41. Wenceslans IMPERATOR Ignavus.

45. Sigismundus IMPERATOR.

Catharina Uxor Rudolphi Magnanimi Archiducis Auſtriæ.

44. Jodocus Marchio Moraviæ, electus IMP. Uxor Margareta filia Leopoldi Archiducis Auſtriæ.

Eliſabetha Uxor Alberti II. Imperatoris Auſtriaci.

Memorati Imperatores hoc ordine electi ſunt, & imperarunt.

31. *Henricus Landgravius Haſſiæ & Thuringiæ* Anno 1246. contra Conradum Suevum electus, eodem anno occiſus eſt.

Stra. in Cæſar. 32. *Gulielmus Hollandus* electus anno 1246. contra Conradum, imperavit ferè novem annis occiſus à ſuis anno 1255.

33. *Richardus Cornubiæ Comes* frater Henrici Regis Angliæ electus anno 1257. obiit anno 1263.

34. *Alphonſus Rex Caſtellæ* electus anno 1257. ſpontè paulò poſt abdicavit, tribuuntur illi tamen anni Imperii vndecim, & menſes 6.

35. *Conradus Teccenſis* electus ab aliquibus Principibus ante vel poſt Rudolphum, ſceptrum non eſt aſſecutus. Obiit anno 1292. niſi legendum ſit 1262.

Henning. P. 1. Germ. fol. 288. 36. *Adolphus Naſſovius*, electus poſt Rudolphum anno 1292. obiit occiſus anno 1299.

37. *Henricus VII. Lucelburgicus* electus anno 1308. obiit anno 1313.

Roo. Strada. 38. *Ludovicus Dux Bavariæ* hoc nomine Imperator IV. electus à parte Electorum cum Friderico Auſtriaco anno 1314. obiit anno 1347. Contra hunc electus etiam erat Eduardus Rex Angliæ, ſed electioni per literas renuntiavit anno 1348.

Munſter. 39. *Guntherus de Schwartzenburg* contra Carolum IV. electus anno 1349. ante coronationem veneno ſublatus.

Beyrlin. 40. *Carolus IV. Lucelburgicus* electus anno 1347. obiit anno 1379.

## §. V.

## *Quinta Decas Imperatorum ex majoribus Habſpurgo-Auſtriacis dimidia Occidentalium, altera Orientalium Flandriæ Comitum.*

Ut expleamus quinquagenam Imperatorum à Carolo Magno Germanorum præter paucos extraneos, libet addere etiam quinarium Flandrorum, qui in oriente imperarunt, vtpotè qui natione Germani erant. Hi verò ſunt: Wenceslaus Bohemus, Fridericus Brunſuicenſis, Rupertus Palatinus Rheni, Jodocus Moravus, Sigiſmundus, Balduinus I. Flander, Henricus, Petrus, Robertus, Balduinus II. Quià verò Wenceslai, Jodoci, & Sigiſmundi ſtemma ſuprà exhibuimus, nunc ad alios convertimur.

*Stemma Friderici Brunſuicenſis.*

Rudolphus I. Imperator Habſpurgicus.

Albertus I. Imperator Habſpurgicus.

Anna

Anna filia Uxor Hermanni Longi Marchionis Brandeburgici.

Catharina Uxor Torquati Magni Ducis Brunſuicenſis.

42. Fridericus Brunſuicenſis electus IMPERATOR depoſito Wenceslao anno 1400.

*Stemma Ruperti Palatini Imperatoris.*

Rudolphus I. Imp. Habſpurgicus

Mechtildis Vxor Ludovici Ducis Bavariæ.

Rudolphus Palatinus Rheni. | Ludovicus IV. Bavarus Imperator.

Adolphus Palatinus Rheni.

Rupertus Palatinus Rheni.

43. Rupertus REX ROMANORUM.

*Stemma Imperatorum Orientis ex Comitibus Flandriæ.*

Carolus Dux Lotharingiæ filius Ludovici Regis Tranſmarini poſtremus ex Carolingis: regno excluſus ab Hugone Capeto.

Ermingardis Vxor Alberti I. Comitis Namurcenſis.

Albertus II. Comes Namurcenſis.

Albertus III. Comes Namurcenſis.

Godefridus Comes Namurcenſis.

Aleydis Vxor Balduini III. Comitis Hannoniæ.

Balduinus IV. Comes Hannoniæ, Vxor Margarita Theodorici Flandriæ Comitis filia.

47. Henricus Flander IMPERATOR II. Conſtantinopolitanus. | 46. Balduinus I. IMPERATOR Conſtantinopolitanus.

48. Joanna Vxor Petri Autiſiodorenſis IMPERATORIS Conſtantinopolitani. | Margareta Vxor Gulielmi Dampetræi, à quo poſt novem gradus Maria Burgunda Vxor Maximiliani I. Imperatoris Auſtriaci.

49. Robertus IMPERAT. Conſtantinopolitanus.

50. Balduinus II. IMP. Conſtantinopolitanus.

Imperarunt iſti hoc ordine, & tempore, quo ſequitur.

41. *Wenceslaus* filius Caroli IV. Imperatoris, electus anno 1376. exauthoratus anno 1399. obiit anoo 1419.

42. *Fridericus Brunſuicenſis* electus anno 1400. & eodem anno in reditu ex Comitiis occiſus eſt.

43. *Rupertus Palatinus* electus anno 1400. obiit anno 1410.

44. *Jodocus Marchio* Moraviæ electus anno 1410. obiit anno 1411. imperij Menſe 6.

45. *Sigiſmundus Rex Ungariæ*, electus Anno 1411. obiit Anno 1437.
46. *Balduinus Flander*, creatur Imperator Conſtantinopolitanus Anno 1202. obiit Anno 1204.
47. *Henricus Flander*, cteatus Imperator Conſtantinopolitanus Anno 1204. obiit Anno 1216.
48. *Petrus Flauder*, creatus Anno 1216. obiit Anno 1218.
49. *Robertus Flander*, creatus Anno 1218. obiit Anno 1229.
50. *Balduinus II.* Flander creatus Anno 1229. exutus Imperio Anno 1259. quo jam Rudolphus Habſpurgicus aptabatur Imperio.

## §. VI.

## *Imperatores Habſpurgo-Auſtriaci.*

Enumeratis conſanguineis aliarum familiarum Imperatoribus, quos inter majores ſuos enumerant Habſpurgo-Auſtriaci, ipſos nunc ordine proponimus Habſpurgo-Auſtriacos, priuſquam ad orientales divertamus, ommiſſis perſonis, quæ ad connexionem neceſſariæ non ſunt.

Rudolphus I. Magnus Habſpurgicus IMPERATOR
1. Natus Anno 1218. Electus Imperator Anno 1273. obiit Anno 1291.

2. Albertus I. Auſtriacus IMPERATOR natus circà annum 1243. Electus Romanorum Imperator, Anno 1298. obiit anno 1308.

3. Fridericus III. Dnx Auſtriæ IMPERATOR natus circà annum 1286. Electus anno 1314. ob. An. 1330.

Albertus Sapiens Dux Auſtriæ natus circà annum 1297. obiit Anno 1358.

Leopoldus III. Archrdux Auſtriæ natus circà annum 1342. obiit anno 1386.

Albertus III. cum Trica Archidux Auſtriæ natns circà annum 1341. obiit Anno 1395.

Erneſtus I. Ferreus Archid. Auſtr. natus an. 1477. ob. an. 1424.

Albertus IV. Archidux Auſtr. natus An. 1377. ob. 1404.

5. Fridericus Pacificus III. alias IV. Rom. IMPERATOR, natus An. 1415. electus Anno 1440. obiit anno 1493.

4. Albertus V. Archidux Auſtriæ IMPER. hoc nomine II. natus Anno 1395. ob. Anno 1439. electus Anno 1438.

6. Maximilianus I. Archidux Auſtriæ natus Anno 1459. electus IMPERAT. An. 1486. ob. An. 1519.

Philippus I. Rex Hiſpaniarum natus Anno 1478. Inauguratus Rex Hiſpan. An. 1502. obiit 1506.

7. Carolus V. Archidux Auſtriæ natus Anno 1500. Elect. IMPERATOR An. 1519. ob. Anno 1558.

8. Ferdinandus I. Archidux Auſtriæ natus Anno 1503. Electus Rom. IMP. Anno 1531. obiit Anno 1564.

9. Maximilianus II. Archidux Auſtriæ, natus Anno 1527. Electus IMPERATOR Anno 1562. obiit anno 1576.

Carolus Archidux Auſtriæ natus An. 1540. ob. Anno 1590.

10. Ru-

10. Rudolphus Archidux natus an. 1552. Electus IMPERAT. an. 1575. obiit 1612.

11. Matthias Archidux natus an. 1557. Electus IMP. an. 1612. obiit anno 1619.

12. Ferdinandus Archidux Auſtriæ natus anno 1578. Electus Rom. IMP. hoc nomine II. anno 1619. obiit anno 1637.

13. Ferdinandus III. Archidux Auſtriæ, natus anno 1608. electus IMPERATOR anno 1636. obiit anno 1657.

14. Ferdinandus IV. Archidux Auſtriæ, natus an. 1633. Electus ROMAN. REX. anno 1653. obiit anno 1654.

15. Leopoldus Archidux Auſtriæ, natus an. 1640. Electus IMPER. anno 1658. cui diuturna vita, victoria, felicitas!

Hæc illa Magnæ Domûs ornamenta, hi faſces, hæc ſceptra, hæc diademata Imperialia in vnum congeſſit *Leopoldum* Fortuna Auſtriaca. Poſt conditum Romanum Imperium nullus præter *Leopoldum* Auguſtum quatuordecim Romanorum Reges, & Imperatores ſui nominis, ſuæ ſtirpis numeravit; nullus tot conſanguineos Cæſares in ſuam Geneſim retulit: vnus idemque primus, à Carolo Magno in hanc diem per annos 878. quotquot diademata, quotquot ſceptra Imperatoria vidit orbis in vnum cumulum collegit LEOPOLDUS AUSTRIACUS AUGUSTUS. Implevit in Germanis, & Flandris Imperatoribus principem nominis ſui literam L. alteram exorſus ad quindenum perduxit numerum. O ſuperi! date plures adhuc *Leopoldos*, qui per annorum decurſum coronas geminent, alterumque L. nominis Leopoldini feliciter expleant, ne fama vocalis vana credatur augur, dùm canit A. E. I. O. V. *Auſtria Erit In Orbe Vltima.*

# CAPUT IV.

## QUARTA PRÆROGATIVA.

### *Imperatores Orientales Habſpurgo-Auſtriacis, eorumque majoribus ſanguine juncti.*

SI certum eſſet, quod prætendit Chiffletius, omnes illos Imperatores, qui Flaviorum prænomen uſurparunt ab antiquis Flavijs Romanis ortum habere, plurimos hoc loco iterum non orientales tantùm, ſed & occidentales, qui ante Conſtantinum Magnum imperarunt poſſemus producere. Ingeniosè quidem Chiffletius Habſpurgo-Auſtriacos Reges Hiſpanos ab antiquis Regibus Gothis, qui in Hiſpania regnarunt originem trahere oſtendit, qua in re libenter illi aſſentimur: quià tamen non tantum Reges Gothi, ſed & multi Orientales Imperatores, diverſarum originum, & Langobardi etiam Reges alterius prorſus propaginis eodem prænomine vſi ſunt, non eſt credibile illos omnes à Flavia gente Romana etiam per fæmineam lineam traxiſſe originem. Quare prætermiſſis nunc Flavijs, donec majora nanciſcamur argumenta, aliâ viâ inveſtigabimus connexionem Orientalium Imperatorum, & Cæſarum cum Merovingis, & Carolingis, & Habſpurgicis. Chifflet. in Lumin. Prærog. lum. 7. fol. 320.

## §. I.

## *Imperatores Orientales ex ſtirpe Leonis I. & Martiani.*




In hoc Stemmate decem Imperatores, & Cæſares enumerantur, à quibus per cognationem etiam Hannoniæ Comites ex majoribus Habſpurgicorum ortum habent. Fidem habeo Henningi, & aliis, qui Lucillam Zenonis filiam Walberto 1. Comiti Arduennæ, & Hannoniæ nuptam ſcribunt: antiquiores non conſulo, laborem aliis dimitto, quibus plus otij.

## §. II.

## *Imperatores Orientis ex ſtirpe Heraclii,*




Hic rurſum alii decem Imperatores, & Cæſares orientales exhibentur, à quibus Carolingi ſuam poſſunt originem accerſere, multos intermedios præterimus, quorum Geneſis obſcura, & à ſcriptoribus non eſt conſignata. Dubitant nonnulli an Berthrada mater Caroli Magni fuerit filia Juſtiniani.

§ III.

## §. III.

## *Imperatores Orientis ex Stirpe Iſaurica.*

Pipinus Heriſtallus Dux Brabantiæ

Maria Vxor Leonis III. Iſauri IMPERATO. — Carolus Martellus à quo Carolingi, & Habſpurgici.

Anna Vxor Ardabasdi IMPER. An. 741. — Conſtantinus VI. Copronimus IMPERATOR.

Nicetas Cæs. Anthimus Cæs. Leo IV. IMP. orient. Nicephorus Cæs. Conſtant. Cæs. Chriſtoph. Cæs. Eudoci. Cæs. Vx. Irene, cujus frater---Nicephorus IMP. cogn. Thoxia.

Conſtantinus VII. Prophyrogenicus IMPERAT. Vxor N. ſponſa Rothruda filia Caroli Magni. — Procopia Vxor Michaël. Rangabis IMPE. — Stauratius IMPER.

Euphroſyna Vxor Michaëlis Thrauli I. IMPERATOR. — Theophylactus IMP.

Helena Vxor Theophlphili Junioris IMP. — Theophilus IMPERATOR. Vxor S. Theodora, cujus frater ------- Bardas CÆS.

Tecla. Anaſtaſia. Anna. — Michaël III. IMPERAT. Vxor Eudoxia. — Pulcheria. — Maria Vxor Alexij Criniti CÆSARIS.

In hoc Stemmate exhibentur viginti partim Imperatores, partim Cæſares, quos ita conſuevit appellare Oriens, quod non ſoli Imperium gubernarent, ſed ab Imperatoribus aſſumpti in ſocietatem regiminis. Interceſſerunt plures alij, quorum Geneſim ignoramus, & ideò prætermittimus.

## §. IV.

## *Imperatores Orientis ex ſtirpe Macedonum.*

Baſilius Macedo. Vxor Eudoxia. Vidua Michaëlis III. IMP.

Lotharius III. Rex Lotharingiæ nepos Lotharij I. Imperatoris. — Leo VI. Philoſophus IMP. — Alexander IMP. — Conſtantinus CÆSAR.

Hugo Rex Arelatenſis — Conſtantinus VIII. IMP. Porphyrogenitus, cujus Vxor--Helena. — Romanus Lagapenus IMPERATOR. — Chriſtophorus. Stephanus & Conſtantinus IX. IMPP.

Otto I. Imperator occident. — Bertha cujus maritus ---- Romanus III. IMP. Vx. 2. Theophano, cujus 2dus marit. fuit---Nicephorus Phoras IMPERATOR. — Bardas Phocas CÆS.

Otto II. Imp. Vxor---- Theophania. — Conſtantinus X. IMPE. — Baſilius II. IMP.

Theo-

*

Theodora Vx. Joañis Zimiſcæ Imp. — Zôe, cujus mariti fuerunt. 1. Romanus Argyropolus Imp. cujus ſoror nupta fuit Conſtantino Diogeni. — 2. Michaël IV. Paphlago Imp. hujus ſoror Maria Vx. N. Paphlagonis, & frater --- 3. Conſtantinus IX. Monomachus Imp. Conſtantinus Cæſ.

Romanus V. Diogenes Imperator. Vxor Eudoxia vidua Conſtantini XII. Imperatoris. — Michaël V. Calaphates Imperator.

Enitérum alij viginti Imperatores, & Cæſares Orientales Carolingis conjuncti. Alios nonnullos intermedios præterimus. Connectitur hoc Stemma cum præcedenti in Michaële III. Imperatore, deſcendente à Pipino Heriſtallo. Et cum Habſpurgicis per Ottones Saxones, de quibus ſupra egimus.

## §. V.

## *Imperatores Orientis ex ſtirpe Comnenorum.*




Rurſum hic habemus viginti quatuor Imperatores, & Cæſares, qui in ſanguinem Carolinum influxerunt; per Helenam Uxorem Conſtantini XIII. Ducæ Imp. & per Theodoram filiam Manuelis Imperatoris nuptam Henrico Duci Auſtriæ filio S. Leopoldi Marchionis: & per Agnetem Alexij III. Comneni Imp. Uxorem filiam Ludovici VII. Franciæ Regis: & per Irenam (quæ prius Bertha) filiam Berengarij Comitis Sultzbacenſis nuptam Manueli Imperatori

ratori, cujus altera ſoror Gertrudis vxor fuit Conradi Imperatoris III. vt eſt apud Henningem. Henning P. 1. Germ. fol. 252.

## §. VI.

## *Imperatores Orientis ex ſtirpe Palæologorum.*

Alexius Angelus IMPERATOR, cujus majores ſupra dedimus.

- Irene Uxor Andronici Palæologi Contoſtephani. — Michael VIII. Palæologus IMPERATOR. Vxor Theodora.
  - Conſtantinus Palæolog. Porphyrogenitus. IMP. XIV.
  - Andronicus Palæologus IMP. Vxor Anna filia Regis Hungariæ.
    - Michael Deſpota.
    - Andronicus III. Palæologus IMPERATOR.
      - Joannes VI. Palæologus IMPERATOR.
        - Andronicus IV. Palæologus IMPERATOR.
          - Andronicus Palæologus.
          - Joannes VII. Palæologus IMP.
        - Emanuel Palæologus IMPER. Uxor Helena filia Conſtantini Ducis Macedoniæ.
          - Joannes VIII. Palæologus IMP.
          - Conſtantinus XV. Palæologus IMP. ultimus. Occiſus à Turcis Anno 1453.
          - Andronicus Theodorus, Manuel, Demetrius, Thomas Palæologi.
  - Michael IX Palæolog. IMP. Vxor N. ſoror Regis Armen.
- Eudoxia Imperatrix de qua ſupra.
- Anna Angela, aliis Theodora Uxor Theodori Laſcaris IMPERATORIS. — Irene Vxor Joannis III. Ducæ IMPER. cui altera conjunx fuit Anna Alemanna filia Friderici II. Imper. — Theodorus II. Laſcaris IMPERAT. Vxor Helena Bulgariæ Principis filia.
  - Joannes IV. Laſcaris IMPERATOR.
  - Theodorus III. IMPERATOR.

Hi ſedecim Imperatores Orientales additi ſuperioribus octaginta quatuor conficiunt numerum centeſimum, quorum multiplex nexus cum Carolingis, & conſequenter Habſpurgicis facilè colligitur ex inſinuatis connubiis. Sic igitur vnum LEOPOLDUM AUGUSTUM ornant Occidentalia Imperatoria diademata quinquaginta (ſi demas Auſtriaca quindecim) Orientalia centum, id eſt CL. quæ notæ numerales juxta, & initiales ſunt literæ *Caroli Magni*, & *Leopoldi Magni*. Chifflet. in Lumin. prærog. lum. 9. fo 302.

## §. VII.

## *Aliæ connexiones Habſpurgo-Auſtriacorum cum Imperatoribus Orientalibus, jus hæreditatis probantes.*

Eruditiſſimus Chiffletius inter alia Jura Auguſtæ Domus Habſpurgo-Auſtriacæ etiam reponit jus in Imperium Orientale, deducendo ab Imperatoribus Byzantinis Habſpurgo-Auſtriacos. Cum quo ſit.

*Stemma I.*

## *Origo Habſpurgo-Auſtriaca à Comnenis.*

Manuel Comnenus Porphyrogenitus Imperator Conſtantinopolit. Anno 1148. Uxor Maria ſive Xenes Princeps Antiochiæ.

Alexius Comnenus Porphyrogenitus Imp. ab Andronico occiſus.

Eudoxia Comnena, Uxor Gulielmi Comitis de Montepeſſulano.

Maria hæres Imperij Orientalis Uxor Petri II. Regis Aragoniæ.

Jacobus I. Rex Aragoniæ natus in Montepeſſulano Anno 1196. Obiit anno 1276. Uxor Joleſia filia Andreæ Regis Hungariæ, & Joleſiæ Imperatricis Byzantinæ.

Petrus III. Rex Aragoniæ obiit anno 1286. Uxor Conſtantia Manfredi Siciliæ Regis filia.

Jacobus II. Rex Aragoniæ obiit anno 1327. Uxor Blanca Caroli Regis Neapolitani filia.

Alphonſus IV. Rex Aragoniæ obiit anno 1336. Uxor Thereſia Comitis Urgelli neptis.

Petrus IV. Rex Aragoniæ obiit anno 1387. Vxor Leonora Petri Siciliæ Regis filia.

Leonora Vxor Joannis I. Caſtellæ, & Legionis Regis.

Ferdinandus IV. Rex Aragonum, & Siciliæ obiit anno 1416. Vxor Leonora Sancij Albuquercij Comitis filia.

Joannes II. Rex Aragoniæ, & Navarræ. Obiit anno 1479. Vxor Joanna Friderici Caſtellæ Admirallij filia.

Ferdinandus V. Rex Aragoniæ, & Siciliæ. Obiit anno 1515. Vxor Iſabella Caſtellæ, & Legionis Regina. Obiit anno 1504.

Joanna Hiſpaniarum hæres Vxor Philippi Archiducis Auſtriæ.

Carolus V. Imperator à quo Reges Hiſpaniæ Auſtriaci Archiduces.

Ferdinandus I. à quo Archiduces Auſtriæ Germani, & Imperatores.

Zurit. lib. 2. cap. 72.

Probationes hujus ſtemmatis videre licet apud Chiffletium. Advertit porrò Hieronymus Zurita in Annalibus Aragoniæ, quod jure ſanguinis Jacobus I. Rex Aragoniæ debuiſſet ſuccedere Comnenis extinctis in Imperio Orientali, quod violenter poſtea Iſaacius Angelus uſurpavit. Cùm ergó Regum Aragonum hæredes ſint Auſtriaci, utique etiam jure hæredes Imperij Orientalis.

*Stemma II.*

## *Origo Habſpurgo-Auſtriaca ab Angelis Conſtantinopolitanis.*

Andronicus Angelus Vxor Euphroſina ſoror Theodori Caſtomonitæ.

Iſacius Angelus Imperator Conſtantinopolitanus.

Alexius Angelus Andronicus Junior contra fratrem invaſor Imperij.

Ale-

Alexius Angelus Imperator Conſtantinopolitanus. Occiſus Anno 1204.

Irene Angela Uxor Philiopi Sueviæ Ducis, & Imperatoris Germani, cujus originem à Carolo Magno ſup. exhibuimus.

Beatrix Sueva. Uxor Ferdinandi III. Regis Caſtellæ, à quo poſt novem gradus Joanna hæres Hiſpaniarum, mater Caroli V. & Ferdinandi I. Impp.

*Stemma III.*

## *Origo Habſpurgo-Auſtriaca ab ijsdem Augelis Conſtantinopolitanis.*

Iſaacius Angelus Imp. Conſtantinopolitanus.

Irene Angela Uxor Philippi Suevi Imperatoris.

Maria Uxor Henrici II. Ducis Brabantiæ.

Henricus III. Dux Brabantiæ.

Joannes I. Dux Brabrantiæ, & Limpurgi.

Joannes II. Dux Brabantiæ, & Limburgi.

Joannes III. Dux Brabantiæ, & Limpurgi.

Margareta Brabanta Uxor Ludovici Malani Comitis Flandriæ.

Margareta Flandriæ Comitiſſa Uxor Philippi Audacis Ducis Burgundiæ.

Joannes Intrepidus Dux Burgundiæ. Uxor Margareta filia Alberti Ducis Bavariæ.

Philippus Bonus Dux Burgundiæ. Vxor Iſabella filia Joannis I. Regis Portugalliæ.

Carolus Audax Dux Burgundiæ.

Maria Hæres Burgundiæ Vxor Maximiliani I. Imperatoris Auſtriaci.

Probatio vnica ſufficit ex Chronicis Auſtralibus: *Philippus quondam Romanorum Rex habuit quatuor filias, vnam duxit Rex Caſtellæ, & Hiſpaniæ, alteram Rex Bohemiæ, tertiam Otho Romanorum Rex, quartam Dux Brabantiæ.* Et hæc eſt Maria Uxor Henrici II. Ducis. Chron. Auſtral. ad an. 1217.

*Stemma IV.*

## *Origo Habſpurgo-Auſtriaca à Palæologis.*

Manuel Palæologus Junior Imp. Conſtantinopolit.

Joannes VIII. Palæologus Imp. obiit Anno 1445.

Thomas Palæologus Deſpotes Peloponenſi ob. Romæ ſepultus ad S. Petrum.

Conſtantinus XV. Palæologus Imperat. occiſus ab Othomanno Anno 1453.

*

Andreas Palæologus Moreæ Deſpotes, qui Anno 1502. Reges Catholicos Ferdinandum, & Eliſabetham hæredes ſcripſit.

|

Joanna Hiſpaniarum hæres Vxor Philippi Archiducis Auſtriæ.

Carolus V. Auſtriacus Imperator, à quo Reges Hiſpani, & Infantes.

Ferdinandus I. Auſtriacus Imperator, à quo Archiduces Germani, & Imperatores.

Zurit. hiſt. Reg. Cathol. lib. 4. c. 39.

Hieronymus Zurita teſtatur, quod Andreas Palæologus in ſuo Teſtamento *Ex juſtis conſiderationibus Regem, & Reginam Hiſpaniæ nominaverit, & inſtituerit hæredes, & eorum ſucceſſores ac deſcendentes, ſupplicans vt acceptarent hanc Provinciam recuperandi Imperij Græci, velut Principes, quos Deus ad tam ſublime faſtigium evexit, vt ad nullum alium, quàm ad illos tanta gloria pertineat. Anno* 1502. *die* 7. *Aprilis.*

Chifflet. Lumin. fol. 367.

Plura de hoc legere licet apud Chiffletium, & ipſum Zuritam. Atque ex his conſtat pluribus titulis hæreditarium Jus competere Auſtriacis in Orientale Imperium. De Flandris alibi diximus, quod illis extinctis ſicuti Flandria ad Auſtriacos hæreditario Jure devoluta eſt, ita etiam Imperium Conſtantinopolitanum, quod, annuant ſuperi! vt hæc ſancta Domus aliquando recuperet, & vindicet Chriſtianum nomen.

Obſervandum verò hic eſt octo potiſſimum familias in oriente imperaſſe nullam tamen in recta maſculina linea æquare numerum Auſtriacorum Imperatorum, etiamſi ex illis plures ſimultaneè, non ſucceſſivè imperaverint. Ex familia Leonum priorum ſoli duo, ex Heraclijs ſex, ex Leonibus Iſauris quatuor, Macedonum 7. Ducarum 3. Comnenorum decem, Laſcaridum tres, Palæologorum vndecim. Soli Auſtriaci numerum decimum quintum expleverunt imperando, nunquam interrupta maſculina ſerie generationum familiæ.

Quis jam Reges enumeret à Carolo Magno in hanc diem ex majoribus Leopoldi Auguſti? vno verbo dixeris omnes coronas orbis in Auſtriacam Domum confluxiſſe, adeò nulla Regia Domus eſt, quæ huic non debeat participatum ſanguinem. Si à ſolo Rudolpho I. Imperatore calculum ſubducas, & de ſolis Auſtriacis agas, reperies cum Jo. Jacobo Fugger Auſtriacorum

Fugger in ſpec. lib. 6. fin.

A Rudolpho I. Imperatore ad Leopoldum Auguſtum Generationes XII.
Proles Maſculas in deſcendentia (additis 10. Anonymis Alberti I.) Centum.
Proles Fæmineas etiam Centum.
Ex majoribus Romanorum Reges, & Imperatores XV.
Reges Hiſpaniæ VI.
Reges Hungariæ X.
Reges Bohemiæ XI.
Reges Poloniæ electos II.
Cardinales S. R. I. III.

Ar-

Archiepiſcopos II.
Epiſcopos VI.
Teutonici Ordinis ſupremos Magiſtros III.
Connubia cum his inierunt Imperatores VIII.
Reginæ XXVIII. ideſt Hiſpanæ V. Gallæ IV. Angla I. Hungaræ IV. Bohemæ VIII. Luſitanæ III. Polona I. Aragona I.
Ex poſteritate fæminea Auſtriadum numerantnr Imperatrices VI.
Reginæ *XXXII.* ideſt Hiſpanæ *IV.* Gallæ *III.* Hungaræ *VII.* Bohemæ *VII.* Polonæ *VII.* Luſitanæ *III.* Dana *I.*

Electrices & Imperij Principes penè ſine numero. Quam Prærogativam ita habent Habſpurgo-Auſtriaci peculiarem præ omnibus Europæis Principibus, vt nulla reperiri poſſit familia, quæ huic ne dicam æquari, ſed vel conferri aliquatenus poſſit.

Ab Electione Rudolphi I. in Romanum Imperatorem ad annum 1678. quo hæc ſcribimus fluxerunt an. CCCC. V.
Ab Electione Alberti *II.* Auſtriaci Imperatoris anno 1438. continuatum eſt ab Auſtriacis Imperium per annos CCXL. quod nulli hactenus in orbe familiæ conceſſum eſt poſt conditum Romanum Imperium.

Ab anno 640. quo Ottobertus *I.* Comes Altenburgi, & Habſpurgi floruit (de cujus majoribus cùm ſcripturæ non extent ſilemus) fluxerunt anni *M. XXXVIII.* vſque ad annum hunc *M. DC. LXXVIII.* Nulla in orbe Principalis familia tot Regna, tot Principatus, Comitatus, poſſeſſiones ſub vnum collegit Dominium, quot Habſpurgo-Auſtriaca, quaſi volentibus ſuperis innuere quinque vocalium literarum hunc eſſe vocalem ſenſum.

A. E. I. O. V.

AUSTRIÆ EST IMPERARE ORBI VNIVERSO.

Vel provt explicabat Fridericus IV. Imperator in ſuis MSS.

Alles Erdtreich Iſt Öſterreich Unterthan.

Lambec. in Itiner. Cellenſ.

# CAPUT V.

## QUINTA PRÆROGATIVA.

### *Præcipuorum Regum, & Principum Europæ Origo ex Habſpurgo-Auſtriacis.*

NOn eſt animus aſſerere primam Originem Europæorum Principum repeti debere à ſolis Habſpurgo-Auſtriacis, id enim nemo præſtiterit, ad vnam radicem tam diverſas, & multas familias reducendo. Sed oſtendam ſolùm, quód nulla ſit in Europa Principalis aut Regia familiâ, quæ non participaverit in ſuis majoribus ſanguinem Habſpurgo-Auſtriacum. Primus in hanc arenam deſcendit Leonardus Wurſbain Doctor Norimbergenſis anno 1636. quem biennio poſt ſubſecutus eſt Reverendiſſ. P. Joannes Gans S. J. Ferdinandi III. Auguſti Confeſſarius. Et ille quidem contentus vnicam oſtendere deſcendentiam ſingularum familiarum à Rudolpho I. Habſpurgico, ſeorſim de ſingulis egit: hic verò in vna arbore plures ſimul familias exhibuit. Poſt hos Sigiſmundus Betulius, vel quisquis ad Jo. Jacobi Fugger Speculum Auſtriacum addidit Tabulas Genealogicas, ad finem Operis duabus Tabulis complexus eſt ortum præcipuorum in Europa Principum ab Auſtriacis. Nos aliquantò diſtinctius, & clarius conabimur non vno ſanguinis ductu, ſed plerumque gemino oſtendere originem Principalium familiarum ex Habſpurgo-Auſtriacis: quod non tàm ſerviet gloriæ Auſtriadum, quàm Europæorum omnium Principum motivo ad mutuam concordiam, & quæ hujus principium eſt *unitatem fidei*. Attendite Principes *ad petram unde exciſi eſtis*. Reges inquam Galliæ, Angliæ, Bohemiæ, Hungariæ, Daniæ, Poloniæ, Sueciæ. Electores Imperij Duces Bavariæ, Palatini Rheni, Duces Saxoniæ, Marchiones Brandenburgi, cœteri Principes ordine Alphabetico recenſendi Anhaltini, Badenſes, Brigenſes, Bruſuicenſes, Haſſiæ Landgravij, Heturiæ Duces, & Holſatiæ, Lavenburgici, Lotharingi, Luneburgici, Megapolitani, Neoburgici, Sabaudi, Weinmarienſes, & Wirtenbergiæ Duces. Si quæ aliæ ſunt ſub aliis nomenclaturis Principales in Europa familiæ, vel ad has reducuntur, vel pari ratione poſſent deduci ab eadem origine Habſpurgo-Auſtriaca. Authores vix allegabo. Sunt paſſim obvij Geneographi Henninges, Reuſnerus, Lazius, Bucelinus, Chiffletius, Wurſbain, Gans, Ehinger, Lequile, Fugger, Betulius, Pieſpordius, Texera, & alij, quibus vſus ſum in ſequentibus Schematibus contexendis.

Leonard. Wurſbain Relat. Hiſt. Jo. Gans in Arbor. Auſtriac. Sigiſmund à Pircken in Spec Hono. Jo. Jac Fugger. fol. 1400

§ I.

### *Origo Regis Chriſtianiſſimi Galliarum ex Habſpurgo-Auſtriacis.*

NOn vno ſanguinis vinculo colligantur Habſpurgo Auſtriacis Galliæ Reges, & quidem jam olim ante Hugonis Capeti ævum nonnulli authores Galli

Galli fatentur ex his traxiſſe originem Capetinos Valeſios, & Borbonios. Primum igitur Schema concinnabimus ad mentem Petri Matthæi Hiſtoriographi Regij Gallorum, Richardi Waſſeburgij Archidiaconi Tullenſis, Joſephi Texeræ Geneographi Henrici IV. Regis Galliæ, & Theodorici Pieſpordij Geneographi Belgæ.

Pet. Matth. in Geneal. Franc. Waſſeburg. ap. Pieſp. in Stemma. Auſtriac. Texera in Exegeſi Reg. Navarr. Geneal.

*Schema I.*

Ottobertus Comes Habſpurgicus, ſeu Vindoniſſenſis Anno 660.

|

Beatrix Habſpurgica Vxor Childebrandi Moſellani filij Martini nepotis S. Clodulphi, pronepotis S. Arnulphi.

|

Theodoricus Saxoniæ Gubernator pro Carolo M.

|

Robertus I. Comes Andium ob. An. 966.

|

Robertus II. Comes Andium. Obit An. 923.

|

Hugo Magnus Comes Andium. Obit An. 857.

|

Hugo Capetus Rex Francorum. Obit Anno 998. à quo dein Reges Capetini, & demum ex his Valeſij, & Borbonij.

Referre placuit hoc ſtemma, non quod verum eſſe, aut ſincerum credamus, quia infrà id refutabimus, ſed vt conſtet ſaltem ipſorummet Gallorum teſtimoniis Capeticos originem traxiſſe à noſtris Habſpurgicis Expreſsè enim Petrus Matthæi Childebrando Duci Moſellano ex poſteris S. Arnulphi aſſignat Uxorem Beatricem Habſpurgicam Comitiſſam. Waſſeburgius verò fratri Childebrandi S. Eleutherio eandem vel aliam Beatricem Habſpurgicam vxorem tribuit: amitam alterius, & Sigeberti Comitis filiam ſuſpicatur Pieſpordius, quæ vt quidem eveniſſe potuerint; nec multum vellem repugnare, cæteri tamen gradus poſt Childebrandum non cohærent, nec probatum eſt hactenus ab vllo, quod Hugo Capetus, ſive abavum Theodoricum, ſive atavum Childebrandum habuerit, uti infrà ſuo loco dicemus. Jam verò ad mentem ejusdem Pieſpordij, & Waſſeburgij exhibeamus cognationis.

*Stemma II.*

Henricus I. Auceps Imperator. Obiit Anno 936.

|

Hedwigis, quæ & Beatrix Waſſeburgio, & Havidis, cujus Maritus ---------- Hugo Magnus Comes Pariſienſis, obiit Anno 957.

Robertus II. Comes Andium, obiit Anno 923.

|

Hedwigis filia Hugonis Magni Vxor Friderici Ducis Lotharingiæ ſuperioris.

Hugo Capetus Rex Franciæ Vxor Avida filia Eudi Com. Bleſſenſis obiit Anno 998.

* Itha Lotharingica Vxor Radepotonis Comitis Habſpurgici.

)( Robertus Rex Franciæ à quo cæteri omnes Capetini, & Borbonii. Ob. Anno 1030.

Si hoc Schema verum eſſet, ab eadem prorſus radice originem traherent Habſpurgici, & Borbonij. Sed jam ſuprà Parte I. cap. 22. §. 6. probavimus quod Ithæ Lotharingicæ Radepotoni nuptæ mater dicta quidem fuerit Hadwidis, vel Hedwigis, ſed non genita ex Hugone Pariſienſi, verùm ex Alberto Namurcenſi, & Ermingarde Carolinga. Pater etiam Ithæ non fuit Fridericus, ſed Gerardus Alſatius. Proinde aliud certius exhibendum eſt. Neque Henninges diligens aliàs Geneographus ullam Havidem Hugonis Magni filiam nominat, ſed Hugonis Capeti, nuptam Ragnero II. Montenſi Comiti.

*Schema III.*




Hoc Schema ſyncerum eſt, & vel in ipſo hodierno Rege Franciæ elucet origo Habſpurgo-Auſtriaca, cum habuerit matrem Auſtriacam. Alios nexus harum familiarum damus in anno ſancto non ſemel. Quod verò etiam Valeſij ante Borbonios extincti, pluribus vinculis colligati fuerint Domui Habſpurgo-Auſtriacæ, oſtendet ſequens

*Sche-*

*Schema IV.*

Rudolphus I. Imperator Habſpurgicus.

Gutta Vxor Wenceſlai Regis Bohemiæ.
Eliſabetha Vxor Joannis Lucelburgici Regis Bohemiæ, qui obiit anno 1346.
Gutta Vx. Joannis Valeſii Regis Galliæ, qui ob. an. 1364.
Carolus V. Valeſius Rex Galliæ, obiit anno 1380.

Clementia Vxor Caroli Regis Siciliæ.
Clementia Vxor Ludovici X. Huttini Regis Galliæ.

Mechtildis Vx. Ludovici Severi Ducis Bavariæ, qui ob. an. 1294.
Ludovicus IV. Imperator, obiit anno 1347.
Stephanus fibulatus Dux Bavariæ, obiit anno 1375.
Stephanus Junior Dux Bavariæ, obiit anno 1413.

Carolus VI. Valeſius Rex Galliæ. Vxor ---------- Iſabella ſeu Eliſabetha.
obiit anno 1422.

Carolus VII. Valeſius Rex Galliæ, obiit anno 1461.

Ludovicus XI. Valeſius Rex Galliæ, obiit anno 1483.

Carolus VIII. Valeſius Rex, cui deſponſata fuit Margareta filia Maximiliani I. Imperatoris Auſtriaci, obiit Anno 1498.

Joanna Valeſia Vxor Ludovici Andium Ducis, dein Regis Franciæ, qui obiit anno 1515.
Claudia Vxor Franciſc. I. Valeſii Regis, qui obiit an. 1547. Cujus 2. Vxor fuit Eleonora Auſtriaca, filia Philippi II. Regis Hiſpaniarum, ſed ſine prole.
Henricus II. Valeſius Rex Galliæ, obiit anno 1559.

Franciſcus II. Rex Valeſius obiit anno 1560.

Carolus IX. Rex Valeſius, ob. an. 1574. Vxor Eliſabetha filia Maximiliani II. Imperat. Auſtriaci, quæ obiit anno 1592.

Henricus II. Valeſius Rex Poloniæ, & Galliæ poſt Carolum IX.

Extincta ſtirpe Valeſia, devolutum eſt regnum ad lineam Borboniam, de qua ſuperiori ſchemate egimus. *Borbonius* Anagramma *Bonus Orbi*. Et talis eſt ex ipſo titulo Chriſtianiſſimi, præſertim quando Chriſtianos fovet, protegit, defendit, non offendit.

## §. II.

## *Origo Regum Angliæ ex Habſpurgo-Auſtriacis.*

ANgliæ nunc incorporata ſunt Regna Scotiæ, & Hiberniæ, qui olim peculiaribus Regibus obtemperabant. Diu inter illa certatum donec variis jactata caſibus, & quidem Tragicis, in unum coaluerunt. Silebimus de antiquis, de modernis ſolum oſtendemus originem Habſpurgicam, non uno ſimplici nexu.

*Schema I. Geminum.*

Rudolphus I. Imperator Habſpurgicus, ob. an. 1291.

Albertus I. Imperator, obiit Anno 1308.
Albertus II. ſapiens Dux Auſt. obiit anno 1358.
Albertus III. cum Trica Dux Auſtr. ob. an. 1395.
Albertus IV. Mirabilia Mundi Arch. ob. an. 1404.

Gutta Vxor Wenceslai Regis Bohemiæ qui obiit anno 1305.
Eliſabetha Vxor Joannis Lucelburgici Regis Bohemiæ, qui ob. an. 1346.
Gutta Vxor Joannis Regis Franciæ, qui obiit anno 1364.
Carolus V. Rex Franciæ, obiit anno 1380.

Albertus II. Imperator Auſtriacus, obiit anno 1439.

Anna Uxor Wilhelmi Ducis Saxoniæ qui obiit anno 1483.

Margaretha Uxor Joannis Marchionis Brandeburgici, qui ob. an. 1499.

Anna Vxor Friderici I. Regis Daniæ, qui obiit anno 1533.

Chriſtianus III. Rex Daniæ, qui obiit anno 1559.

Fridericus II. Rex Daniæ, qui obiit anno 1588.

Anna cujus Maritus

Carolus VI. Rex Franciæ, obiit anno 1422.

Catharina Uxor Ovini Tyderij Angli. qui obiit anno 1487.

Edmundus Tyderius Comes Richomondiæ flor. anno 1486.

Henricus VII. Rex Angliæ.

Margarita Vxor Jacobi IV. Regis Scotiæ.

Jacobus V. Rex Scotiæ, ob. an. 1542.

Mariæ hæres Scotiæ Vx. Henrici Stuarti ob. ipſe anno 1565.

Jacobus VI. Rex Angliæ, obiit anno 1625.

Carolus I. Rex Angliæ decollatus, anno 1649.

Carolus II. Rex Angliæ regnans.

*Schema II. Geminum.*

Rudolphus I. Imperator Habſpurgicus, obiit anno 1291.

Albertus I. Imperator obiit anno 1308.

Albertus II. ſapiens Dux Auſtr. obiit anno 1358.

Albertus III. cum Trica Dux Auſtr. obiit anno 1395.

Albertus IV. Archidux obiit an. 1404.

Albertus II. Imperator ob. anno 1439.

Eliſabetha Uxor Caſimiri Regis Poloniæ, qui ob. an. 1492.

Anns Vxor Bugislai X. Ducis Pomeraniæ, qui obiit anno 1523.

Sophia Pomerana, cujus maritus

Agnes Uxor Alberti Electoris Saxoniæ qui obiit anno 1311.

Anna Uxor Henrici Leonis D. Mechelburg. qui obiit 1329.

Anna Uxor Henrici Ferrei D. Holſatiæ. qui obiit anno 1381.

Gerardus Dux Holſatiæ obiit anno 1404.

Hedwigis Vxor Theodorici Com. Oldenburgici, qui obiit anno 1440.

Chriſtianus I. Rex Daniæ obiit anno 1482.

Fridericus I. Rex Daniæ obiit anno 1533

Eliſabetha Vxor Vlrici Ducis Mechelburgici.

Sophia Vxor Friderici II. Regis Daniæ, qui ob. an. 1588.

Anna Vxor Jacobi VI. Regis Angliæ, qui ob. anno 1625.

Carolus I. Rex Angliæ decollatus anno 1649.

Carolus II. Rex Angliæ, regnans.

Plures

Plures ejusmodi origines liceret adducere, ſed quadruplex iſta ſufficit intento. Nec curamus de anterioribus Regibus, quorum etiam non vna cum Auſtriacis cognatio, & affinitas fuit. De antiquis verò qui ante ſeptingentos annos vixerunt, multos exhibebimus in Auſtria Sancta. O Anglia! quondam Angelorum patria, quomodo mutaſti colorem optimum!

## §. III.

## *Origo Regum Bohemiæ ex Habſpurgo-Auſtriacis.*

SUb Rudolpho Imperatore hujus nominis I. ſanguinem Habſpûrgicum communicatum Regibus Bohemiæ, nominem latet, cui notæ ſunt hiſtoriæ: ſed jam olim à temporibus Caroli Magni ſanguis hic cœpit influere in Bohemiam, vti clarè oſtendet ſequens

*Schema unicum.*

## *Origo Regum Bohemiæ à Carolo Magno ſimul & Habſpurgicis.*

Hettobertus Comes Habſpurgicus filius Rotberti, nepos Babonis, pronepos Ottoberti.
|
Rambertus Comes Habſpurgicus.
|
Guntramus I. Comes Habſpurg.
|
Luithardus Comes Habſpurg.
|
Luitfridus Comes Habſpurg.
|
Hunifridus Comes Habſpurg.
|
Guntramus II. Com. Habſpurg.
|
Lancelinus Comes Habſpurg.
|
Radepoto Comes Habſpurg. cujus Uxor, & magna avia hodiernorum Archiducum. ---
|
Wernerus I Comes Habſpurg.
|
Otto Comes Habſpurgicus.
|
Wernerus II. Comes Habſpurg.
|
Wernerus III. Com. Habſpurg.
|
**

Carolus Magnus Imperator.

Ex S. Hildegarde.
|
Ludovicus Pius Imp.
|
Carolus Calvus Imp.
|
Ludovicus Balbus Imperator.
|
Carolus ſimplex Rex.
|
Ludovic. Tranſ. Rex.
|
Carolus Dux Lothar.
|
Ermingardis Ux. Alberti I. Com. Namurcenſis.
|
Hadwidis Ux. Gerardi Alſatij Ducis Lotharingiæ.
|
Itha Lotharingica.

Ex Concubina.
|
Hugo Abbas.
|
Adelheidis Uxor Conradi majo. Duc Burg.
|
Ehrentrudis Habſpurgica. *Cujus Maritus----Conradus Junior* Dux Burgundiæ.
|
Rudolphus I. Rex Burg.
|
Rudolphus II. Rex Burg.
|
Mathildis Uxor ----Conradi Regis Burg.
|
Gerbirga Uxor Hermanni Ducis Sueviæ.
|
Giſela Uxor Conradi II. Imperat.
|
Henricus III. Imperator.
|
Henricus IV. Imperator.
|
Agnes Uxor Friderici Com. ab Hochenſtauffen. 2. S. Leopoldi Marchionis Auſtriaci.

Gertrudis ex 2. thoro Uxor Uladislai II. Regis Bohemiæ, qui obiit Anno 1174.
|
*

Fridericus Dux Sueviæ ex 1. thoro.
|
Fridericus I. Imperator. Obiit Anno 1189.
)(




Eluceſcit ex hoc Schemate, quomodo non tantum Burgundiæ Transjuranæ Reges ex Habſpurgicis orti ſint, & utrique in Suevos Imperatores influxerint, ſed etiam, quomodo eodem ductu Habſpurgici primorum Regum Bohemiæ cognati effecti, mox per Guttam Rudolphi I. Imperatoris filiam omnes reliquos progenuerint. Stitimus in Ferdinando I. quia ab hoc deinceps omnes Reges fuerunt hæreditario Jure Auſtriaci. Nunquam felicior Bohemia quam ſub hoc regimine.

## §. IV.

## *Origo Regum Daniæ ex Habſpurgo-Auſtriacis.*

Geminam originem horum Regum ex Habſpurgo-Auſtriacis dedimus ſuprà §. II. Schemate II. nunc alias addidimus.

*Schema Geminum.*



Albertus III. cum Trica Dux. ob. anno 1395.
Albertus IV. Archidux. ob. anno 1404.
Albertus II. Imperator ob. anno 1439.
Anna Vxor Wilhelmi Ducis Saxon: ob. anno 1462.
Margareta Saxonica, cujus maritus ob. anno. 1511.

Leopoldus III. Probns Dux Auſtr. anno 1386.
Erneſtus Ferreus Archidux obiit anno 1424.
Margareta Vxor Friderici II. Ducis Saxoniæ, qui ob. an. 1464.
Anna Vxor Alberti Achillis Elector: Brandeburg. qui ob. an. 1486.
Joannes Magnus Elector Brandeb. ob. anno 1499.

Anna Vxor Friderici I. Regis Daniæ, qui ob. an. 1533.
Chriſtianus III. Rex Daniæ ob. anno 1559.
Fridericus II. Rex Daniæ. ob. anno 1588.
Chriſtianus IV. Rex Daniæ. ob. anno 1648.
Fridericus III. Rex Daniæ.

Per Agnetem filiam Rudolphi I. Imperatoris Alberto Saxoni elocatam, ortum etiam habuit Fridericus I. Rex Daniæ, vti ſuprà in Angliæ Regibus oſtenſum eſt.

*Schema II. Geminum.*

Rudolphus I. Imperator.

Albertus I. Imperator.
Albertus II. ſapiens Dux
Albertus III. cum Trica.
Albertus IV. Mirabilia.
Albertus II. Imperator.
Eliſabetha Vxor Caſimiri Regis Poloniæ, qui obiit an. 1462.
Anna Polona, cujus Maritus fuit

Gutta Vxor Wenceslai Regis Bohemiæ, qui ob. an. 1305
Eliſabetha Vxor Joannis Lucelburgici Regis Bohemiæ, qui ob. anno 1346.
Joannes Marchio Moraviæ.
Procopius Marchio Moraviæ ob. anno 1411.
Sophia Vxor Bugislai VIII. Ducis Pomeraniæ, qui ob. anno 1417.
Bugislaus IX. Dux Pomeraniæ, ob. an. 1448.
Sophia Uxor Erici II. Ducis Pomeran, qui obiit anno 1474.
Bugislaus X. Dux Pomeraniæ, ob. an. 1523.

Sophia Uxor Friderici I. Regis Daniæ, qui ob. an. 1533.
Eliſabetha Uxor Magni Ducis Megapolitani, qui ob. an. 1550.
Sophia Uxor Friderici II. Regis Daniæ, qui obiit anno 1588.

Christianus IV. Rex Daniæ. Obiit anno 1648.

Christianus V. ante patrem obiit anno 1647.

Fridericus III. Rex Daniæ.

*Schema III.*

Albertus sapiens Comes Habspurgicus.

Rudolphus I. Imp. Habspurgicus. Obiit Anno 1291.

Elisabetha Uxor Eitelfriderici Burggravii Norimbergen.

Albertus I. Imperator. obiit Anno 1308.

Albertus II. sapiens Dux ob. Anno 1358.

Leopoldus III. Dux obiit anno 1386.

Ernestus Archidux, obiit anno 1424.

Fridericus IV. Impetator, obiit 1493.

Maximilianus I. Imperator obiit anno 1519.

Philippus I. Rex Hispaniæ obiit anno 1506.

Isabella Infans Hispana cujus maritus

Christina Uxor Francisci Ducis Lotharingiæ.

Mechtildis Uxor Ludovici Severi Ducis Bavariæ, qui ob. an. 1297.

Ludovicus IV. Imperator Bavarus, obiit Anno 1347.

Stephanus Fibulatus Dux Bavarus, obiit anno 1375.

Fridericus Landtshutanus Dux, obiit anno 1393.

Elisabetha, cujus maritus

Joannes I. Alchimista Marchio Brandeburgicus, obiit anno 1464.

Dorothea Uxor Christiani I. Regis Daniæ, qui obiit anno 1482.

Joannes Rex Daniæ, obiit anno 1513.

Christianus II. Rex Daniæ obiit anno 1559.

Fridericus I. Rex Daniæ, obiit anno 1533.

Fridericus I. Burggravius Norimbergensis obiit an. 1290.

Fridericus II. Burggrav. Obiit anno 1330.

Albertus Buggravius, obiit anno 1357.

Fridericus II. Burggravius, obiit anno 1371.

Fridericus V. primus Marchio Brandeburgicus Elector, obiit anno 1441.

Christianus III. Rex Daniæ, obiit anno 1571.

Fridericus II. Rex Daniæ ob. an. 1588. & reliqui superiori schemate.

Dania malè à nonnullis Dacia appellatur, & cum vera Dacia, quæ nunc est Transylvania confunditur. Tulit aliquando Sanctos, etiam Regiæ stirpis, cùm Orthodoxam adhuc coleret fidem, de quibus in Austria Sancta agemus.

## §. V.

## *Origo Regum priorum Hungariæ ex Habspurgo-Austriacis.*

*Schema Unicum.*

Rudolphus I. Imperator Habspurgicus.

Gutta Uxor Wenceslai Regis Bohemiæ, qui obiit anno 1305.

Elisabetha Uxor Joannis Lucelburgici Regis Bohemiæ, qui obiit anno 1346.

Albertus I. Imperator. obiit anno 1308.

Agnes Uxor Andreæ III. Veneti Regis Hungariæ, qui obiit Anno 1301.

Clementia Uxor Caroli Martelli Regis Hungariæ, qui obiit anno 1295.

Carolus Robertus Rex Hungariæ obiit anno 1342.

Carolus IV. Imperator, obiit Anno 1378.

Sigiſmundus Rex Hungariæ, Imperator, obiit anno 1437. Cujus Uxor ---------- Margaretha. Maritus --- Maria Regina Hungariæ. — Ludovicus Rex Hungar. ob. anno 1382. — Andreas Rex Neapolitanus.

Eliſabetha Uxor Alberti II. Imperatoris Auſtriaci, qui obiit anno 1439. — Carolus Parvus Rex Hungariæ. obiit an. 1385.

Ladislaus Poſthumus Rex Hungariæ ob. an. 1458. — Eliſabetha Uxor Caſimiri Jagellonij Regis Poloniæ, qui obiit anno 1492. — Ladislaus Rex Neapolitanus evocatus ab Hungaris contra Sigiſmundum.

Ladislaus Rex Hungariæ, Obiit anno 1516.

Ludovicus II. Rex Hungariæ, Uxor Maria Auſtriaca ſoror Ferdinandi I. Imperatoris, obiit ipſe anno 1526. — Anna Uxor Ferdinandi I. Imperatoris Auſtriaci, Regis Hungariæ, cujus ſucceſſores in hanc diem Auſtriaci.

Alios nonnullos nexus priorum Regum Hungariæ cum Habſpurgo-Auſtriacis dabimus in Anno Sancto Auſtriaco, vbi de SS. Stephano, Emerico, Eliſabetha, &c. agemus.

## §. VI.

## *Origo Regum Poloniæ ex Habſpurgo-Auſtriacis.*

*Schema unicum geminatum.*

Rudolphus I. Imperator Habſpurgicus, obiit anno 1291.

Albertus I. Imperator, obiit anno 1308.

Albertus II. Sapiens Dux Auſtriæ, obiit anno 1358.

Leopoldus Probus Dux Auſtriæ, obiit anno 1386.

Erneſtus Fetreus Archidux Auſtriæ, obiit anno 1424.

Fridericus IV. Imperator, obiit anno 1493.

Maximilianus I. Imperator, obiit anno 1519.

Philippus I. Rex Hiſpaniæ obiit anno 1506.

Ferdinandus I. Imperator, obiit anno 1564.

Carolus Archidux Auſtriæ, obiit an. 1590.

Albertus III. cum Trica Dux Auſtriæ, obiit anno 1395.

Albertus IV. Archidux Auſtriæ obiit anno 1404.

Albertus II. Imperator, obiit anno 1439.

Eliſabetha Uxor Caſimiri Regis Poloniæ, qui obiit anno 1492.

Sigiſmundus Rex Poloniæ, obiit anno 1548.

Sigiſmundus Auguſtus qui obiit anno 1572. Uxores Catharina primum, dein Eliſabetha Auſtriacæ filiæ Ferdinandi I.

Catharina Uxor Joannis III. Regis Sueciæ, qui obiit anno 1548.

Ferdinandus II. Imperator ob. an. 1637. — Anna Auſtriaca, dein Conſtantia ejus ſoror ----- Sigiſmundus III. Rex Poloniæ, ob. an. 1632. Uxores ſucceſſivè.

Ferdinandus III. Imp. obiit anno 1657. — Cæcilia Renata, maritus --- obiit anno 1648. — Uladislaus Rex Poloniæ ob. anno 1648. poſtremi Jagellonidum. — Joan. Caſimir. Rex Poloniæ obiit anno 16----

Eleonora Maria Uxor ----- Michaëlis Regis Poloniæ, quæ 2 nupſit Carolo Duci Lotharingiæ, trophæis Gallicis claro.

§. VII.

## §. VII.

## *Origo Regum Sueciæ ex Habſpurgo-Auſtriacis.*

### *Schema I. Geminum.*

Rudolphus I. Imperator, obiit Anno 1291.

Albertus I. Imperator, obiit anno 1308.
Albertus II. Sapiens Dux, obiit anno 1358.
Albertus III. cum Trica Dux obiit anno 1395.
Albertus IV. Archidux, obiit anno 1404.
Albertus II. Imperator Auſtriacus obiit anno 1439.
Eliſabetha Ux. Caſimiri Regis Poloniæ, qui obiit anno 1492.

Agnes Uxor Alberti Ducis Saxon. qui obiit anno 1311.
Anna Uxor Henrici Leonis Ducis Mechelburg, qui obiit anno 1329.
Anna Uxor Henrici Ferrei Ducis Holſatiæ, qui obiit anno 1381.
Gerardus Dux Holſatiæ, qui obiit anno 1404.
Hedwigis Uxor Theodorici Oldenburgici, qui obiit anno 1440.
Chriſtianus I. Rex Daniæ, qui obiit anno 1482.

Ladislaus Rex Poloniæ, & Hungariæ, obiit anno 1516.
Anna Ux. Ferdinandi I. Imperatoris, qui obiit anno 1564.
Maria Uxor Gulielmi Ducis Cliviæ, qui obiit anno 1585.
Maria Leonora Uxor Alberti Friderici Ducis Boruſtiæ, qui obiit Anno 1600.
Anna Uxor Sigiſmundi Electo. Brandeburgici, qui obiit anno 1619.
Maria Leonora, cujus Maritus -------- Guſtavus Adolphus Rex Sueciæ, qui occubuit anno 1632.
Chriſtina hæres Sueciæ abdicavit, vivit adhuc Romæ anno 1678.

Barbara Uxor Georgii Ducis Saxoniæ, qui obiit anno 1539.
Chriſtina Uxor Philippi Landgravii Haſſiæ, qui obiit anno 1567.
Chriſtina cujus Maritus---- Chriſtina Uxor Caroli Regis Sueviæ, qui obiit anno 1611.

Fridericus I. Rex Daniæ, obiit anno 1533.
Adolphus Dux Holſatiæ, obiit anno 1586.

### *Schema II.*

## *Origo hodierni Regis Sueciæ ex Habſpurgo-Auſtriacis.*

Ferdinandus I. Imperator Auſtriacus, obiit Anno 1564.
Maria Vxor Wilhelmi Ducis Cliviæ, qui obiit anno 1585.
Magdalena Vxor Joann. Palatini Rheni Bipontini, qui obiit anno 1604.

Joan-

Joannes Caſimirus Palatit. Rheni Bipontinus, qui ob. an. 1652.
Vxor Catharina filia Caroli Regis Sueciæ.

Carolus Guſtavus Rex Sueciæ, obiit anno 1660.

Carolus Rex Sueciæ, natus anno 1655.

In tabula Sigiſmundi Betulij, forte errore Typographi ponuntur Maria, & Magdalena Ferdinandi I. filiæ ſorores, cum tamen fuerint mater & filia. Alia fuit Magdalena Ferdinandi Imperatoris filia, quæ virgo deceſſit: voluit fortè ponere Magdalenam neptem Ferdinandi I. nuptam Joanni Palatino. Sigiſmund Betul. in ſpec. hom. fol. 1400.

## §. VIII.

## *Origo Ducum Bavariæ Electorum ex Habſpurgo-Auſtriacis.*

*Schema Multiplex.*

Rudolphus I. Imperator Habſpurgicus, obiit anno 1291.

Albertus I. Imperator, ob. an. 1308.

Albertus II. Sapiens, obiit anno 1358.

Leopoldus Probus Dux, ob. an. 1386.

Erneſtus Archidux obiit anno 1424.

Fridericus IV. Imp. obiit anno 1493.

Maximilianus I. Imp. obiit anno 1519.

Philippus Rex Hiſpaniæ, obiit anno 1505.

Ferdinandus I. Imperator, obiit anno 1564.

Carolus Archidux, obiit anno 1590.

Ferdinandus II. Imp. obiit anno 1637. — Uxor Maria Anna

Maria Anna, cujus maritus — Ferdinandus Maria Dux Bavariæ Elector. Vivit adhuc anno 1678.

Albertus III. Dux, ob. anno 1395.

Albertus IV. Dux, ob. an. 1404. — Anna cujus maritus

Albertus II. Imp. obiit an. 1439.

Eliſabetha Ux. Caſimiri Reg. Polon.

Hedwigis, cujus maritus

Chunegundis, cujus maritus — Anna Auſtriaca maritus

Ferdinandus Maria Dux Bavariæ Elector. Vivit adhuc anno 1678.

Mechtildis Uxor Ludovici Severi Ducis Bavariæ, qui obiit anno 1294.

Ludovicus IV. Imperator, obiit anno 1347.

Stephanus fibulatus Dux Bavariæ, obiit an. 1375.

Fridericus Landtshutanus obiit. anno 1393.

Henricus Impuber Dux, obiit anno 1450.

Ludovicus Dives Dux. Ux. Amalia filia Friderici II. Elect. Saxoniæ, & Margaretæ Auſtriacæ.

Georgius Dives Dux, obiit anno 1502.

Albertus Dux Bavariæ, obiit anno 1508.

Wilhelmus Dux Bavariæ, obiit anno 1550.

Albertus Dux Bavar. obiit anno 1579.

Wilhelmus II. Dux Bavariæ, Uxor Renata Lotharinga, ipſe obiit anno 1626.

Maximilianus Dux Bavariæ. Elector obiit anno 1651.

Joannes Dux Bavariæ, obiit anno 1397.

Erneſtus Dux Bavariæ, obiit anno 1438.

Albertus III. Pius Dux Bavariæ, obiit anno 1460.

Albertus Dux Bavariæ, obiit anno 1508.

Maria Ux. Caroli Auſtriæ Archiducis, qui ob. an. 1590.

## §. IX.

## *Origo Palatinorum Rheni Electorum ex Habspurgo-Austriacis.*

*Schema geminum.*

Rudolphus I. Habspurgicus Imperator, obiit anno 1291.

| | |
|---|---|
| Albertus I. Iuperator., obiit anno 1308 | Mechtildis Vxor Ludovici Severi Ducis Bavariæ, qui obiit anno 1294. |
| Albertus II. Sapiens Dux Austriæ, obiit anno 1358. | Rudolphus Palatinus Rheni Elector obiit anno 1319. |
| Albertus III. cum Trica Dux, obiit anno 1395. | Adolphus Palatinus Rheni Elector, obiit anno 1389. |
| Albertus IV. Archidux Austr. obiit anno 1404. | Rupertus Palatinus Rheni Elector, obiit anno 1398. |
| Albertus II. Imperator, obiit anno 1439. | Rnpertus Romanorum Imperator, obiit anno 1410. |
| Anna Vxor Wilhelmi Ducis Saxon: qui obiit anno 1483. | Stephanus Palatinus Rheni, obiit obiit anno 1444. |

| | | |
|---|---|---|
| Margarita Vxor Joan. Marchionis Brandeburgici, qui ob. an. 1499. | Fridericus Simerensis Palat. Rheni obiit anno 1480. | Ludovicus Niger à quo Bipont. Lucelsteinii, Reopurgici & Birckenfeldenses Palatini. |
| Anna Vx. Friderici I. Regis Daniæ qui obiit anno 1533. | Joannes Palatinus Rheni, obiit anno 1557. | |
| Christianus III. Rex Daniæ, qui obiit anno 1559. | Fridericus III. Palat. Rheni, obiit anno 1575. | |
| Fridericus II. Rex Daniæ, obiit anno 1588. | Ludovicus Palat. Rheni Elector, obiit auno 1583. | |
| Anna Vxor Jacobi VI. Regis, Angliæ, qui obiit anno 1625. | Fridericus IV. Palatinus Rheni, obiit anno 1610. | |
| Elisabetha, cujus maritus ---------- | Fridericus V. Palatinus Rheni exauctoratus, obiit anno 1632. | |

Carolus Ludovicus Palatinus Rheni Elector. Vivit adhuc anno 1678.

Ab vna radice hi pullularunt cum Ducibus Bavariæ, & in plures ramos divisi appellantur Palatini Rheni Bipontini, Lucelsteinij, Birckhenfeldenses, Neopurgici, Sultzbacenses, Lautereckij, &c. omnes ab hac origine propagati, de quibus speciales contexere nexus Genealogicos nimis operosum esset. De Neoburgicis tamen libet adjungere

*Schema II. Geminum.*

Rudolphus I. Imperator Habspurgicus, obiit anno 1291.

Albertus I. Imperator Austriacus, obiit anno 1308.

Albertus II. Sapiens Dux Austriæ obiit anno 1358.

| | |
|---|---|
| Albertus III. cum Trica Dux, obiit anno 1395. | Leopoldus III. Probus Dux, obiit anno 1386. |
| Albertus IV. Mirabilia Mundi Archidux, obiit anno 1404. | Ernestus Ferreus Archidux, obiit anno 1424. |

* Albertus II. Imperator obiit anno 1439.
|
Eliſabetha Uxor Caſimiri III. Regis Poloniæ, qui ob. 1492.
|
Barbara Uxor Georgii Barbati Ducis Saxoniæ, qui obiit an. 1539.
|
Chriſtiana Uxor Philippi Landgravii Haſſiæ, qui obiit anno 1567.
|
Anna Ux. Wolfgangi Palatini Rheni Bipontini, obiit anno 1569.
|
Philippus Ludovicus Palatinus Rheni, Dux Neoburgicus, qui obiit anno 1614. cujus Uxor ---------- Anna Duciſſa Cliviæ, & Juliacenſis.
|
Wolfgangus Wilhelmus Comes Palatinus Rheni Dux Neoburgicus, obiit anno 1653.
Cujus prima Vxor, Magdalena Duciſſa Bavariæ, neptis Annæ Auſtriacæ Ferdinandi I. Imperatoris filiæ. 2. Catharina Charlotta Bipontina. 3. Maria Franciſca Fürſtenbergica.
|
Philippus Wilhelmus Dux Neoburgicus, cujus prima Vxor Anna-Catharina-Conſtantia filia Sigiſmundi Regis Poloniæ, ex Conſtantia Auſtriaca Caroli Archiducis filia. 2. Eliſabetha Amalia Landgravia Haſſiæ Darmſtadiana.
|
Eleonora Magdalena Thereſia. Conjunx LEOPOLDI Auguſti.

)( Fridericus IV. Imperator, obiit anno 1493.
|
Maximilianus I. Imperator. obiit anno 1519.
|
Philippus I. Archidux Rex Hiſpaniæ, obiit anno 1506.
|
Ferdinandus I. Imperator, obiit anno 1564.
|
Maria Vxor Gulielmi Ducis Cliviæ, & Juliaci, qui obiit anno 1585.
|
Anna Duciſſa Cliviæ, & Juliacenſis.

## *Schema III. brevius quadruplex.*

Ferdinandus I. Imperator Auſtriacus.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Maria Vxor Gulielmi Ducis Cliviæ. | Anna Vxor Alberti Ducis Bavariæ. | Carolus Archidux Auſtriæ. | Catharina Vx. Sigiſmundi Auguſti Reg. Poloniæ. |
| Anna Vx. Philippi Ludovici Neoburgici. | Wilhelmus Dux Bavariæ. | Conſtantia Archid. cujus maritus ---- | Sigiſmundus III. Rex Poloniæ. |
| Wolfgangus Wilhelmus Neoburgicus, cujus I. Vxor ---------- | Magdalena Duciſſa. | | |
| Philippus Wilhelmus Palatinus Rheni Dux Neoburgicus, cujus I. Uxor ---------- 2. Eliſabetha Amalia Landgravia Haſſiæ. | | Anna Catharina Conſtantia Princeps Poloniæ, obiit anno 1651. | |
| Eleonora Magdalena Thereſia Vxor LEOPOLDI Auguſti Imperatoris. | | | |

In aſſignandis conjugibus attendo ſolum connexionem ſanguinis ex Auſtriaco, nec laboro ex qua conjuge proles ſit nata, tum hic tum in aliis deductionibus.

*Schema IV. altius repetitum multiplex.*

Albertus Sapiens Landgravius Alſatiæ Comes Habſpurgi

Eliſabetha Uxor Eitelfriderici Burggravii Norimbergenſis. — Rudolphus I. Imperator Habſpurgicus, obiit anno 1291.

Fridericus I. Burggr. Norimb. obiit anno 1290. — Mathildis Uxor Ludovici Severi Ducis Bavariæ. — Albertus I. Imperator.

Fridericus II. Burggrav. Norimb. obiit anno 1330. — Ludovicus IV. Imp. obiit anno 1347. — Rudolphus Palatinus Rheni, ob. an. 1319. — Albertus ſapi. Dux Auſt.

Albertus Burggrav. Norimb. obiit anno 1357. — Ludovicus Romanus Dux Bavar. ob. a. 1366. — Adolphus Palatinus Rheni, obiit anno 1389. — Leopoldus III. Dux Auſtriæ. — Albertus III ad Trica Dux Auſt.

Fridericus IV Burgg. Norimb. ob. an. 1371. cujus Uxor fuit ------ Ingelburga Bavara. — Rupertus Parvus Palatin. Rheni obiit an. 1398. — Erneſtus Ferreus Archidux. — Albertus IV. Archidux.

Margaretha Uxor Hermanni Landgravii Haſſiæ, qui obiit anno 1414. — Eliſabetha cujus Maritus ---------- Rupertus Pal. Imper. obiit anno 1410. — Fridericus IV. Imperator. — Albertus II. Imperator.

Ludovicus I. Landgravius Haſſiæ, obiit an. 1458. — Stephanus Dux Bav. Palatinus obiit anno 1444. — Maximilianus I. Imperator. — Eliſabetha Ux. Caſimiri Regis Polon.

Ludovicus II. Landgravius Haſſiæ, obiit anno 1471. — Ludovicus Niger Palatinus obiit anno 1489. — Philippus Rex Hiſpaniæ. — Sigiſmundus I. Rex Poloniæ.

Wilhelmus II. Landg. Caſſel. ob. an. 1509. — Wilhelmus I. Landg. in Spangenberg. ob. anno 1515. — Alexander Palatinus, obiit anno 1514. — Ferdinandus I. Imperator.

Philippus Landg. Haſſiæ, obiit anno 1567. — Eliſabetha cujus Maritus --- Ludovicus II. Bipont. ob. an. 1532. — Maria Uxor Guliel. Duc. Cliviæ. — Carolus Archid. — Catharina cujus maritus ---- Sigiſmundus Auguſtus Rex Poloniæ.

Anna cujus maritus ---------- Wolfgangus Biponti. obiit anno 1569.

Philippus Ludovicus Neoburgicus, cujus Uxor ------ Anna Juliac. — Conſtantia cujus Maritus ------ Sigiſmundus III. Rex Poloniæ.
ipſe obiit anno 1614.

Wolfgangus Wilhelmus Neoburgicus, obiit anno 1653.

Philippus Wilhelmus Neoburgicus, cujus Uxor ---------- Anna Catharina Polona.

Eleonora Magdalena Thereſia Uxor Leopoldi Auguſti.

## §. X.

## *Origo Ducum Saxoniæ Electorum ex Habſpurgo-Auſtriacis.*

*Schema Tergeminum.*

Rudolphus I. Imperator Habſpurgicus, obiit anno 1291.

Albertus I. Imperator, obiit Anno 1308. — Agnes Uxor Alberti II. Electoris Saxoniæ, qui obiit anno 1312.

Albertus II. Sapiens Dux Auſtriæ, obiit anno 1358. — Rudolphus I. Elector Saxoniæ, obiit anno 1456.

Leopoldus Probus Dux Auſtriæ, obiit anno 1386. — Wenceslaus I. Elector Saxoniæ, ob. anno 1388.

Erneſtus Ferreus Archidux, obiit anno 1424. — Rudolphus III. Elector, obiit an. 1418. — Albertus III. Elector, obiit anno 1422. ambo ſine liberis.

Fridericus IV. Imperator, obiit anno 1493. — Margareta Uxor Friderici Placidi, qui obiit 1464. ex Landgravuiis Thuringiæ ſecundi Electoris Saxoniæ.

Maximilianus I. Imperator, obiit an. 1519.
Philippus Rex Hispaniæ, obiit an. 1506.
Ferdinandus I. Imperator, obiit an. 1564.
Maria Uxor Gulielmi Ducis Cliviæ, qui ob. an. 1585.
Maria Eleonora Uxor Alberti Frider. March. Brandeburg.

Albertus Dux Saxoniæ, obiit anno 1500.
Henricus Dux Saxoniæ, obiit anno 1541.
Augustus Dux Saxon. Elector, ob. an. 1586.
Christianus I. Dux Saxoniæ, obiit an. 1591.

Ernestus Dux Saxoniæ Elector, obiit anno 1486.
Joannes Dux Saxon. Elector, obiit anno 1532.
Joannes Fridericus Dux exauthoratus, obiit an. 1554. Ab hoc deinde Duces Altenburgici, & Weinmarienses, hi rursum divisi in Gothenses, Eisenacenses, Jhenenses, Naumburgenses, &c.

Magdalena Sibylla maritus ----- Joannes Georgius Dux Saxoniæ Elector, obiit anno 1656.

Joannes Georgius II. Dux Saxoniæ Elector, vivit adhuc Anno 1678.
Joannes Georgius III. Dux Saxoniæ natus Anno 1647. die 20. Junij.

Et fratres Augustus Dux Saxoniæ Hallensis, Christianus Mersburgensis, Mauritius Naumburgensis.

## §. XI.

## *Origo Marchionum Brandeburgi Electorum.*

*Schema Geminum.*

Albertus Sapiens Landgravius Alsatiæ, & Comes Habspurgicus.

Rudolphus I. Imp. Habspurgicus.
Mechtildis Uxor Ludovici Severi Ducis Bavariæ, qui ob. an. 1294.
Ludovicus IV. Imperator Bavarus obiit anno 1347.
Stephanus Dux Bavariæ, obiit anno 1375.
Fridericus Dux Bavariæ, obiit anno 1393.
Elisabetha, cujus Maritus ----------

Elisabetha (aliis Clementia) Uxor Eitelfriderici Comitis à Zollern.
Fridericus Burggravius Norimbergensis, obiit anno 1290.
Fridericus II. Burggravius Norimbergensis, obiit anno 1330.
Albertus Burggravius Norimbergensis, obiit anno 1361.
Fridericus IV. Burggravius Norimbergensis, obiit anno 1371.
Fridericus IV. Burggravius, primus Elector Brandeburgicus, obiit anno 1441.

Fridericus Crassus, à quo Principes ab Hochenzollern.

Albertus Achilles Elector Brandeburgicus, obiit Anno 1486.
Joannes Elector Brandeburgicus, obiit an. 1499.
Joachimus I. Elector Brandeburg. obiit an. 1535.
Joachimus II. Elector Brandeburg. obiit an. 1571.
Joannes Georgius Elector Brandeburg. ob. an. 1598.

Christianus Marchio Brandeburgicus ob. an. 1611.
Joachimus Fridericus Elector, obiit anno 1608.
Joachimus Ernestus Marchio, obiit anno 1625.

* Magdalena Sibylla Ux. Joan Georgii Duc. Saxoniæ.
Anna Maria Uxor Joan. Anton. Princ. ab Eggenberg.
Erdmanus Augustus Uxor Sophia Brandeburg.

** Joannes Sigismundus Elector Brandeb. obiit anno 1619.

)( Albertus Marchio Brandeb. Onspacensis.

Georgius Wilhelmus Elector Brandeburg. obiit anno 1640.

Fridericus Wilhelmus Elector Brandeburg.

Brandeburgici Marchiones primæ stirpis fuerunt Comites Wethinenses ex posteritate Widekindi Ducis Saxonum primi Christiani : quorum Hugo primus Elector sine prole defunctus, patrueli Theodorico Electoratum reliquit, qui anno 1020. in exilium actus masculâ sobole destitutus, vt refert Henninges P. 2. fol. 10. Atverò alibi primam Brandeburgicorum Marchionum familiam (& melius) deducit ex Comitibus Mersburgicis, & Ringelheimensibus, quos defeciſſe tradit anno 965. translato Marchionatu ad Wittinenses, de quibus suprà. Pulso verò in exilium Theodorico ad Burggravios Soraborum Marchiones Landspergenses ejusdem radicis devolutus est titulus Marchionum, & Electorum Brandeburgensium, mox ad Marchiones Stadenses, & Dominos Ditmarsiæ, qui anno 1142. extincti sunt. Tertia porrò Marchionum Brandeburgicorum familia cœpit eodem anno 1142. ex Comitibus Ascaniæ & Ballenstedii, primusque Elector renuntiatus est à Friderico I. Imp. Albertus Vrsus Comes Ascaniæ & Ballenstedij, Dominus Bernburgi & Marchio Salisquellensis, cujus duo filij alter Otto successit in Electoratu Brandeburgico, alter Bernardus creatus est Elector Saxoniæ. Postremus hujus familiæ Brandeburgicus Elector obiit anno 1322. Woldemarus II. cui mox successorem in Electoratu & Marchia subrogavit Ludovicus Bavarus Imperator Ludovicum seniorem filium suum, dein juniorem Ludovicum Romanum, demum Otto fratrum tertius Marchionatum vendidit Carolo IV. Imperatori, hic filio Sigismundo eum contulit. Tandem an. 1417. Sigismundus jam Imperator ob insignia belli domique præstita servitia Friderico IV. Burggravio Norimbergensi, Marchionatum simul cum Electoris dignitate contulit, in cujus familia adhuc perseverat, hodie dum hæc scribimus ingentibus victoriarum trophæis glorioſa; cui proinde exhibeo aliud

*Schema II. Geminum.*

Rudolphus I Imperator Habspurgicus, obiit anno 1291.

Albertus I. Imperator, obiit anno 1308.

Albertus II. Sapiens Dux Austr. obiit anuo 1358.

Albertus III. Dux Austriæ, obiit anno 1395.

Albertus IV. Archidux Austriæ, obiit anno 1404.

*

Mechtildis Uxor Ludovici Severi, qui obiit anno 1294.

Ludovicus Bavarus Imperator, obiit anno 1347.

Stephanus Fibulatus Dux Bavar. obiit anno 1375.

Fridericus Landshutanus Dux Bav. obiit anno 1393.

)( Elisa-

Albertus I. Imperator II. obiit anno 1439. ★

Elisabetha Uxor Friderici Marchionis Brandeburgici, qui obiit anno 1441. )(

Elisabetha Ux. Casimiri Regis Poloniæ, qui ob. an. 1492.

Anna Uxor Wilhelmi Ducis Saxoniæ.

Albertus Achilles Marchio Brandeburg. obiit anno 1486.

Sigismundus Rex Poloniæ, obiit an. 1548.

Margaretha cujus Maritus

Joannes III. Marchio Elector Brandeburg. obiit anno 1499.

Fridericus V. Marchio Brandeburgicus, obiit anno 1536.

Joachimus I. Elector Brandeburg. obiit anno 1535.

Georgius II. Pius Marchio Brandeburgitus, obiit anno 1543.

Hedwigis Polona cujus Maritus

Joachimus II. Elector Brandeb. obiit anno 1571.

Joannes Georgius Elector, Brandeburgicus, obiit anno 1598. Uxor ejus

Sabina Brandeburgica.

Joachimus Fridericus Elector Brandeburg. ob. an. 1608.

Joannes Sigismundus Elector Brandeb. ob. an. 1619.

Georgius Wilhelmus Elector Brandeb. obiit an. 1640.

Fridericus Wilhelmus Elector Brandeburgicus.

## *Schema III. triplex.*

Rudolphus I. Imperator Habspurgicus, ob. 1291.

Albertus I. Imperator Austriacus, obiit anno 1308.

Albertus II. Sapiens Dux Austriæ, obiit anno 1358.

Albertus III. cum Trica, Dux, obiit anno 1395.

Leopoldus III. Dux Austriæ, obiit anno 1386.

Albertus IV. Mirabilia Mundi, obiit anno 1404.

Ernestus Archidux Austriæ, obiit anno 1424.

Albertus II. Imperator, obiit anno 1439.

Fridericus IV. Imperator, obiit anno 1493.

Margareta Uxor Friderici Placidi Electo. Saxon. qui ob. an. 1464.

Elisabetha Uxor Casimiri Regis Poloniæ, qui ob. an. 1492.

Maximilianus I. Imperator, obiit anno 1519.

Ernestus Dux Saxoniæ Elector, obiit anno 1486.

Sophia Uxor Friderici V. Marchio: Brandeburgici, qui obiit anno 1536.

Philippus I. Rex Hispaniæ Archidux Austriæ, obiit anno 1506.

Christina Uxor Joannis Regis Daniæ, qui obiit anno 1513.

Albertus Marchio Brandeburgicus Dux Borussiæ, obiit anno 1568.

Ferdinandus I. Imperator obiit anno 1564.

Elisabetha Uxor Joachimi I. Electoris Brandeburgici, qui obiit anno 1535.

Maria Uxor Gulielmi Ducis Juliacensis, qui ob. an. 1585.

Joannes Prudens Marchio Brandeburgicus, ob. an. 1571.

Albertus Fridericus Marchio Brandeburgicus, qui obiit anno 1600. Uxor

Eleonora Juliacensis.

Catharina Uxor Joachimi Friderici March. Brandeburgici, qui obiit anno 1608.

Anna Brandeburgica, cujus Maritus

Joannes Sigismundus Elector Brandeburgicus, obiit anno 1619.

Georgius Wilhelmus Elector Brandeburgicus obiit an. 1640.

Fridericus Wilhelmus Elector Brandeburgicus.

## §. XII.

## *Origo Principum Anhaltinorum ex Habſpurgo-Auſtriacis.*

*Schema Tergeminum.*

Rudolphus I. Imperator Habſpurgicus.

- Albertus I. Imperator.
  - Albetus II. Sapiens Dux.
    - Albertus III. cum Trica
      - Albertus IV. Archidux
        - Albertus II. Imperator
          - Anna Vxor Wilhelmi Ducis Saxoniæ
            - Margareta Vxor Joannis Electoris Brandeb. qui obiit anno 1499.
              - Joachimus Elector Brand. obiit anno 1535.
                - Margareta . cujus maritus ---------- Joachimus Erneſtus Princeps Anhaltinus ob. anno 1586.
    - Leopoldus Probus Dux
      - Erneſtus Ferreus Archid.
        - Margareta Vxor Friderici II. Electoris Saxoniæ
          - Anna Vxor Alberti Achillis Electoris Brandeburg.
            - Vrſula Vxor Henrici D. in Münſterberg.
              - Margareta , cujus maritus --- Erneſtus Princeps ab Anhalt. obiit anno 1516.
                - Joannes Princeps ab Anhalt. obiit anno 1551.
- Agnes Vxor Alberti II. Electoris Saxoniæ, qui obiit anno 1312.
  - Rudolphus I. Elector Saxoniæ, qui obiit anno 1356.
    - Beatrix Vxor Alberti junioris Principis ab Anhalt cognati, qui obiit poſt annum 1362.
      - Joannes Princeps ab Anhalt.
        - Sigiſmundus Princeps ab Anhalt, obiit poſt annum 1405.
          - Georgius Princeps ab Anhalt, obiit anno 1474.

Joachimus Erneſtus Princeps Anhaltimus ob. anno 1586.

- Joannes Georgius
  - Joannes Caſimirus
    - Joan. Georg. Mauritius & Ludovicus. Deſſavienſes.
- Rudolphus
  - Joan. Princ, in Zerbſt.
- Auguſtus Princ. Anhalt.
  - Lebrecht cum fratribus in Plotzgau.
- Ludovicus
  - Wilhelmus Lud. in Cœten.
    - Carolus Vrſinus' & fratres Erdmannus Gedeon. & plures alij.
- Chriſtianus.
  - Chriſtianus
  - Fridericus
    - Wilhelmus. Victor Amadæus.

Radix Principum Anhaltinorum ſunt Duces Saxoniæ. Primus eorum fuit Henricus filius Bernardi Ducis Saxoniæ ex Jutta filia D. Canuti Regis Daniæ, Princeps Harciniæ in Anhalt à Friderico I. Imperatore inſtitutus, Comes Aſcaniæ, Ballenſtedij, & Wœlpæ, Dynaſtæ Bernburgenſis. floruit anno 1230. obiit 1257. Reliquit copioſam prolem, Sigiſmundus filius fuit Alberti ſenioris pater, junioris avus, quem in tabula repoſuimus maritum Beatricis, quæ fuit proneptis Rudolphi Imperatoris

Henning. P. 2. Germ. fol. 186.

## §. XIII.

## *Origo Marchionum Badenſium & Durlacenſium ex Habſpurgo-Auſtriacis.*

DIſputant Geneographi de prima origine Marchionum Badenſium, cùm alij à Veronenſibus ortos ſuſpicantur, alij ab Habſpurgicis immediatè. Hen-

Henninges ità orditur illorum Geneſim : *Hermannus Marchio Veronenſis, qui Imperatori Friderico Barbaroſſæ militans, cum ipſo Italiâ relictâ Germaniam ingreſſus eſt circa Annum* 1155. ubi ducta in Uxorem Imutha, vel Juditha poſtremi Badenſis Marchionis filia conſedit, & inveſtitus eſt S. R. I. Marchio Badenſis. Atuerò Pieſpordius, & poſt eum Bucelinus Hermannum authorem Budenſium non Italum Veronenſem, ſed Germanum Habſpurgicum fuiſſe affirmat; quod & mihi credibilius eſt : quia nec conſtat de ullis Marchionibus Veronæ ante tempora Friderici I. Imp. nec conſtat de ullis anterioribus Marchionibus Badenſibus. Si qui tamen fuerunt, ij potius Germani, quam Itali fuiſſe cenſendi, Damus hic utramque originem.

*Schema I.*

## *Ad mentem Pieſpordij, Bucelini, &c.*

Betzo Comes Habſpurgicus, Anno 992. dictus aliis Lancelinus, & Landolus.

- Landolus II. Comes Habſpurgicus
  - Bertholdus Barbatus Comes Habſpurgicus Zaringiæ conditor, anno 1078.
    - Hermannus Marchio appellatus ſine alio prædicato obiit anno 1082.
      - Hermannus II. per Juditham hæredem Comitatus Badenſis, & Hochbergenſis, Marchio Badenſis : à quo cœteri vſque ad hodiernos continuatâ ſerie, obiit anno 1150.
    - Bertholdus II. Zaringenſium propagator.
- Radepoto Comes Habſpurgicus à quo recta ſerie hodierni Habſpurgo-Auſtriaci.

*Schema II. indubitatum.*

- Rudolphus I. Imperator Habſpurgicus ob. an. 1291.
  - Albertus I. Imperator obiit anno 1308.
    - Albertus II. Sapiens Dux obiit anno 1358.
      - Leopoldus Probus Dux obiit anno 1386.
        - Erneſtus Ferreus Archidux obiit anno 1424.
          - Catharina Auſtriaca Vxor Caroli Marchionis Badenſis, qui obiit anno 1475.
            - Chriſtophorus Marchio Badenſis ob. an. 1527.
              - Erneſtus Marchio Durlacenſis obiit anno 1552.
                - Carolus Marchio Durlac obiit anno 1577.
                  - Georgius Fridericus Durlacenſis obiit anno 1538.
              - Bernardus Marchio Badenſis obiit anno 1566.
                - Chriſtophorus March. Badenſis obiit anno 1575.
                  - Edvardus Fortunatus Marchio Badenſis obiit anno 1600.

* Fridericus Marchio Durlac. ob. An. 1659.

Fridericus Carolus Guſtavus Adolphus fratres, & plures ſorores.

)( Wilhelmus Marchio Badenſis natus Anno 1593.

Ferdinandus-Maximilianus, Leopoldus Wilhelmus, & Philippus Sigiſmundus fratres, & plures liberi.

*Schema III. æquè certum.*

Rudolphus I. Imperator Habſpurgicus.

Albertus I. Imperator Habſpurgicus.

Gutta Uxor Ludovici VII. Comitis ab Oetting.

Albertus Comes ab Oetting, circa annum 1354. obiit.

Ludovicus X. Comes ab Oetting, obiit anno 1354.

Ludovicus XI. Comes ab Oetting, obiit anno 1370.

Ludovicus XII. Comes ab Oetting, obiit anno 1440.

Anna Ux. Bernardi I. March. Badenſis, qui ob. an. 1436.

Jacobus Marchio Badenſis, obiit anno 1453.

Carolus I. Marchio Badenſis. Uxor Catharina Auſtriaca, de cujus poſteris ſupra Schemate II.

Addi poſſent etiam alij nexus cum ſtirpe Marchionum & Ducum Auſtriæ Babenbergicorum, quos inter & Habſpurgicos interceſſit Marchio Hermannus Badenſis cum filio Friderico in Auſtriæ gubernatione, quæ tandem etiam titulo cognationis ad Habſpurgicos pervenit. Cum aliis item familiis, quæ Habſpurgicæ ſunt inſertæ poſſent plures depromi origines, ſed una inſtar omnium erit, nulli hactenus obſervata, quæ ſimul erit approbatio primæ Opinionis quæ Badenſes ex Habſpurgicis immediatè derivat. Sic ergo.

*Schema IV. Tergeminum.*

Betzo aliis dictus Lancelinus, & Landolus Comes Habſpurgicus, Anno 992.

Landolus II. Comes Habſpurgicus, anno 1036.

Bertholdus I. Barbatus Conditor Zäringiæ Habſpurgicus, anno 1078.

Hermannus Marchio dictus, Habſpurgicus, anno 1120.

Hermannus II. Marchio I. Badenſis per Uxorem Juditham, anno 1150.

Hermannus III. cogn. Parvus Marchio Bad. anno 1170.

*

Bertholdus II. Dux Zaringiæ, & poſteri Duces,

Radepoto Comes Habſpurgicus, anno 1030.

Wernerus I. Comes Habſpurgicus, anno 1096.

Otto Comes Habſpurgicus, anno 1110.

Wernerus II. Comes Habſpurgicus, anno 1130.

Wernerus III. Comes Habſpurgicus, anno 1153.

)(

Herman-

Hermannus III. cogn. Parvus Marchio Badend. Anno 1170.

Hermannus IV. Marchio Badenſ. an. 1190.
Rudolphus III. March. Badenſ. anno 1280.
Hermannus VI. March. Badenſ. anno 1291.
Rudolphus VII. Marchio Badenſ. anno 1341.
Rudolphus VIII. Marchio Badenſ. anno 1360.
Rudolphus IX. Marchio Badenſ. anno 1372.
Bernardus I. Marchio Badenſ. anno 1436.
Jacobus Marchio Badenſis, anno 1453.
Carolus Marchio Badenſis, cujus Uxor

Henricus Marchio Hochbergenſis, ob. an. 1212.
Burchardus I. Horchberg. anno 1237.
Burchardus II. Hochberg. anno 1256.
Anna Hochbergica, cujus maritus

Wernerus III. Comes Habſpurgicus, anno 1153.
Adalbertus Comes Habſpurgicus, obiit anno 1199.
Rudolphus Comes Habſpurgicus. anno 1232.
Albertus Sapiens Com. Habſpurg. anno 1240.
Rudolphus I. Imper. Habſpurgicus, anno 1291.
Albertus I. Imperator, anno 1308.
Albertus Sapiens Dux Auſtriæ, anno 1358.
Leopoldus Probus Dux Auſtriæ, anno 1386.
Erneſtus Archidux Auſtriæ, anno 1424.
Catharina Auſtriaca.

Chriſtophorus Marchio Badenſis, & reliqui in Schemate I. uſque ad hodiernos.

## §. XIV.

## *Origo Ducum Brigenſium, & Lignicenſium ex Habſpurgo-Auſtriacis.*

*Schema unicum.*

Rudolphus I. Imperator Habſpurgicus
Gutta Vxor Wenceslai Regis Bohemiæ.
Margareta Vx. Boleslai Ducis Brigenſis & Lignic.
Ludovicus Dux Brigenſis & Lignicenſis.
Henricus Stigmaticus Dux Lignicenſ.
Henricus Dux Lubenſis.
Ludovicus Dux Lubenſis
Joannes Dux Lignicenſis.
Fridericus I. Dux Lignicenſis
Fridericus II. Dux Lignicenſis
Georgius Dux Lignicenſis obiit anno 1586.

Joannes Fridericus Dux Lignicenſis obiit anno 1596.

Joannes Georgius Dux Lignicenſis

)( Joannes Christianus Dux Lignicensis, natus anno 1591.

Georgius Dux.

Dorothea Uxor N. Principis Nassovij de Dillenberg.

★ Georgius Christophorus Dux Lignicensis, natus anno 1583.

## §. XV.

## *Origo Ducum Brunsuicensium, & Lunæburgensium ex Habspurgo-Austriacis.*

### *Schema Geminum.*

Rudolphus I. Imperator Habspurgicus, obiit Anno 1291.

Albertus I. Imperator, obiit anno 1308.

| | |
|---|---|
| Albertus II. Sapiens Dux Austriæ obiit anno 1358. | Anna Uxor Hermanni Longi Marchio: Brandeburgici, qui obiit anno 1308. |
| Leopoldus Dux Austriæ, obiit anno 1386. | Agnes Uxor Waldemari Electoris Brandeburg. qui obiit anno 1319. |
| Ernestus Archidux Austriæ, obiit anno 1424. | Catharina Uxor Torquati Magni Ducis Brunsuicensis, qui obiit anno 1373. |
| Margareta Uxor Friderici Elect. Saxoniæ, qui ob. an. 1464. | Bernardus Dux Lunæburg. obiit anno 1434. — Henricus Dux Brunsuicensis, obiit anno 1416. |
| Ernestus Elector Saxoniæ obiit anno 1486. | Fridericus Dux Lunæburg. obiit anno 1478. — Wilhelmus Victoriosus Dux Brunsui. obiit anno 1482. |
| | Otto Dux Lunæburgicus, obiit anno 1471. — Wilhelmus Junior Dux Brunsuic. obiit anno 1495. |
| Margareta cujus maritus ------- | Henricus Dux Lunæburgicus, ob. anno 1532. — Henricus Senior Dux Brunsuic. obiit anno 1514. |
| | Ernestus Dux Lunæburgicus, ob. anno 1546. — Henricus Junior Dux Brunsuic. obiit anno 1568. |
| Henricus Dux de Danneberg. obiit anno 1598. | Wilhelmus Dux Lunæbur. obiit anno 1592. — Julius Dux Brunsuicensis. obiit anno 1589. |
| Augustus Dux Lunæburg in Danneberg, & Wolfenbittel. | Georgius Dux Lunæbur- obiit anno 1640. — Henricus Julius Dux Brunsuic. obiit anno 1613. |
| Rudolphus Augustus, Antonius Ulricus, Ferdinand. Albertus, } Fratres. | Georgius Wilhelmus Dux Luneb. in Zell. Joannes Fridericus in Hannover. } Fratres. — Fridericus Ulricus Dux Brunsuic. ob. an. 1634. & fratres. Henricus Julius ob. an. 1606. Christian. ob. an. 1626. Rudolphus. |

## §. XVI.

## *Origo Hassiæ Landgraviorum ex Habspurgo-Austriacis.*

### *Schema I. Geminum.*

Rudolphus I. Imperator Habspurgicus, obiit anno 1291.

| | |
|---|---|
| Albertus I. Imperator obiit anno 1308. | Mechtildis Vxor Ludovici Severi Ducis Bavariæ. |
| Albertus II. Sapiens Dux obiit anno 1368. | Ludovicus IV. Imperator Bavarus. |
| ★ | )( |

Alber-

Albertus III. cum Trica Dux obiit anno 1395.

Albertus IV. Mirabilia Mundi Archid. obiit anno 1404.

Albertus II. Imperator Auſtriacus, obiit anno 1439.

Eliſabetha Vxor Caſimiri Regis Poloniæ qui obiit anno 1492.

Barbara Vxor Georgij Ducis Saxoniæ, qui obiit anno 1539.

Chriſtina Saxonica, cujus maritus ——— Philippus Landgravius Haſſiæ ob. an. 1567.

Mechtildis Vxor Friderici Severi Machionis Miſniæ.

Fridericus Bellicoſus Marchio Miſniæ.

Anna Vxor Ludovici Pacifici Landgr. Haſſiæ qui obiit anno 1462.

Ludovicus Landgravius Haſſiæ obiit anno 1471.

Wilhelmus Landgravius Haſſiæ, obiit anno 1509.

Wilhelmus Landgravius Haſſiæ in Caſſel. obiit anno 1592.

Mauritius Landgr. Haſſiæ Caſſel. obiit anno 1632.

Wilhelmus Landgrav. Haſſ. Caſſel. Hermannus. Fridericus & alij fratres

Georgius Landgr. Haſſiæ in Darmſtatt, obiit anno 1596.

Fridericus & plures fratres

Wilhelmus in Homburg.

Ludovicus Fidelis obiit anno 1626.

Georgius Landgr. Haſſ. Darmſtatt.

Ludovicus, & Georgius.

Philippus, natus anno 1582. ob. an 1643.

Fridericus S. R. E. Cardinalis.

## *Schema II. Geminum.*

## *Landgraviorum in Caſſel.*

Rudolphus I. Imperator Habſpurgicus obiit, anno 1291.

Albertus I. Imperator. obiit anno 1308.

Albertus II. Sapiens Dux, obiit an. 1358.

Albertus III. cum Trica Dux Auſtr. obiit anno 1395.

Albertus IV. Archidux. obiit anno 1404.

Albertus II. Imperator obiit an. 1439.

Eliſabetha Vxor Caſimiri Regis Poloniæ, qui obiit anno 1492.

Barbara Vxor Georgij Ducis Saxoniæ, qui obiit anno 1539.

Chriſtina Vxor Philippi Landgravij Haſſiæ, qui obiit anno 1567.

Wilhelmus Landgrav: in Caſſel. Vxor ———

Leopoldus Dux Auſtriæ obiit anno 1386.

Erneſtus Ferreus Archidux, obiit anno 1424.

Fridericus IV. Imperator ob. an. 1493.

Chunegundis Vxor Alberti D. Bavar. qui obiit anno 1508.

Sabina Vxor Vlrici Ducis Wirtenberg, qui obiit anno 1550.

Chriſtoph. Dux Wirtenbergiæ, obiit anno 1568.

Sabina Wirtenbergica. ob. an. 1592.

Mauritius Landgravius Haſſiæ, obiit anno 1632.

Wilhelmus Landgravius Haſſiæ natus, anno 1602.

Erneſtus Landgrav. Haſſiæ Reinfels.

Wilhelmus Landgravius Haſſiæ Caſſel.

Charlotta Vxor Caroli Ludovici Palatini Rheni Electoris.

*Schema III.*

## *Landgraviorum in Darmſtatt.*

Ferdinandus I. Imperator Auſtriacus

|

Marria Uxor Gulielmi Ducis Cliviæ, qui obiit 1585.

|

Leonora Uxor Alberti Friderici Marchionis Brandeburgici, qui ob. anno 1600.

|

Magdalena Sibylla Vxor Joannis Georgij Electoris Saxoniæ, qui ob. an. 1656.

|

Sophia Eleonora Vxor Georgij Landgravij Haſſiæ Darmſtadenſis.

|

Ludovicus Georgius Landgr. Haſſiæ Darmſtadij

## §. XVII.

## *Origo Ducum Hetruriæ ex Habſpurgo-Auſtriacis.*

*Schema Geminum.*

Maximilianus I. Imperator Auſtriacus, obiit anno 1516.

|

Philippus I. Rex Auſtriacus, ob. anno 1505.

| | |
|---|---|
| Ferdinandus I. Imperator Auſtriacus, obiit anno 1564. | Iſabella Vxor Chriſtiani II. Regis Daniæ. |
| Carolus Archidux, obiit anno 1590. | Joanna Vxor Franciſci II. Magni Ducis Hetruriæ filii Coſmi, ille ob. an. 1587. |
| Magdalena Archidux Auſtriæ, cujus maritus | Ferdinandus Magnus Dux Hetruriæ Franciſci frater bujus Vxor |
| | Coſmus II. Dux Magnus Hetruriæ, obiit anno 1620. |
| | Ferdinandus II. Magnus Dux Hetruriæ Vxor Victoria de Rovere ſoror uterina Ferdinandi Caroli Archiducis Tyrolenſis ex eadem matre Claudia. |
| | Coſmus III. Magnus Dux Hetruriæ. |

| | |
|---|---|
| | Chriſtina Vxor Franciſci I. Ducis Lotharingiæ, qui obiit anno 1590. |
| | Carolus Dux Lotharingiæ |
| | Chriſtina (alijs Catharina) Lotharinga. |

## §. XVIII.

## *Origo Ducum Holſatiæ ex Habſpurgo-Auſtriacis.*

*Schema Geminum.*

Rudolphus I. Imperator Habſpurgicus.

| | |
|---|---|
| Mechtildis Uxor Ludovici Severi Ducis Bavariæ, qui obiit anno 1294. | Agnes Uxor Alberti II. Ducis Saxoniæ, qui obiit anno 1311. |

Ludovicus Bavarus Imperator, obiit anno 1347.

Stephanus Dux Bavariæ, obiit anno 1375.

Fridericus Dux Bavariæ obiit obiit anno 1393.

Eliſabetha Vxor Friderici I. Electoris Brandeburgici, qui obiit an. 1441.

Dorothea Brandeburgica, maritus ejus

Anna Uxor Henrici Leonis D. Mechelburgici, qui obiit anno 1329.

Anna Uxor Henrici Ferrei Comitis Holſatiæ, qui obiit anno 1381.

Gerardus Comes Holſatiæ, Dux Steſwiceuſis, obiit anno 1404.

Hedwigis Vxor Theodorici Comitis Oldenburgici, obiit anno 1440.

Chriſtianus I. Rex Daniæ ob. an. 1482.

Fridericus I. Rex Daniæ obiit anno 1533.

Chriſtianus III. Rex Daniæ

Joanues Dux Holſatiæ in Sunderburg.

Philippus — Chriſtianus in Glükhsburg & fratres

Fridericus — Joannes Bugislaus.

Alexander — Chriſtianus & fratres — Chriſtianus Adolphus.

Philippus Ludovicus

Adolphus Dux Holſatiæ in Gottorp. obiit anno 1586.

Joannes Adolphus Dux Holſat. in Gottorp.

Fridericus Dux Holſatiæ in Gottorp. — Chriſtianus Albertus.

Joannes. — Joannes Auguſtus.

## §. XIX.

## *Origo Ducum Saxoniæ Lavenburgicorum ex Habſpurgo-Auſtriacis.*

### *Schema Geminum.*

Rudolphus I. Imperator Habſpurgicus obiit anno 1291.

Albertus I. Imperator obiit anno 1308.

Albertus II. Sapiens Dux Auſtriæ obiit anno 1358.

Leopoldus Probus Dux Auſtriæ obiit anno 1385.

Erneſtus Ferreus Archidux Auſtriæ, obiit anno 1424.

Margareta Vxor Friderici II. Electoris Saxoniæ, qui obiit anno 1464.

Albertus Dux Saxoniæ, qui obiit anno 1500.

Henricus Pius Dux Saxoniæ obiit anno 1541.

Sibylla Duciſſa Saxoniæ, cujus maritus

Anna Uxor Hermanni Longi Marchionis Brandeburgici, qui ob. an. 1308.

Agnes Vxor Woldemari Electoris Brandeburd. qui obiit anno 1319.

Catharina Vxor Magni Torquati Ducis Brunſuicenſis, qui obiit anno 1371.

Catharina Vxor Erici III. Ducis Saxon. Infer. Lavenburgici, qui obiit an. 1419.

Bernardus Dux Saxoniæ Infer. Lavenburg. obiit anno 1463.

Joannes Dux Saxoniæ infer. Lavenburg. obiit anno 1507.

Magnus Dux Saxoniæ infer. Lavenburg. obiit anno 1543.

Franciſcus I. Dux Saxoniæ infer. Lavenburgici, obiit anno 1544.

Franci-

Franciſcus II. Dux Saxoniæ infer. Lavenburgicus ob. an. 1543.

Franciſcus Carolus, alij plures. | Auguſtus Dux Sax. inf. Lavenb. | Julius Henricus

Joannes Adolphus Dux Saxoniæ Infer. Lavenburg. | Franciſcus Erdmannus, & fratres.

## §. XX.

## *Origo Landgraviorum Leuchtenbergicorum ex Habſpurgo-Auſtriacis.*

Rudolphus I. Imperator Habſpurgicus.

Albertus I. Imperator.

Gutta Vxor Ludovici VIII. Comitis ab Oetting, qui obiit anno 1316. | Albertus II. Sapiens Dux Auſtriæ obiit anno 1358.

Albertus I. ab Oetting Comes obiit anno 1337. | Albertus III. cum Trica Dux Auſtriæ ob. an. 1395. | Leopoldus Probus Dux Auſtriæ obiit anno 1386.

Ludovicus X. Comes ab Oetting, obiit anno 1354. | Albertus IV. Archidux obiit anno 1404. | Erneſtus Archidux obiit anno 1424.

Imagina Vxor Alberti Landgravij Leuchtenb. flo. an. 1396. | Albertus II. Imperator obiit anno 1439. | Catharina Vxor Caroli Marchion. Badenſis qui obiit anno 1475.

Leopoldus Landgravius Leuchtenbergicus ob. anno 1436. | Eliſabetha Vxor Caſimiri Regis Polon. ob. an. 1492. | Chriſtophorus Marchio Badenſis, obiit anno 1527.

Fridericus Landgr. Leuchtenbergicus, ob. anno 14.. | Sophia Vxor Friderici V. Marchion. Brandeburg, qui obiit anno 1536. | Bernardus Marchio Badenſis, obiit anno 1566.

Joannes Landgr. Leuchtenberg. obiit anno 1531.

Georgius Landgr. Leuchtenberg, obiit anno 1555. Vxor -------- Barbara Brandeburgica | Philibertus Marchio Badenſis obiit anno 1569.

Ludovicus Henricus Landgra. Leuchtenberg. ob. an. 1587.

Georgius Ludovicus Landgrav. Leuchtenb. obiit anno 1613. Vxor ---------- Maria Salome Badenſis

Georgius Fridericus Landgr. Leuchtenb. | Wilhelmus Landgr. Leuchtenb | Rudolphus Landgrav. Leuchtenberg.

Maximilianus Adamus Landgrav. Leuchtenberg.

## §. XXI.

## *Origo Ducum Lotharingiæ ex Habſpurgo-Auſtriacis.*

LOtharingia à Lothario Rege filio Lotharij I. Imperatoris, nepote Ludovici Pij, pronepote Caroli Magni dicta eſt, cùm prius Auſtraſiæ pars eſſet. Habuit ſuos Duces ante Carolum Magnum ſub nomenclatura Auſtraſiorum & Moſellanorum. Prima ſtirps ab Ansberto Romano, & Blithilde Clotharij Magni Regis Merovingici filia deducta vſque ad annum Chriſti 1075. perſeveravit,

veravit, & in Gottofredo Gibbere Duce Lotharingiæ defecit, cujus ſoror Ida Ducatum & titulum ad Bononienſes Comites per connubium tranſtulit. Altera ſtirps per Euſtachium Bononienſem continuata in Jolanthe Duciſſa Andegavenſi nepte Caroli Audacis extincta eſt, translato Ducatu ad Renatum Guiſium cognatum, & maritum Jolanthis jam dictæ. Tertia denique ſtirps ab hoc Renato Guiſio ad hodiernos ſuperſtites Duces continuatur. Horum omnium ſeriem à Carolo M. parallelam Habſpurgicis ſalvâ horum prærogativâ hic libet exhibere.

*Schema I.*

## *Origo Ducum Lotharingiæ à Carolo Magno.*

Chifflet. in Comment. Lothar.

Carolus Magnus Imperator.

Ludovicus Pius Imperator.

Carolus Calvus Imperator.

Ludovicus Balbus Imperator.

Carolus Simplex Rex.

Ludovicus Tranſmarinus Rex.

| | |
|---|---|
| Carolus Dux Lotharingiæ excluſus à reg. per Hugonem Capetum, ob. an. 1001. | Mathildis Vxor Conradi Regis Burgundiæ. |
| Ermingardis Vxor Alberti I. Comitis Namurcenſis. | Gerberga Vxor Hermanni Ducis Sueviæ. |
| Hadwidis Vxor Gerardi Alſatij Ducis Lotharing. ſuperioris, qui ob. circà an. 1070. | Mathildis Vxor Friderici II. Ducis Lotharingiæ Moſellanicæ, obiit anno 1024. |
| Itha Vxor Radepotonis Comitis Habſpurgici, qui ob. circà an. 1050. | Sophia Comitiſſa Barri Vxor Ludovici Comitis Montisbeligardi. |
| Wernerus I. Comes Habſpurgicus, obiit anno 1096. | Theodoricus Comes Montisbeligardi, obiit anno 1105. |
| Otto Comes Habſpurgicus, obiit anno 1110. | Rainaldus I. Comes Barri, obiit anno 1149. |
| Wernerus II. Comes Habſpurgicus, obiit anno 1130. | Reinaldus II. Comes Barri, obiit anno 1173. |
| Wernerus III. Comes Habſpurgicus, obiit anno 1159. | Theobaldus I. Comes Barri, obiit anno 1216. |
| Albertus Comes Habſpurgicus, obiit anno 1199. | Henricus II. Comes Barri, obiit anno 1240. |
| Rudolphus Comes Habſpurgicus, obiit anno 1232. | Theobaldus II. Comes Barri, obiit anno 1277. |

Albertus Comes Habſpurgicus, obiit anno 1240. (*)

Rudolphus I. Imperator Habſpurg. à quo omnes hodierni Archiduces.

Henricus III. Comes Barri obiit anno 1301. (X)

Eduardus I. Comes Barri, obiit anno 1336.

Henricus IV. Comes Barri, obiit anno 1344.

Robertus I. Dux Barri, obiit anno 1351.

Jolanthe Barri hæres, Uxor Joannis Regis Aragoniæ qui obiit anno 1397.

Jolanthe Aragonia Uxor Ludovici Ducis Andegavenſis, qui obiit anno 1416.

Renatus I. Dux Andegavenſis & Barri, qui ob. an. 1482. Uxor Iſabella Caroli Ducis Lotharingiæ filia hæres.

Jolanthe filia Renati & Iſabellæ poſt fratrem hæres Lotharingiæ, Uxor Friderici Ducis Guiſij, qui obiit an. 1470. ipſa verò anno 1483.

Renatus II. Dux Lotharingiæ & Barri, obiit anno 1508.

Antonius II. Dux Lotharingiæ & Barri, obiit anno 1544.

Claudius Dux Guiſiæ, ob. anno 1550. caput Ducum Guiſiæ, Meduanæ, Aumaliæ, &c.

Franciſcus I. Dux Lothar. & Barri, obiit anno 1545.

Carolus II. Dux Lotharing. & Barri, obiit anno 1608.

Nicolaus Dux Mercurij Comes Vaudanimontis, ob. an. 1576.

Carolus Comes de Chaligny pater Henrici Marchionis de Moüy, & Franciſci Epiſcopi Virdunenſis.

Henricus Dux Lotharingiæ & Barri ſine maſcula prole.

Franciſcus II. Dux Lothar. & Barri, ob. an. 1632.

Chriſtina Uxor Ferdinandi Magni Ducis Hetruriæ.

Nicolea cujus maritus ----- Carolus Dux Lotharingiæ.

Nicolaus Franciſcus Dux Lotharingiæ.

Ferdinandus Philippus

Carolus Nicolaus.

Ex hoc Schemate licet per fæminas ter interrupta ſit linea Ducum Lotharingiæ, apparet tamen quomodo hodierni Duces à Carolo Magno ſanguinem participaverint, remanente Auſtriacis hâc prærogativa, quòd poſt Itham Radepotonis conjugem linea maſculina in hodiernum diem nunquam ſit interrupta. Jam verò oſtendamus, quomodo ijdem Duces Lotharingiæ Originem trahant ex Habſpurgo-Auſtriacis: de quo ſit

*Schema II. Tergeminum.*

Rudolphus I. Imperator Habſpurgicus.

Albertus I. Imperator. (*)

Mechtildis Uxor Ludovici Severi Ducis Bavariæ.

Alber-




## *Schema III. Tergeminum.*




# §. XXII.

# *Origo Ducum Mantuæ ex Habſpurgo-Auſtriacis.*

## *Schema multiplex.*



* Fridericus II. Burggrav. Norimberg. obiit anno 1330.
Albertus Burggrav. Norimberg. obiit anno 1357.
Fridericus IV. Burggrav. Norimb. obiit anno 1371.
Fridericus V. Burggravius, primus Marchio Brandeburgicus Elector, obiit anno 1441.
Joannes I. Alchinista Marchio Brandeburg. obiit anno 1464.
Barbara Brandeburgic Maritus

** Elisabetha Uxor Obizonis VIII. Marchionis Estensis.
Alda Estensis Uxor Ludovici Gonzagæ Capitanei Mant. III. qui obiit anno 1382.
Franciscus Gonzaga Capitan. Mant. IV. qui ob. an. 1407.
Joannes Franciscus Gonz. Marchio I. Mantuæ ob. an. 1444.
Ludovicus Gonzaga March. II. Mantuæ, ob. an. 1478.

)( Ludovicus IV. Imperator Dux Bavar. obiit anno 1347.
Stephanus Fibulatus Dux Bavariæ, ob. anno 1375.
Joannes Dux Bavariæ, obiit anno 1397.
Ernestus Dux Bavariæ, obiit anno 1438.
Albertus III. Pius Dux Bavariæ, obiit anno 1460.

Rudolphus Gonzaga Princeps Castilionis.
Ludovicus Marchio Castilionis
Ferrantes seu Ferdinandus Marchio Castilionensis.

Fridericus Gonzaga Marchio III. Mantuæ, ob. an. 1484. Ux. Margareta Bavara.
Franciscus Gonzaga Marchio IV. Mantuæ, obiit anno 1519.
Fridericus Gonzaga Dux I. Mantuæ ob. anno 1540. die 28. Junij.

Albertus sapiens Dux Bavariæ. Uxor Chunegundis Austriaca filia Friderici IV. Imperat.

B. Aloysius Soc. JESU.
Christernus Marchio Castilionis, & poster.

Franciscus Gonzaga Dux II. Mantuæ. Uxor Catharina filia Ferdinandi I. Imperatoris sine prole.
Ludovicus Gonzaga Dux Nivernensis per Uxorem.
Gulielmus Gonzaga Dux III. Mantuæ, obiit anno 1587. Uxor Eleonora filia Ferdinandi I. Imperatoris.

Carolus I. Dux Mantuæ VI. post Franciscum V. Uxor Catharina Lotharinga.
Vincentius Dux Mantuæ IV. & Montisferrati.
Anna (aliis Margareta Uxor Alphonsi Ducis Ferrariæ.

Carolus II. Princeps Mantuæ mortuus ante patrem, cujus Uxor fuit
Leonora Uxor Ferdinandi II. Imperatoris.
Franciscus Gonzaga Dux V. Mantuæ.
Ferdinandus Dux Mant. sine prole.
Vinceptius Princeps Mantuæ sine prole.
Maria hæres Ducatus Mantuæ.
Ludovicus ob. infans.

Leonora Uxor Ferdinandi III. Imperatoris.
Carolus III. Dux Mantuæ VII. Uxor Clara Isabella Archidux Austriæ filia Leopoldi Principis Tyrolensis.
Franciscus Dux Niversius sine prole.
Carolus IV. Gonzaga Dux Mantuæ VIII.

## *Schema II.*

Ferdinandus Justus Rex Aragoniæ & Siciliæ, obiit anno 1416.

Alphonsus Rex Aragoniæ & Siciliæ obiit anno 1458.
Ferdinandus Rex Neapolis & Siciliæ obiit anno 1494.
Leonora Vxor Herculis I. Ducis Ferrariæ, qui obiit anno 1505.
Isabella Vxor Francisci Gonzagæ Marchionis IV. Mantuæ

*

Joannes II. Rex Navarræ obiit anno 1479.
Ferdinandus Catholicus Rex Aragoniæ dein totius Hispaniæ obiit anno 1516.
Joanna Uxor Philippi Archiducis Austriæ Regis Hispaniæ, qui obiit anno 1505.
Ferdinandus I. Imperator Austriacus obiit anno 1564.

)(

Fride-

Fridericus Dux I. Mantuæ, obiit anno 1540.

Guilelmus Gonzaga Dux Mantuæ cujus Vxor ---------- Leonora Auſtriaca

Joanna Auſtriaca Ux. Franc. Magni Ducis Hetruriæ

Carolus Archidux Princeps Styriæ &c.

Vincentius Dux Mantuæ & Montisferati cujus Vxor ---------- Leonora Florentina.

Franciſcus Gonzaga Dux Mantuæ Vxor Margareta Duciſſa Sabaudiæ.

Leonora Mantuana Vx. Ferdinandi II. Imperat.

Leopoldus Archidux Tyrolenſis Princeps

Maria hæres Mantuæ Vxor Caroli Ducis Nivernenſis

Leonora Mantuaua Vxor Ferdinandi III. Imperator:

Carolus III. Dux Mantuæ VII. Vxor ---------- Clara Iſabella Auſtriaca.

Carolus IV. Dux Mantuæ.

## §. XXIII.

## *Origo Ducum Megapolenſium ex Habſpurgo-Auſtr.*

*Schema Geminum.*

Rudolphus I. Imperator Habſpurgicus obiit anno 1291.

Albertus I. Imperator obiit an. 1308.

Albertus II. Sapiens Dux obiit anno 1358.

Albertus III. Dux Auſtriæ, obiit anno 1395.

Albertus IV. Archidux, obiit anno 1404.

Albertus II. Imperator, obiit anno 1439.

Eliſabetha Vxor Caſimiri Regis Poloniæ, qui obiit anno 1492.

Sophia Vx. Friderici Burgravii Norimbergenſis March. Brandeb. ob. an. 1536.

Albertus Marchio Brandeburg. obiit anno 1563.

Anna Sophia, cujus maritus ----------

Agnes Vxor Alberti II. Electoris Saxoniæ

Anna Vxor Henrici Leonis Ducis Megapolitani ſeu Mechelburgici.

Albertus Dux Megapolitanus obiit anno 1380.

Magnus Dux Megapolitanus, obiit anno 1384.

Joannes Dux Megapolitanus obiit anno 1419.

Henricus Pinguis Dux Megapolitanus obiit anno 1447.

Magnus III. Dux Megapolitanus, obiit anno 1507.

Albertus Dux Megapolitanus, obiit anno 1567.

Joannes Albertus Dux Megapolita: obiit anno 1476.

Joannes Dux Megapolitanus, obiit anno 1593.

Adolphus Fridericus Dux Mechelburgicus Schwerinenſis natus an. 1589.

Chriſtianus. Carolus. Joan. --- Georg. Guſtanus---Adolphus, & ſorores.

Joannes Albertus Dux Mechelburg. Guſtravienſis natus an. 1590. ob. an. 1636.

Joannes---Chriſtoph. Carolus---Henricus Joannes--Chriſtianus. Guſtavus--Adolph. &c.

## §. XXIIII.

## *Origo Ducum Sabaudiæ ex Habſpurgo-Auſtriacis.*

*Schema Tergeminum.*

Rudolphus I. Iuperator Habſpurgicus obiit anno 1291.

Albertus I. Imperator obiit anno 1308.

Albertus II. Sapiens Dux Auſtriæ, obiit anno 1358.

Leopoldus Probus Dux Auſtriæ obiit anuo 1386.

Henn. P. 1. fol. 161. Erneſtus Archidux Auſtriæ, obiit anno 1424.

Fridericus IV. Imperator, obiit anno 1493.

Maximilianus I. Imperator, obiit anno 1519.

Philippus I. Rex Hiſpaniæ, obiit anno 1505.

Carolus V. Imperator, obiit anno 1558.

Philippus II. Rex Hiſpaniæ, obiit anno 1598.

Catharina Auſtriaca, cujus maritus ------ Carolus Emanuel Dux Sabaudiæ, obiit anno 1630.

Victor Amadæus Dux Subaudiæ. obiit anno...

Carolus Emanuel Dux Sabaudiæ.

Henrietta Adelheidis Uxor Ferdinandi Mariæ Ducis Bavariæ.

Gutta Vxor Wenceslai Regis Bohemiæ, qui obiit anno 1305.

Eliſabetha Vxor Joannis Cæci Regis Bohem. qui obiit anno 1346.

Gutta Vxor Joannis Regis Franciæ, qui obiit an. 1364.

Carolus IV. Lucelburgicus Imperat. obiit anno 1378.

Joannes Dux Bituricenſis, obiit anno 1416.

Margareta Vxor Amadæi VI. Comitis Sabaudiæ, qui ob. an. 1373.

Gutta Bituricenſis, ejus maritus---Amadæus VII. Comes Sabaudiæ obiit anno 1388.

Amadæus VIII. Dux I. Sabaudiæ, idem Felix Papa V. in Schiſmate, obiit anno 1452.

Ludovicus Dux Sabaudiæ, obiit anno 1462.

Philippus Breſſæus Dux Sabaudiæ obiit anno 1498.

Carolus Dux Sabaudiæ, obiit anno 1554.

Emanuel Philibertus Dux Sabaudiæ, obiit anno 1580.

## §. XXV.

## *Origo Ducum Vinarienſium ſeu Weinmarienſium ex Habſpurgo-Auſtriacis.*

*Schema Geminum.*

Rudolphus I. Imperator, obiit anno 1291.

Albertus I. Imperator obiit anno 1308.

Albertus II. Sapiens Dux obiit, anno 1358.

Leopoldus Probus Dux obiit anno 1386.

Erneſtus Ferreus Dux, obiit anno 1424.

Margareta Vxor Theodorici IX. Cliviæ Comitis obiit circa annum 1290.

Theodoricus X. Cliviæ Comes, obiit anno 1325.

Margareta Vxor Adolphi IX. Marcani qui obiit anno...

Adolphus Marcanus Comes Cliviæ, obiit anno 1389.

Marga-

Margareta Vxor Friderici II. Elector. Saxoniæ qui ob. anno 1464.

Ernestus Elector Saxoniæ obiit anno 1486.

Joannes Elector Saxoniæ, obiit anno 1532.

Joannes Fridericus Elector Saxoniæ Exauctoratus, Vxor ---------- Sibylla Clivia, obiit anno 1554.

Adolphus Dux Cliviæ I. obiit anno 1443.

Joannes I. Dux Cliviæ. obiit anno 1481.

Joannes II. Dux Cliviæ obiit anno 1521.

Joannes III. Dux Cliviæ ob. an. 1539.

Joannes Wilhelmus Dux Saxoniæ obiit anno 1573.

Joannes Dux Saxoniæ Weinmarienſis obiit anno 1605.

Ernestus Dux Saxon. Weinmarienſis

Bernardus Dux Saxon: Weinmarienſis obiit anno 1639.

Fridericus natus 1646. Joannes Ernestus Dux Vinarienſis.

## §. XXVI.

## *Origo Ducum Wirtenbergiæ ex Habſpurgo-Auſtr.*

*Schema Tergeminum.*

Rudolphus I. Imperator Habſpurgicus, obiit anno 1291.

Albertus I. Imperator, obiit anno 1308.

Albertus II. Sapiens obiit anno 1558.

Anna Vxor Hermanni Longi Marchionis Brandeburgici, qui obiit anno 1398.

Albertus III. cum Trica obiit anno 1395.

Leopoldus Probus D.

Brigitta Vxor Henrici Com. Hennenbergici qui obiit anno 1347.

Albertus IV. Mira bilia mundi ob. anno 1404.

Ernestus Ferreus Arch.

Elisabetha Vxor Eberhardi Com. Wirtenbergici. qui obiit anno 1393

Albertus II. Imperator obiit anno 1439.

Fridericus IV. Imp.

Ulricus Comes Wirtenbergicus, qui obiit anno 1377.

Elisabetha Vxor Casimiri Regis Poloniæ obiit an. 1492.

Chunegundis Vxor Alberti Ducis Bavariæ

Eberhardus Comes Wirtenbergicus, obiit anno 1417

Eberhardus Comes Wirtenb. obiit an. 1431.

Barbara Vxor Georgij Ducis Saxoniæ, qui ob. an. 1539.

Sabina, maritus ---------- Ulricus Comes Wirtenbergicus, obiit anno 1450.

Christina Vxor Philippi Landgravij Hassiæ, qui obiit anno 1567.

Henricus Dux Wirtenbergiæ, obiit anno 1519.

Barbara Hassa cujus maritus ---------- Georgius Comes Montisbelicardi obiit anno 1558.

Fridericus Dux Wirtenbergiæ obiit anno 1608.

Ludovicus---Fridericus. Joannes---Fridericus Dux, obiit an. 1628 Julius---Fridericus.

Georgius Dux in Monpelgar. Joan. Fridericus Dux in Neustatt. Joan. Eberhardus natus anno 1614. Ulricus Dux. Sylvius Nimrod. Manfredus.

Joannes Fridericus. Wilhelmus---Ludovicus. Carolus Dux Wirtenb. in Münsterberg. Fridericus Dux Wirtenb. in weilding.

Atque

Atque hæ ſunt Principales viginti quatuor in Europa familiæ, quæ omnes ex Habſpurgo-Auſtriacis originem ſuam trahunt, vt hactenus oſtenſum eſt. Siquæ aliæ ſub alijs nomenclaturis ſuperſunt, vel ad has ſpectant, vel pari ratione poſſent ab eadem radice deduci. De ſingulis relatis plura poſſent ſchemata confici, ſed nolumus omnem aliis laborem præcerpere. Signamus digito viam, quam poſteri premant. Interim ex his perſpicuè eluceſcit quàm verè de ſua familia Auſtriaca olim dixerit Fridericus IV. Imperator Erneſti Ferrei filius: *Nulla Germaniæ domus illuſtris eſt, quæ noſtram familiam ſanguine non attingat.*

Frid. IV. ap. Freher. To. 2. pag. 21. & Chifflet. in Lumin. Præ-ogat. f. 330.

# CAPUT IV.

## SEXTA PRÆROGATIVA.

### *Jure natalium Habſpurgo-Auſtriaci Orbis Monarchæ & primogeniti Caroli Magni.*

NOn prætendo aſſerere, quòd Romanum Imperium Habſpurgo-Auſtriacis hæreditarium ſit. Nam hactenus id ipſimet fatentur à liberis Electorum votis dependere, idque eâ ratione vltrà duo ſecula abſq; interruptione obtinuerunt; ſed oſtendere eſt animus eos tot regna, & Provincias jure ſanguinis in ſuam Domum collegiſſe, vt meritò orbis Monarchæ dici debeant; præſertim ſi adnumeres etiam illa regna, & Provincias, quæ illis quidem natalium jure deberentur, ab alijs tamen ſeu violentâ manu, ſeu venditionis, donationis, tranſactionis titulo detinentur. Certè nulla eſt in orbe Principalis familia, quæ tam latè ſuos limites extendiſſet: imò ne Roma quidem orbis Domina nuncupata, vnquam tot gentes tot regna ſub jugum miſit, & ſibi tributaria effecit, quot Habſpurgo-Auſtriaci, hæreditario jure conſecuti ſunt. Veriſſimè dixit ad Philippum III. Auſtriacum Hiſpaniarum Regem Dominicus Baudius Leidenſis Academiæ Hiſtoriarum Profeſſor, eum eſſe *Maximum regnatorem terrarum, qui latiùs imperitet quàm unquam Romanæ potentiæ Majeſtas ſeſe propagarit*: quam veritatem aliquot §§. complectemur.

Bavud. lib. 2. Induc. Belg.

#### §. I.

#### *Oſtenditur obiter Habſpurgo-Auſtriaca potentia authorum ſuffragiis.*

I. DE vtraque Domo Germana & Hiſpana, ſeu potius de vtraque potentia vnius Domûs Habſpurgo-Auſtriacæ loquimur; vtpote, quæ alterâ manu Orientem, alterâ occidentem complectitur, quod olim de Alexandro Magno dixerunt Scythæ. Germana Auſtria, vt à majoribus ad minora deſcendamus præter Imperium Romanum, cui electiva poteſtate, vltrà duo ſecula continuatâ felicitate præeſt, legitimo jure Regna etiam poſſidet, Bohemiæ, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ, licet jam hoſtili manu truncata, & majori ex parte occupata, Chumaniæ Ramæ, Serviæ, Gallitiæ, Lodomeriæ,

meriæ, Romaniæ, Bulgariæ, quæ olim omnia ſeparata erant regna, & à regibus Vngariæ in vnum collecta. Cœteras Provincias, Ducatus, Marchionatus, Comitatus ſi conſideres, non vni ſed pluribus regnis ſuffecerint. Nicolaus Vernulæus eleganter de potentia Auſtriaca differens: *Ejus*, inquit, *potentia tanta eſt, vt nec major olim Romanorum fuerit, nec hodie vllorum Principum ſit aut Regum. Orientem enim vnâ, occidentem alterâ manu tenere videtur. Et ille temporum ſol parens, dum alijs occidit, ſemper in aliqua Gentis Auſtriacæ Provincia oritur, & diem facit. Noctem neſcit tantum Imperium, quod alicubi diem ſemper habet.* Pergit deinde ſummatim complecti Germano-Auſtriaca Regna & Provincias: *Si conſideremus Germaniam, in ea Ferdinandus Auſtriacus, præter Hungariæ Bohemiæque regna, Auſtriam, Dalmatiam, Croatiam, Sclavoniam, Styriam, Carinthiam, Carniolam, Moraviam, Sileſiam, Luſatiam, Wirtenbergiam, Ergoviam, Tyrolim, Elſatiam, opulentas omnes & amplas Provincias poſſidet, ſuoque Imperio complectitur. Et quanquam inter Principes Auſtriacos eæ aliquando Regiones dividantur, tanta tamen concordia eſt, ut omnium ſit, quod ſingulorum eſt, & plurium opes vnius familiæ potentiam conſtituant.* Vernul. Apol. Auſtr. cap. 2.

II. Diſtinctius aliquantò Pieſpordius, & poſt eum Ehingerus recenſuit dominia Domûs Habſpurgo-Auſtriacæ, quæ olim nondum adulta Imperio poſſidebat; ea libet hic eâdem ſerie exhibere. Pieſp in ſtemm. Auſtriac.

## *Stirps Rathbotina ſeu poſteritas Radepotonis Comitis Habſpurgici olim poſſedit, poſt diviſionem cum Landolo ſeu Lanzelino fratre Radepotonis.*

Landgraviatum Alſatiæ.
Vindoniſſam, & tractum Altenburgicum.
Habſpurgenſem. } Comitatus.
Lauffenbergenſem. }
Seckingenſem. }
Latobrigæ. }

Lentzburgenſem. }
Aquenſem ſive Badenſem in Helvetia. } Comitatus.
Kiburgenſem. }
Ergoviæ. }
Rhynfeldenſem. }

Sempachum. }
Surbſejum. } Oppida & Dominia.
Tugium. }
Waldishuetam. }

Lucernenſem. }
Suitiorum. } Præfecturas.
Vnterwaldenſem. }
Vriorum. }

Caſtra & Arces penè ſine numero, ex quibus ipſa familia condidit Habſpurgum, Scharffenſteinam, Waldshuetum cum oppido, &c.

### *Stirps Landolina eodem tempore poſſidebat.*

Landgraviatum Briſiacæ & Briſgoviæ.
Ducatum Alemanniæ.
Vchtlandiam. }
Turgoviam. }
Mortinoviam. } Provincias.
Antuates. }
Aventicos. }
Valeſios. }

Ducatum Teccenſem.
Ducatum Zäringenſem.
Burgdorffenſem. } Comitatus.
Thunenſem. }
Tigurinam Præfecturam.
Genevæ. }
Seduni. } Advocatias.
Lauſanæ. }

Condidit Urbes Bernam, Friburgum utrumque Briſgoviæ & Uchtlandiæ, Burgdorffium, & Villingam in Harcinia oppida, Zaringenſe caſtrum, & alia.

Utraque verò familia fundavit, ac dotavit Abbatias, & Monaſteria ſequentia:

1. S. Trudperti in Briſgovia, Abbatiam, Monaſterium & oppidum.
2. Monaſterium Gengenbacenſe.
3. Waldkirchenſe in nigra Sylva Veſtalium, ad quod niſi Duciſſis, & Comitiſſis aditus olim non patebat.
4. S. Cyriaci Sultzbergenſe in Briſgovia.
5. Albæ Augiæ, vulgo Weiſſenau.
6. Ottmarsheimenſe in Alſatia.
7. Murenſe in Ergovia.
8. Horti olivarum propè Rhynfeldam.
9. S. Petri in nigra ſylva.
10. Omnium Sanctorum propè Oberkirchen.

Hæc Pieſpordius cum Ehingero enumerarunt, & plura potuiſſent addere, ſi curioſius inveſtigaſſent. Quanquam hæc ipſa in unum collecta, & à Comitibus tunc nondum ad Imperium evectis Habſpurgicis poſſeſſa, & fundata, Regalem quandam æquabant, & arguebant potentiam. Quanta verò poſtea adjecerint Radepotonis, & Landoli poſteri, quanta Rudolphus Imperator ejusque progenies, ſingillatim explicari vix poſſit.

III. Enumeremus tamen nonnulla quæ Rudolphus ad Imperium evectus, & ejus poſteri poſſederunt; nempe

Fugger in Speculo lib. 1. cap. 5.

1. Habſpurgum caſtrum & Comitatus ad quem ſpectabant Waldkirchium, & Bürkhena civitates, & Limburgum caſtrum.
2. Waldshueta civitas.
3. Lauffenberga civitas & Comitatus.
4. Sekinga civitas, & Monaſterium.
5. Rhinfelda ciuitas, & Comitatus.
6. Havenſteina civitas.
7. Pons Arulæ, ſeu Bruckha civitas.
8. Königsfelda Monaſterium, cum Advocatia.

In Helvetia poſſederunt ſequentia ordine Alphabeti adducenda.

Aravia civitas in Ergovia.
Arburgum civitas, & Caſtrum.
Biberſteina caſtrum, & oppidum.
Bremgartum civitas in Turgovia.
Eremus vicus cum Monaſterio, & Advocat.
Erlibacum Advocatia.
Glarona oppidum.
Grüninga civitas, & caſtrum.
Mellinga civitas in Argovia.
Oberhoffen vicus in Argovia.
Ottelfinga vicus in Turgovia.
Rottenburga civitas & caſtrum in Turgovia.
Schwarzenbacum civitas & caſtrum in Turgovia.
Sempacum civitas in Ergovia.
Signavia civitas & caſtrum in Ergovia.
Surbſejum civitas ibidem.
Thalwilla vicus.
Unterſejum civitas in Ergovia.
Uſpüna caſtrum in Ergovia.
Wagenthalia Provincia infra Lucernam, ubi Meyenberga, Richenſejum, Vilmeringa, Sunſium, & alia loca.
Wartenberga triplex caſtrum in uno monte prope Baſileam.
Weſena civitas in Turgovia.
Wettinga Monaſterium cum Advocatia.
Wildeck caſtrum in Buchgovia.

Walhuſium civitas in Ergovia.
Wurmbsbachium Cænobium Veſtalium fundatum à Wernero Com. Habſp. & ejus fratre Rudolpho Epiſcopo Conſtantienſi.
Zoffinga civitas in Ergovia.
Zugium vel Tugium civitas.

Hæc omnia immediatè ſubjecta erant Habſpurgicis. Acceſſit ſub Rudolpho Imperatore.

Kiburgum Comitatus Anno 1264.
Andelfinga Caſtrum.
Dieſſenhovium civitas in Turgovia.
Frauenfelda Metropolis Turgoviæ.
Steckborna civitas Turgoviæ.
Windeckhium caſtrum.
Witodurum, vulgo Winterthur civitas.
Badenſis. } Comitatus.
Lentzburgenſis. }
Thietikovenſis Advocatia.
Burgdorffium metrop. in min. Burgundia.
Friburgum metropolis in Uchtlandia.
Hohenberg. } Comitatus.
Nellenburg.
Sonnenberg.
Veldkirchium.
Rapperſwila civitas & caſtrum.
Nidovia civitas & caſtrum cum (annexis.
Hutwila civitas.
Thuna civitas in Ergovia.

Seqvuntur nunc ea quæ Habſpurgici conſecuti ſunt, vt Auſtriæ Duces, & Archiduces in Helvetia, & vicinis regionibus.

Briſacum civitas & fortalitium.
Bulachium civitas.
Friburgum civitas Briſgoviæ.
Kronovia Officium liberum, Caſtrum, & Advocatia.
Lucerna Metropolis Ergoviæ.
Neoburgum civitas Briſgoviæ.
Pfyretha Comitatus, vrbs, & caſtrum.
Regenſperga civitas & caſtrum.
Schaffhuſium metropolis in Klettgovia.

Præter hæc poſſedit Rudolphus Alſatiæ ſuperioris majorem partem, Sundgoviam, & alias Provincias ac Dominia. Poſteri ejus Auſtriaci conſecuti ſunt Regna & Provincias.

Hungariæ regnum, cui alia adjuncta.
Dalmatia. } Regna.
Croatia.
Slavonia.
Boſſna.
Bulgaria.
Lodomiria.
Servia.
Rama.
Galitia.
Chumania.
Auſtria Archiducatus, ſuperior & inferior.
Styria. } Ducatus.
Carinthia.
Carniolia.
Bohemia Regnum, cui annexa Moravia Marchionatus.
Sileſia ſuperior & inferior. } Principatus.
Luſatia.
Miſſnia.
Suevia. } Ducatus.
Wirtenbergia.
Teckhium.
Burgovia Marchionatus.
Tyrolis. } Comitatus Principales.
Goritia.
Cillia.
Iſtria. } Dominia.
Liburnia.
Marcha Slavoniæ.
Portus Naonis.
Marca Tarviſina.
Salinæ.

Hæc ferè in titulo ſuo complectebatur Ferdinandus I. Imperator, & frater ejus Carolus V. præter alia, quæ Maximilianus I. Imperator per connubium cum Maria Burgunda, & poſtmodum ejus filius per connubium cum Joanna Hiſpaniarum hærede ſuæ adjecerunt familiæ: ille ſeptendecim Provincias, hic viginti quinq; regna, creſcente velut ad omnem cæli cardinem Auſtriaca potentia, intra ſeculi vnius dimidium. Quæ paulò clarius ex Philippi Regis Catholici titulo colliges hac ſerie apud Jo. Jacobum Chiffletium. Chifflet. Vindic. Hiſpan. c. 14.

Philippus Dei gratiâ Rex.

1. Caſtellæ.
2. Aragoniæ.
3. Legionis,
4. Utriuſq; Siciliæ.
5. Jeruſalem.
6. Portugalliæ,
7. Navarræ,
8. Granatæ,
9. Toleti,
10. Valentiæ,
11. Galitiæ,
12. Majoricarum,
13. Hiſpalis,
14. Sardiniæ,
15. Cordubæ,
16. Corſicæ,
17. Murciæ,
18. Giennis,
19. Algarbiorum,
20. Algeziræ,
21. Gibraltaris,
22. Inſularum Canariarum,
23. Indiarum Orientalium,
24. Indiarum Occidentalium, &
25. Terræ firmæ.

*Hæc Regna.*

1. Archidux Auſtriæ,
2. Dux Burgundiæ,
3. Lotharingiæ,
4. Brabantiæ,
5. Limburgi,
6. Luxenburgi,
7. Geldriæ, &
8. Mediolani.

*Hi ducatus præter alios Auſtr. Germanæ.*

1. Comes Habſpurgi,
2. Flandriæ,
3. Arteſiæ,
4. Burgundiæ Palatinus,
5. Tyrolis,
6. Hannoniæ,
7. Hollandiæ,
8. Zelandiæ,
9. Namurci, &
10. Zulphaniæ.

*Hi comitatus præter alios Germanæ Auſt.*

1. Princeps Sueviæ,
2. Marchio S. R. Imperij.
3. Dominus Friſiæ.
4. Salinarum,
5. Mechliniæ,
6. Civitatum & Provinciarum Ultrajecti,
7. Tranſiſelanæ, &
8. Groningæ,

Dominator in Aſia, & Africa.

Quidni licuiſſet ſcribere Dominator in America, Aſia, Africa & Europa, cùm nulla ſit harum partium, in qua non jure obtineat Regnum aliquod, & plures Principatus? Quomodo & quando ſinguli Principatus & regna ad Auſtriacam Domum pervenerint alij proſequuntur: de quo videri poteſt Author Phoſphori, Jo: Georg. Kieffer, alij.

Auth. Phoſphori. P. 2. cap. 14. Kieffer. Diſſert. Polit. 2.

IV. Porrò ex hac tanta titulorum & regnorum congerie mirum videri non debet, quòd Auſtriacis Hiſpanis addatur prædicatum Regum Maximi. Onuphrius Panuinus in Dedicatoria ad Philippum II. hac vſus eſt inſcriptione: Regum Maximo, *Philippo Auſtrio, Imp. Cæſ. Caroli V. F. Regi Catholico, & Orthodoxæ fidei defenſori.* Carolus Scribanius S. I. vir ingenij vaſti, & prudentiæ rariſſimæ, in inſtitutione Principis Chriſtiani inſcripſit: Philippo IV. Regum Maximo: quod cum mirè Gallis diſplicuiſſet, altera operis editione ſubſtituit hanc titulum æquivalentem: *Philippo IV. Catholico, Hiſpanico Auſtriaco, ſurgentis & occidentis ſolis Indico, Germanico, Belgico, cis & vltra Pharum Siculo, Burgundico, Inſubrico, Sardico, Balearico, Hieroſolymitano, Canarico, Corſico, Aſiatico, Africano, Regi, Archiducì, Principi, Marchioni, Comiti, Inſularum, Oceani Domino.* Hæc inſcriptio vt benè obſervat Chiffletius à priore non aliter differt, quam definitio à definito, Haud dubiè enim Maximus cenſendus eſt Regum, qui comparatione aliorum Regum, & plura poſſidet & amplio-

Onuph. Dedic. To. 3. Annal. Scriban. Inſtit. Princ. Dedicat.

ra

ra Regna. Oſtendant his paria alij Reges. & verebuntur ſcriptores addere vocem *Maximus* ad nomen Regum Hiſpanorum. Sed nihil dubius de hac magnitudinis eminentia Joannes Solorcanus, in opere de Indiarum jure ſic inſcripſit: D. *Philippo IV. Hiſpaniarum & Indiarum* REGI *optimo*, MAXIMO *id eſt omnium ferè Naſcentis obeuntisq; ſolis Regionum Imperatori ſemper Auguſto* quem mox etiam appellavit. *Regum omnium quos ſol vnquam aſpexit Auguſtiſſimum ac potentiſſimum.* Similiter Auguſtinus Barbaroſa operi de jure Eccleſiaſtico vniverſo Lugduni in Gallijs impreſſo cum privilegijs Urbani VIII. Pontif. Max. & Ludovici XIII. Regis Galliæ præfixit hunc titulum: *Philippo IV. Regi Catholico, Hiſpaniarum & Indiarum Regi invictiſſimo S. R. I. gladio, clypeoque Maximo, Fidei defenſori acerrimo, inconcuſſo veræ Religionis fundamento*, REGUM MAXIMO. Accedit juſti Lipſij Belgicæ Suadæ oraculum: qui ait *Datam & demiſſam ê cœlo familiam Auſtriacam ad Imperia terrarum.* Deinde alloquens Philippum IV. *Ab orbe condito non fuit, qui major in re aut ſpe fuerit, quam Te fata videntur deſtinaſſe. Præeſt jam dudum* MAXIMUS REGUM, *Pater tuus tot Regnis in vtroque orbe jura reddit, veteri & novo.* Denique inſigne eſt illud Auſtriacæ Domus Elogium apud Gaſparem Gevartium: *Ejus ea eſt Imperii magnitudo & vaſtitas, vt nullo non momento ſol Regionem aliquam ditioni ejus ſubjectam permeet ac illuſtret, quacunque cœli parte die noctuque voluatur: quod de nullo maximorum Imperatorum aut Regum, quotquot olim fuere, vel modo ſuperſunt, revera dici poteſt. Quin imò aſſerunt, non ità pridem regem Perſarum ad Hiſpaniarum Regem literas miſiſſe cum hac inſcriptione. REGI QUI SOLEM HABET PRO GALERO. Quod nempe nunquam non populorum aliquorum coronæ Hiſpanicæ ſubditorum, latèque per orbem terrarum ſparſorum, vertici ſol incumbat.* Supra omnia eſt, quod de Carolo V. pronuntiavit Paulus Papa III. *CAROLVS Cæſarum MAXIMVS*: quod aliquando me legiſſe & ſcripſiſſe memini. Abſit itàque omnis aliorum Regum cum Auſtriacis æmulatio: quod res ſole clarior eloquitur, nulla tollit invidia.

Solorcan. de India. jure.

Barboſa de Jure Eccleſ. dedicato.

Lipſi. præf. in Admiran.

Gevart. in Pompa Introit. Ferd. Inf.

In Campo Lilio. Kieff. in Diſſert. Polit. Lequile piet. Auſtria P. 3. fol. 301.

V. Accedit huic Habſpurgo-Auſtriacæ potentiæ etiam jus natalium in Imperium Orientale. Nam in confeſſo eſt à Barbaris violentâ manu occupatum, quòd jam Balduinus Flander ſuæ familiæ aſſeruerat: Balduini verò Conſtantinopolitani Imperatoris hæredes, extinctâ proximâ cognatione, quis neſcit fuiſſe niſi Flandriæ Comites & Burgundiæ Duces, quibus legitimo hæreditatis titulo per Maximiliani I. Auſtriaci cum Maria Burgunda connubium, nunquam poſteà interruptâ ſerie Habſpurgo-Auſtriaci ſucceſſerunt. Jam ſi etiam avulſas alias à Domo Auguſta Provincias, vt Helvetiam, Alſatiam, Hollandiam &c. contempleris, fatebere jure natalium vni huic Domui deberi, adeòque hoc jure totum penè orbem Auſtriacæ Monarchiæ ſubjectum eſſe. Nolo his immorari, ad alia propero.

Chiffel. in Alſat. Vindic. Kieffer. in Diſſert. Polit.

## §. II.

## *Unde Habſpurgo-Auſtriacæ Domui tanta potentia inquiritur.*

SI humanis momentis expendamus Habſpurgo-Auſtriacam potentiam, faſtos ſolum conſulamus, & deprehendemus, vti omnia à parvis initijs in

hanc creviſſe magnitudinem. Primi Vindoniſſæ & Altenburgi Comites ſeræ poſteritatis felicitati præluſerunt connubijs, vt veriſſimum ſit illud Poëticum vulgo cani ſolitum.

*Bella gerant alij, tu felix Auſtria nube.*

Pieſp. in Stemm. Auſtriaco. Schem. 2.

*De Ottoberto I.* Comite Altenburgico Pieſpordius: *Harcyniam ſylvam & adjacentia quædam loca ſuâ virtute conſecutus eſt. In hæreditate materna vltra Rhenum Streichburgum condidit. Nomen ab ipſo habet amœniſſima Alſatiæ vallis Ottbertina, vulgo Ottbrechtstall dicta.* De ejus filio Babone idem Author: *Bobelheim, Bebenhauſen, & Besdorff in Alſatia ab illo condita fuiſſe, aut nomen ſumpſiſſe conjectura eſt.* Id ex Lazio deſumpſit, qui priorità opinatus eſt. De Amprincto Guillimannus, quem Babonis fratrem fuiſſe ſuſpicatur potiùs quàm filium: *condidiſſe*, ait, *Ampringesburgum; Rothardum, quem alij Rothertum, alij Rotbertum nominant, Rotharsburgum.* De Ramprechto Hettoberti filio Rothardi vel Rotherij nepote idem Pieſpordius ex Ponto Heutero: Poſſedit quidquid eo tempore juris & ditionis Habſpurgicæ erat per Sueviam Alſatiam, Helvetiam, Briſgoviam, Harcyniam ſylvam, in monte Jovis, & alibi, quidquid olim Dux Attico ejuſque filia S. Ottilia, & eorum poſteri in Alſatia poſſederunt. Hæc dubio procul Oeconomicæ fuerunt induſtriæ, quibus inſtitêre poſteri Guntramus I. Luithardus, Luitfridus & alij.

Laz. Comm. Gen. Auſtr. Guill. Habſ. lib. 3. c. 2.

II. *Guntramus I.* in valle Trudpertina Scharffenſteinam arcem condidit. Luitfridus ejus nepos, quæ poſſederit partim hæreditate paternâ, partim fortè ſuâ induſtriâ comparata, colligitur ex inſtrumento dotationis Cænobij S. Trudperti, in quo hæc referuntur: *A monte Samba vbi oritur Nymaga cum montibus collibus, pratis, paſcuis, ſylvis, vallibus &c. ab ortu ſupradicti fluminis, vſque ad fluvium Nezimbach, ex vtraque parte montium &c.* Deinde poſt nonnulla ex *alia mea hæreditate in Mortonavua in Bichinchaim, & in Wittrillinbach, & in Gamianshurſt in Alſatia, & in Bergheim, & in Limenhuſen &c. in Nordtgove Kuriginshoven, in Sundgovue in Suovamsheim, in Egenesheim &c. in Suadhove, & in Hundelsheim &c.* Et hæc ſolùm ex quibus donatio facta: cœtera verò, quæ ſibi & filijs reſervavit hic non nominantur. Magnæ tamen, jam tunc fuiſſe potentiæ Habſpurgicos, vel ex hoc ſatis colligitur. De Guntramo II. hæc rurſum habet Pieſpordius: *Ditionum & opum Habſpurgicarum ſolus hæres factus Divitis cognomen meruit. Fuit Princeps magni nominis & potentiæ, cujus limites fuerunt ab Ergovia, vſque ad lacum Brigantinum, & hinc vltra in Hercyniam ſylvam, indeq; in Helveticorum interiores agros, quos hodie confœderatæ civitates Helveticæ obtinent.* Et alibi eum nominat: *Alſatiæ & Briſiacæ Landgravium, Nordtgoviæ, Turgoviæ & Ergoviæ Principem.* Vereor vt ille titulus Landgravij anticipatus ſit in Guntramo; quià poſterioribus annis videntur hæ nomenclaturæ excogitatæ, & fortè Adelbertus Rudolphi I. proavus primus eo honore ab Imperatoribus auctus eſt, vti videtur ex diplomatis colligi. Quanquam Weberus & cum eo Kieffer aſſerant hunc titulum pridem Hunifrido Comiti attributum fuiſſe.

Inſtrum. Luitfri. ap. Guillim. cit. fol. 98.

Pieſp. in Tab. Stemm.

Web. Adam Auſtr. Diſſ. 2. Kieff. Diſſer. Polit q. 15. fol. 88.

III. Guntramo ſucceſſit filius *Bezo* ſeu *Landolus*, qui opes plurimum auxit, vt ejus deinde filij Landolus alter & Rapato divisâ hæreditate Principibus

pares

pares viderentur; imò Landoli filius Bertholdus Zaringâ conditâ, etiam Ducis titulum in nepote Bertholdo conſequeretur. Qui etiam Dux Carinthiæ deſignatus, pro Carinthia alia in compenſationem dominia accepit. Nam ex Uxoris dote Alemanniæ Dux & Comes Rhynfeldenſis factus cum adverſarium haberet Fridericum Suevum, Cæſaris arbitrio, illas partes Allèmanniæ obtinuit, quæ ad Rhenum, Harcyniæ, Turgoviæ, Neckargoviæ, Mortinoviæ erant, in primis Præfecturam Tigurinam, & quidquid in ea juris & advocationis Imperialis eſſet, quæ tam ipſe quam poſteri poſſiderent. Tunc etiam Zaringiæ Dux nominatus ad poſteros nomen tranſmiſit. Rapatonis abnepos Albertus Dives, de quo certo conſtet, ex ſigillo ſe Landgravium Alſatiæ nominavit, qui etiam multas per Ithæ Pfullendorffenſis connubium poſſeſſiones adjecit familiæ, pro quibus illi Fridericus Imperator, attribuit Tietecum, Slierum, Urdorffum & alios vicos. Acceſſerunt etiam Kiburgenſium opes per Richenſam Habſpurgicam de quibus fusè Guillimannus. Fallitur verò Pallavicinus qui, per Hedwigem Rudolphi I. Imperat. matrem acceſſiſſe ait Habſpurgicis Alſatiam, quâ pridem ante potiti ſunt.

Pieſp. cit. & Guill. lib. 5. c. 1

Pallavic. in Cæſarib. Auſt. dedic.

IV. Quæ verò & quanta poſt Rudolphum ad Imperij thronum evectum Habſpurgo-Auſtriaci conſecuti ſint per matrimonia, longum eſſet enucleare. Paucis complectitur potiora dictus Pallavicinus: Auſtriam confineſque Principatus Habſpurgicæ familiæ Eliſabethæ cum Alberto I. nuptiæ conjugarunt. Nata ſunt eodem gemella partu Hungariæ & Bohemiæ regna Alberto II. honorifico, ex altera Eliſabetha Sigiſmundi Cæſaris filia, ancillantibus magnæ duorum regnorum Soboli Luſatia, Sileſia, Moravia, alijsque opulentiſſimis Provincijs. Eadem nuptiali jure renata ſunt Ferdinando I. Cæſari ex Anna Uladislai Hungariæ, & Bohemiæ Regis filia. Burgundia ſeptendecim Provincijs Belgicis ſtipata ceſſit Maximiliano I. in dotalem hæreditatem ex Maria auſpicatiſſimi nominis Caroli Audacis Burgundiæ Ducis Principisque Belgarum filia. Hiſpana Monarchia mortalis apex potentiæ, vtriusque Solis purpura illuſtris, ex tot regnorum pondere gravi ſceptro potens, terrarum mariumque ambitu, cæli Zonis, imò ipſo cœlo omniumque ſtellarum ſerto coronata, in Joanna Ferdinandi & Iſabellæ Catholicorum Regum filia Philippo I. Pulchro nupſit, vnico tunc ſanguinis Auſtriaci hæredi. Oriens occidenti, & Atlantici maris Africa litora Americanis, omnisque ampliſſima per immenſa maria Luſitanici nominis potentia vno fuere conjuncta conjugio Caroli V. Maximi cum Iſabella Emanuelis Portugalliæ Regis filia, & ſanctiſſimo titulo maternæ dotis Philippo II. quo nihil prudentius, nihil potentius orbis terrarum vidit, tranſcripta. Comitatum Ferretanum attulit Alberto Contracto Alberti I. Cæſaris filio conjunx poſtremi Comitis Ferretani filia. Carinthiam ad Imperium devolutam Ludovicus Bavarus Cæſar Ottoni Duci Auſtriæ Habſpurgico, vt liberis ſuis Auſtriacos vicinos hâc amoris ſignificatione devinciret, conceſſit. Ratum id habuit poſteà Carolus IV. Imperator, atque idcircò quod ſecundis nuptijs ſororem ejus Annam Otto duxiſſet; ac Auſtriacos habere amicos ipſe vellet, ne ex formula fœderis Iglavienſis, Auſtriaci Bohemiæ

Pallavic. cit. Auth. Phoſ. Parte 2.

Regnum

Phoſphor. P. 2 cap. 14. §. 3.

Regnum repetentes, bellum aliquando ſe mortuo, moverent filijs. Eo autem fœdere cautum erat, vt ſi maſcula proles in Bohemiæ regno deficeret, Auſtriaci ſuccederent, vt notavit Phoſphori Author, Auſtriam, Styriam, Carniolam, Rudolphus Imperator partim Imperij beneficio poſt devictum Ottocarum earum occupatorem, partim jure ſanguinis data filio Alberto Eliſabetha Tyrolenſi Principe Friderici vltimi Auſtriæ Ducis nepte ex Agnete ſorore, obtinuit. Goritienſis Comitatus jure pignoris & pactorum inter Auſtriacos, vltimumq; Goritiæ Comitem, cœteris acceſſit ditionibus. Et hæc quidem ſi humana ſolum & Politica expendamus; verùm altiora ſunt tantæ felicitatis fundamenta, quæ attingemus, capite VII. & ſequentibus.

## §. III.

## *Habſpurgo-Auſtriaci inter Principes Caroli Magni primogeniti, & Hæredes.*

VAria ſunt, quæ ſub hæreditatem Magnorum Principum cadunt Regna, Provinciæ, opes, nobilitas, tituli, gloria, & vniverſim bona Fortunæ; atverò bona animi & virtus, quæ à libertate humana pendent nullis teſtamenti tabulis tranſcribuntur in filios & nepotes. Elegantius quam verius cecinit vates Lyricus.

Horat. Car. lib. 4. Ode 4.

*Fortes creantur fortibus, & bonis*
*Eſt in juvencis, eſt in equis patrum*
*Virtus, nec imbellem feroces*
*Progenerant Aquilæ columbam.*

Id vt ſæpè contingat, in diverſum tamen multos trahit, vel educatio, vel libertas, vel etiam error quidam naturæ, vt potius canere liceat, quod in toto vniverſo videmus:

*Sunt bona mixta malis, ſunt mala mixta bonis.*

Æl. ſparti. in Severo c. 20.

Neque tamen Spartiano aſſentior, qui ad Diocletianum ſcribens vitam Severi Imperatoris, aiebat: *Neminem propè magnorum virorum optimum & vtilem filium reliquiſſe. Denique aut ſine liberis virì interierunt, aut tales habuerunt pleriq; vt melius fuerit de rebus humanis ſine poſteritate diſcedere.* Adjecit exempla Romuli, Numæ Pompilij, Camilli, qui nihil liberorum reliquerunt; Julij Cæſaris, Octaviani Auguſti, Traiani &c. ſed neque hoc vbique & ſemper verum eſt. Exemplis aliis, alia poſſunt ſubrui. De Auſtriacis ſequenti capite oſtendemus *fortes creari fortibus*, & virtutem avitam in iis non defeciſſe, verùm creviſſe. Hic de regnorum, Provinciarum, titulorum avitæ nobilitatis & gloriæ hæreditate inquirimus, quam manifeſtè ex antecedentibus adſtruimus in Habſpurgo-Auſtriacam domum à *Carolo Magno* legitimè, & præ alijs omnibus mundi Principum familijs influxiſſe. Præcipuæ nunc in Europa familiæ ſunt Regum Galliæ, Angliæ, Daniæ, Sueciæ, Poloniæ, Ducum Lotharingiæ, Bavariæ, Saxoniæ, Florentiæ, Mantuæ &c. nulla de primatu cum Habſpurgo-Auſtriacis concertat, nulla prætendit originis à *Carolo Magno* prioritatem præterquam Galliæ Regum,

Regum, neſcio an ipſorummet ambitione Principum, an ſcriptorum audacia, quibus redundat Gallia inquietorum ferax ingeniorum. Diſſimulant pij noſtri Principes, vel quià ab omni procul ambitione remoti, vel quià ſuâ freti virtute caniculos latrantes, vt moloſſi deſpiciunt. Ipſis nihilominùs conniventibus fideles vaſalli obviam ſubinde eunt adverſis conatibus, & calamos contrà calamos acuunt. Sic contrà Arroyum Alexander Patritius, contrà Caſſanum, Dominicum, Bouchettum, & alios Chiffletius, & pauculi Anonymi. Pridem ego jactari audivi, quæ rebar indigna refutatione, Reges Galliæ, aut ſaltem pro Regibus ipſorum ſubditos contendere Imperium Romanum, atq; adeò Germanicum Regnum jure, ſive nominis, ſive natalium deberi Galliæ. Sed cum ipſos eorum conatus, & molimina mundo nota animadvertere hoc ſeculo ſæpius licuit, & volatiles chartas ſub fictis aut etiam veris nominibus eo argumento prægnantes multis poſſe fieri petram ſcandali ante me alii prudenter ſubodorati ſint: ego quoque veritatis ſolius amore impulſus, breviter infringere ſtatui, & convellere imaginariam illam prætenſionem, ſive jus errore conceptum.

II. Duo verò ſunt potiſſimum fundamenta, quibus innituntur hodierni Politico-Polemici contendentes Gallorum Regibus jure deberi Germaniam, & ipſum Romanum Imperium: quorum primum eſt, quòd ipſi ſint veri Franci veterum Francorum poſteri & ſucceſſores, alterum, quòd ſint ex ſanguine Caroli Magni Imperatoris. De Francis nonnulla diximus ſup. parte I. cap. 7. §. 1. hic paucula adijcimus. 1. obſervationem Naucleri, qui ait: *CAROLVS MAGNVS Rex Francorum dicebatur, quod idem erat, acſi nominatus fuiſſet Rex Germaniæ ac Galliæ. Nam clarum eſt, quod eo tempore omnis Gallia Tranſalpina, & etiam Germania à montibus Pyrenæis, vſque in Pannonias Francia dicebatur. Illa, id eſt Germania Orientalis; alia id eſt Gallica occidentalis, in quo veræ Hiſtoriæ conſentiunt omnes.* Quàm latè verò pateat Germania cui Carolus Magnus imperavit, & quæ ad eam ſit Galliæ proportio, omnes vel modicè verſati in Geographia, norunt. 2. Certum eſt, quod Francorum regnum priùs in Germania inceperit, quàm in Gallia, & è Germania, dilatatum in Galliam, quâ ratione Gallia eſt reſpectu Germaniæ, velut acceſſorium ad principale. 3. certùm eſt, quod tempore Caroli Magni tam Germani, quàm Galli vno nomine appellati ſint Franci; eo modo, quo olim Romani quidquid ſenſim adjecerunt Italiæ, ſub vno Italiæ nomine comprehendebant, & inquilinos Italos appellabant: Unde conſequitur, quod Galli ſolùm per participationem ſortiti ſint nomen Francorum, quod illis poſteà remanſit; & Orientalis Francia ſive Germania poſt interitum Carolingorum, ſuccedentibus in imperio Saxonibus, non amplius Francia, ſed Germania & pars ejus vicinior Galliæ Franconia nuncupari cœpit.

Naucler. vol. 2. gener. 27. mihi fol. 673.

III. Ex his conſiderationibus manifeſtè ſequitur in magno errore verſari eos, qui Gallis deberi prætendunt Romanum Imperium, vel Germaniæ regnum, cum primus Germanici regni fundator Carolus Magnus Germanus fuerit in Germania, vt potiore regni parte potiſſimum reſederit; & ſi ad ejus ma-

Hermes in Fasc. cap. 3. n. 27.

jores respiciamus, Merovingi etiam fuerunt Germani, qui à Germania in Galliam protulerunt regni fines, &c. ac proinde potiori jure Germanis quam Gallis debetur Imperium, si id jure aliquo, & non electione prætendi posset. Non omittam hic doctissimi Chifletij animadversionem,

Chifflet. in Vindic. cap. 9.

vbi inquit: *Videamus nunc abusum, ac temerè vindicatum amplissimi Francorum Regni illustrem cum laude famam. Occidentalem Franciam (vigente adhuc in illa Caroli Magni posteritate virili) usurparunt priores Capetini Reges, è stirpe Welphorum Suevica, qui nec à Carolo Magno legitimè orti erant, nec ullum ad illud regnum jus habebant: illi tamen externi licet, & intrusi, nihil in Austrasia, nihil in Germania possidentes, omnia Francorum Australium tam cis quam ultrà Rhenum, Germanorumque præclara facinora, & erga Ecclesiam merita, nimiâ licentiâ, & nullâ distinctione sibi arrogarunt: obtrudentes continuò in Comitijs, & Circulis FRANCORUM vetus, perillustre, & amplissimum NOMEN, cujus ambiguitate fraudi factus est locus: Pontifices decepti, Reges delusi, Respublicæ circumventæ. Tam lata enim, & protensa Francorum appellatio, non spectabat ad Capetinorum sanguinem, neque ad Franciam Novam ab illis usurpatam, nisi ex parte duntaxat: cùm enim occiduæ Franciæ Regnum fluminibus Scaldi, Mosa, Ligeri ac Mari Britannico concluderetur, totius Galliæ partem dimidiam vix efficiebat; antiqui verò Francorum Regni, quod Germaniâ Galliâque totis constabat, non omninò sextam: Unde est observatum, vt Germania natu majoribus Carolinorum filijs cederet, occidentalis verò Francia minoribus.* Quo jure igitur Galli, vt minores, & accessorij volunt ad se trahere Germaniam majorem, & principalem?

IV. Robustius argumentum contra prætendentes est ex jure Canonico. Nam vt ait Innocentius Papa III. C. *venerabilem* de Electione. *Cum ad eos* (nempe Electores) *jus & potestas ejusmodi ab Apostolica sede pervenerit, quæ Romanum Imperium in personam Magnifici Caroli à Græcis transtulit in GERMANOS.* Supponit ergo Pontifex & Carolum fuisse Germanum, & Imperium non deberi authoritate Apostolicâ, nisi Germanis. Concordat Clementina: *Romani Principes*, de Jurejurando. *Eidem Ecclesiæ, quæ à Græcis Imperium transtulit in GERMANOS.* Item c. *In die.* dist. 5. de consecratione, dicit Gregorius Papa VII. *à tempore, quo Teutonicis concessum est Regimen, &c.* Ubi observandum, quod nullus Pontificum dicat Imperium translatum esse in Gallos, ne scilicet Galli possent prætendere illud Imperium, licet primus Imperator Carolus habuerit sub se non minus Galliam, quam Germaniam: nullus etiam dixit translatum Imperium in Francos, quia vox ista *Francus* duas diversas Nationes jam tunc complecteba tur, nimirùm Germanos, & Gallos, & erat magis Genericum nomen: vt igitur tolleretur omnis ambiguitas, dicunt Pontifices Imperium translatum in Germanos, per quod innuunt non esse translatum in duas Nationes sub Francorum nomine comprehensas, ad tollendam omnem discordiam, quæ facilè oriretur, si duæ Nationes jus haberent ad idem Imperium, & designant ipsam atomam speciem Germanos, quâ voce excluduntur omninò Galli. Est hæc observatio Naucle-

Clem. lib. 2. tit. 9.

ri,

ri, cujus verba appono : *Si in translatione* (Imperij) *Galli fuiſſent expreſſi, Germani fuiſſent excluſi, quod non erat de mente transferentis : Si verò facta fuiſſet mentio Francorum, tunc quia Francia comprehendebat Galliam ſimul, & Germaniam, translatio facta fuiſſet in duo diſtincta regna, & diverſarum linguarum, quod nemo laudare poſſet, quia fuiſſet ſeminarium diſcordiarum. Ideò ut tolleretur omnis ambiguitas, translatio facta eſt in Germanos, ut ſic Gallici occidentales Franci ſcirent ſe excluſos.* Pluribus deinde oſtendit non ſolùm Carolum Magnum, ſed & filium ejus Ludovicum, & nepotem Lotharium, & Carolum Craſſum verè Germanos fuiſſe non ſolùm origine, ſed & loco natali. Idem firmant paſſim Politici Buxdorffius. Arumæus. Simon Piſtor. Reinckhing, & alij, quorum Reinckhing licet heterodoxus allegat tamen C. *venerabilem* : & adducit plures congruentias, quæ ſuadeant nonniſi Germanos ad Imperij culmen evehendos. Germanus autem (vt idem notat) non ſolùm is eſt, qui in Germania natus, verum etiam cujus pater Germanus eſt. *arg. l. ad ſumptio. §. filius. ff. ad Municip. l. prima. §. 1. in eodem.* vel qui vivo avo paterno Germano etiam extrà Germaniam natus, quià non tam inſpicitur locus, in quo quis naſcitur, quàm perſonæ, ex quibus naſcitur. *l. cum ſatis in princ. Cod. de agricol. & cenſib.* adeóque natus ex Germano, vbicunque naſcatur Germanus erit. *Bartolom. ad l. 1. num. 4. ff. ad Municip.* Sic Ferdinandus vivo avo paterno in Hiſpania natus non minùs quàm Carolus frater Gandavi in Belgio natus, pro Germano habitus fuit. Fridericus II. Imp. licet in Sicilia natus; quia tamen patre Germano, Germanus fuit. Richardus Anglus, & Alphonſus Caſtellæ Rex ad Imperium vocati fuerunt inuſitato exemplo, & neceſſitate quadam Imperij, ſed alter eorum propinquitate Germanos attingebat, alter maternum genus traxit ab Imperatoribus Germanis, vt notavit Azor. Et licet hi Germanis cognati fuerint, inſtabile tamen, & breve fuit eorum Imperium. Vix eſt enim vlla natio, quæ diu ferat peregrinum, vt ait Cominæus. Ex his nunc infirmatur Politicorum adverſæ partis fundamentum, quo jactant ſe eſſe Francos veterum Francorum poſteros. Id enim diſtinctione indiget, quòd ſint Franci quaſi per adoptionem, & conjunctionem cum veris Francis, & acceſſorij ad principales, aut ſi ità loqui libet, quod ſint natu minores, Germani verò Primogeniti, & natu majores veterum Francorum, & his deberi Imperium, non illis.

Naucler. in Chron. ſup. cit.

Buxdorff. Diſſert. in Aur. Bull. concl. 31. Arum. diſc. 6 de jure publ Piſtor. conſ. 1 vol. 2. num 12. Reinking. de reg. ſec. lib. 1. claſſe 3. c. 4. num. 1. & ſeqq.

Thuan. lib. 1. hiſt. Cario. in Chron. Peucer. in vita.

Azor Inſt. Moral. lib. 10. c. 3. p. 2. Comin. lib. 8.

V. Denudato igitur nunc illo errore vulgi, qui ex vocis *Francia*, vel *Francus* amphibologia, & ambigua ſignificatione natus eſt, quòd illi putent ſe propriè, & primariò Francos, qui per vſurpationem nomen retinuerunt, & defacto id vſurpant, cùm ſecus ſe res habeat, & Germani verè & proprè, & primitivè ſint Franci, atverò Galli per participationem, extenſionem, communicationem, ac velut adoptionem id nomen conniventibus Germanis obtinuerint; reſtat nunc inquirere prioritatem Originis à CAROLO MAGNO inter Habſpurgo-Auſtriacos, & hodiernæ Franciæ Reges Capeticos. Et quià ſufficienter hactenus probata eſt Origo Habſpurgo-Auſtriacorum vera, & indubitata à *Carolo*

*Magno*, videndum nunc vtrum etiam Capetici aliquâ ratione ſuam Originem repetere poſſint ab eodem Carolo Magno, & vtra iſtarum nunc regnantium familiarum meritò ſibi vendicare valeat titulum *Primogenitorum*, vel *Majorum natu* Caroli Magni: id quod potiori ex parte inquiremus adducendo ſcriptores Gallos.

## §. IV.

## *De Origine Hugonis Capeti variæ Opiniones.*

AB Hugone Capeto, qui extinctâ familia Carolingorum, primus Regnum Occidentalis Franciæ obtinuit, orti ſunt ſucceſſores in Regno Valeſij, & nunc regnantes Borbonij, vnde verò ipſe Hugo habuerit originem, procedit quæſtio, variè à varijs agitata, & commentis arbitrariis potiùs, quam ſolidis veritatibus innixa. Theodoricus Pieſpordius, haud dubiè edoctus à ſcriptoribus Gallis, quorum plures in ſuo Stemmate Auſtriaco allegat, deducere conatur Capetinos à Ducibus Moſellanis per Martinum Moſellanum filium S. Clodulphi, nepotem S. Arnulphi. Hoc ſi probari poſſet, Capetini ab eadem radice cum Habſpurgo-Auſtriacis pullularent. Eandem opinionem amplexus eſt Joſeph Texera, in Exegeſi, quam in gratiam Henrici IV. Navarræi Regis Franciæ conſcripſit. Ponamus ejus Schema.

Pieſpord. in Stem. Auſtriac.

Texera in Exegeſi Reg. Franc.

## ORIGO I.

### *Hugonis Capeti, ad mentem Texeræ, & Pieſpordij.*

Chlotarius Magnus Rex Francorum.
|
Blithildis Uxor Ansberti Senatoris Romani Ducis Moſellani.
|
Arnoaldus Dux Moſellanus.
|
S. Arnulphus Dux Moſellanus.

| | |
|---|---|
| S. Clodulphus Dux Moſellanus. | Anſigiſus Dux Moſellanus. Uxor S. Begga hæres Brabantiæ. |
| Martinus Dux Moſellanus. | Pipinus Dux Brabantiæ, cogn. Heriſtallus. |
| Childebrandus Dux. Vxor Beatrix Habſpurgica. | Garolus Martellus Dux Brabantiæ. |
| TheodoricusSaxon. Gubernator. | Pipinus Rex Francorum. |
| Robertus I. Comes Andium. | Carolus Magnus Imperator: à quo deinde Habſpurgici. |
| Robertus II. Comes Andium. | |
| Hugo magnus Comes Pariſiorum. | |
| Hugo Capetus Rex Francorum. | |

In

In hoc Schemate primò etiamsi essent sincerum & veritati conforme nihil tamen Capetini participarent de sanguine Caroli Magni, sed solùm de sanguine Merovingorum & majorum Caroli Magni: & primò non per primo genitum, sed secundo genitum S. Arnolphi orirentur, haberentque nihilominùs adhuc Habspurgici præ illis jus primogenituræ. 2. Si verùm esset hoc Schema, prius nihilominus Habspurgici inserti fuissent stirpi Merovingæ per Beatricem nuptam Childebrando: adeòque non tam à Merovingis quam propius ab Habspurgicis descenderent Capetini. 3. Non est certum, quod S. Clodulphus genuerit filium, quià non desunt authores, qui putent cœlibem vixisse vsque ad Episcopatum. Ait tamen Chiffletius, quod *in Chronicis quibusdam & Genealogijs Flodulphus sive Clodulphus S. Arnolphi filius dicatur genuisse Martinum Ducem*, sed quod Martinus hic fuerit parens Childebrandi, apud antiquos non reperitur. Et benè arguit idem Chiffletius ex Fredegario Scholastico, qui jussu hujus Childebrandi Ducis scripsit Chronicon, & narrat in eo de cæde Martini, nuspiam tamen asserit eum fuisse parentem Childebrandi, qnod non fuisset prætermissurus, si ita se res habuisset. 4. Quod fuerit Childebrandi filius Theodoricus, quem Carolus Magnus fertur Saxoniæ Gubernatorem constituisse, nec Piespordius probat, nec Texera, nec fortè probari potest. Certè recentiores Galli ipsimet de hoc Theodorico silent, & alia via conantur à Merovingis, & Childebrando stemma Capeticum deducere, vt mox videbimus. Denique in contrarium sunt multa, quæ infrà promemus, quòd Hugo Capetus fuerit vir Saxonici generis, non ex genere Francorum. Atque ita hæc origo non potest subsistere.

Chifflet in Lampad hist gradu. 4. fol. 17.

III. Aliter indagant, & moliuntur ostendere originem Capeticam Joannes Bouchettus, & M. Ant. Dominicus Galli, qui sic disponunt.

## *Origo II. Hugonis Capeti.*

S. Arnulphus Dux Mosellanus.

1. Ansigisus Dux Brabantiæ.

2. Pipinus Heristallus Dux Brabantiæ.

| | |
|---|---|
| 3. Carolus Martellus Dux Brabantiæ. | Childebrandus Dux & Comes. |
| 4. Pipinus Brevis Rex Francorum. | Nibelungus Comes Madriacensis. |
| 5. Carolus Magnus Imperator, & successores à quibus aliæ familiæ. | Theodebertus Comes Madriacensis. |
| | 6. Robertus I. Major Domus Pipini Regis Aquitaniæ Comes. |
| | 7. Robertus II. Fortis Comes Andegavensis. |
| | 8. Robertus Rex Francorum. |
| | 9. Hugo magnus Comes Parisiorum. |
| | 10. Hugo Capetus Rex Francorum. |

In hoc Schemate, quod ſecurè Chiffletius commentitium pronuntiat, occurrit 1. quòd jam Childebrandus ponatur filius Pipini Heriſtalli, qui ab alijs vt ſuprà vidimus credebatur filius Martini Moſellani. 2. quod quidem hæc deductio quantum ad Childebrandum habeat aliquam ſpeciem probabilitatis, vt paulò poſt dicemus, ſed quantum ad cœteros gradus iterùm deficit, vt latè probat Chiffletius. 3. quòd pari ratione ſicuti prior opinio, Capetinos ſolùm à Merovingis deducat, non autem à Carolingis; quod adverſatur intentioni modernorum, qui cum Arroyo contendunt. *Imperium Romanum eſſe Gallicæ Coronæ indivulsè nexum, & quotquot illud, vel ejus partem detinent, eſſe injuſtos vſurpatores, raptores, omnia armis Francorum eſſe repetenda &c.* Et quidem Imperium *Francis ità debitum eſſe ex Caroli Magni ſucceſſione.* Imperium certè ſi hæreditarium eſſet, non deberet retrotrahi jure hæreditatis ad majores Caroli, ſed ad poſteros & ſucceſſores; hac verò ratione Capetini ſi ſolùm ex majoribus Caroli Magni ortum haberent non eſſent ſucceſſores Caroli, ac proinde talis Geneſis nullo modo illis ſuffragaretur ad conſequendum intentum. Cæterùm quod Childebrandus gradu 3. repoſitus aſſeratur filius Pipini Heriſtalli habet quidem (ut dixi) ſpeciem aliquam probabilitatis, ſed tantùm ſpeciem: Nam adducitur locus ex Fredegario ipſiuſmet Childebrandi Hiſtorico, vbi loquens de Carolo Martello ait: *At contrà* (nempè Saracenos Avenionem ingreſſos) *vir egregius Carolus Dux Germanum ſuum, virum induſtrium, Childebrandum Ducem, cum reliquis Ducibus & Comitibus, illis partibus cum apparatu hoſtili dirigit &c.* Et paucis interjectis iterùm ait. *prædictum Germanum ſuum cum pluribus Ducibus &c.* Sed circà hunc locum advertendum eſt primò, quòd Fredegarius Chronicon ſuum finierit illis verbis: *opitulante Chriſto Rege Regum & Domino Dominorum.* Quibus ſubjunxit more Chronographorum ejus ætatis ſupputationem annorum mundi, & Chriſti, qua totum opus concluſum eſt. Poſteà acceſſerunt duo additamenta, vnum ex codice Nazariano Bibliothecæ Palatinæ editionis Pithœanæ, alterum ex codice Bavarico: neque conſtat certo vtrùm illa additamenta (in quorum priore continentur allegata verba de Childebrando) ſint conſcripta ab ipſo Fredegario, vel ab aliquo alio, vti plurium authorum operibus accidit. Licet enim primum additamentum incipiat: *Itemque quod ſuperius prætermiſimus &c.* non tamen ſequitur, quòd ipſemet Fredegarius id ſcripſerit, quià antiqui vnus ab altero deſcribebant, & addebant, ac ſinguli volebant ſuum opus cenſeri: vel certè qui addebant, voluerunt potius authori primo, quàm ſibi additamenta attribui, præſertim modica & brevia, quale hoc ipſum eſt. Secundò, licet detur, quod allegata verba ſint ipſiuſmet Fredegarij, adhuc tamen dubium manet, quo intellectu accipienda ſit vox Germanus, præſertim cum in eodem additamento legatur: *Pipinus Dux cum avunculo ſuo Hildebrando Duce &c.* quod ſonat eum fuiſſe fratrem matris Pipini Brevis, adeòque ſolùm affinem Caroli Martelli: ac proinde ſenſum allegatorum ſuprà verborum eſſe: *Carolus Dux Germanum ſuæ Uxoris, virum induſtrium Childebrandum Ducem &c.* Et ità ſenſit Mætthæus Zampinius in origine Hugonis Capeti; licet dicat Chiffletius: *Sed obſervaſſe debuerat Zampinius Italus,*

Arroy. apud Alex. Patrit. in Mart. Gal. Præf.

Fredeg. c. 109

Zampin. in orig. Capet. Chiffl. Lam. Hiſ. grad. 4.

pa-

patruum & avunculum, *vnica voce oncle à Francis efferri; ex quibus qui Latinè scripserunt, non rarò avunculum pro patruo vsurparunt.* Verùm obseruâsse debuerat etiam Chiffletius; hanc Francicam linguam ex Latina corruptam recentiorem esse, quàm Fredegarij Chronicon: neque enim hæc lingua genti coæva est, sed ex Latina sensim magis & magis depravata, quod recentioribus seculis factum colligitur ex lingua item Italica, quæ ante quadringentos annos non multum differebat adhuc à Latina. vti ex nonnullis fragmentis literarum & instrumentis, quæ reperiuntur observare licet. Quidquid tamen de hoc sit, faciliùs credam à Fredegario vsurpatam vocem *Germanus* impropriè & latiori significatione, quam vocem *avunculus*: quià hodieque apud aliquas nationes præsertim Hungaros nomen fratris latissimè sumitur pro agnatis, quibuscunque. Unde. 3. Benè divinat Chiffletius, multisque probat exemplis vocem *Germanus* sumi etiam pro fratre uterino, sive ejusdem matris diversi patris filijs âpplicari: quod non solùm apud Hispanos, vt ipse notat consuetum est, sed & Germanos, & potissimum Slavos. Quod igitur Fredegarius Caroli Martelli *Germanum* appellat Childebrandum, intelligi debet de fraternitate uterina, si tamen etiam hæc inter eos fuit, & non potiùs pura affinitas, vel neutrum, quià vt dixi additamentum illud non videtur esse ipsiusmet Ferdegarij, sed alicujus posterioris authoris, cùm apud nullum alium reperiatur Childebrandus appellatus frater Caroli Martelli. 4. Idem colligitur ex contextu Chronici ejusdem Ferdegarij, in quo & Pipini Heristalli & Caroli Martelli prolium mentionem facit, nullam tamen Childebrandi. 5. Si additamentum illud reipsa est Fredegarij, non vanâ conjecturâ divinat Chiffletius, consulto prætermisisse Fredegarium narrare quomodo S. Lambertus Tongrensis Episcopus Pipinum Heristallum reprehenderit ob inductam priori conjugio pellicem Alpaidem; imò & Alpaidem honorasse nomine veræ Uxoris, cum scripsit: *Uxorem Pipini nobilem & elegantem.* nempè, vt ille ait: *vt Childebrando ex alio thoro Alpaidis filio gratificaretur, ejusque matris probro velum obtenderet.* Atque ità Bouchetti & Dominici conatus deducendi originem Capeticam à Merovingis Caroli Magni maioribns in Childebrando subruitur: vt taceam de cœteris gradibus, quos latè etiam refellit Chiffletius.

Porrò quomodo à Carolo Magno deduci possint Capetici, ostendit idem Chiffletius, & probat: an sufficienter, id mox videbimus.

## *Origo III. Hugonis Capeti à Carolo Magno ad mentem Chiffletij.*

*Stemma Masculinum.*

Welphus Altorffij Comes tempore Caroli Magni.

1. Juditha Uxor Ludovici — Conradus maior Dux Burgundiæ & Comes Parisiensis Uxor Adelheidis filia Hugonis I. Abbatis filij nothi Caroli Magni.

2. Carolus Calvus Imperator

Robertus Fortis Dux Francorum. — Conradus minor Comes Burgundiæ — Hugo II. Abbas Dux Franciæ.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 3. | Odo Dux & Rex Francorum. | Robertus II. Dux Francorum dein Rex. | Rudolphus I. Rex Burgundiæ. |
| 4. | | Hugo Magnus Dux Franciæ | Rudolphus II. Rex Burgund. |
| 5. | | Hugo Capetus Rex Franciæ. | |

Chiffl. Vind. Hiſt. init. Thegan. c. 36.

Annal. Bert. ad an. 864. & an. 866.

Probat Chiffletius primum gradum de Juditha ex pluribus authoribus, quod non controvertitur. De Conrado, habet Theganus: *ſuſcipientes Reginam Judith, eamque vi velantes, & in Monaſterium mittentes, & fratres ejus Conradum & Rudolphum tondentes.* Et Annales Bertiniani: *Conradus Caroli Regis avunculus.* Deinde alibi *Rudolphus Caroli Regis avunculus colicâ moritur.* Hæc quidem rectè probant Juditham Reginam habuiſſe duos fratres Conradum & Rudolphum, ſed non probant, quòd hic Conradus fuerit Dux Burgundiæ, aut Comes Pariſienſis, licet du Cheſne recentior author Conradum hunc appelletComitem Pariſienſem. Alij verò antiqui authores ſimpliciter vocant fratrem Judithæ, nec Comitem, nec Ducem Burgundiæ, & cùm eo tempore fuerint plures Conradi, ac Rudolphi, non poteſt pro certo affirmari fratrem Judithæ Imperatoris fuiſſe illum Conradum, qui apud authores nominatur Comes Pariſienſis vel Dux Burgundiæ. Afferendi proinde eſſent antiquiores, qui id aſſeruiſſent. Affert quidem Chiffletius alibi ex Annalibus Fuldenſibus de Ludovico II. Imperatore: *Ignarus per omnia imminentis ſibi periculi, quod ei parabatur ex parte Caroli* (nimirum Calui) *cujus animum ad vltionem injuriarum ſuarum erexerant filij Conradi Comitis.* Sed quis iſte Conradus Comes fuerit, an frater Judithæ Imperatricis, an diverſus ab eo, id non exprimunt Annales. Unde apud Recentiores Geneographos valdè controverſum eſt de parente Conradi Comitis vel Ducis Burgundiæ Tranſiuranæ, cum aliqui vt Lazius, Henninges, Pieſpordius putent ex Habſpurgicis ortum hunc Conradum, à quo Reges Burgundiæ deſcenderunt, proinde diverſum à fratre Judithæ. In ſecundo gradu maior adhuc eſt difficultas, quomodo Robertus Fortis fuerit filius Conradi Comitis vel Ducis, nepos Welphi & Judithæ Imperatricis: nam alij, vt ſuprà vidimus, Robertum Fortem volunt filium fuiſſe alterius Roberti, atque adeô tres ordine Robertos ponunt, & quidem ipſimet Galli ſcriptores. Probat quidem Chiffletius ex Bertinianis Annalibus, vbi de Carolo Calvo dicitur *Hugoni Clerico avunculi ſui Conradi filio Comitatum Andegavenſem, cum Abbatia S. Martini, & cum alijs etiam Abbatijs donat, eumque in Neuſtriam loco Roberti dirigit.* Et ex Chronico Divionenſi, vbi dicitur: *Duo filij Roberti Andegavorum Comitis, fratris Hugonis Abbatis, ſenior Odo dicebatur, Robertus alter patrem nomine referens.* Si ergò Hugo Abbas filius fuit Conradi Comitis, qui erat frater Judithæ, conſequenter etiam Robertus filius fuit eiusdem Conradi cum in Chronico Divionenſi appelletur frater Hugonis Abbatis. Verùm Bouchetus & Dominicus cenſent legendum *fratres Hugonis Abbatis*: non *fratris.* qua ratione adhuc dubium eſſet, quis fuerit parens Roberti, præſertim cum authores antiqui de ejus majoribus nihil adducant aliud, quàm quod fuerit de

Chiffl. Lum. ſ. Geneal. f. 150. Annal. Fuld. ad an. 888.

Annal. Bert. ad an. 866.

Chron. Div. in Bert. Abb.

gene-

genere Saxonum. Imò cum Chronicon illud Divionenſe quod allegatur nondum ſit editum ſed MS. quis novit an hoc in puncto mereatur fidem; quià fortè poſterioribus ſeculis, quibus jam Capetini regnarunt conſcriptum eſt; & in gratiam regnantium illa Geneſis inſinuata: vel ſi antiquum eſſet, potuit ab aliquo recentiori amanuenſi depravari. Unde benè Alexander Patritius: *Quod aliqui putant iſtum ſeniorem Hugonem Abbatem fuiſſe fratrem Roberti primi, qui Hugonis Magni avus fuit, hoc nonnihil fluctuat. Etenim Regino & Aimoinus, qui ſæpè iſtius Hugonis Abbatis meminere, nuſquam eum fratrem Roberti nominant: cum tamen in Roberti Genealogia deorſum pertexenda ſatis accurati ſint.* Quare ſi non omninò falſum, ſaltem dubium eſt an Robertus fortis natus ſit Conrado patre avo Welphone. Alex. Patrit. Mart. Gallic. lib. 1. c. 34.

V. Et hæc quidem de ſtemmate Maſculino Hugonis Capeti, quod formavit Chiffletius; non planè ad guſtum Gallorum ſcriptorum. Nunc alterum fœmineum proponendum eſt & examinandum.

*Stemma Fœmineum ſive*

## *Origo IV.*

*Hugonis Capeti à Carolo Magno juxta Chiffletium.*

Carolus Magnus. Concubina nomine Regina.

1. Drogo Epiſcopus Metenſis. — Hugo I. Abbas Dux Burgundiæ Uxor N.
2. Adelheidis Uxor Conradi majoris Ducis Burgundiæ & Comitis Pariſienſis.
3. Conradus junior Dux Burgundiæ Transjuranæ. — Robertus fortis Dux Francorum — Hugo II. Abbas.
4. Rudolphus I. Rex Burgund. — Robertus Dux & Rex Franco. — Odo Dux & Rex Francorum.
5. Rudolphus II. Rex Burgund. — Hugo Magnus Dux Franciæ. — Arnulphus Rex Aquitaniæ ſine liberis
6. Hugo Capetus Rex Franciæ.

Probat Chiffletius hoc ſtemma, de concubina Regina dicta ex Eginhardo, vbi ait: *quatuor habuit concubinas: Mathalgardim &c. & Reginam, quæ ei Drogonem & Hugonem genuit.* Primum gradum de Hugone Abbate probat ex Thegano *Drogoni Epiſcopatam dedit: Hugoni cænobiinca Moneſteria* & Annalibus Fuldenſibus: *Pipini Duces Karli exercitum ſuperant 7. Idus Junij, in quo prælio ceciderunt Hugo Abbas patruus Karli (ſcilicet Calui) & Ribotto Abbas, Rabon quoque ſignifer.* Hæc ſufficienter probant Hugonem vnum fuiſſe filium illegitimum Caroli Magni ex Regina concubina, ſed non probant eum fuiſſe vxoratum; vnde contradicit Bouchettus, ex Bertinianis Annalibus cùm ait: *Hugonem Presbyterum & Abbatem à Pipini Ducibus occiſum fuiſſe.* Si ergò à teneris annis Clericus & Abbas fuit, vt concedit Chiffletius non eſt veroſimile, quòd depoſitâ Clericali veſte Uxorem duxerit, & deinde eâ mortua rurſum factus ſit Presbyter & Abbas. In gradu 2. ponitur Adelheydis Uxor Conradi Ducis Burgundiæ, & probatur ex Herrico Monacho, vbi ait: *Chuonradus Princeps famoſiſſimus* Eginhard. in vita Caroli. Theg. c. 24. Annal. Fuld. ad an. 844. Bouchett. p. 57. Annal. Bert. ad an. 844. Herric. lib. 2. cap.



colit-

MS. Valcellen. *collega Regum, & inter primates Aulicos adprimè inclytus, per id temporis Regiâ munificentiâ maximus, & suâ condignis nobilitate, fulgebat honoribus. Conjux illi erat Adelaid nomine, primorum & ipsa in natalium perinde titulis glorioſa; quippe quæ avita antiquorum Procerum oriunda propagine, ſplendorem generis auguſtiſſimæ æquiparabat ſtemmate dignitatis.* Alibi Adelhaydem appellat: *Summo loco natam.* Sed ex his neque colligitur, quòd Adelhaydis fuerit filia Hugonis Abbatis, neque quòd Conradus fuerit ille idem, qui frater Judithæ Imperatricis; licet vterque ab antiqua, & magna celebretur nobilitate: neque enim ſola Carolina familia nobilis tunc erat. Melius proinde hic gradus probandus eſſet. Adducit iterùm Chiffletius ex Chronico Senonenſi: *Dicitur quòd iſte Hugo* (nempe Capetus) *ex progenie Caroli Magni deſcenderat, non ex primogenito.* Sed hæc authoritas eſt dubia, quia *Dicitur*, hoc eſt vulgi fortè opinione, vel aſſentantium ſtudiis: deinde quod dicitur ex progenie Caroli Magni non ideò per tale ſtemma, de quo quærimus. Denique Dominicus illa verba *Caroli Magni*, non legit in Chronico Senonenſi. Sed eſto ibi reperiantur, longè poſt Hugonem Capetum ſcriptum eſt Chronicon Senonenſe, quo tempore non ſolum aſſentatores hoc dicebant, ſed & alia plura, quæ promemus. Potiſſima verò in hoc ſtemmate difficultas eſt, quis fuerit pater Roberti Fortis: licet enim multa de Roberto hoc forti legantur apud authores, nihil tamen reperitur de ejus parente: & ideò tam diverſæ ſunt conjecturæ, vti jam vidimus, & infrà adhuc videbimus. Nec Chiffletius adducit vllum locum antiqui authoris, quo probet Robertum Fortem fuiſſe filium Conradi Ducis Burgundiæ. Aliunde etiam ipſi Galli contradicunt, nec volunt hac via Capetinos deducere: proinde ſi non oſtenderint aliam originem Hugonis ſui Capeti à Carolo Magno, nihil ille nihil ſucceſſores hæreditatis Carolinæ poterunt prætendere.

VI. Aliam viam ingreſſus eſt Nicolaus Vignerius, ut Hugonis Capeti genus â Carolo Magno deduceret, cujus hoc eſt Schema, ſeu

## *Origo V. Capetinorum.*

Carolus Magnus Imperator.
|
Pipinus Rex Italiæ.
|
Bernardus nothus Rex Italiæ.
|
Pipinus II. Comes Viromanduæ, & Trecarum.
|
Heribertus I. Comes Trecenſis.
|
N-------- Uxor Roberti I. Regis Francorum. — Heribertus II. Com Virom. N. Ux. filia Roberti Regis ſoror Hugonis Magni.
|
Hugo Magnus Dux Francorum. — Heribertus III. Comes. — Hugo Elect. Rhemenſis.
|
Hugo Capetus Rex Francorum.

Chiffl. vind. Hiſp. c. 2.

Probat

Probat Vignerius hanc Originem ex Aimoini Continuatore, vbi ait: *Carolo* Rege *à cæde* Roberti Regis, *apud Sueſſionenſem civitatem revertente, occurrit ei Herbertus Comes Virmandenſis, iniquorum nequiſſimus,&c. Habebat enim idem Robertus ſupradictus ſororem hujus Herberti, de qua natus eſt Hugo Magnus.* Deinde ex Gulielmo Calculo Gemmeticenſi, qui ait: *Rebellavit Robertus contra Carolum Regem, vnctusq; ipſe in Regem vno anno regnavit: Sed poſtea occiſus eſt in bello Sueſſionico ab exercitu Caroli ſimplicis: factus eſt tamen poſt ipſum Princeps Francorum filius ejus Hugo Magnus natus ex filia Heriberti Comitis Parronæ.* Hæc clara ſunt, ſi vera. At quomodo vera? cum Flodoardus coætaneus Heriberti, de quo eſt quæſtio contrarium ſcribat? non enim filia Heriberti Comitis nupta eſt Roberto Regi, ſed econtra filia Roberti Regis nupta fuit Heriberto II. Com. Viromanduæ. Flodoardus qui ab Heriberto ſe multa paſſum qneritur, non potuit neſcire qualem Uxorem haberet, Hugonis magni nepotes aſſerit filios Heriberti non vno in loco, & clariſſimè vbi Hugonem Magnum appellat *avunculum filiorum Heriberti.* Idem adſtruunt Widekindus Saxo, Sigebertus Gemblacenſis, Albericus Monachus Trium fontium, Guido de Baſochiis, quorum authoritates videri poſſunt apud Chiffletium. Poſtremi verba libet referre: *Heribertus Campaniæ Comes, & Veromandenſis (qui filius Pipini Comitis, qui Bernardi, qui Pipini Regis Italiæ, qui Caroli Magni Imperatoris) ob gratiam Rodulphi Francorum Regis de novo creati, & Hugonis Ducis, cujus ſororem habebat vxorem, Carolum Regem ſub Sacramento pacis ad colloquium fraudis invitat.* Ecce Heribertus Uxorem habuit Hugonis Ducis ſororem, id eſt Roberti Regis filiam, non econtrà. Unde concludit Chiffletius erraſſe continuatorem Aimoini, & ea quæ ex Gulielmo Calculo afferuntur non eſſe ſyncera. Sed eſto vera eſſet deductio Capetinæ ſtirpis à Vignerio edita, nihil honeſtior foret hæc origo, quam præcedens per Hugonem Abbatem Caroli nothum: cum etiam Bernardus Italiæ Rex fuerit nothus Pipini Regis, vt Theganus teſtatur: & conſequenter Heriberti ab illo progeniti nullum jus habere potuerunt, ſive ad regnum Franciæ, ſive ad alias prærogativas.

Vigner. Apol. Cont. Saniul. Aimoin. Cont. lib. 5. c. 62.

Guliel. Calc. hiſt. Normann lib. 2. cap. 21. & lib. 3. c. 26.

Flodoard. lib 4. hiſt. Rhem cap. 28. & Chronic. An. 943. & 946.

Widekin. lib. 1. & 3. Sigebert. Gemblac. in Chron. ad an. 949. Alberic. ad an. 920. Guido ad an. 924.

Chifflet. in vindic. Hiſp. c. 2.

Thegan. cap. 22.

VII. Rurſum alia via deducere volunt aliqui Hugonem Capetum à Carolo Magno ex opinione Wilhelmi Nangij, cujus hæc ſunt verba: *ſic (ut aliqui dicunt) translatum eſt regnum Francorum de progenie Caroli, in progeniem Comitum Pariſienſium. Alijs tamen, nec ſine cauſa videtur, quod in Hugone iſto non defecit progenies Caroli Magni. Arnulphus ſiquidem Imperator Romanorum, filius Karlomanni, filij Ludovici Germanorum Regis, fratris Caroli Calvi Regis Francorum, & Imperatoris, genuit Ludovicum juniorem Imperatorem; qui Ludovicus duas tantum habuit filias Placidiam, & Mathildem: quarum primogenita Placidia nupſit Conrado filio Conradi Comitis, qui poſt Ludovicum juniorem imperavit. Mathildis verò data eſt Uxor Henrico filio Othonis Ducis Saxonum: qui Henricus mortuo Conrado, & ejus Uxore Placidia ſine hæredibus, imperavit cum Uxore ſua Mathilda, de qua genuit primum Othonem Imperatorem, & duas filias, Gerbergam vxorem Ludovici Regis, patris iſtius Ludovici ſine hærede mortui, & Hauvidam matrem iſtius Hugonis Capucij; per quæ patet, quod ipſe deſcendit de progenie Caroli Magni.*

Nang. in Chron.

Igitur ex mente Nangij ſic diſponeretur Geneſis, &

## *Origo VI. Capetinorum.*

Carolus Magnus Imperator.

1. Ludovicus Pius Imperator.
2. Ludovicus Rex Germaniæ.
3. Carolomannus Rex Bavariæ
4. Arnolphus Imperator
5. Ludovicus Junior Imperator
6. Mathildis Uxor Henrici I. Imperatoris.
7. Hauvida Uxor Hugonis Magni Comitis Pariſienſis.
8. Hugo Capucius Rex Francorum.

Hæc deductio cùm per Arnolphum Carolomanni nothum filium procedat nihil juris poteſt refundere in Capetinos à Carolo Magno. Deinde fallit in gradu Sexto, quià Mathildis Uxor Henrici Imperatoris non fuit filia Ludovici Junioris Imperatoris, ſeu neptis Arnulphi, ſed fuit orta ex genere Saxonico, vt omnes ſcriptores Germani ejus temporis conſentiunt. Widekiudus Saxo: *Erat namque ipſa Domina filia Theodorici, cujus fratres erant Widekind. Immet, Reginbern. &c.* Dietmarus Merſeburgenſis. *Mathildem filiam Theodorici, & Reinildæ ex Witikindi Regis tribu exortam, quæ Regi Henrico peperit Ottonem.* Paulus Langius ſimiliter agens de Ottone I. Imperatore: *matre verò Mechtilda filia Theodorici Comitis Saxoniæ de Wittin.* Sic etiam Luitprandus, Sigebertus, Albericus, & recentiores penè omnes. Alia verò per eundem Arnolphum Imperatorem exhibetur ab Henninge, & Texera, hoc modo, & eſt

Widekind. lib. 1. Dietmar. Chron. l. 1. Paul. Lang. in Chron. citizen. Luitprand. Sigebert. in Chron. Alber. ad an. 921. 937. Texera Exeg fol. 98. Henning. P. 2. fol. 2.

## *Origo VII. Capetinorum.*

Carolus Magnus Imperator

1. Ludovicus Pius Imperator
2. Ludovicus Rex Germaniæ
3. Carolomannus Rex Bavariæ
4. Arnulphus Imperator
5. Luitgarda Uxor Ottonis Ducis Saxoniæ
6. Henricus I. Auceps Imperator
7. Hauvida vel Adelheidis Ux. Hugonis Magni.
8. Hugo Capetus Rex Franciæ.

Sed in hac geneſi eædem, quæ ſuprà, occurrunt difficultates; præſertim quià ab Arnulpho notho deducitur, & gradus quintus incertus eſt ipſimet Henningi,

ningi, qui ait: *Hattuvi vel Hadvvigis, vel Luitgarda*, quibus nominibus videtur confundere matrem cum filia Henrici Imperatoris. Miror autem, quòd Galli ſcriptores non deducant Stemma Capeticum per hanc Luitgardam, ſi verè fuit filia Arnulphi Imperatoris. Henning. Germ. P. 2. fol. 3.

VIII. Apud Albericum, qui ſeculo 13. ſcripſit, reperitur Hugonis Capeti origo valdè remota, & impropria à Carolo Magno, ſive potius ab ejus concubina. Ità enim ille habet: *Matrem Regis Odonis & Ducis Roberti Uxorem, videlicet Roberti Fortis Marchionis, credimus fuiſſe illam, quæ dicta eſt nomine Regina; quæ cùm eſſet juvencula fuit concubina Karoli Magni jam ſenioris, cui peperit Epiſcopum Drogonem Metenſem, & Abbatem Hugonem. Et hanc opinionem habemus ex collectaneo S. Benigni, ubi dicitur, quòd Rex Odo & Robertus fratres fuerunt Abbatis Hugonis. Et hæc eſt ratio quarè iſti fuerint in curia Regum Franciæ ità magnifici.* Igitur ex mente Alberici hoc eſſet Stemma Hugonis Capeti, & Alberic. ad ann. 988.

## *Origo Capetinorum VIII.*

Regina concubina prius Caroli Magni. Deinde Uxor Roberti Fortis.

Robertus Rex Franciæ. — Odo Rex Franciæ.

Hugo Magnus Dux Franciæ

Hugo Capetus Rex Franciæ

Hoc Stemma ſi Galli ſuis Regibus honorificum putant, per me licet; ſed quomodo per Reginam concubinam Caroli Magni poſſint prætendere jure natalium Regnum Franciæ, imò & Germaniæ, & Imperium, non video. Cæterùm idem hoc Stemma falſum eſſe convincitur vel ex Chronologia. Nam Robertus fortis occiſus eſt anno 865. relictis duobus filijs puerulis teſte Regione; atverò Regina Carolo Magno peperit Drogonem Epiſcopum Metenſem anno circiter 795. vti colligitur ex ordinatione ejus in Epiſcopum facta Anno 825. tunc enim minimum 30. annos habere debuerit. Iam Regina gignendo Drogonem debuit habere minimum annos quindecim, ergò nata fuit anno 780. ſi itàque poſt mortem Caroli nupſit Roberto forti, quomodo potuit illi filios gignere adhuc anno 860. cùm jam fuiſſet octogenaria. Quis hoc credat?

IX. Plures adhuc origines & ortus per fœmineam propaginem Hugonis Capeti à Carolo Magno. fertur edidiſſe M. Ant. Dominicus, ſed *plerique ſunt commentitij*, vt ait Chiffletius, apud quem breviter refolutos reperire licet: ego prætereo, quià non vidi Dominicum, & credo potiùs antiquis Authoribus, quorum vnus in Codice Nivellenſi cum hoc titulo: *Hæc eſt proſapia modernorum Regum Franciæ, qui dominantur Francigenis. Robertus Marcio quem Normanni occiderunt, genuit Robertum Tyrannum, quem occidit Carolus ſimplex Rex Francorum: Robertus genuit Hugonem Comitem Pariſienſem. Hugo genuit Hugonem dictum Chapet, qui regnum Francorum vſurpavit, & poſteris ſuis hæreditariè reliquit: cùm tamen ipſe non eſſet de ſtirpe Caroli Magni nec filij ſui.* In eodem Codice extat alius Genealogiſta medij ævi, qui poſtquam egit de Roberto I. Rege, Hugone Magno Duce, & Hugone Capeto, ſubdit. *Iſti non fuerunt de progenie Caroli Magni,* Chifflet. in Lumin. Geneal. lum. 14. fol. 209. Auth. Nivell. apud Chifflet. lum. 10. fol. 197.

*qui Regnum Francorum fraudulenter intraverunt, & posteris suis hæreditariè reliquerunt: & sic stirps Coroli Magni cessavit regnare in Francia, in qua confirmata fuerat hæreditariè Apostolica auctoritate, & Francorum electione: latâ etiam sententiâ anathematis perpetui à Stephano Papa in omnes alienigenas Regnum Francorum contrà ipsam prosapiam invasuros.* Hæc ibi, quæ pluribus paulò post stabiliemus. Interim exhactenùs productis liquet, Hugonem Capetum nec masculinâ, nec fœmininâ generationum serie legitimâ originem habuisse à Carolo Magno, quià omnes allatæ Geneses defectibus & erroribus laborant; nec inter tam multas conjecturas adhuc certò constat, quis fuerit Hugonis Capeti abavus, & Roberti fortis pater, alijs aliter opinantibus, nullo satis probante conjecturam. Atque adeò hinc sequitur malè argumentatum Arroyum, qui apud Alex. Patritium ait: *Cum Ludovicus XIII. Carolo Magno cæterisque Regibus masculinâ serie succedat; eadem est in ipso authoritas, seu idem jus, quod in Carolo Magno fuit.* Neque enim Ludovicus XIII. Carolo Magno masculinâ seriè neque fœmininâ serie generationum successit, nisi in successoribus Capeti, ante quem dudum Habspurgici sanguinem Carolinum participarunt, vt suo loco ostendimus. Ac proinde si quod jus præbent natales, Habspurgo-*Austriaci jure natalium sunt præ omnibus Regibus & Principibus mundi, hæredes Caroli Magni, & jure merito successores non tantùm in Imperio, & Germania, sed etiam in Francia occidua.* Quod est retortum argumentum ad hominem, licet Austriaci id non prætendant.

Arroy. ap. Patrit. lib. 1. cap. 29.

## §. V.

## *Inquiritur vlterius Origo & ortus Hugonis Capeti.*

MIrum rot centenis annis jam inde ab occupato regno Franciæ quæsitum da majorbus Hugonis Capeti ab authoribus, neque tamen hactenùs repertam vlteriorem indnbitatam originem, quam à Roberto forti, qui fuit proavus Capeti, vt omninò credibile sit, quod dicebat Glaber Rodulphus, qui Anno Christi millesimo vsque ad 1045. floruit, adeóque Hugonem Capetum Anno 998. defunctum noviisse potuit. Hic agens de Hugone Magno & ejus patre Roberto, avo scilicet Hugonis Capeti, ait: *Fuit enim hic Hugo filius Roberti Parisiorum Comitis, qui videlicet Robertus brevi in tempore Rex constitutus, & ab exercitu Saxonum est interfectus, cujus genus idcircò adnotare distulimus, quià valdè inante reperitur obscurum.* Ergò tempore Glabri adhuc erat origo obscura Hugonis Capeti, vt nesciretur, nisi de avo Roberto, qui in regnum assumptus fuit, cœteris majoribus vel ignoratis, & ideò obscuris, vel rèipsa obscuris id est non magnæ nobilitatis. Et certè si fuisset magnæ, illustris, & regalis prosopiæ vt recentiores contendunt, non siluissent scriptores ejus temporis, qui tamen vltrà Robertum fortem non processerunt. Proximi temporibus Hugonis Capeti vixerunt Author Aquitanicæ historiæ, cujus fragmentum ab Hugone Capeto incipiens extat, & hic de majoribus nullam facit mentionẽ. Author MS. Floriacensis apud Pithœum, & in fragmento quod à morte Capeti incipit etiam silet de origine, & est Author vitæ Roberti Regis, qui fuit filius Capeti

Glaber Rad. hist. lib. 1. c. 2.

peti incipit, etiam ſilet de origine & eſt Author vitæ Roberti Regis, qui fuit filius Capeti, vnde apparet, quòd fuerit coævus. Author vitæ Philippi Regis, qui vixit anno 1180. nihil habet de Maioribus Capeti. Et plures alii ſubſequentium Regum coævi ſcriptores. Unus Helgaldus in vita Roberti filij Hugonis Capeti aſſeruit: *Ejus inclyta progenies, ſicut ipſe ſuis ſanctis & humillimis aſſerebat verbis ab Auſoniæ partibus deſcenderat.* Auſonia eſt Italia: ſi itâque Roberti Fortis majores Itali, qui fuit abavus Roberti Regis filij Capeti, adhuc magis ejus *genus inante reperitur obſcurum*, quià nullus alius author ab Italis ortum Hugonem Capetum aſſeruit. Neque ex his colligi poteſt qualeſnam fuerint illi progenitores Itali, nobiles an plebeij, Principes an Reges. Sanè ſi Reges fuiſſent aut Principes non ſiluiſſet Robertus de ijs etiam mentionem facere. Quanquam illo loco Helgaldus non aſſerit progeniem Roberti fuiſſe Auſoniam, ſed progeniem matris ejus Adelheydis, de qua ibidem mentionem fecit, vt benè adverterunt Sammarthani, & poſt eos Chiffletius. Quod verò addat idem Helgaldus deſcribens formam Roberti: *Humeri ejus in altum porrecti: corona capiti impoſita decernebat eum avis & atavis ſtirpe proceſſiſſe regia*, non ſonat aliud quàm quod fuerit ſtaturæ & formæ Rege dignæ, vt videretur ex forma oriundus à Regibus. Quanquam etiam de origine Regia id ſatis verificari poteſt, in Hugone patre Rege, in Odone propatruo, & Roberto avo Regibus Franciæ. Cum ergò Helgaldus ſimpliciter dicat ejus *progeniem ab Auſoniæ partibus deſcendiſſe*, nec addat *regiam*, vel Principalem: nihil poteſt hinc de majoribus ejus elici quod familiæ ſplendorem conciliet, multo minùs, quo probetur à Carolo Magno traxiſſe originem, qui non fuit Italus ſed Germanus.

Helgald. in vita Roberti ap. Pithœ. f. 63.

Chifflet. in Lamp. hiſt. f. 48.

II. Solùm igitur, quod de majoribus Hugonis Capeti hactenùs exploratum & certum eſt, hoc habemus.

Robertus Fortis Comes Andegavenſis incertum, quo patre natus.

Robertus Rex Francorum poſt fratrem Odonem ſine liberis defunctum. — Odo Rex Franco.

Hugo Magnus Comes Pariſiorum

Hugo Capetus Rex Francorum.

Tota jam quæſtio multis authoribus aliquot ſeculis agitata in hoc conſiſtit, quis fuerit parens Roberti Fortis. Atque vt vidimus alij volunt fuiſſe Theodoricum quendam Saxoniæ gubernatorem Childebrandi filium vt Texera, & Pieſpordius, ſed non probant: alij Robertum alium ex Theodeberto Madriacenſi Comite ortum, vt Bouchettus & M. Anton. Dominicus: alij aſſignant Conradum maiorem Ducem Burgundiæ vt Chiffletius: alij prætermiſſa inquiſitione de maioribus Roberti Fortis in maſculina ſerie, conantur per fœminas à Carolo Magno ſtemma Capeti deducere. Denique plerique ab antiquis Saxonibus ortum putant, vt mox videbimus. Potiores ex ijs, quos ſuprà retulimus, dum à Carolo Magno repetere volunt originem recentiorum Regum adulatores, adulteros illis conſtituunt maiores, & ex illegitimis prolibus ſtem-

ma deducunt, vt ex Hugone Abbate, ex Bernardo Pipini notho, ex Arnulpho Carolomanni notho, ex Regina Caroli Magni concubina, quibus addendus est Petrus à S. Juliano, qui vt ostendat Capetinos à Carolo Magno recta serie masculina descendere, sic genesim disponit, cui adstipulatur etiam Lazius.

Pet. à S. Jul. in lib. de vera Hug. Cap. orig. Laz. de migrat. lib. 1. fol. 94.

## *Origo IX. seu*

*Stemma Hugonis Capeti à Carolo Magno ex mente Petri à S. Juliano.*

Carolus Magnus Imperator obiit anno 814.

1. Ludovicus Pius Imperator, obiit anno 840.
2. Lotharius I. Imperator, obiit anno 856.
3. Lotharius II. Rex Lotharingiæ, ob. an. 869.
4. Hugo Dux Lotharingiæ nothus Lotharij Regis ex Waldrada pellice. ob. an. 889.
5. Robertus Fortis Com. Andegavensis occisus an. 867.
6. Robertus Rex Francorum, obiit anno 922.
7. Hugo Albus seu Magnus Comes, Parisiorum. ob. an. 958.
8. Hugo Capetus Rex Francorum, ob. an. 997.

Hoc stemma impugnant ipsi Galli, Vignerius, & alij, Texera Lusitanus velificans Henrico IV. Navarræo, asserit esse merum figmentum: cum non possit credi verosimile Robertum Fortem fuisse ferè coævum Ludovico Pio Imperatori, & tamen ejus fuisse abnepotem, nam Ludovicus Pius obiit anno 840. Robertus Fortis 867. ergò debuit tunc esse minimum, triginta annorum cum illi belli summa contrà Normannos fuerit commendata: adeòque Ludovicus Pius vidisset adhuc abnepotem suum, quòd creditu difficile. Unde ait: *Hinc apparet quam absurdum sit, istiusmodi figmenta velle lectori obtrudere.* Sed ad ætatem nihil est opus recurrere; aliunde ostendendum esset, quòd Hugo ille nothus Lotharij Regis parens fuerit Roberti fortis; nullus enim authorum meminit Hugonem hunc nothum liberos suscepisse, sed tanquam de cœlibe loquuntur cum oculis privatum obijsse scribunt anno 885. Igitur neque hoc stemma subsistit, vt taceam quod etiam per Hugonem illegitimum Ldtharij filium dededucatur.

Texera Exeges. Geneal. fol. 96.

III. Communissima & fortè cœteris probabilior opinio est eorum, qui ê Saxonia repetunt originem Hugonis Capeti. Sed rursum controversia manet à quo Saxone vel quibus majoribus ê Saxonia natus sit Robertus Fortis. *Pleriq; authores* (inquit Alexander Patritius) *Hugonis Genealogiam texunt & ad magnum vsque Witikindum Saxonem perducunt, quem Carolus Magnus vix tandem multis prælijs domuit. Widikindus enim, inquiunt filium genuit Widikindum, cui quidam tertium ejusdem nominis adjungunt, Witikindus Robertum Fortem, iste Robertum secundum*

Alex. Patrit. lib. 1. Mart. Gall. c. 34.

*dum Regem, vel Tyrannum Franciæ, Robertus Hugonem Magnum, Hugo Magnus Hugonem Capetum.* Allegantur pro hac opinione Joannes Bodinus, Joannes Tillet, Joannes de Serres, Scipio du Pleix, Stephanus Paſcaſius, Bernardus du Haillan, Franciſcus Haræus, quibus adde Hieronynum Henningem; & Texeram, qui probabilem putat, vnde ſic diſponitur

## *Origo X. ſeu*

*Stemma Hugonis Capeti apud Henningem, & alios authores Gallos.*

Henning. P. 2. Germ. Texera in Exeget. fol. 99. Bodin. Tillet. &c. ap. Armacan.

Widekindus Magnus Rex Saxonum, obiit Anno 807.

|

Widekindus II. Dynaſta Butſetzij.

|

Widekindus III. Andium Præfectus.

|

Robertus natus in Galliis cogn. Fortis, ob heroicas virtutes appellatus Judas Machabæus, occiſus Anno 867.

|

Robertus II. Rex Franciæ, pater Hugonis Magni, avus Hugonis Capeti.

Hoc ſtemma ibidem deficit, vbi cætera. De patre, avo, & proavo Hugonis Capeti, id eſt de Hugone Magno, Roberto Rege, Roberto Forti nullum eſt dubium, de parente Roberti Fortis eſt quæſtio, quæ non ſolvitur nuda aſſertione, ſed probatione, quam adhuc apud nullum authorem legi: & ſi legero, & videro eſſe ſufficientem, libentiſſimè ſubſcribam. Idem prorſus ſentio de ſtemmate, quod concinnavit Bucelinus in hunc modum.

## *Origo XI. Capetinorum.*

Ethico, ſive Atticus Dux Alemanniæ, & Alſatiæ, Anno 685.

|

Adelbertus, vel Albericus Dux Alemanniæ, & Alſatiæ.

|

Eberhardus Dux Alemanniæ & Alſatiæ.

|

Warinus Major Domus Carolomanni.

|

Iſenbardus Dux Exercitus Caroli Magni.

|

Guelfo I. Comes Altorffij, & Ravenſpurgi.

|

Conradus Comes Altorffij, & Dux Burgundiæ, cujus Soror Juditha nupta Ludovico Pio Imperatori.

|

Robertus Fortis Dux Andegavenſis.

Ut omnia cætera pro nunc admittam, Conrado natum Robertum Fortem non credo, donec Bucelinus, vel qui idem prior aſſeruit Chiffletius, melius probet. Quod ſi probaverint, non erit tamen Origo Capetica ex ſtirpe Caroli Magni. Interim ſit

## §. VI.

## *Authorum teſtimonia, quod Caroli Magni progenies maſcula penitus extincta ſit, & ejus ſanguinem Capetici nullo modo participaverint.*

CErtùm eſt 1. quod nec Hugonis Capeti ſucceſſores ab eo propagati, nec vlli alij Principes hodie florentes poſſint à Carolo Magno per legitimam maſculinam propagationem ſtemma, & originem ſuam deducere. Hoc certum pendet ab alio certo, quod ſcilicet tota ſtirps maſcula Caroli Magni in Ludovico Rege vltimo, & Carolo Duce Lotharingiæ, de quibus ſuprà egimus exaruerit, quod probatur plurium authorum ſuffragiis, licet aliqua ſuprà Parte I cap. 22. §. 5. inſinuaverimus.

Glaber. lib. 1. cap. 3. & c. 5. & lib. 2. c. 1.

1. *Glaber Rodulphus* Hugoni Capeto coætaneus agens de Lothario, & Ludovico poſtremis Regibus: *In his duobus regale, ſeu Imperiale illorum genus regnandi finem accepit.* Et alibi rurſum: *Evacuato priorum Regum genere, ſedatisq; jurgiis cœpit orbis novorum Regum pace ſub amica refloreſcere.* Adhuc clarius libro 2. ait: *Finito tam regnandi, quam imperandi apud Italiam, & Gallias magnorum Regum genere, videlicet Ludovici, nec non & Caroli, ac ſui generis cæterorum Regum, protinus in vnius conſanguinitatis viros vtriusque regni contigit devenire Monarchiam*, nimirùm regni Germaniæ, & Galliæ, vnde ſubnectit: *Mortuis igitur Lothario, ac Ludovico Regibus totius Franciæ regni diſpoſitio incubuit Hugoni Pariſienſis Ducis filio, videlicet illius Magni Hugonis, &c. Erant ergo affinitate conſanguinitatis Regibus Saxonum vniti, à primo ſcilicet Othone, qui natus eſt ex Hugonis Magni ſorore.* Ex his lucem accipiunt, quæ ſuprà ex Helgaldo retulimus. Saxonibus ergò cognatus erat Hugo Capetus, non Carolingis.

Contin. Aimoin. lib. 5. c. 44. & 45.

2. *Continuator Aimoini* antiqvus author licet Anonymus: *Unctus eſt in Regem, in Rhemenſi civitate Hugo Dux. Hic defecit regnum Caroli Magni.* Sed quià aliud eſt deficere regnum, aliud deficere genus, & proſapiam, infra oſtendit etiam genus Caroli defeciſſe, vno tantum ſuperſtite Arnulpho Rhemenſi Archiepiſcopo ex concubina filio Lotharij Regis, de quo & Hugone ait: *Hugo autem Rex invidebat ei* (nimirùm Arnulpho) *volens exterminare progeniem Lotharij Regis.* Si fuiſſet ipſe Hugo ex origine Caroli Regis, non voluiſſet illam progeniem exterminare.

Ivo Carnot. in Chron.

3. *Ivo Carnotenſis*, qui floruit Anno 1095. hæc habet: *Ludovicus captus à Francis Lauduni interiit, ſicq; progenies Caroli Magni defecit. Hugo filius Hugonis Capetus Rex Francorum* 29. *regnavit Annis* 10. Ecce manifeſtè aſſerit progeniem Caroli Magni extinctam, & conſequenter ſupponit Hugonem fuiſſe alterius diverſæ ſtirpis.

Hugo Flaviniac. Chron. Virdun. l. 1.

4. *Hugo Abbas Flaviniacenſis*, qui non totis centum annis poſt Capetum floruit, in Chronico Virdunenſi, clariſſimè: *Mortuo Lothario Ludovicus filius ſuccedit, & in primario flore juventutis obiit, in quo defecit generatio Regum ex familia Caroli Magni, & ſuccedit ex alia familia Hugo Rex.* Si ex alia familia, ergò non ex familia Caroli Magni.

5. *Hu-*

5. *Hugo Floriacenſis* apud Chiffletium eadem habet, quæ ſuprà retulimus ex Aimoini Continuatore. *Hugo Rex invidebat ei volens exterminare progeniem Clotharij Regis.* Hugo Floriac. Chiffl. vind. c. 4.

6. *Author Genealogiæ S. Arnulphi*, de Ludovico vltimo Rege: *Hoc mortuo ſine liberis, translatum eſt regnum ad Hugonem Capet filium Hadevvidis.* Gen. S. Arnulph ap. Patrit. lib. 1. cap. 33.

7. *Author fragmenti* hiſtoriæ Floriacenſis: *Francorum Regum ſecundâ deficiente lineâ, Regnum in tertiam eſt translatum.* Fragm. Cœnob. Floriacen. ib.

8. *Author vitæ Ludovici VIII.* Regis Franciæ: *Hugone Caputio Comite Pariſienſi, & Duce Francorum regnum invadente, translatum eſt de Genealogia Carolorum in progeniem Comitum Pariſienſium, qui de genere Saxonum proceſſerunt.* Et infrà oſtendit quomodo pater ipſius Philippus duxerit Iſabellam Flandricam, per quam ſanguis Carolinus communicatus eſt Capetinis, quod nos ſuprà oſtendimus, cum prioritate communicati ejusdem ſanguinis Habſpurgo-Auſtriacis: *Qui Philippus Rex ipſum Ludovicum genuit ex Eliſabeth, ſive Iſabella filia Balduini Comitis Hannoniæ. Nam idem Balduinus proceſſit de progenie Ermeniardis Comitiſſæ Namurciæ filiæ Caroli Ducis Lotharingiæ patrui Ludovici Regis vltimi de genere Caroli Magni ſine hærede defuncti, contrà quem Hugo Caputius regnum vſurpavit, & Aurelianis in carcere mori fecit, & vſque ad quem progenies Pipini, & Caroli Magni Imperatoris in regni poteſtate perſeveravit. Cùm igitur iſte Ludovicus in regno ſucceſſerit patri, patet regnum in ipſo redactum ad progenieus Caroli Magni.* Vit Ludov. VIII. in fragmen. ap. Pithœ. fol. 397. Ecce jam Anno 1226. quo Author vitæ Ludovici VIII. vixit; conſtabat ipſis Gallis Capetinos non fuiſſe ortos ex ſanguine Caroli Magni, neque illum ſanguinem participaſſe niſi per fœminas in Ludovico VIII. Rege Capetino, nato ex Iſabella Flandrica, quæ procedebat ab Ermingarde Namurcenſi Comitiſſa Carolinga: cùm ante hanc aliquot gradibus Habſpurgo-Auſtriaci eundem Carolinum ſanguinem in ſuam familiam derivarint, vt latè ſuprà oſtenſum. Fruſtrà proinde laborant moderni à Carolo Magno ipſum Hugonem Capetum deducere, ſeu maſculinâ ſerie, ſeu fœmininá, niſi fortè illegitimâ.

9. *Canonicus Nuſſienſis* Author Magni Chronici Belgici *Anno 987. cùm Ludovicus vltimus de ſtirpe Caroli Magni vno Anno regnaſſet in Francia, veneno à ſua conjuge Blancha ſumpto mortuus eſt adhuc adoleſcens, &c. Et ſic regnum Galliæ à Caroli Magni familia poſt annos 237. ad familiam Comitum Pariſienſium transfertur.* Supponit has familias fuiſſe diverſas. Nuſſien. in Mag. Chro. Belg. ap. Piſtor. f. 89.

10. *Author antiquæ membranæ Floriacenſis*: cùm retuliſſet mortem Lotharij Regis: *Cui ſucceſſit Ludovicus filius ejus, hujus proſapiæ Regalis Rex vltimus.* Ergò qui ſucceſſerunt Reges fuerunt alterius diſtinctæ proſapiæ. Auth. membran Floriacenſis.

11. *Rigordus* in geſtis Philippi Regis dicti Auguſti: *Carolus ſimplex genuit Ludovicum, qui Lotharium, qui Ludovicum hujus Regalis proſapiæ vltimum.* Non ergò ex hac proſapia Capetus. Rigord de geſt. Philip.

12. *Wilhelmus de Nangiaco*, qui floruit Anno 1300. *Balduinus Comes Hannoniæ proceſſit de progenie Ermengardis Comitiſſæ Namurciæ, filiæ Caroli* Wilhelm. Nangiac. in hiſt. Lud. 8.

*Ducis Lotharingiæ, patrui Ludovici Regis vltimi de genere Caroli Magni.* Si vltimus ipſe, non igitur ad hoc genus ſpectat Hugo Capucius.

Tilber. in otiis Imp.

13. *Gervaſius Tisleberienſis*, vel Tilberienſis Anglus floruit ſub Otthone IV. Imperatore: *Lothario ſucceſſit Ludovicus: Reges de familia Caroli defecerunt.* Ergò qui ſucceſſerunt, non fuerunt de familia Caroli.

Chron. Laurish. ad an. 895.

14. *Chronicon Laurisheimenſe*: de Carolis agens: *In horum Carolorum deceſſu in utriusq; regni faſtigio, Carolorum illa celſa progenies facta eſt de medio.* Quid clarius? non regnare ſolum deſierunt tunc Carolingi, ſed eorum etiam progenies defecit.

Guido de Baſoch. ap. Alber. & Chifflet.

15. *Guido de Baſochijs* apud Albericum: *Bis itaq; in regno Franciæ mutatâ regali ſerie, ſit tertio Regum nova ſucceſſio de Hugonis Magni progenie. Nam Clodovei primò Pipinus Caroli Magni pater à ſceptro amovit hæredes: Secundo Dux Hugo Caroli Magni Sobolem extirpavit à regni ſolio, quod ſibi ſuoq; generi confirmavit.* Ergò diverſum Caroli, diverſum Hugonis genus.

Joan. Iper. in Chron.

16. *Joannes Iperius* Abbas S. Bertini: *Hugo verò Capet more patrum ſuorum odio motus antiquo, genus Caroli Magni cupiens eradere de regno Francorum, contrà Regem Carolum, nec dum tamen coronatum rebellavit.* Si genus Caroli voluit eradere, non fuit ex eodem genere.

Cont. Gemmet. lib. 8. cap. 26.

17. *Continuator Gemmeticenſis* alia phraſi: *Hugo adnullato genere Caroli Magni vnctus eſt in Regem ſuper Francos.*

Vita S. Genul lib. 2. cap. 25.

18. *Author vitæ S. Genulphi*, enarratâ morte Ludovici V. Regis: *Ita Francorum ſecundâ deficiente lineâ, Regnum in tertiam eſt translatum: in qua quidem primus extitit Robertus, qui à Carolo minore interfectus eſt.* Tertia linea non eſt ſecunda.

Hiſt. Vizeliac.

19. *Author Hiſtoriæ Vezeliacenſis*, agens de Ludovico VII. Rege: *Hic eſt Ludovicus Rex filius Ludovici, qui cognominatus eſt Groſſus, filii Philippi, filii Henrici, filii Roberti, filii Hugonis Capitonis, qui primus Rex extitit, poſt defectum Genealogiæ Caroli.* Clara hæc ſunt.

Rob. Autiſſiod. ap. Chiflet. in Mantiſſ. Lamp.

20. *Robertus Autiſſiodorenſis* in Syllabo Regum Franciæ Odoni Regi addit: *hic alienus*, ſimiliter Roberto, & Rodulpho: *hic alienus*, tandem ait: *Carolus Frater Lotharij. Poſt hunc translatum eſt regnum*; nimirum ad alienos, & diverſos à Carolingis.

Dinter. lib. 3. cap. 1.

21. *Edmundus Dinterus*, Secretarius Philippi Boni Ducis Burgundiæ: *Hugo Rex cupiens eradere de regno Francorum omne genus Caroli Ducis, collecto Concilio in vrbe Rhemenſi, fecit degradare Arnulphum conſobrinum ejus, natum ex concubina.* Si Hugo fuiſſet ex eodem genere, volens eradere omne genus Caroli Ducis, debuiſſet etiam ſe eradere.

Rob. Gagu. lib. 7.

22. *Robertus Gaguinus* agens de Ludovico VIII. *Hunc tradunt Authores Caroli Magni genus in Reges Francos per matris cognationem retuliſſe*, ergò non priores Ludovico VIII.

Gill. apud Chiffl. vind.

23. *Nicolaus Gillius* de Ermingarde Comitiſſa Namurci: *Ex illa in Francia renovata fuit ſtirps Caroli Magni.* Et rurſum agens de Ludovico VIII. *In hoc Rege redijt linea Caroli Magni, quæ per ſeptem generationes defecerat à tempore Hu-*

*gonis*

*gonis Capeti, filij Hugonis Magni Comitis Parisiensis.* Ergò Hugo ipse Capetus non fuit de linea Caroli Magni ne quidem fœminina.

24. *Franciscus Belleforestius* de Isabella Hannonia: *Per illam Ludovicus VIII. & S. Ludovicus dicuntur orti esse à sanguine Caroli Magni.* Et alibi: *Regnum Franciæ extrà stirpem Caroli M. ingenus Hugonis Magni translatum fuit.* Esse extra stirpem non est esse ejusdem stirpis. Belleſor. To. 1. lib. 3. c. 59. & in Lud. V.

25. *Author Genealogiæ* Ducum Brabantiæ: *Rebellavit contrà Carolum Ducem Hugo Comes Parisiensis dictus Chapet, cujus antecessores malitiosè conati sapè fuerant prosapiam Caroli Magni regno Francorum ex hæreditare.* Si fuissent ejusdem prosapiæ non fuissent conati eam exhæreditare. Geneal. Duc. Brab. MS. Nivicell.

26. *Guibertus Abbas* Novigentensis, de Anselino, qui Carolum Regem prodidit: *Dominum suum Regem, innocentem puerum, cui sacramenta fidelitatis præbuerat, prodidit; & in externum genus Magni Caroli cursum Genealogiæ transfudit, quod facinus die Cœnæ Dominicæ patravit.* Quando audis externum genus, de Caroli Magni genere cogitare non potes. Guib. Abb. l. de vita sua.

27. *Andreas Sylvius*, qui ante 400. annos scripsit: *Unctus est Hugo Dux in Regem: & hic deficit progenies Caroli Magni.* nempè ante Hugonem. Sylu. in Synopsi. Mero.

28. *Baptista Platina* in vitis Pontificum: *In Ludovico Lotharij filio genus Caroli Magni defecerat; regnumquè illud ad Hugonem Ducem cognomento Caputium venerat.* Supponit Capetij diversum genus. Platin. in Gregor. V.

29. *Wernerus Rollevinck* idem intellexit cum dixit: *Carolina stirps ejicitur de regno Franciæ, & Comes Parisiensis arripuit regnum.* Supponit Comitem Parisiensem fuisse stirpis alienæ à Carolo Magno. Rollev. in fascic. temp.

30. *Hermannus Schedel* Norimbergensis antè sesquiseculum. *Ludovicus IV. ejus nominis Francorum Rex & vltimus ex Caroli Magni genere &c.* Scedel. in Chron.

31. *Joannes à Leydis* coætaneus Abbatis Trithemij: *Ludovico post tres annos Regni sui sine liberis defuncto, terminataque in eo linea Caroli Magni, quantum ad Regnum Franciæ, &c. vsurpat iterum regnum Francorum Hugo Capetus.* Utiq; alterius lineæ quàm Caroli Magni. Leyd. in Chron. Belg. l. 7. c. 14.

32. *M. Anton. Sabellicus*: de Ludovico vltimo agens. *In Ludovico Lotharij filio, Caroli Magni gens defecerat, regnumque ad Hugonem venerat, cognomento Caputium.* Et paulò infrà de Capeti filio Roberto: *Robertus primus bonis artibus Gallorum & cæterarum gentium studia de Caroli Magni stirpe ad novitatem sui generis traxit. Et cœperant non tantum novum in regno genus pati sed novorum etiam virtutes mirari.* Vides expressè adstrui diversum genus. Sabell. Ennead. 9. l. 2.

33. *Christianus Massæus*, in multiplici sua Chronicorum historia: *Defuncto Ludovico patruus ejus Carolus debebat succedere: Sed Hugo Capetus Comes Parisiorum vsurpavit regnum. Et hic primus à stirpe Caroli Magni alienus &c. quam stirpem Carolinam omninò abolere studuit.* Nihil clarius dici potuit, quàm à stirpe Caroli Magni alienus. Christ. Mas. lib. 15. Æmil. lib. 3. hist. Franc.

34. *Paulus Æmilius* Regum Franciæ historicus: *Ludovicus Lotharij filius vltimus, qui ex cognatione Caroli Magni regium nomen gesserit,* & paulò infrà:

*Ità tertium ſtemma in ſolio locatur.* Non igitur ſtemma Caroli, & Capetici ne quidem ex agnatione Caroli Magni cenſendi ſunt.

Avent. lib. 5. Annal.

35. *Joannes Aventinus* Boiorum hiſtoricus: *Progenies Caroli Magni, dum pro Germaniæ Imperio decertat, Celtarum quoque regno excluſa eſt.* De origine verò Hugonis ibidem habet: *Hugo nepos ex ſorore Imperatoris Ottonis I. paternam quoq; originem ex Saxonica trahens.* Clariſſimum hoc eſt.

Volaterr. l. 3. Geogr.

36. *Raphael Volaterranus* in ſua Geographia: *Ludovicus poſtremus ſanè in Caroli familia,* cui deinde Hugonem Capetum tanquam tertij generis caput ſucceſſorem ſubijcit.

Tillius in Chron.

37. *Joannes Tillius* Gallus ſcriptor: *Ludovicus Rex generis Caroli Magni & Francorum poſtremus.* Et de Capeto ait: *Tertium Regum Francorum genus, quod vſque ad noſtra tempora regnat.*

Bod. de Rep.

38. *Joannes Bodinus* clariſſimè ad propoſitum: *Hugo Capetus intermortuâ Caroli Magni ſtirpe, cùm Præfectus Prætorio opibus & gratia plurimum valeret, Carolum Lotharingiæ Ducem, qui vnus cum Otthone filio ex Caroli Magni nepotibus reſtabat, de imperio dejecit.*

Fouchet ap. Patrit.

39. *Claudius Fouchettus* Gallus ſcriptor, de Ludovico ait: *In ipſo defecerunt Reges Francorum ex ſtemmate Carolino.*

Du Tillet. in Lud. V.

40. *Joannes du Tillet* Gallus ſcriptor: *Ludovicus vltimus fuit ſtemmatis Carolini, quod non duravit niſi ducentos triginta quinque annos.* At domus Auſtriaca, ex quo ſolùm ad Imperium evecta eſt, jam quadringentos.

Paſcaſ. lib. 6.

41. *Stephanus Paſchaſius*, antiquitatum Franciæ explorator diligens. *Hugo Capetus coronam Franciæ, ex familia Caroli Magni ad ſuos tranſtulit.* Deinde fusè oſtendit eum ex Saxonico genere oriundum fuiſſe.

Du Haillan. ap. Patrit.

42. *Bernardus du Haillan*: *Regnum Franciæ à ſtemmate Caroli Magni diſtractum eſt, & in novum ſtemma translatum.* Audis novum ſtemma?

Genebr. lib. 4. Chron.

43. *Gilbertus Genebrardus* in ſua Chronologia. *Carolini etiam ipſi Monarchiam perdiderunt, & in alienam familiam Hugonis Capeti tranſmiſerunt.* Audis iterùm alienam à Carolo Magno familiam?

Mich. Naucl. de Monar. P. 4. lib. 7. c. 12. & 13.

44. *Michaël Nauclerus* in ſua Monarchia: *Ultimus Regum Franciæ de generoſiſſima religioſiſſimaque Caroli Magni ſtirpe, Ludovicus hujus nominis quintus fuit.* Et ſequent. cap. inducit Hugonem Capetum, velut *primum fontem Regum tertiæ radicis, atque proſapiæ.*

Serres in Inventa.

45. *Joannes de Serres*, etiam Gallus ſcriptor: *Ut progenies Pharamundi, quæ Romanos pepulerat, à Pipino pulſa fuit, ità Hugo progeniem Pipini expulit. Quid enim ad oſtendendum Legitimum Regem fuiſſe Capetum juvat, quod ex ſanguine Caroli Magni ex parte Matris Aigondæ filiæ Ottonis Ducis Saxoniæ & Imperatoris procreatus dicitur? Nam iſtâ conſideratione illa non potuit eſſe ex ſtirpe Caroli Magni, quæ citra dubium in Ludovico IV. Arnolphi filio, defecerat.*

Gordon. in Chronolog. ad an. 987.

46. *Jacobus Gordonus* hujus ſeculi ſcriptor: *Obijt Ludovicus Carolinorum Rex vltimus ſine liberis. Hugo Capetus fortunæ viribus & mortalium ſtudijs ſuperior* (Carolo Lotharingo) *evaſit primus Gallus Gallorum Rex.* Hic origine Gallum

fuiſſe

fuiſſe vult, non Franco-Germanum quales erant omnes Carolingi, ac proinde fatetur eum fuiſſe diverſæſtirpis.

47. *Scipio du Pleix* etiam Gallus: *Ecce ſecundas vices, quibus Franci fundamentalem Monarchiæ ſuæ legem infregere, Regium ſceptrum ex manibus natalium ſucceſſorum in extraneos transferendo.* Ergò Hugo Capetus fuit *extraneus.* DuPleixT.1.

48. *Dionyſius Petavius*, in hiſtoriis verſatiſſimus: *Poſtremus ê Caroli genere Ludovicus Lotharii filius. In eo Caroli progenies, ac ſecunda Regum familia deſijt.* Et alibi dixerat: *Nihil cum Caroli ſtemmate commune Capetus habuit.* Poſſet ne clarius loqui? Petav. Ratio. temp. lib. 9. c. 16. ib. lib. 8. c. 14.

49. *Papyrius Maſſonus* Regius Annalium Francorum ſcriptor de Hugone Capeto: *Hugo maternum genus ad Otthonem Cæſarem referebat, ſorore ipſius genitus, patre natus Hugone, avo Roberto, cujus Majores recenſere ne Glaber quidem Hiſtoricus potuit.* Et alibi ait: *Regium honorem in extranei familiam fuiſſe illatum.* Maſſon. lib. 3. Annal. & ap. Chiffl. in Lamp. f. 27.

50. *Aimoinus Floriacenſis: Carolus conabatur ſi poſſet à ſui* Generis *auctoribus diu poſſeſſum ſibi vendicare Imperium: ſed ejus voluntas nullum ſortitur effectum. Nam Franci primates eo relicto, ad Hugonem, qui Ducatum Franciæ ſtrenuè tum gubernabat, Magni illius Hugonis filium, ſe conferentes, eum Noviomo ſolio ſublimant regio.* Si Carolus conabatur ad ſui *Generis* auctores reducere imperium, ergò alterius generis fuit Hugo Capetus. Aimo. Flori. ap. Chiffl. in Lampad.

51. *Girardus Haillanus* in Hugone: *Ità regnum Franciæ à ſtirpe Caroli Magni diſtractum, & in NOVUM GENUS translatum fuit.* Haillan. l. 6.

52. *Joannes Hagelgans* in Genealogia ſeu Lilieto Francico deducit Hugonis Capeti originem à Widekindo Saxoniæ Duce, vnde ſupponit non fuiſſe de ſtirpe Caroli Magni: imò tradit expreſsè, quòd mortuo Ludovico poſtremo Rege Carolingo, patruum Carolum excluſerit, ceperit, & in carcere extinxerit. Hagelg. in Liliet. p. 21.

53. *Petrus Albinus* in Chronico Miſſnenſi eodem modo à Widekindo ortum aſſerit Hugonem Capetum: allegatur ab Hagelgans, vixit anno 1589.

54. Allegat etiam idem Hagelgans *Fabricium* quendam, quem puto eundem illum eſſe, qui ſcripſit de originibus Saxonicis allegatus à Balbino. Plures alij huc ſpectarent, qui diſertis verbis Hugonem Capetum vel ejus avum appellant virum Saxonici generis. Balbin. in Epit. Bohe.

55. *Didacus Lequile* agens de Francorum Regum Genealogia, in fine Carolingorum ait: *Proſapia tot Regibus & Cæſaribus inſignita ſub Joanne XV. Pontificatus ſui anno 3. & ſub Anno 4. Ottonis III. Imp. poſtquam duraverat annis 231. extincta eſt.* Lequil. Piet. Auſtr. P. 2. f. 130.

56. *Joannes Lucidus* apud Lequilæum: *Carolus Dux certans cum Hugone, quarto tandem anno moritur, & finem habuerunt Reges ex genere Caroli Magni:* ergò Reges Capetini non fuerunt ex genere Caroli Magni. Joan. Lucid. ib. fol. 131.

57. *Hieronymus Henninges* acturus de Capeticis ponit titulum: *Regum Galliæ vel Franciæ Familia tertia Widekindæa*; & deducit Capeticos à Widekindo Saxonum Duce, quem conſtat alienum fuiſſe à Carolinga proſapia. Henning. P. 2. fol. 25.

58. *Wolfgangus Lazius* cum de Lothario conditore Lotharingiæ agit: Laz. Migr. l. 3. fol. 94.

*Tra-*

*Traditur repudiatâ legitimâ conjuge Thietpergâ, Waldradam concubinam ſuperinduxiſſe. Unde Hugo ille proceſſit, qui Galliam invaſerat &c. quam etiam Caroli Magni ſtirpe deficiente, vſu captam retinuit, atque ad poſteros tranſmiſit, quem vulgus Chronicorum Hugonem Schapplarium vocat &c.*

Cuſpin. in Cæſar f. 316.

59. *Joannes Cuſpinianus* in Ottone III. Imp. *Ludovicus Lotharij filius annum omninò unum regnavit, vltimus ex agnatione Caroli Magni &c. Ità tertium ſtemma in ſolio locatur regio Francorum.*

FulcoRhem. Epiſt. ad Ar. Imp. ap. Flodoardum l. 4. hiſt. c. 5.

60. Claudat hoc agmen, qui primum locum meretur antiquitate ac fide. *Fulco Rhemenſis* Archiepiſcopus, coætaneus avo Hugonis Capeti, qui vel maximè ſcire poterat, ex quo genus traxerint Odo, & Robertus Reges filij Roberti fortis, quorum Odonem ipſe invitus Regem ſuſcepiſſe ſe profitetur coram Arnulpho Imperatore, & dicit de Odone: *qui ab ſtirpe Regia exiſtens alienus, Regali Tyrannicè abuſus fuerit poteſtate.* quæ ſæpius alijs verbis repetit.

II. Ex relatis Sexaginta authorum teſtimonijs liquet ſtemma Caroli Magni maſculinum omninò exarviſſe, ac proinde nec Capetinos nec alios Principes gloriari poſſe de ſucceſſione legitima à Carolo Magno per maſculinam propaginem. Liquet ſecundò Hugonem Capetum totaliter (ad mentem authorum allegatorum ferè omnium) *alienum* fuiſſe & *extraneum* à ſtirpe & ſanguine Caroli Magni: planéque in caſſum laborare aliquos Recentiores Aſſertores Gallicos, qui conantur Capetinos à Carolo Magno ſive maſculinâ ſive fœmininâ ſerie derivare, antequam (vt dictum) Iſabella Hannonia Philippo Regi Franciæ pareret Ludovicum VIII. in quo per matrem inſertum eſt ſtirpi Capeticæ ſtemma Carolinum. Sed hactenus quærebamus ſolùm de maioribus ipſius Hugonis Capeti, an ipſe à Carolo Magno aliqua ratione proceſſerit; & oſtenſum eſt 60. authorum ſuffragio quòd nullo modo, niſi quòd vnus vel alter inſinuet ratione matris, quæ putatur ab Arnulpho Imperatore originem ſuam repetijſſe: putatur inquam, ſed non dum certum vel probatum eſt. Interim verò, certum & probatum ſuprà eſt, quod Habſpurgo-Auſtriaci longè ante Philippum & Ludovicum VIII. Francum eodem ſanguine ſint delibuti, adeòque (ſi ità loqui licet) hodie Auſtriaci dicendi ſunt *Caroli Magni Primogeniti*, inter Principes hodiernos totius orbis. De Arnulpho extat fragmentum veteris Chronici Regum Francorum in Bibliotheca Cæſarea, quod nuper edidit Petrus Lambecius, vbi hæc habentur: *Ad vltimum totum Imperium ad ſolùm Arnulphum filium Carolomanni Regis delatum eſt: in quo Arnulpho Imperatore genoroſa nobilium Regum ac Imperatorum Genealogia, incipiens à S. Arnulpho finem habuit.* Et poſt pauca interjecta: *Mortuo Arnulpho Ludovicus puer ejus filius imperavit quatuor annos, cui Conradus deficiente ſæpedictâ Imperatoriâ ſtirpe nobili Francorum, quamvis non de eodem ſtemmate ortus, feliciter ſucceſſit.* Si ergò in Arnulpho & Ludovico ejus filio etiam notha & illegitima Caroli propago defecit, quomodo ab ipſo Arnulpho deſcendiſſet mater Hugonis Capeti? Quanquam de impuri ſanguinis participatione, nihil nobis laborandum eſt, cum nec gloriari poſſint Galli, nec fundare intentionem ſuam. Manet ergò hactenùs probatum Hugonis Capeti genus planè alienum, & extraneum fuiſſe à ſtirpe Caroli

Chron. anti. ap. Lambec. Bibl. lib. 2, fol. 394.

Ma

Magni, neque ipſum & majores ejus vllatenus pertinere ad Carolingos: in poſteris tamen id eſt in Ludovico VIII. Capetino per Iſabellam Hannoniam participaſſe Carolinum ſanguinem, ſed in eadem prærogativa aliquot gradibus anteà præventos eſſe ab Habſpurgo-Auſtriacis, quibus juxtà hanc conſiderationem Primogenituram eripere non poſſunt.

In ſupracenſita ſerie authorum num. 42. & 51. idem author per inadvertentium bis poſitus eſt, vti etiam num. 37. & 40. Joannes Tillius ſeu Tillet. pro quibus ſubſtituo poſtquam ſuperiora jam fuerunt impreſſa ſeqq. *Author hiſtoriæ Epiſcoporum Autiſſiodorenſium*, in Richardo Epiſcopo: *Fuit autem temporibus Regum Lotharij Junioris, ac Ludovici filij ejus, qui finem regnandi ſuo generi impoſuerunt.* Cùm ergò poſt Ludovicum regnaverit Hugo Capetus, non fuit de genere Ludovici. Hiſtor. Autiſſiod. ap. Labbe To. 1. fol. 446.

2. *Ademarus Monachus S. Eparchi*, ait: *Defuncto Rege Ludovico regnavit pro eo filius ejus Carolus cognomento inſipiens, vel minor. Tunc Franci conjurantes contrà Carolum inſipientem, ejiciunt eum de regno, & Odonem Ducem Aquitaniæ in regno elevaverunt. Hic Odo fuit filius Raimundi Comitis Lemovicenſis, & primò in Aquitania Rex ordinatus eſt, &c.* Et alibi de Carolo poſtremo ſtirpis Carolinæ: *Regnum pro eo accipere voluit patruus ejus Carolus, ſed nequivit, quia Deus judicio ſuo meliorem elegit, &c. & conſenſu plurimorum Ugo Dux filius Ugonis Capetius in Regem elevatus eſt.* Excluſo patruo ſupponit Hugonem Capetium fuiſſe diverſæ ſtirpis. Ademar. Chron. ap. Labbe To. 2. fol. 163.

3. *Author Chronici S. Maxeutij Malleacenſis* eodem ſenſu loquitur: *Aſſelinus velut Judas Chriſtum, tradidit Carolum. Hugo Dux cum filio ſuo Roberto levantur in regno.* Chron. Malleac. apud Labbe To. 2. fol. 204.

4. *Sigebertus Gemblacenſis*, non aliâ ſuppoſitione ait: *Ludovico Francorum Rege mortuo Francis regnum transferre volentibus ad Carolum Ducem fratrem Lotharij Regis, dum ille rem ad conſilium defert, regnum* Francorum *uſurpat Hugo filius Hugonis Pariſienſis.* Sigeb. Gemblac. ad an. 987.

5. *Sifridus Presbyter* in Epitome ſua: *Ludovicus V. Rex obiit. In iſto Carolinorum Reges, & Imperatores defecerunt.* Sifrid. Epit. lib. 1.

6. Accedat *Alexander Patritius Armacanus*, qui plures citat, ſapienter decernens in hæc verba: *Jus maſculinæ ſucceſſionis poſt Ludovicum V. Carolini ſanguinis poſtremum, in Francia nuſquam fuit. Arbor quippe Carolina ramorum omnium præciſione, ipſiusque adeò radicis extirpatione mortua eſt. Si eſſet qui redderet, non eſſet, qui vi ſucceſſionis maſculæ reciperet.* Et alibi alloquens Arroyum: *Vides quanto conſenſu tùm veteres, tùm recentiores, præſertim rerum Francicarum ſcriptores tradant Carolinam proſapiam in Ludovico defeciſſe, & regnum ad NOVAM STIRPEM in Hugone translatum. Cujus rei conſtantiſſima veritas ità omnium Francorum animis hæret, vt inter eos nil ſit celebratius, quàm tres hactenus Regum familias regni habenas tenuiſſe. Nonne iſtud cantant, & in montibus Paſtores veſtri, & indocti in circulis, & docti in Bibliothecis, & Magiſtri in ſcholis, & ipſæ mutæ picturæ in parietibus.* Quæ ad omnes ſecus ſentientes, quàm nos hactenus deduximus, dicta ſunto. Alex. Patrit. Mart. Gall. lib. 1. c. 42.

## §. VII.

## *Prosecutio materiæ. Ostenditur vera Origo Capetica, & prioritas Austriacorum in participatione sanguinis Carolini.*

I. QUid ergò dicemus de majoribus paternis Hugonis Capeti? hoc quod traditum est ab authoribus antiquioribus. Albericus agens de Odone & Roberto Regibus quorum Robertus avus erat Hugonis Capeti: *Horum pater dictus est Comes* ROBERTUS FORTIS *Marchio* DE GENERE SAXONUM *extractus, cui Carolus Calvus Comitatum Andegavensem dederat in beneficium tanquam viro forti.* Chronicon vetus S. Victoris Parisiensis tradit: *Robertum Fortem, & ejus filium Odonem fuisse* GENERE SAXONES. Author vitæ Ludovici Pij Imperatoris: *Translatum est regnum de Genealogia Carolorum in progeniem Comitum Parisiensium, qui* DE GENERE SAXONUM *processerant.* Aimoinus Floriacensis loquens de Normannis: *Obstitit primò eorum sævis conatibus Rotpertus Andegavensis Comes* SAXONICI GENERIS VIR, *cui per ill locorum à Rege summa rerum delegata fuerat.* Sammarthani fratres ex chartis S. Martini Turonensis: ROBERTO *Comiti Andegavensi* STIRPE SAXONICO, *& Richardi filio.* Quis verò ille Richardus Saxo esset vlterius divinandum. Quià alij de hoc silent, & Franciscus Courtinus Roberti fortis patrem alium Robertum statuit ex Indice privilegiorum ejusdem S. Martini Turonensis; fortè erat scriptum Robertus filius R. Unde vnus legit Roberti, alter verò Richardi. Quidquid sit de nomine paterno, de genere & stirpe quæstio est, quam hactenus determinare non potuimus, & vltimò indecisam debemus relinquere cum Glabro Radulpho, Hugonis Capeti ferè coætaneo, quià ante Hugonis obitum natus fuit. Ut ipse igitur fatetur, ità & nos Hugonis Capeti *genus valdè in ante reperitur obscurum.* Causam obscuritatis insinuat ipsa appellatio Saxonis, qui illis temporibus Barbari, de genealogijs non multum fuerunt soliciti. Fuerit fortè ex illis Saxonibus, de quibus Sigebertus Gemblacensis: *Carolus Imperator omnes Saxones trans Albim morantes in Franciam transtulit, pagosq; eorum Abodritis dedit.* Et Albericus ad eundem annum: *Saxones ità virtute Caroli sunt perdomiti, vt decem millia hominum ex eis cum vxoribus & parvulis sublatos transtulerit, & per Galliam & Germaniam multimodâ divisione distribuerit.* Similia lege in Annal. Fuldensibus apud Lambecium: *Karlus Imperator Saxones absq; bello à propriis finibus expulsos in Franciam collocat.* Similia etiam in Annal. Francorum Anonymi apud eundem Lambecium ad an 799. Præterea Annal. Francorum Metenses, de eodem Carolo: *Missis exercitibus suis per diversas partes Saxoniæ, tam perfidos illos, qui in Wigmoti manebant, & frequentibus maleficiis populum Saxonum à via veritatis averterant, cum mulieribus & infantibus Deo auxiliante sapientissimâ dispositione de Saxonia per diversas vias dirigens, funditùs exterminavit, & per Gallias cæterasque Regiones Regni sui dispersit.* Idem enarrans Trithemius non solùm decem, sed triginta millia Saxonum in Gallias, & Germaniam translata tradit, vbi de Alphabeto per Carolum invento agit: *Datum fuit hoc ipsum Alphabetum hominibus illis, quos Carolus in locum triginta millium ex Saxonia transtulerat in Galliam, postea videlicet,*

Alberic. ad an. 968.

Chron. S. Victor. apud Sammarth.

Aimoin. Floriac. lib. 2. cap. 1.

Sammarth. lib. 5. c. 4.

Glab. sup. cit.

Sigeb. ad an. 803.

Alberic. ad eund. ann.

Annal. Fuld. ap. Lam. Bib. l. 2. f. 375

Annal. Meten. ad ann 804.

Trithem. Polygr. lib. 6. cap. 3. ap. Lambec. in Bibl. Cæsar. lib. 2. c. 5.

*quàm*

*quàm annis triginta pugnans contra Saxones, ipſos gladio tandem, Chriſti convertit ad fidem. Veritus enim ne denuò recidivarent, ſicuti frequenter ante fecerant, eorum triginta millia trans Rhenum locavit in Galliam cum filiis, & vxoribus, quos ſeu ociores animis fuerat expertus. In quorum locum ex Gallis triginta millia ſimiliter in Saxoniam tranſtulit, quos ad aliorum differentiam Weſt-Gallos, vulgariter autem Weſt-Walen nuncupavit, qui hodie corrupto vocabulo, ſed mendosè Weſtphali vocantur.* Non laboro de numero, ſed ſubſtantia narrationis eadem eſt. Adhuc clarius, & diſtinctius Edmundus Dint. qui ante ducentos annos ſcripſit: *Dum Rex Carolus gentem Saxonum potius gladio materiali, quàm ſpirituali ad fidem Chriſtianam convertiſſet, & eos nullâ arte vel potentiâ in cultu Chriſtiano tenere poſſet, quin fera beſtia in Regis abſentia ad gentilitatis rediret errorem, ipſe de populo Francorum viros elegit Catholicos majores, medios, & minores, imò ferè decem millia: & illos in Saxonia tranſplantavit, diſtribuens iis poſſeſſiones & terras, prout vniuscujusq; ſtatus, & conditio requirebat. Et vice verſa conſimilem numerum de populo Saxonum duxit in Franciam occidentalem, quibus ibidem de terris, poſſeſſionibus providebat, vt ſicut Franci in Saxonia, eam fidem Chriſti colere cogerentur.* DE QUIBUS QUIDEM NOBILIBUS SAXONIÆ ROBERTUS DUX ANDEGAVENSIS, *pater Regis Odonis & Roberti M. Com. Pariſiorum,* NOSCITUR DESCENDISSE, quæ omnibus hactenus allatis veroſimiliora videntur. Cùm enim translatio iſta populorum duorum facta ſit an. 803. & Robertus Fortis occubuerit pugnans contrà Nordtmannos An. 867. potuit ipſe adhuc in Saxonia natus eſſe, & in Franciam delatus à parentibus; vel paulò poſt tranſmigrationem natus eſſe in Francia, vnde habito reſpectu ad Parentes dictus ſit *vir Saxonici generis*: de cujus majoribus cùm in Francia non haberetur notitia; hinc factum, *vt genus ejus inante obſcurum* manſerit. Et hujus omninò opinionis fuiſſe videntur omnes illi, qui Robertum Capeti proavum Saxonici generis fuiſſe tradiderunt, quiq; ejus Geneſim à Widekindo Magno Saxonum Rege deducere conati ſunt, vt Joannes Tilletus, de ſerres, Paſquier, du Pleix, du Haillan, Franciſcus Haræus & álij: quamvis nullus antiqvus author hanc Genealogiam tradiderit. Non ſiluiſſent profectò coætanei Hugoni Capeto, & proximi ejus temporis, ſi tunc ſimilis origo ipſiſmet Capetinis nota fuiſſet. Non puto tamen Robertum Fortem ex humili fortuna, & ignobilibus parentibus ortum, ad Marchionis & Comitis Andegavenſis titulos aſcendiſſe, verùm ex nobili quidem Saxonum proſapia, ſed inter Gallos nondum illuſtri, egregiis corporis, & animi dotibus ſeſe Regibus probaſſe, vt primus è ſuo genere inter Gallos ſeu Francos occiduos emineret, poſterisq; viam ſterneret ad thronum Regium. Hæc de Hugonis Capeti majoribus maximè probabilia viſa ſunt. Quæ ſi cum origine & nobilitate Habſpurgo-Auſtriacorum conferantur, longè iſti Capetinos poſt ſe relinquent.

Edm. Dint. Chron. lib. 2. cap. 31.

II. Verùm Caſſanus, Bouchettus, Arroyus hâc deductione Capetinæ ſtirpis non ſunt contenti, voluntq; non ſolùm à Carolo Magno ſuos Reges deducere, ſed etiam præ aliis principalibus familiis hanc prærogativam Capetinæ attribuere. Stemmata ab iis producta ſuprà vidimus, & refutavimus. Authoritatibus nonnullis hic ſatisfacere oportet, quas pro ſe allegant. Et primò

Arroy. fol. 87.

primò qujdem allegant Joannem Papam VIII. qui in Epiſtola quadam ad Hugonem Abbatem his verbis vtitur: *Hugoni, ſtrenuo, nobili, regali proſapiâ edito, atque excellentiſſimo Abbati.* Reſpondet Alexander Patritius Hugonem hunc non fuiſſe Hugonem Magnum, parentem Capeti, ſed alium antiquiorem, qui non poteſt probari de ſtirpe Hugonis Capeti fuiſſe. Et ità omninò ſe res habet, quià Joannes Papa VIII. ſedit ab Anno 871. ad 882. Et prior ille Hugo Abbas teſte Rheginone eodem tempore floruit, obiitque Anno 887. Atverò Hugo Magnus Capeti pater ſeptuaginta annis poſterior fuit Joanne Papa VIII. Fateor quidem, quod Chiffletius illum ſeniorem Hugonem ejusdem ſtirpis faciat cum Hugone Magno, quià Capeticum ſtemma deducit ab Hugone notho Caroli Magni: Sed id non ſufficienter probari ſuprà aſſeruimus. Allegant 2. Innocentium Papam III. *qui cap. Novit. de Judiciis*, ſcripſit ad Prælatos Franciæ in controverſia Regis Angliæ, & Regis Franciæ Philippi dicti Auguſti, circà annum 1210. vbi inter alia dicit: *quod Theodoſius ſtatuit Imperator, & Carolus innovavit, de cujus genere Rex ipſe noſcitur deſcendiſſe.* Fuerit haud dubiè eo tempore ſparſus hic rumor, quo Innocentius III. ſedit, quòd Reges Franciæ originem trahant à Carolo Magno, quià ipſe Philippus Auguſtus per connubium cum Iſabella Flandrica Carolinum ſanguinem participans ſuis poſteris communicavit, vnde non ipſe, ſed filius ipſius Ludovicus VIII. per matrem ex genere Caroli noſcitur deſcendiſſe. Vel ſi de ipſomet Philippo hæc erat opinio, fuerit recenter excogitata, quam paucis poſt annis Gulielmus de Nangiaco literis mandavit; ſed erroneam fuiſſe jam ſuprà oſtendimus §. 4. num. 7. Et licet fuiſſet etiam vera, quoad Mathildem putatam Arnulphi Imperatoris neptem, ex alio capite cùm Arnulphus fuerit Carolomanni nothus, impurum tantum ſanguinem ad Philippum Auguſtum derivaſſet, proinde nihil juris ei tribuiſſet in Regna, & Provincias. Allegant 3. Cardinalem Baronium, qui credidit Gulielmo de Nangiaco, vnde etiam in probationē adducit ejus Chronicon. Et nihilominùs idem Baronius diſertis verbis aſſeruit: *Ludovicus Francorum Rex noviſſimus moritur*, &c. *Cumque ſine liberis deceſſiſſet, Regnum Francorum non collatum eſt Carolo Lotharij Regis defuncti fratri, ſed magis eo contempto ad extraneos eſt delatum, nempe ad Hugonem Ducem Pariſienſem.* Reliqui ab Arroyo adducti non ſunt tantæ authoritatis, vt ſuprà reeenſitis ſexaginta authoritatibus in contrarium præponderent: refutanturque abundè à Patritio, & Chiffletio.

Baron. To. 10.

III. Jam igitur cùm oſtenſum ſit ſuperioribus capitibus Habſpurgo-Auſtriacos Caroli Magni ſanguinem dudum ante Capetinos participaſſe, ac re ipſa jam inde à Radepotone, & Itha Lotharingica è Caroli Magni ſanguine progenita omnes Habſpurgicos, & Auſtriacos nunquam interruptâ ſerie ad hodiernos vſque deſcendiſſe: hoc verò capite pariter oſtenſum Capetinos nihil de Caroli ſanguine vſque ad Philippum VIII. Regem hauſiſſe, manifeſtè ſequitur falſi reos eſſe Arroyum, Caſſanum, & alios ſimiles ſcriptores Gallos, qui ex hoc fundamento, quod Reges eorum Capetini ex Caroli Magni ſanguine ortum habere credantur, jure poſſint prætendere non ſolum Imperium Romanum, ſed & omnes Provincias, quas olim Carolus Magnus obtinuerat. Nam

ſi hæc

ſi hæc argumentandi ratio valeat, potiori jure concludet pro Habſpurgo-Auſtriacis, cum ipſi inter hodie ſuperſtites Principes participantes de ſanguine Caroli Magni, appellari poſſint *Primogeniti Caroli Magni.* Et quia Carolus Magnus non ſolùm Germaniam, ſed & Galliam obtinuit, eodem jure Habſpurgo-Auſtriaci poſſunt à Gallis repetere Regnum Galliæ. Sed non cadit hæc ambitio in piiſſimos noſtros Principes, quibus ſatis eſt tueri ac defendere ſua, non aliena appetere. Dele igitur quod ſcripſiſti Arroye: *Juſtum bellum eſt, ſi ſuſcipiatur ad opprimendam nationem, quæ injurias à majoribus factas reſarcire detrectat, vel quæ injuſtè ablata ſunt reſtituere.* Dele iterum quod ſcripſiſti: *Imperator, aut prædeceſſores ejus, nobis Imperium rapuere. Quidquid parvorum Principum in Europa reliqvum eſt nihil poſſident, niſi quod inteſtinis in Francia bellis ſævientibus contrà nos uſurparunt.* Hæc enim falſiſſima ſunt, & oppoſitum hiſce verum eſt. Nam Capetini Coronam Galliæ debitam veris Caroli Magni hæredibus rapuerunt. Andreas Sylvius, diſertè: *Hugo Caputius Comes Pariſienſis, contrà Dominum ſuum, & conſobrinum Carolum Ducem Lotharingiæ Regnum Francorum contrà præceptum Romanæ Eccleſiæ, quod omnes invaſores Regni anathematizaverat, injuſtè invaſit.* Et ſimiliter de avo Capeti ait Albericus: *Avus autem Regis Hugonis, Rex & Regni invaſor Robertus.* Et Fulco Rhemenſis de Odone hujus Roberti fratre: *Qui ab ſtirpe Regia exiſtens alienus, Regali Tyrannicè abuſus fuerit poteſtate.* Ergò juxtà modum argumentandi Arroij, Caſſani, aliorum: *Bona injuſtè parta aliena ſunt, non poſſidentis.* Ergò primogenitis hæredibus Caroli Magni liceret ea repetere. Deleat iterum Arroyus quæ ſcripſit: *Bona quæ nobis exteri detinent ô generoſa Soboles Francorum noſtra ſunt: vis hoſtilis ne repetamus impedit. Sed neque natura, neque ratio ſinit, ut occaſiones recuperandi negligamus.* Hæc quippe meliori jure nos Franco-Germani per converſionem vſurpare poſſemus, ſed nolumus claſſicum canere: habemus mitiores Principes, & Juſtitiæ amatores, qui *ſuum cuique* tribuunt: ſua conſervant, non appetunt aliena. Albertus Belgarum Princeps dicere auditus eſt: *Malo ut omnes à me Provinciæ meæ deficiant, quàm ego à juſtitia vel latum vnguem diſcedam.* Et Carolus V. Imperator de ſe faſſus eſt: *Audeo aſſeverare, nunquam me volentem ſcientemque ſubditorum cuiquam injuriam, aut vim feciſſe, vel fieri vnquam permiſiſſe.* Audita etiam eſt hæc ejus vox: *Quod ſi concederet Deus, ut iterum Francorum Regem captivum haberet, nihil aliud ſe ab illo deſideraturum, quam avorum ſuorum hæreditatem Burgundiæ Ducatum, ſummâ vi ac injuriâ ab eo occupatum.* Non aliud, non Regnum Franciæ ipſum. Ex hactenus adductis tres veritates elicimus. *Prima* eſt, Hugonem Capetum neq; maſculinâ, neq; fœmininâ ſerie indubitatè ortum trahere à Carolo Magno. *Secunda* Hugonis Capeti ſucceſſores participaſſe ſanguinem Carolinum per Iſabellam Hannoniam Philippo II. Francorum Regi nuptam in gradu decimoquarto à Carolo Magno. *Tertia* Habſpurgo-Auſtriacos in hac prærogativa antecedere, & præferendos poſteris Hugonis Capeti, quia Habſpurgo-Auſtriaci participarunt Carolinum ſanguinem in gradu quarto, vel potius tertio, & rurſum in gradu octavo, aut nono, vel potius tertio per aliam ſeriem, vt ſequens Schema exhibet, quod eſt.

Arroy. ſup. cit.

Sylv. in Synopſi Merov. ing.

Alberic. ad an. 988. Fulco apud Flodoard. l. 4. cap 5.

Arroy. fol. 98.

Phoſphor. P. 3. c. 8. § 9.

Ibidem c. 3.

## *Origo XII.*

*Sive Origo vera & indubitata Capetinorum à Carolo Magno*

Carolus Magnus Imperator

1. Ludovicus Pius Imperator 1.

2. Lotharius I. Imperator — Carolus Calvus Imperator 2.

3. Ermingarda Uxor Ragneri Magni Ducis Lotharingiæ — Ludovicus Balbus Imper. 3.

4. Bertha Uxor Luithardi Comitis Habſpurgici — Carolus ſimplex Rex 4.

5. Luitfridus Comes Habſpurgicus — Ludovicus IV. Rex 5.

6. Hunifridus comes Habſpurgicus — Carolus Dux Lotharingiæ 6.

7. Gnntramus II. Comes Habſpurgicus. — Ermingardis Uxor Alberti 1. Comitis Namurcenſis. 7.

8. Betzo vel Kantzelinus Comes Habſpurgicus — Hadwidis Ux. Gerardi Alſatij Duc. Loth. — Albertus II. Comes Namurci. 8.

9. Radepeto Comes Habſpurgi Uxor------Itha Lothar. nupta Radepot. Habſpurg — Albertus III. Com. Namurci 9.

10. ab his rectâ ſerie & nunquam interruptâ hodierni Auſtriaci.

Godefridus Comes Namurci.

11. Adelheydis Uxor Balduini III. Comitis Hannoniæ

12. Balduinus IV. Comes Hannoniæ & Namurci.

13. Balduinus Comes Hannoniæ & Flandriæ Imperator Conſtantinopolitanus. — Iſabella Comitiſſa Hannoniæ, Uxor Philippi II. Francorum Regis Capetici.

Margarita Comitiſſa Flandriæ Vx. Gulielmi Dampetræi, à qua poſt Decem gradus Philippus I. Rex Hiſpaniæ Archidux Auſtriæ.

Ludovicus VIII. Francorum Rex, qui primus per matrem participavit ſanguinem Carolinum, à quo Valeſij & Borbonij.

Texera in Exegeſi. fol. 98. Chifflet. in. Vindic. f. 32.

IV. Ex hoc Schemate, quòd Texera & Chiffletius approbant, apparet; quomodo, & quo gradu tàm Habſpurgici quàm Capetini deſcendant à Carolo Magno per ſeriem fæmininam. Et quidem ſi à Carolo Magno gradus ſupputes, per Lotharium I. Imperatorem Habſpurgici Carolinum ſanguinem participant in gradu quinto, quià Luitfridus Comes Luithardi & Berthæ Lotharingæ filius potuit dicere ſe narum ex ſanguine Carol Magni origine materna, quæ fuit neptis Lotharij I. Imperat. & filia Ermingardæ Ragnero Magno nuptæ, id eſt inchoando gradus poſt Carolum Magnum in gradu quinto. Vel ſi inchoës ſupputare à Lothario, potuit dicere ſe deſcendere à ſanguine Caroli Magni in gradu tertio. Item ſi in altera ſerie generationum ſupputes à Carolo Magno ad Itham Lotharingam, Habſpurgici deſcendunt à Carolingis in gradu

du nono, ſi à Carolo Duce Lotharingiæ Carolingo, in gradu tertio. Atvero Capetici nonniſi in gradu decimo quarto, vel alio ſupputandi modo in gradu octavo. Unde patet magnam eſſe diſparitatem inter Habſpurgicos & Capetinos in participatione ſanguinis Carolini, hos aliquot gradibus illis eſſe poſteriores: & inſuper ab Habſpurgicis ſanguinem Carolinum non ſolùm ter participari, quàm à Capeticis ſemel, ſed etiam in eo ipſo gradu, in quo Capetici Carolinum ſanguinem participant, eundem participari ab Habſpurgicis cum prioritate & prærogativa ſexûs maſculini, vt in ſtemmate apparet. Cæterùm ſi præſcindamus à ſanguinis Carolini prærogativa in vtraque familia Habſpurgo-Auſtriaca & Capetina, & ſolùm nobilitatem vtriuſque antiquam eatenus contemplemur quatenus adhanc diem certis & indubitatis authorum teſtimonijs probata eſt, inveniemus Habſpurgicos multis gradibus eminentiores Capetinis: cui veritati deſerviet hæc.

## *Linea Paralella*

### *Habſpurgo-Auſtriacorum & Capetinorum.*

Ottobertus I. Comes Habſpurgicus, ſive Altenburgicus omnium conſenſu floruit Anno 630. obiit 667.

1. Babo Comes Habſpurgi anno 688.
2. Rotprechtus Comes Habſpurgi anno 724.
3. Hettoprechtus Comes Habſpurgi A. 766.
4. Rampertus Comes Habſpurgi anno 814.
5. Guntramus I. Comes Habſpurg. an. 824.
6. Luithardus Comes Habſpurgi an. 855

Robertus Fortis Comes Andegavenſis cujus parens ignoratur, ob. anno 867.

7. Luitfridus Comes Habſpurgi an. 905. qui primus Carolinum ſanguinem participavit.

1. Robertus II. Dux dein Rex Francorum obiit anno 923.

8. Hunifridus Comes Habſpurgi anno 928.

2. Hugo Magnus Dux Franciæ obiit anno 957.

9. Guntramus II. Comes Habſpurgi anno 946.

3. Hugo Capetus Rex Franciæ obiit anno 997.

10. Betzo Comes Habſpurgi an. 991.

4. Robertus Rex Franciæ obijt an. 1030

11. Radepoto Comes Habſpurgi an. 1026. Vxor Itha Lotharinga Carolina

5. Henricus I. Rex Franciæ, obiit Anno 1061.

12. Wernerus I. Comes Habſpurgi an. 1096. & reliqui vſque ad hodiernos Auſtriacos.

6. Philippus I. Rex Franciæ ob. an. 1106. & reliqui vſq; ad hodiernos Borborios

En totis ducentis annis Habſpurgici indubitatâ nobilitatis prærogativâ

tivâ antecedunt Capetinos, cui fundamento certiſſimo & evidenter hactenus probato Pantheon noſtrum ſive Auſtria ſancta (quingentorum ſanctorum) innixa conſurget.

# CAPUT VII.

## SEPTIMA PRÆROGATIVA.

### *Glorioſi tituli* Habſpurgo-*Auſtriacorum ſuprà alios Principes.*

HAbent, non diffiteor regna alia, & Principatus ſua ſydera, ſuos flores; quibus illuſtrantur pariter & ornantur, ſed Habſpurgo-Auſtriaca Domus eminet ceu ſol inter Planetas, ceu roſa inter floſculos, quod abſque præjudicio vllius Principalis familiæ dictum fatebitur, quiſquis ſepoſito affectu privato, regna cum regnis, tempora cum temporibus, perſonas cum perſonis contulerit. Imò qui arcana Hiſtoricorum & Politicorum penitiùs inſpexerit, advertet propè omnes illuſtres & glorioſos titulos Principibus vnquam tributos in vnam Auſtriacam Domum confluxiſſe: quæ fortuna non ſanè ſine invidia eſt, ſed virtutes ſuprà invidiam ſunt. *Invident nonnulli* (vt loquitur Author Phoſphori) *tam latè patens Imperium, & concutere illud, ſi non convellere conantur: at ijdem virtutum gentis Auſtriacæ Majeſtatem admirari coguntur. Adverſus has nec hiſcere livor poteſt. Idem cœleſte numen, quod tantam potentiam publico Orbis bono conceſſit, virtutes ad gloriam indulſit, vt eſſent potentiæ fulcra.* Hinc vti obiter deinceps perſtringemus Habſpurgo-Auſtriaci in ſuis majoribus appellati ſunt *Glorioſiſſimi, Pijſſimi, Chriſtianiſſimi, Catholici per antonomaſiam, & omnimodam excellentiam, Orthodoxi, Apoſtolici.* vt alios nunc titulos præteream. Non eſt itàque cur inveſtigemus vlterius, an armis & bellorum violentiâ, an verò connubiis & affinitatibus creverit Potentia noſtrorum Principum: veram cauſam & *fundamentum* omnis *potentiæ* habemus *Pietatem*, ab hac familiæ propagatio, ab hac Imperij auſpicium, ejusdemque feliciſſima in hanc diem continuatio ortum habet: de quo ſit

Phoſph. P. 3. cap. 1. f. 356.

#### §. I.

### *Titulus Archiducum ſolis Habſpurgo-Auſtriacis proprius: ejus origo.*

MUlti hactenus authores quæſtionem hanc attigerunt, ſed nullus ex profeſſo, vel exactè diſcuſſit. Libet ergò varias variorum opiniones adducere, & ſiquid certius occurrerit determinare. Qua in re.

Laz. deſcri. Vien. l. 3. c. 2. f. 91 Munſt. in Geneal. March. Auſt. Cuſp. in Cæſ. vita Frid. I. Fugger ſpec.

Prima opinio eſt Lazii, Cuſpiniani, Joannis Jacobi Fugger, Sebaſtiani Munſteri, Authoris, qui ſcripſit Phoſporum Auſtriacum, & aliorum, qui putant Archiducis titulum jam olim Ducibus Auſtriæ prioris ſtirpis Babenbergicæ conceſſum fuiſſe authoritate Cæſaris Friderici I. Æhnobarbi, qui in Privilegio dato Auſtriæ Ducibus (quod integrum adducit Fugger) his verbis vſus eſt:

*Si*

*Si quibusvis Imperij curis publicis Dux Auſtriæ præſens fuerit, vnus de Palatinis Archiducibus eſt cenſendus. Et nihilominùs in conſeſſu, & in ceſſu, ad latus dextrum Imperij, poſt Electores Principes obtineat primum locum.* Hoc privilegium contulit Auſtriacis Fridericus I. Imp. an. 1156. quando Henricum cognomento Jachſamir Gott filium S. Leopoldi Marchionis ex Marchione creavit primum Auſtriæ Ducem. Confirmavit deinde Fridericus II. Imperator an. 1245. quando Fridericum Bellicoſum Ducem Auſtriæ creavit ex Duce Regem, vti teſtatur Petrus de Vineis hujus Imperatoris Cancellarius, qui inter collectanea Inſtrumenta Imperatoria etiam retulit Privilegium datum præfato Duci Friderico Bellicoſo, vbi ait: *Te hactenus Ducatuum prædictorum Ducem, de poteſtatis noſtræ plenitudine & munificentia ſpeciali promovemus in REGEM, per libertates & jura, prædictum Regnum tuum præſentis epigrammatis authoritate donantes, quæ Regiam deceant dignitatem: vt tamen ex honore, quem tibi libenter addicimus, nihil honoris & juris noſtri diadematis, aut Imperij ſubtrahatur. Enimverò ſicut hactenus tanquam Dux, Princeps & fidelis noſter extiteras; ſic in poſterum Regio decoratus honore, tu & ſucceſſores tui, multum Principes fideles, & devoti nobis, & ſucceſſoribus noſtris in Impero aſſiſtatis, &c.* Cùm verò poſteà Fridericus Bellicoſus obſequium Imperio detrectaret, hoc titulo Regio abrogato, contentus eſſe juſſus eſt Archiducali tiarâ, vt teſtatur Lazius, cujus verba appono: *Fridericus II. hoc nomine in hac ſtirpe Dux primùm Auſtriæ parenti ſucceſſit: is Leopoldus erat VI. mox à Friderico II. Imperatore ob Auſtriæ merita in Imperium collocata, primus ejusdem Provinciæ Rex ſalutatus eſt, &c. cum Imperio obſequium detrectaret, & ſuis gravis eſſe pergeret, ab vtrisque hoſtis judicatus, & mox regno exutus fuit. Sed cùm Imperij poſteà exercitum (cui Burggravius Norimbergenſis, & quidam Comes ab Eberſtein præfuerant) ad Tullnam notum Auſtriæ oppidulum fugaſſet, in Imperij, & ſuorum gratiam rediit, &c. Itaque in paternam ditionem reſtitutus, regale tantum Diadema amiſit, Archiducali tiarâ in locum recepta.* Hæc Lazius, qui ſi Archiducalem tiaram primò conceſſam putat Friderico Bellicoſo, fallitur, quia tiara hæc pinnita eſt, & roſtrata, quam pridem ante conceſſerat Fridericus I. Imperator, cum diceret: *Principali indutus veſte, ſuppoſito pileo Ducali circumdato ſerto pinnito, &c.* & Henricus Imperator Friderici II. filius in alio diplomate, quod dedit Leopoldo Duci VIII. dicebat: *Magnificum & ſacro Regno fideliſſimum, SUMMUM noſtrum PRINCIPEM LEOPOLDUM Ducem Auſtriæ & Stiriæ, &c. Illuſtriſſimo Principi Leopoldo Duci Auſtriæ & Stiriæ cunctisq; ſuis ſequacibus hanc largiter concedimus dignitatem, vt ſui Principatus pileo, noſtræ regalis coronæ diadema ſolenniter ferre poſſit.* Sed videtur Lazius reſpexiſſe ad privilegium antiqvum Friderici I. quo Auſtriæ Ducibus pinnita corona conceſſa fuit in pileo ad diſtinctionem aliorum Ducum, quam aſſerit relictam Friderico Bellicoſo, ſublatâ ei Coronâ Regiâ, & titulo Regis. Joannes Cuſpinianus dē eadem re differens inquit: *Fridericus II. Imperator Domum Auſtriæ mirum in modum ornavit, extulit atque auxit: Auſtriam COR ac CLYPEUM Sacri Romani Imperij appellitans, quaſi ſcilicet fatale eſſet Fridericis Imperatoribus Auſtriæ Principes efferre; è cujus domo multi olim erant prodituri Imperatores, duoque poſt Friderici Cæſares. Fri-*

hono. lib 2. c. 2 fol. 170. Auth Phoſphori P. 1. 43. Herm. Hermes Faſcic. Jur. cap. 32. fol. 630. 2 Adelzreit. in Annal. Boic. P. 1. lib. 24 n. 7. Petr. de Vineis apud Fugg. cit. fol. 180.

*dericus enim I. Imperator Henricum S. Leopoldi filium, è Marchione Ducem creavit; novisq; armis atque insignibus, quæ hodie cernuntur, condecoravit, &c. Hic autem Fridericus II. Imperator* FRIDERICUM *Austriæ Ducem cognomine* BELLICOSUM, *magis extulit, eumq; Archiducem creavit, cum insignibus Regiis. Nam pileo Ducali adjecit sertum pinnitum, vt nostri loqvuntur, ab antiquis corona rostrata appellaat, quam supernè diadema Regium semicirculis aureis cum insigni Crucis cingit: solaq; Austria Archiducatu claresçit; cujus privilegium, immunitates ac libertates Peexplicat. Hæc trus de Vineis Imperatoris Friderici II. Epistolarum Magister lib. 6. Epist. 26. vbertim* Cuspinianus: sed fallitur, dum asserit sertum pinnitum à Friderico II. concessum, quod pridem anteà Fridericus I. concesserat: atque adeò initium Archiducalis tituli, & præeminentiæ ad Fridericum I. Æhnobarbum spectat Falluntur etiam Hermes, Merian, Author Calen. Clagenf. & Adelzreiter, qui titulum Archiducis primùm Friderico Bellicoso concessum adstruunt. Cæterùm non caret fundamentis hæc opinio. Nam 1. Fridericus I. Imperator non simpliciter Henricum ex Marchione creavit Ducem, sed cum præcedentia ante alios Duces, *post Electores Principes obtineat primum locum*, quod est æquivalenter dicere, post Electores sit inter Duces Archidux. 2. Henricus Imperator appellat Leopoldum Ducem *Summum Principem*: qui summus est, nec superiorem agnoscit nec parem. 3. cùm dicit Fridericus I. Imperator *unus ex Palatinis Archiducibus*, supponit quidem plures Archiduces, vel summos Duces Palatinos, sed quià inter illos assignat primum locum Austriaco, quasi Archiducem Archiducum constituit, aut potius simpliciter Archiducem omnibus aliis Ducibus præeminentem. 4. Cum assignat idem Fridericus Imperator sertum pinnitum & diadema Regium suprà pileum, quo alij Duces vti non possunt, hoc ipso primum & summum inter omnes Duces, adeóque Archiducem constituit. Cùm ergò Habspurgici facti sint hæredes possessionum, quas habebant antiquiores Duces Austriæ stirpis Babenbergicæ, ità & titulorum, & prærogativarum, & privilegiorum censendi sunt hæredes, præsertim cùm posteriores Imperatores illis antiqua privilegia corroboraverint. Difficultas tamen in hoc est, quòd nihilominus tam Fridericus Imperator, quam Henricus cum Austriæ Principes in præfatis diplomatis nominant, nuspiam vsurpent titulum Archiducis, sed solum Ducis. Ità Fridericus I. Imperator *Marchionatum Austriæ, vel dictam Marchiam supra Anasum commutavimus in* Ducatum, *ejusdemque Ducatum cum subscriptis juribus, privilegiis, & gratiis omnibus liberalitate Cæsareâ contulimus Henrico prædicto patruo nostro charissimo, &c.* neque in toto contexu aliter eum appellat, quàm Ducem, aut Austriam aliter quàm Ducatum. Subscripti porrò sunt memorato Diplomati Friderici I. testes post Ecclesiasticos, sequentes: 1. *Dominus Welpho Dux* nimirum Alemanniæ vel Altorffi. 2. *Conradus frater Imperatoris Friderici I. Cæsaris Palatinus Rheni*, qui simul fuit Dux Franconiæ. 3. *Fridericus filius Regis Conradi*, qui fuit Dux Franconiæ & Sueviæ. 4. *Henricus Dux Carinthiæ. Marchio Engelbertus de Histria*, &c. quibus omnibus Imperator per suum Diploma antepositi, & præcedentiam habere voluit Henricum Ducem Austriæ. Quod si dicas hos omnes fuisse

Pala-

Palatinos, de quibus idem Imperator loquitur cum ait: *Unus de Palarinis Archiducibus*, singulari quodam modo factum esse Henricum Austriacum Ducem, sive Archiducem fatearis necesse est. Joannes Georgius Freund in Calendario anni 1679. ait hunc annum esse à Titulo Archiducis concesso Austriacis 521. atq; adeò sentit creatos Archiduces an. 1158. respiciens sine dubio Diploma Friderici I. Cæsaris, quod datum est an. 1156. sed biennio aberrat. Anonymus Calendarij Clagenfurtensis Author ad eundem an. 1679. ait esse à concesso Austriacis titulo Archiducali 434. & hic respicit Diploma Friderici II. Imp. datum anno 1245. quo confirmavit Austriacis antiqua Privilegia, quæ ferè 100. annis erant antiquiora. Unde autem idem Calendarij Author habeat, quod Carinthia à Carolo Magno donata sit titulo Archiducatûs an. 888. fateor me nescire, nisi quod fortasse crediderit Megisero, qui primus ità asseruit nullo dato fidejussore antiquo, nullo instrumento authentico allegato. Mathæus Merian in Topographia Austriæ cum retulisset Megiseri assertum, subjungit: hoc multis non placere. Merian. Topogr. Austr. fol. 91.

II. Altera opinio vult dignitatis & tituli Archiducalis originem repetere à Rudolpho I. Imperatore, quasi is filium suum Albettum creaverit primum Archiducem Austriæ. Ità Theodorus Reinckhing, & ab eo allegati Martinus Cromerus, Carolus Sigonius, Camillus Borellus, Aubertus Miræus, quibus nuper suffragium adjecit Joannes Georgius Kieffer allegans etiam Joannem Jacobum Fuggerum, sed iste potius subscribit primæ opinioni, & de Rudolpho solum asserit, quòd noluerit à filio suo Alberto vsurpari titulum Archiducis ne aliorum Principum invidiam sibi conciliaret. Verba Reinckingij de hac opinione proferamus: *Rudolphus cum Austria legitimo hærede destitueretur, & Imperio aperiretur, eam filio Alberto sub titulo Archiducatus contulit, per quem tota illa amplissima Archiducum familia propagata*: Sed prudenter adjungit: *Quod tamen non carere controversia apud Historicos ex Cuspiniano notavit Dominus Besoldus.* Et sanè difficultas est, vt hoc probetur; cum nullum producatur Diploma, neque vnquam reperiatur sive Albertus I. sive alius ex successoribus per ducentos ferè annos alium titulum in Diplomatibus adhibuisse, quam *Dux Austriæ*: Neque ullus, quem hactenus viderim ex coævis scriptoribus id factum asserit. Reinckh. de reg. Sec. lib. 1. classe 5. Cromer. lib. 9. hist. Polon. fin. Sigon. de regno Ital lib. 12. Borell. de quæst. Reg. Cathol. cap. 46 Myræ. de reb. Boh. c. 15 Kieff. Dissert. Pol. q. 37. Besold. Thesaur. pract. v. Archid Lequil. in Piet. Austri. P. 2. fol. 200.

III. Tertia Opinio est eorum, qui asserunt Rudolphum III. filium Alberti I. Imperatoris creatum à patre Imperatore primum Archiducem Austriæ. Ità Gerardus de Rhoo apud Didacum de Lequile, ait: *Alij Rudolphum Imperatoris Alberti I. filium Anno* 1298. *Austriæ Archiducem creatum tradunt.* Et in margine allegat Gerardum de Rhoo. Sed Gerardus solùm asserit Rudolpho commissum regimen Austriæ quando parens electus est Imperator, supponens anteà ipsum quoq; Albertum fuisse Archiducem, qui proinde cum superioribus sentire censendus est. Hanc etiam opinionem secuti sunt Ehingerus, Octavius Strada, Piespordius. Sed non latuisset antiquiores scriptores talis renuntiatio, & nominatio Archiducis, si vt isti volunt facta fuisset Norimbergæ in Conventu Principum Imperij: non latuisset Cuspinianum, Lazium, & alios, qui de hoc silent. Denique extaret aliquid in Actis Comitiorum Rhoo Annal. Austr. lib. 2. Lequil. de reb. Austriac. P. 1 fol. 259. Ehing. in Geneal. Austr. Strada. in Geneal. Piesp. in stemm. Austriac.

tiorum Imperij, & ſucceſſores Rudolphi præfati fuiſſent vſi eo titulo, quod non fecerunt. Erravit verò Ehingerus, qui Alberto I. Cæſari filium tribuit Henricum patrem Margaretæ à repando ore dictæ Maultaſch, hic enim fuit Dux Carinthiæ alterius ſtirpis. Errori occaſionem dedit ſimilitudo nominis; quià alius fuit Henricus Alberti I. filius cognomento Placidus, qui ſine prole obiit Muræponti anno 1327. cui Henricus Carinthus ſupervixit octennio.

Panvin. ap. Auth. Phaſphori fol. 139.

IV. Quarta opinio eſt Onuphrij Panvinij apud authorem Phoſphori, quòd primus Archiducis titulum vſurpaverit Maximilianus I. Imperator, & ab eo omnes poſteri. *Onuphrius Panvinus*, inquit ille, *diligentiſſimus noſtri ſeculi vitæ Cæſarum Genealogicus ſcriptor, quem obſervavi primum omnium Auſtriæ Principum, qui Cæſares fuere Archiducis titulum tribuere Maximiliano I. Cæſari, cæteris verò Auſtriæ Principibus non Cæſaribus Ducis Auſtriæ dare titulum: acſi Cæſar Fridericus III. Maximiliani I. pater omnium primus hunc ſibi poſteriſque ſumpſiſſet titulum.* Vellem, vt hic author verba ipſa Panvini retuliſſet, nec eſſet modo primus Maximilianus, modo Fridericus. Sed verum tamen eſt, quòd ſi quæratur, quis primus Cæſarum hoc titulo vſus ſit, illum eſſe Maximilianum, ſi verò quæratur, quis primus omnium Auſtriacorum, reperientur alij antiquiores Maximiliano. Eandem opinionem amplexus eſt Joan. Georgius Kieffer loquens de facto; *quod Fridericus IV. Imperator primus extiterit, qui ſe Archiducem appellaverit cujus agnatus* (debuiſſet ſcribere frater Germanus) *Albertus eodem vſus ſuis, prout teſtantur Privilegia Univerſitatis Friburgenſi à Fundatore Alberto conceſſa.* Ego hactenus nuſpiam reperire potui Fridericum IV. Imperat. vſum titulo Archiducis, ſed tàm in receſſibus Imperij publicis, quàm in literis Fundationum, & alijs Inſtrumentis ſolùm nominat ſe Ducem Auſtriæ. Cur ab eo abſtinuerit, non poſſum decernere: ſcio ab ejus progenitore Erneſto vſurpatum fuiſſe, vt mox dicemus. Hoc ſaltem certum eſt non poſſe primam originem hujus tituli attribui ſive Maximiliano I. ſive Friderico IV. niſi quæſtio in eo ſiſtat, quis primus Cæſarum eo titulo ſit vſus, ſed quæritur, quis primus inter omnes Auſtriacos, & quæ ſit prima origo hujus tituli.

Kieff. ſup. cit. fol. 201.

Poſſet nihilominùs quiſpiam ſuſpicari, primam originem vſurpati authoritate Cæſareâ hujus tituli tribuendam eſſe Maximiliano I. Imperarori, & conceſſum illum eſſe à jam dicto Friderico IV. Imperatore. Extat enim authenticum Inſtrumentum in Regiſtratura, inclytorum ſtatuum Styriæ ac diploma Friderici Imperatoris, cujus fragmentum refert Laurentius Weſer Syndicus Provinciæ Styriæ, qui fuſam Deductionem pro jure præcedentiæ trium Interioris Auſtriæ Provinciarum, Styriæ videlicet, Carinthiæ, & Carnioliæ, contrà Provinciæ Superioris Auſtriæ ſuprà Anaſum prætenſionem anno 1615. conſcripſit, extatque copia vidimata in Archivo ſeu Regiſtratura Inclytorum Statuum Carnioliæ, inde mihi communicata. Placet referre formalia dicti diplomatis, ſeu Inſtrumenti.

MSS. Regiſtrat. Styr. & Carniol.

WIr Fridrich von GOttes Gnaden Römiſcher Kayſer / zu allen Zeiten Mehrer deß Reichs / Hertzog zu Oeſterreich / zu Steyr / zu Karndten / vnd zu Crain / Herr auff der Windiſchen Marck / vnd zu Portenau / Graff zu Hab-

Habſpurg / zu Tyrol / zu Pfirdt / vnd zu Khyburg / Marckgraff zu Burgau / vnd Landgraff in Elſaß / bekennen / ꝛc.

Wür wöllen / meinen / vnd ſetzen auch von der obberührten vnſerer Römiſchen Kayſerlichen Macht / ernſtlich vnd veſtiglich gebietend / daß die bemelten Furſten vnſers Hauß Oeſterreich / vnd vnſer / vnd jhre Erben vnd Nachkommen / die dij Fürſtenthumb Steyer / Kharndten / vnd Crain / je zu Zeiten innhaben / vnd regieren werden / nun hinfüro Ertzhertzogen genennt vnd gehaiſſen / dabey ewiglich bleiben / vnd von vnſern Nachkommen am Reich / vnd allen anderen Churfürſten / vnd Fürſten / alſo genennt vnd gehaiſſen / vnd darfür gehalten ſollen werden; in allen den Ehren / Würden / Freyhaiten / Fürgängen / vnd anderen Ubertrefflichkeiten / als vnſere Vorderen das von alter löblich hergebracht haben / vnd auff vns kommen iſt, vnd wir vntzher genennt, gehaiſſen, vnd gehalten worden ſeyn, ꝛc. Geben zu der Neuſtadt, an der HH. drey Köni[illegible]-Tag, nach Chriſti vnſers HErrn Geburth tauſent vierhundert, vnd in dem drey vnd fünffzigſten, vnſers Reich im drey zehenten, vnd vnſers Kayſerthumbs im erſten Jahr.

Hujus Diplomatis vidimata Copia, vt dixi extat in Archivo Inclytorum ſtatuum Styriæ, originale verò in Archiducali Aulicæ Cancellariæ Regiſtratura, vel ſaltem authentica Copia, vti in ſupramemorata Deductione Jurium teſtatur ſubſcriptus Adamus Khrybenikh Ferdinandi quondam Archiducis Aulicus ſecretarius & Regiſtrator. Quid igitur de hac opinione ſentiendum ſit infrà dicemus.

Guill in MS. ap Lequil de reb. Auſt. P. 2. Excurſu 5. f. 274.

V. Quinta opinio eſt Franciſci Guillimanni, cui ſubſcribit Lequile adducens ejus verba ex MS. opere imperfecto. Ait ergò Guillimannus: *Varios ſcriptores ſæpè admiratio ſubiit, ac anxia indagationis cura perplexos tenuit, vnde ac quando Auſtriacis Archiducum titulus & dignitas obvenerit. Dubitationem hanc ſuſtulit Fridericus Cæſar, qui ampliſſimo Diplomate id cognomentum honoris vſurpandi Sigiſmundo* (nempe patrueli ſuo Tyrolenſium Principi) *poteſtatem fecit anno* 1475. *hac tamen cautione, ne titulus hic ſuæ Majeſtati, hæredibus ac dominiis, eorumque juribus & privilegijs quidpiam præjudicet ac deroget. Id ne fieret ſolenni ritu Sigiſmundus ſtipulatus eſt, ac de more literis ſtipulationem firmantibus, Cæſari datis cavit. Alij Auſtriaci Principes antiquis Privilegiis, quæ in primo libro memoravi, conceſſis à Cæſaribus Suevicis, nixi, nonnunquam, ſed rarò eodem inſigni honoris in inſtrumentis vti ſolebant. Ne novum ac inſolitum honoris titulum ſibi arrogare videretur Sigiſmundus, magis reor antiqui juris à Cæſare confirmationem, quam novi collationem petijſſe. Complures Hiſtorici de Archiduce primo & hoc nomine varias fabulas literis mandarunt, quas referre pudet. Noſtram ſententiam, cùm fide Auſtriacorum monumentorum nitatur, certam eſſe nemo addubitet.* Hæc Guillimannus apud Didacum de Lequile, ſi non plura in ſuo MS. Certè hæc nimis pauca pro inſtituto: imò ſibi contraria. Nam quomodo primus hunc tiulum obtinuit Sigiſmundus Tyrolenſis, ſi fatetur alios Principes Auſtriacos antiquis Privilegiis nixos eundem titulum nonnunquam vſurpaſſe? quomodo ſuſtulit dubitationem Fridericus Cæſar IV. ſi ſolùm dedit Sigiſmundo antiqui Juris confirmationem? quomodo ſuſtulit dubitationem ſi dando hoc privilegium Sigiſmun-

do non dedit privilegium extendendi titulum ad alios Principes ejusdem ſtirpis? Et quod illud ampliſſimum diploma datum Sigiſmundo? cur ſicuti alia Privilegia verbatim afferre ſolet, etiam iſtud non attulit Guillimannus? aut ſi attulit, cur de eo nullum verbum Lequile produxit, vt omnis dubitatio ſcriptoribus tolleretur? Mihi hæc Guillimanni obſervatio non ſatisfacit, qui pro certo habeo, quòd Sigiſmundi parens Fridericus Tyrolenſium Princeps vſus ſit titulo Archiducis, & alios ſui ſanguinis cognatos nominaverit ſolùm Duces, ergò jam ille hoc privilegium habuit ante filium. De hoc paulò poſt plura.

Gebvilh. in Epit. Henn. P. 1. Germ. f. 272. Megiſ. Annal. Car. l. 6. c. 93. fol. 660.

VI. Sexta Opinio eſt Hieronymi Gebuilheri, Hieronymi Henningis, Hieronymi Megiſeri & aliorum, qui tradunt anno 1360. titulum Archiducis conceſſum Rudolpho IV. Magnanimo Alberti II. ſapientis filio, Alberti I. Imperatoris nepoti, ſed quomodo id factum an per diploma, an vivæ vocis oraculo, an alio aliquo modo id nullus iſtorum authorum ſcribit, niſi quod dicant hoc gratiæ genus factum à Carolo IV. Imperatore Lucelburgico in favorem generi ſui Rudolphi Magnanimi. Certum eſt vſurpatum titulum Archiducis ab hoc Rudolpho, ſed ex quo fundamento vel privilegio, vel occaſione, id accuratiore diſquiſitione indiget. Dicemus paulò poſt de hoc pluſcula. Interim accedat allegatis etiam ſuffragium Cuſpiniani de Rudolpho IV. Magnanimo loquentis: *Rudolphus primus ſeſe Archiducem Auſtriæ privilegio Friderici II. Imperatoris vſus, ſcripſit.* non dicit quidquam de conceſſione Caroli IV. ſoceri.

Joan. Cuſp. in Alberto, I.

Spieg. in Lex Juris Megiſ. Annal. Ca.

VII. Septima opinio inſinuatur à Jacobo Spiegelio apud Megiſerum, cui videtur ipſe quoque Megiſerus favere. Ait ergò Spiegelius: *Archiducis appellationem primùm Bruno frater Ottonis ejus nominis I. Imperat. inſolenter aſſumpſit, teſte Æmilio Veronenſi lib. Franc. hiſt. 3. id quod poſteà Carinthianorum Principes vſurparunt, quibus extinctis ad Auſtriacos ſimul cum ditione tranſiit, quod & hodie obtinent.* Tria hic aſſerit Spiegelius, & omnia tria ſunt falſa, primum, quòd Bruno frater Ottonis I. Imperatoris omnium primus aſſumpſerit nomen Archiducis quià ante Brunonem appellatus eſt Archidux Pipinus de Landis circà annum 650. *Archidux Auſtraſiæ Inferioris*, vt eſt in Chronico S. Trudonis, & plura talia mox adducemus. Secundum eſt, quòd Carinthianorum Principes titulum Archiducis poſt Brunonem vſurpaverint, quià Megiſerus dicet vſurpaſſe ante Brunonem à temporibus Caroli Magni, licet vix poſſit oſtendere authenticum inſtrumentum alicuius Carinthiæ Principis antequam Auſtriaci Carinthiæ dominarentur cum hoc titulo, vti conſtabit ex infrà dicendis. Tertium falſum eſt, quòd titulus Archiducis à Carinthis ad Auſtriacos tranſierit, quià nec proximi ante Auſtriacos Carinthiæ Duces, nec primi Auſtriaci, qui poſſederunt Carinthiam hoc titulo ſunt vſi, prout etiam paulò poſt oſtendemus. Dein privilegium Friderici I. Imperatoris duobus ſeculis antea datum Auſtriacis priusquam ad hos devolueretur Carinthia, præponit Duces Auſtriæ Ducibus Carinthiæ, & videtur ſupponere vtroſque tunc cenſitos inter Archiduces Palatinos, ergò titulus hic non tranſiit à Carinthis ad Auſtriacos.

Chron. S. Trudo. l. 1. cap. 4.

VIII. Circà has ſeptem opiniones priuſquam aliquid determinemus aliqua ſunt prænotanda, & quæſtio ſpecialiter formanda eſt. Notandum I. Ju-

re

re communi Duces cæteris Magnatibus præſtare in comperto eſſe, *vt Joannes Parlador. rer. quotid. lib. 2. cap. 13. per rubricam. Quis dicatur Dux, Matthio &c: cap. fundamenta. §. proinde. de elect. in 6.* Dicti autem ſunt Duces à ducendo exercitu, Germanis Hertzogen, à voce Heer quod exercitum ſonat, & ziehen ducere. *Vultei lib. 1. de feud. c. 4. num. 14. Joann. Oldendorp. claſſe 5. de actione beneficiar. verſu Dux. Pet. de Andl. de Imperat. Rom. lib. 2. c. 12. Hermannus Hermes faſc. Jur. pub. cap. 33.* hæc vocis origo etiam à Romanis olim vſurpatæ, de quo latè Laz. *Comment. Reipub. Rom. Guido Pancirol. in Notitia Imperij.* Ad rem verò noſtram, & in rigore juris Dux ille dicitur, qui de Ducatu à ſupremo Principe eſt inveſtitus, ſeu cui Princeps in beneficium regionem, quæ Ducatus nomine veniat, concedit. *Andl. cit. Erneſt. Cothman. conſ. 1. n. 178.* primis quidem temporibus ad vitam, poſteà verò in perpetuum. *Text. in c. 1. quis dicatur Dux Jacobin. de S. Gregor. inveſtitur. Verbo Dux. q. 1. num. 1.* Licet enim aliàs res à perſona ſumat ſtatum *l. 1. cod. de imponend. lucrat. deſcript.* ac tanquam acceſſoria poſſeſſoris tanquam principalis conditionem ſequatur *c. acceſſorium. de reg. jur. in 6.* hoc tamen in caſu perſona à re ſumit ſtatum, nec vllus niſi ex conceſſione, vel acquiſitione Ducatus, ſeu talis regionis, quæ Ducatum poſſit conſtituere, fit Dux. *D. Gonz. Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 4. c. 5. num. 4.* Eſt autem Ducatus Provincia ex civitatibus, caſtris, præfecturis, villis conſtans, quæ regalem dignitatem conſtituant, atque etiam ſartam tectam conſervent. *Erneſt. Cothman. loco cit.* In hoc igitur ſenſu nullus propriâ authoritate ſe poteſt facere Ducem: ſed requiritur ſupremi Principis privilegium ac inveſtitura. Quod à potiori intelligendum de Ducibus regalem dignitatem annexam habentibus. Regales enim dignitates nuncupantur, quaſi à regia datoris, & ſummi principis munificentia, cum regalis juris collatione profluentes. Et Imperator, vel alius Princeps ſummus regalis dignitatis fons & ſcaturigo reputatur. *Alvarott. c. 1. in princ. num. 4. Schurff. conſ. 56. num. 6. lib. 2. argum. l. quævis. ff. de natal. reſtit. Marant. de ord. judic. phil. 4. diſt. 5.* qui dat dignitates, eſſentiam, & ſtatum, origines, & prærogativas, & poteſt facere Duces maiores, medios, & minores. *Bald. conſ. 333. circa med. verſu porrò ipſe lib. 1.* Ad hoc ergò vt feudum cenſeatur regale, duo requiruntur copulativè. 1. vt à Principe Romano, vel alio in ſuo regno nullum ſuperiorem recognoſcente conferatur. *Clar. de feud. c. 2. concl. 1. num. 3.* quià ſolius ſummi Principis hæc eſt poteſtas. *And. Knich. de ſublim. & reg. territ. jur. c. 1. num. 306. &c. 3. num. 110.* Secundò, vt cum regali dignitate annexa conferatur illud feudum v. g. Electoratus, Ducatus, Comitatus &c. *Ferrar. Mon. in vſib. feud. c. 6. Roſenthal. concl. 1. num. 3. Schrader. de feud. p. 2. c. 3.* Et requiſitorum horum vno deficiente feudum non dicitur regale. *Oldendorp. claſſe 5. act. beneficiar. v. feudum aliud regale.* Ex quo ſequitur, quòd ſicut dignitas non conferatur niſi à ſupremo Principe, ità neque titulus abſq; tali collatione ab vllo vſurpari poſſit. Hæc quæ dicta ſunt de Ducibus in communi, procedunt à fortiori de Archiducibus, de quibus nunc eſt quæſtio.

IX. Notandum 2. nomen & titulum ARCHIDUCIS, variè poſſe accipi; primò vt ſonet quid appellativum, quaſi primarium Ducem inter alios

Du-

Duces, neque tamen ab eo, cui tribuitur, velut titulus vſurpetur. Sicut enim Comites appellamus Illuſtriſſimos; ipſi tamen Comites inter ſua prædicata, & titulos non reponunt Illuſtriſſimus, ità poteſt vulgo appellari quiſpiam Archidux reſpectu aliorum Ducum, quaſi inter eos primarius, vel ob præcedentiam ſolam, vel ob potentiam, vel ob antiquitatem, vel ob plura ejuſmodi conjuncta, vt tamen ipſe ſibi talem titulum non arroget. In hoc ſenſu nominatus eſt olim ſub Dagoberto Rege Pipinus de Landis, qui erat major Domus, *Archidux Auſtraſiæ Inferioris.* vti eum appellat author Chronici S. Trudonis. Et de eodem loquens Canonicus Nuſſienſis in Chronico Magno Belgij: *Iſti Pipino Archiduci ſive Duci primo in diſponenda Repub. cooperabatur S. Arnulphus poſteà Epiſcopus Metenſis.* Similiter Pipinus Brevis apud eundem Chroniſtam nominatur Archidux: *Carolus Martellus genuit Pipinum Parvum Archiducem Lotharingiæ, & Brabantiæ quintum.* Dinterus quoque in Chronico de hoc ipſo Pipino ait: *Erat ipſe Pipinus tanquam Maior domus in Auſtraſiorum regno, & poſteri ſui jure hæreditario gladium portantes Regni, & ſuper omnes Principes ipſum regnum gubernando principantes: vnde adhuc Lotharingiæ & Brabantiæ Archiduci adjudicatur gladius totius regni, tanquam hujus dignitatis hæredi.* Quin & Bruno Colonienſis Archiepiſcopus Ottonis I. Imperatoris frater nuncupatur à Sigeberto Gemblacenſi, modo Dux, modo etiam Archidux. *Bruno Archiepiſcopus & Archidux Lotharingiæ, ſecundas partes in regno fratris ſui potenter, & induſtriè adminiſtrans: &c.* Alibi tamen ſolùm Ducis titulum ei attribuit: *Bruno Dux & Archiepiſcopus in Franciam pergens &c:* An verò Bruno iſte (vt ſuprà dicebat Spiegelius) ipſe ſibi talem titulum aſſumpſerit, cùm apud veterem authorem nullum hactenus id legerim, relinquo in medio, certè ad poſteros Lotharingiæ Duces nec ipſe, nec Pipinus eum tranſmiſit, nec vſurpatum crediderim authoritate ſupremi Principis. Secundò poteſt accipi hæc vox *Archidux* vt ſonet primarium Ducem comparativè ad alios plures minores Dnces in eodem Regno vel Imperio, & hac ratione poſſent opinione vulgi & communi hominum æſtimatione dici Archiduces plures reſpectu plurium minorum Ducum. Exemplum hujus nomenclaturæ eſt clarum in ſuprà allegato diplomate Friderici I. Æhnobarbi, vbi dicitur: *vnus de Palatinis Archiducibus eſt cenſendus.* Supponit enim hoc loco Imperator plures eſſe Palatinos Archiduces, eos nempe, qui palatium ſequebantur. Et tales reor tunc fuiſſe illos ipſos, qui diplomati ſubſcripti ſunt: Welphonem Ducem Alemanniæ, Conradum Ducem Franconiæ Palatinum Rheni, Fridericum Ducem Franconiæ & Sveviæ, Henricum Ducem Carinthiæ. Hi tunc Palatium ſequebantur, & à Friderico appellati ſunt Archiduces Palatini, id eſt primarij Duces ab officio, quòd eſſent Aulici, & id circò aliis Ducibus non Palatinis præferendi: neque tamen ipſi in ſuis titulis vſurpabant hoc prædicatum. Tertiò poteſt vſurpari hæc vox Archidux, pro Duce inter omnes Duces alicujus Regni primario, cum analogia ad Archiepiſcopum, ità vt ſicut Archiepiſcopus ille dicitur, qui in aliqua Provincia plures habet ſub ſe Epiſcopos, ità Archidux ille ſit, qui in aliquo regno plures ſub ſe Duces habeat vel ſaltem Ducatus, reſpectu quorum ipſe primarius

Chron. S. Trudo. l. 1. cap. 4. Nuſſi. in Chron. mag. Belg. Piſtor. f. 22.

ibid. fol. 31. Dinter. lib. 1. cap. 17.

Sigeb. Chro. ad an. 959. Idem ad an. 965.

rius censeatur. De tali Archiduce non invenio exemplum, nisi dicamus esse Austriacos quatenus ipsi sub se habent plures Ducatus, Burgundiæ, Styriæ, Carithiæ, Carnioliæ, imò & Duces, Sagani, Münsterbergæ, Crumlovij, &c. Quartò potest vsurpari hæc vox Archidux pro tali Duce qui plures Ducatus simul possidet, vt nullus alius in regno vel Imperio tot possideat; & hac ratione meritò soli Habspurgo-Austriaci dici possunt Archiduces, videturq; primitùs ad hoc respexisse cum scribere cæperunt *Archidux Austriæ, Styriæ, Carinthiæ & Carnioliæ*, quasi hoc totum complexum denotaret illos esse Archiduces, qui quatuor insignes Ducatus simul possiderent. Imò Rudolphus IV. qui primus (vt dicemus) vsurpavit hoc prædicatum, in suo titulo hæc ponebat: *Rudolphus Quartus Dei gratia Archidux Austrie, Styrie, Karinthie, Sueviæ & Alsatiæ*: ità in Sigillo appenso ad Privilegium quoddam Cænobij Runensis Cisterciensium propè Græcium anno 1360. Similiter Ernestus parens Friderici IV. Imperatoris in magno Sigillo præferebat: *Ernestus Dei gratia Archidux Austriæ, Styriæ, Karinthiæ, & Carnioliæ, Dominus Marchiæ, &c.* anno 1418. nec addebatur separatim ad Styriam vox illa quæ modo additur *Dux*. Et videtur id innuere voluisse Fridericus IV. in suo diplomate, cujus fragmentum suprà attulimus num. 4. cum illis indulsit titulum Archiducis, qui præter Austriam possessuri erant jure sanguinis, Ducatus Stiriæ, Carinthiæ & Carnioliæ. Quintò potest vsurpari hæc vox simpliciter, & absolutè pro tali Principe, qui in aliquo regno omnibus omninò aliis Ducibus præfertur, nec vllum alium in authoritate potentiâ, præcedentiâ, præeminentiâ, æstimatione, superiorem (præterquam Regem aut Imperatorem) nullum etiam parem habeat. Et hac ratione non posset nisi vnicus in toto regno appellari Archidux, sicuti in vna Provincia non potest, nisi vnicus esse Archiepiscopus. Et certè etiam hac ratione respectu totius Romani Imperij, si ad potentiam attendamus Austriaci meritò dicuntur Archiduces, quia nullum habent superiorem potentiâ, nullum parem.

MSS. Prov. Carn. Archiv.

X. Notandum est tertiò: dari etiam Magnos Duces, qui titulus an æquivaleat titulo Archiducis, disquirant alij. In Germania nullus defacto est. In Italia est Magnus Dux Hetruriæ, qui hunc titulum vsurpat, ex concessione Pij V. Pontificis ab anno 1570. vnacum sceptro, corona Regia, habitu, & titulo Sereniſſimi, vt testatur *Garz. Mastrill. de Magistratu cap. 4. num. 19. Reinck. de regim. sec. lib. 1. classe 4. cap. 11. Hermes fasc. Jur. publ. cap. 33.* Cui tamen concessioni, & actui Maximilianum II. Imperatorem contradixisse, velut in præjudicium Imperatoris Romani facto, cui Florentia, & Senæ ad Cameram Imperialem spectantes pareant, scribit *Gualter. in Chronolog. Eccles. polit. ad annum 1570. apud Reinckh.* citatum. Talis etiam est Magnus Dux Moscoviæ, Magnus Dux Lithuaniæ, qui tamen hodie non est sejunctus à Rege Poloniæ. Et Rex Sueciæ etiam vsurpat titulum Magni Ducis Finlandiæ, de quibus *Boter. in descript. regni Poloniæ Matth. Stephan. de jurisdict. lib. 2. par. 1. cap. 6. num. 82. Ruland. de commissar. p. 2. lib. 5. cap. 4. num. 22.* Posse autem Imperatorem, vel

ſummum Pontificem alicui concedere titulum magni Ducis, magni Marchionis, vel magni Comitis, ſalvo tamen cæterorum Ducum, Marchionum, & Comitum jure notat præter Joannem Azorium Inſt. Moral. lib. I. cap. 11. p. 2. Reinckhing. cit. loco; ex quo deducitur, neminem arbitrariè, & pro libitu ſibiipſi arrogare poſſe talem titulum, conſequenter neque titulum Archiducis. His prænotatis.

XI. Sentio I. ſolos Habſpurgo-Auſtriacos hactenus eſſe verè & rigoroſè in Romano Imperio Archiduces, & hunc titulum vſurpaſſe, ac vſurpare in ſenſu quarto ſup. explicato num. 9. quod probo ex diplomate Friderici I. vbi ait de Duce Auſtriæ: *Unus de Palatinis Archiducibus eſt cenſendus. Et nihilominùs ad latus dextrum Imperij, poſt Electores Principes obtineat primum locum.* Hic & Archidux appellatur Dux Auſtriæ, & primum locum habet inter omnes Duces poſt Electores, quæ eſt proxima dignitas, in Imperio Romano poſt Imp. & Regem Romanum, adeoq; ſi primus deinde poſt Electores locus debetur Ducibus Auſtriæ, illi ſoli ſunt propriè & rigorosè Archiduces, licet tunc nondum eo titulo vſi fuerint. Deinde quià habent pro inſigni ſuo pileum non tantum Ducalem vt cæteri, ſed ornatum Diademate regio & cruce, ex conceſſione Imperatorum. Nec conſtat de vllo alio Duce in Imperio Romano Germanico, cui talis præeminentia, vel ornatus vnquam conceſſus fuerit. Per hanc tamen aſſertionem nihil intendo præjudicare Carinthiæ, quæ defacto vtitur titulo Archiducatûs, & gaudet ejus poſſeſſione; vtpote firmata ipſis Auſtriacorum Imperatorum & Archiducum diplomatibus. Nam an. 1414. Erneſtus Archidux edidit diploma, in quo hæc leguntur: *Nos Erneſtus Dei gratiâ Archidux Auſtriæ, Styriæ, Carinthiæ, & Carnioliæ &c. fatemur, quod cùm feuda noſtra præmemorati noſtri Archiducatus Carinthiæ, Dominicâ lætare nuper elapsâ conferenda in ſede ad Solium, provt ab antiquo moris fuit publicari curaverimus &c. Datum ad S. Vitum Dominicâ Judica in Quadrag. &c.* Eadem habentur in aliis duobus diplomatibus, quorum vnum eſt confirmatio Privilegiorum Carinthiæ per eundem Erneſtum Archiducem. Rurſum an. 1444. *Fridericus III. Imp.* (alias IV.) ait in quodam diplomate: *Provincialibus noſtri Principatus Carinthiæ feuda hic in civitate S. Viti contulimus, illisq; noſtris regalibus verbis ſpopondimus, illos in hujusmodi ipſorum gratiis & privilegiis Archiducatûs Carinthiæ manutenere &c. Datum ad S. Vitum in Carinthia die S. Thomæ Cantuarienſis.* In alio diplomate idem Fridericus: *noſtri Provinciales Archiducatûs noſtri Carinthiæ vniverſim &c. Datum ad S. Vitum in Carinthia Dominica ante trium Regum an.* 1444. Similiter Maximilianus I. vſus hoc titulo: *Maximilianus Archidux Auſtriæ Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carnioliæ, Limburgi, Lucelburgi, & Geldriæ &c.* in contextu verò: *Povinciales noſtri Archiducatûs Carinthiæ*, quod repetit in triplici diplomate, quæ omnia expedita ſunt an. 1494. initio ſuſcepti pleni poſt patrem regiminis. Carolus V. Imp. an. 1520. eodem modo nominat *Archiducatum Carinthiæ* in tribus diplomatibus. Ferdinandus I. Caroli V. frater an. 1521. concedit Carinthiæ facultatem cudendi monetam cum inſcriptione: *Ferdinandus Dei gratia Princeps Hiſpaniarum, Archidux Auſtriæ & Carinthiæ.* Similia reperiuntur in homagiis Caroli

Pivileg. Carinthiæ Landts-handtveſt.

Archi-

Archiducis, Ferdinandi Archiducis deinde II. hoc nomine Imperat. & plura apud Megiſerum & in Privilegijs Carinthiæ. Ex quibus fundamentis provincia Carinthiæ ſemper in ſuis reſcriptis & inſtrumentis adhibet titulum Archiducatus, conſcijs nec contradicentibus Imperatoribus & Archiducibus Auſtriæ, licet ipſi viceverſa in ſuis titulis ſe non appellent niſi Duces Carinthiæ, cujus cauſam rimari non eſt mei muneris. Quià verò Archiducatus & Archidux correlativa ſunt, vt vnum ſine alio eſſe non poſſit; imò vt ſuprà diximus, in tali caſu perſona à re ſumit ſtatum, non econtrà res à perſonâ, quod etiam advertit Megiſerus, videtur ſequi, quòd ſtante hac Provinciæ nomenclatura Auſtriaci tanquam legitimi poſſeſſores & Principes Carinthiæ non ſolùm deberent vti titulo Archiducis Auſtriæ, ſed etiam Archiducis Carinthiæ, adeòque Carinthiæ nomen in titulis præponere nomini Stiriæ. Verùm quantum ad ordinem Provinciarum, exiſtimo, eum non eſſe cum reflexione ad potentiam vel excellentiam, neque etiam ad antiquitatem, quià ſine dubio Carinthia ſaltem olim potentior & amplior fuit quàm Styria, & aliquot ſeculis prius Ducatus appellata quam Styria; ſed ordo hic obſervatur ſecundum tempus, quo Auſtriaci dominium harum Provinciarum conſecuti ſunt. Fuerunt enim prius Duces Styriæ per hæreditatem ſimul & emptionem facti, quàm Duces Carinthiæ per inveſtituram Imperatorum. Cur verò non vſurpent etiam titulum Archiducis Carinthiæ, mox dico, quod

XII. Sentio ſecundò. Nullus hactenus (quantum ex diligenti inveſtigatione & lectione tàm veterum quàm recentiorum Authorum, imò etiam Inſtrumentorum originalium & anthenticorum deprehendere potui) vſus eſt titulo Archiducis ante & præter Auſtriacos. De aliis in Germania Ducibus certiſſimum eſt, nec vllus prætendit Archidux appellari. De Ducibus Carinthiæ qui poſtremi fuerunt antequam Auſtriaci hunc Principatum obtinerent, oſtendo. Sic anno 1243. in Privilegio dato Sitticenſis Monaſterij Aſcetis Ciſtercienſibus in Carniolia, *Bernardus Dux Carinthiæ*. Et anno 1258. in fundatione Cœnobij Landtſtroſt in Carniolia ejusdem ordinis *Bernardus Dux Carinthiæ*. Deinde anno 1251. *Ulricus Dux Carinthiæ*. teſtatur de donatione Henrici Marchionis Iſtriæ facta cœnobio Landtſtroſtenſi. Et anno 1252. in Privilegio Cœnobij Victorienſis in Carinthia: **Wir Ulrich von GOttes Gnaden Erb deß Herzogth umbs Khärndten.** Rurſum anno 1254. *Ulricus filius D. Bernardi Ducis Carinthiæ*. in Privilegio Sitticenſi. Et anno 1255. *Ulricus Dei gratia Dux Carinthiæ, Dominus Carnioliæ*. in dotatione prima Freydenthallenſis Cartuſiæ ſuprà Labacum. Et anno 1260. in plena fundatione ejusdem Cartuſiæ. *Ulricus Dei gratiâ & miſeratione divinâ Dux Carinthiæ, ac Dominus Carniolia, nec non Iſtriæ & Carſi.* Denique multa ejuſmodi exempla reperiuntur etiam ſequentibus annis, in varijs Inſtrumentis, quæ extant originalia Oberburgi, Sitticij, Freydenthallij &c. Anno item 1275. Ottocarus Rex Bohemiæ vſus eſt hoc titulo in Sigillo ſuo: S. *Ottocari Dei gratiâ quinti Regis Bohemorum, Marchionis Moraviæ, Ducis Carinthiæ*. Et in Diplomate habet: *Nos Ottokarus Dei gratiâ Bohemiæ Rex Dux Auſtriæ, Styriæ & Charinthiæ, Marchioque Moraviæ,*

MS. Sittic.

MS. Landtſt.

MS. Vittrin.

MS. Sitticen.

MS. Freyd.

MS. Regiſtr. Pron. Carniol.

*Dominus Carnioliæ, Marchiæ, & Portus Naonis.* Extat authenticum in Regiſtratura Provinciæ Carnioliæ. Rurſum anno 1295. Anonymus Author Chronici MS. Viennenſis, qui eo tempore vixit: *Moritur Meinradus Dux Carinthiæ ſocer Alberti Ducis.* Hujus Meinardi in cœnobio Stambſiano in Tyroli ſepulti Epitaphium apud Thomam Ebendorffer de Haſelbach in Hiſtoria Auſtriaca MS. ſic habet:

MS. Chron. Vien. in Bibl. Acad. Tho. Ebend. in hiſt. Auſtr. MS.

*Hei Meinhart actor pacis, litiſque ſubactor,*
*Cœnobij factor hujus pius, & benefactor:*
*Qui ſimilem neſcit Dux & Comes hic requieſcit.*
*Bis quingentenos annos decieſque Vicenos,*
*Et nonagenos jungas, medios quoque denos,*
*Poſt ortum Chriſti, dum lux hæc tollitur iſti.*

Ex verſu illo. *Qui ſimilem neſcit Dux*, colligitur Meinardum communi æſtimatione fuiſſe cæteris Ducibus honoratiorem, & potentiorem, qui fortè cum ipſis Auſtriacis quoad potentiam competeret, & nihilominùs ſolùm Ducis vocabulo honoratur. Porrò iterum anno 1302. in diplomate quodam Sitticenſis Monaſterij: *Otto Dux Carinthiæ, Comes Tyrolis & Goritiæ.* confimat ſuo fratrumque Ludovici & Henrici nomine omnia Privilegia dicti Monaſterij. Deinde anno 1317. in Privilegio quodam dato Freydenthallenſibus Cartuſianis: *Hainricus Dei gratia Bohemiæ, & Poloniæ Rex, Carinthiæ Dux, Tyrolis & Goritiæ Comes vniverſitati Civium ſuorum in Laybaco &c.* Et anno 1321. in quodam Oſſiacenſi Privilegio. *Henricus Dux Carinthiæ.* Anno 1326. in fundatione Cartuſiæ Montis O. Angelorum in Snalz. *Henricus Rex Bohemiæ, Dux Carinthiæ*: quo titulo vſus eſt vſque ad obitum, etſi excluſus à regno Bohemiæ: obijt autem teſte Haſelbachio anno 1335. Quo eodem anno (vt refert Haſelbachius) Lincij fuit Conventus Principum, vbi Albertus contractus, & Otto fratres Auſtriaci Alberti I. Imperatoris filij petierunt à Ludovico IV. Imperatore Ducatum Carinthiæ ratione maternæ hæreditatis, quià mater eorum Eliſabetha fuit filia Meinardi Carinthiæ Ducis Comitis Tyrolis, aſſerentes etiam Carnioliam ad ſe legitimè devolutam, eo quod Duces Carinthiæ eam pignoris nomine à ſuis progenitoribus accepiſſent. Ludovicus videns Ducum Auſtriæ aſſiſtentiam ſibi neceſſariam die 5. Maij de vtraque terra Albertum & Ottonem ſolenniter inveſtivit, quorum paulò poſt Otto in Carinthiam profectus homagium à Statibus recepit præficiens Carinthiæ Comitem de Pfanberg, Carnioliæ verò Fridericum Liberum de Seunegk Capitaneos. Cum autem Dux Otto adverteret Carinthos fluctuare, eoquod non fuiſſet inauguratus more patrio, venit ad Eccleſiam Solienſem, & per Laurentium Epiſcopum Gurcenſem, præſentibus Henrico Lavantino, & Abbatibus multis, quibusdam cærimonijs prætermiſſis die SS. Proceſſi & Martiniani ſolenniter inauguratur & benedicitur, cum magno populi applauſu. Hæc paulò alijs verbis Haſelbachius. Porrò hic Otto Auſtriacus nullo alio titulo vſus reperitur, quàm Ducis Auſtriæ & Carinthiæ. Sic in diplomate confirmationis Privilegiorum Civitatis Labacenſis eodem anno *Otto Dux Auſtriæ, Styriæ, & Carinthiæ &c.* Item

MS. Sitticen.

MS. Freyd.

MS. Offiac.

MS. Freyd.

Tho. Ebend. cit. MS.

MS. Sittic. MS. Labac.

in

in confirmatione Privilegiorum Cartuſiæ Freydenthallenſis anno 1338 ambo hoc titulo vſi ſunt: *Albertus & Otto Duces Auſtriæ, Styriæ & Carinthiæ, Domini Carnioliæ, Marchiæ, ac Portus Naonis &c. Dat. Viennæ feria 3. ante Corporis Chriſti.* Mortuo ſequenti anno Ottone, Albertus ſuperſtes vſus eſt hoc titulo: *Albertus Dux Auſtriæ, Styriæ, Carinthiæ, Dominus Carnioliæ, Marchiæ, ac Portus Naonis, Comes Habſpurgi & Kiburgi, Landgravius Alſatiæ, ac Dominus Pfiretæ.* Sic in fundatione Cartuſiæ Gamnicenſis in Auſtria anno 1352. obiit hic Albertus cognomento ſapiens, & Contractus anno 1358. die 20. Julij. Ad hoc vſque tempus nullum invenio Inſtrumentum alicujus ſive Auſtriaci ſive alterius ſtirpis cum titulo Archiducis, neque inter Manuſcripta, & originalia, neque apud authores probos, quin neque annis duobus ſequentibus vſque ad annum 1360. de quo mox dicemus. Atque adeò totis 24. annis Auſtriaci poſſederunt Carinthiam, & nondum vſi ſunt titulo Archiducis. Ex quo apparet Spiegelij conjectura ſive aſſertio vana, quòd Auſtriaci titulum Archiducis à Carinthia deſumpſerint: ſiquidem nec Carinthi immediati anteceſſores, nec ipſi primi Auſtriaci Carinthiæ Principes illum vſurpaſſe reperiuntur. Unde

MS. Freyd.

MS. Freyd.

XIII. Sentio tertiò. Primus qui hactenus inter Germaniæ Principes vſurpavit in publicis inſtrumentis, titulis, & ſubſcriptionibus nomen *Archiducis* fuit Rudolphus IV. Auſtriacus filius primogenitus Alberti Sapientis, ſive Contracti, nepos Alberti I. Imperatoris, pronepos Rudolphi Imperatoris Habſpurgo-Auſtriaci. In hoc aſſentior Gebuilhero, Megiſero, Henningio, qui ait: *Rudolphus Fundator, ingenioſus, magnanimus, & ſubtilis cognomento, Archidux Auſtriæ à Carolo IV. Imperatore inveſtitus anno* 1360. quod ille quidem non probat, ſed ego ſic oſtendo. Conſtat ex paulò ante relatis, & plurimis alijs inſtrumentis, quòd vſque ad annum 1358. quo Rudolphi IV. parens obiit, nullus Auſtriacorum Principum vſus ſit titulo Archiducis, ſed ſolum Ducis: conſtat etiam, quod ipſe Rudolphus initio ſui Regiminis, id eſt anno 1358. & 1359. vſurpaverit tentummodo titulum Ducis. Nam præfato anno 1358. dedit hic Rudolphus diploma in favorem Seytzenſis Cartuſiæ in Styria cum hoc titulo: *Rudolphus Dux Auſtriæ, Styriæ, & Carinthiæ - Datum Viennæ Mercurij ante Catharinæ.* Rurſum eodem anno aliud diploma edidit in favorem Cartuſiæ Gamnicenſis in Auſtria cum titulo: *Rudolphus Dux Auſtriæ, Styriæ, Carinthiæ. Datum Viennæ die S. Nicolai.* Simili ratione frater Rudolphi IV. Albertus III. cognomento cum Trica, confecit Inſtrumentum cum hoc titulo: *Albertus Dux Auſtriæ, Styriæ & Carinthiæ*, quo mandat Ottoni de Ortenburg ſuo cognato (ſic eum nominat) Capitaneo Carnioliæ, vt manuteneat Cartuſianos Freydenthallenſes in ſuis privilegijs. *Datum Viennæ Veneris ante Oculi.* Quamvis videatur hoc Inſtrumentum datum à parente Alberto II. qui eodem anno die 20. Julij è vita exceſſit. Ad hunc ſaltem annum 1358. nullius Auſtriaci Principis inſtrumentum reperio cum titulo Archiducis. Quid ergò cauſæ, quod jam anno 1360. alium titulum adhibeat Rudolphus, & quidem privativè ad fratres, & anteceſſores ſuos? nempe hoc ipſo anno conſecutus eſt eum titulum. Sic enim habet in inſtrumento dato Sitticenſi Monaſterio confirman-

Henning. P. 1. Germ. f. 272.

MS. Seytz.

MS. Freyd.

MS. Sittic.

do à prædeceſſoribus conceſſa jura, & privilegia: *Rudolphus IV. Palatinus Archidux Auſtriæ, & Sac. Rom. Imperij Jupremus Magiſter Venatorum.* Diploma expeditum Labaci, ſed dies mihi non eſt communicata. Aliud Inſtrumentum
MS. Freyd. dedit Cartuſiæ Vallis Jocoſæ, ſeu Freydenthallenſis cum hoc titulo:

Wir Rudolff der Vierdte von GOttes Gnaden Ertzhertzog ze Oeſterreich / ze Steyer / vnd Kharndten / Furſt ze Schwaben / vnd ze Elſaſſen / Herr ze Crain / auff der Marck / vnd ze Portenau / deß Heiligen Römiſchen Reichs Obriſter Jagermaiſter

Inſeritur verò huic Inſtrumento aliud diploma patris Alberti, & Patrui Ottonis cum hoc titulo: Wir Albrecht vnd Otto von GOttes Gnaden Hertzogen ze Oeſterreich / ze Steyer / vnd ze Kharndten. Et rurſum huic diplomati aliud antiquius inſertum eſt cum tali titulo: Der Hochwürdi Furſt / Herr Ulrich ſeelig / Weyland Hertzog ze Kharndten. Et rurſum: Wir Ulrich von GOttes Gnaden / vnd von Göttlicher Barmung Hertzog ze Kharndten. Datum Inſtrumenti Rudolphi eſt anno 1360. Græcij die S. Dorotheæ. Eodem anno 1360. expedivit idem Rudolphus diploma pro Cœno-
MS. Vittrin. bio Victorienſi cum hoc titulo: Wir Rudolff von GOttes Gnaden / Pfaltzgraff Ertzhertzog ze Oſterreich / Steyer / vnd ze Kharndten / Herr ze Crain / vnd auff der Marck vnd ze Portenau / vnd deß H. Röm. Reichs Obermaiſter der Jäger / etc. Wir thuen kund / etc von vnſerem Vatter Hertzog Albrechten von Oeſterreich / der vor vns geweſen iſt / dem GOtt gnad / etc Inſeritur deinde diploma patris cum hoc initio: Wir Albrecht von GOttes Gnaden / Hertzog ze Oeſterreich / ze Steyer / ze Kharndten / Herr ze Crain / etc. Mittichen vor der HH Zwelffbotten Tag Simonis & Judæ, nach Chriſti Geburth anno 1341. Datum verò Inſtrumenti Rudolphi eſt. Zu St. Veith zu St Gregorn Tag nach Chriſti Geburth 1360. Simile Inſtrumentum ejusdem Rudolphi pro-
Lamb. Bibl. Cæſar lib. 2. fol 627. ducit Lambecius in Bibliotheca Cæſarea, hujus tenoris: *Nos Rudolphus IV. Dei gratia Archidux Auſtriæ, Styriæ & Carinthiæ, Dominus Carnioliæ, Marchiæ &c. Dominationis noſtræ anno ſexto, regnante Imperatore Carolo Quarto, & Urbano Papa Quinto, ſcilicet anno Domini milleſimo trecenteſimo ſexageſimo.* Videtur hic aliquis error Typographicus interveniſſe, quia annus Chriſti 1360. non fuit ætatis Rudolphi 25. ſed 21. & annus dominationis non fuit ſextus, ſed ſecundus, & certum eſt (vt paulò poſt referam) Rudolphum natum anno 1339. & parentem ejus obijſſe anno 1358. igitur annus Chriſti 1360. correſpondet anno ætatis ejus 21. & anno dominationis ſeu regiminis 2. Si originale ſcriptum eſt latinè, quod in Melicenſi Cænobio extare dicitur, facilè potuit accidere, vt in illo eſſet annus dominationis *Scdus*, quod aliquis legit *Sextus* pro *ſecundus*. Interim etiam ex hoc apparet, quòd Rudolphus eo anno cæperit vſurpare titulum Archiducis. Addam quod ego reperi ante 26. annos perluſtrando Bibliothecam Academicam Viennæ Auſtriæ. Incidi enim in librum vetuſtum, qui olim ſpectabat ad quendam Doctorem ante 200. & plures annos defunctum: in ejus anteriore theca fuit Nota quædam his formalibus verbis.

MS. Acad. Bibl. Vienn. *Ità inveni in quodam Sigillo Rudolphi IV. circumferentialiter ſcriptum, in cujus circuli medio inſidens equo militariter depictus.*

Ru-

Sigillum Ottonis Jocosi

Anno 1336.




Ad fol. iib. Part. ii.

N. I.

Sigillum Rudolphi IV.

Anno 1360.




Ad fol. iia. Part. ii. A. T. f. Wagenspergi in Carniolia

N. III.

Sigillum Leopoldi Probi

Anno 1377




Ad. fol. izi Part. II

N. II.

Sigillum Rudolphi IV.

Anno 1360.




Ad. fol. iii8 Part. II

N. IV.

Ruodolfus quartus Dei gratia Palatinus Archidux Auſtriæ, Styriæ, Carinthiæ, Sueviæ ac Alſatiæ, Dominus Carnioliæ, Marchæ ac Portus Naonis, natus anno Domini M. CCC. XXXIX.

*Ex altero verò latere Ducali habitu ad modum ſtatuæ erectus, Ducaliter veſtitus duodecim clypeis ſtipatus, ſic habebat circum ferentialiter ſcriptum:*

Ruod. Dei grat. Sac. Romani Imperij Archimagiſter Venator. Alberti Duc. & Joannæ Duciſſæ primogenitus.

Sic vetus illa ſcriptura & Nota in præfato libro, vbi pro Sigillo reponendum videtur numiſma; non enim Sigilla ſed numiſmata habere ſolent duo latera ſculpta: fuerit aliquod numiſma quòd in gratiæ ſignum offerre ſolent Principes, vulgo dictum Gnaden-Pfenning. Quamvis etiam talia Sigilla à Rudolpho IV. vſurpata inveniam (poſtquam iſta jam prælo ſubjecta erant) in Deductione Jurium Trium Provinciarum Styriæ Carinthiæ & Carnioliæ ratione præcedentiæ reſpectu Provinciæ ſuprà Aniſum deß Landts ob der Ennß, cujus authenticam copiam habeo ex Regiſtratura Inclytæ Provinciæ Carnioliæ. Operæ pretium fuerit etiam inde exſcribere titulos, qui nonnihil variant. In primo ergò Sigillo cernitur equo inſidens ſiniſtro Brachio geſtans clypeum Auſtriæ rubro-album, dextro vexillum cum inſigni Styriæ Pantheræ flammivoma: à collo equi parte ſiniſtra pendet clypeus Carinthiæ, tres Leones nigri cum ſemiſcuto Auſtriaco; in pectore equi clypeus cum Leone, vt reor Habſpurgico, in dorſo equi clypeus cum duobus piſcibus, quòd eſt inſigne Comitatus Pfyretarum. In circumferentia hic habetur titulus: RUDOLFUS. QUARTUS. DEI. GRATIA. PALATINUS. ARCHY-DUX. AUSTRIÆ. STYRIÆ. KARINTHIÆ. SUEVIÆ ET. ALSATIÆ. DOMINUS. CARNIOLIÆ. MARCHIÆ. AC PORTUS. NAONIS. NATUS. ANNO. DOMINI. M. C CC. XXXIX.

Laur Weſer in Deduct. Juriumpræcedentiæ, Styr. Carin. & Carn. reſpectu Prou. ſup. Anaſ. MS. in Regi. Prov. Carn.

Alterum Sigillum ibidem expreſſum exhibet Rudolphum IV. ſtantem in habitu Ducali, medium inter duodecim clypeos. Inſcriptio in circumferentia eſt hæc: RUOD. DEI. GRA. SAC. ROMANI. IMPERII. ARCHY-MAGISTER. VENATOR. ALBERTI. DUCIS. ET JOANNE. DUCISSÆ. PRIMOGENITUS. Vtraque hæc inſcriptiò plenè correſpondet ſuprà adductæ, niſi quòd in orthographia ſit aliqua varietas. Additur verò hic etiam Diplomati, cui prius Sigillum appenſum eſt, initium ſive titulus his verbis: *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Rudolphus Quartus Dei gratia Palatinus Archidux Auſtriæ Styriæ, & Carinthiæ, Princeps Sueviæ, atque Alſatiæ, Dominus Carnioliæ, Marchiæ, ac Portus Naonis: nec non Sacri Romani Imperij ſupremus Magiſter Venatorum. Datum in Grätz in die S. Blaſij anno Domini milleſimo trecenteſimo ſexageſimo. ætatis noſtræ anno viceſimo, regiminis verò noſtri ſecundo.* Dicuntur extare Græcij duo talia diplomata, vnum apud Abbatem Runenſem, alterum in Lech Commenda Teutonica.

Ter-

Tertium Sigillum, quod etiam exhibuit Abbas Runenſis, repræſentat Rudolphum equitantem à parte ſiniſtra ad dextram, brachio ſiniſtro tenet ſcutum Auſtriacum, & vexillum cum aquilæ inſigni: ſuprà equi caput ſcutum Styriæ cum Panthera, à dorſo equitis ſcutum Carinthiæ, infrà ad ſiniſtram Pfiretæ, ad dextram Habſpurgi: ſub equi pedibus in medio ſcutum Carnioliæ, à dextro latere Marchiæ, à ſiniſtro Portus Naonis inſcriptio iſta eſt circularis: *Rudolfus. Quartus. Dei. Gracia. Archy-dux. Auſtriæ Styriæ & Kharinthiæ. Dominus Carnioliæ Marchiæ. ac Portus Naonis. Comes in Habſpurg. Ferretis & Kiburg. Marchio Burgoviæ ac Landgravius Alſatiæ* ✠. Idem eſt in Germanico diplomate titulus & in fine clauſula: **Geben zu Wien an den Sontag / als man ſingt** Reminiſcere **in der Faſten / nach Chriſti Geburth Dreyzehenhundert Jahr / darnach in den Fünff vnd Sechzigſten Jahr.** Quartum Sigillum in eodem Deductionis libro expreſſum exhibet quinque ſcuta, medium eſt Auſtriacum, ſupernè dextrum Styriæ, ſiniſtrum Carinthiæ; infernè dextrum (vt ſuſpicor) Aquila Tyrolenſis, ſiniſtrum Aquila Carnioliæ. Inſcriptio eſt diverſa ab alijs, & digna obſervatione. *Rudolfus. Auſtriæ. Styriæ. Karinthie. Tirolis. & Carniole Archidux* ✠. Videtur hinc poſſe deduci, quod Author Deductionis Jurium harum Provinciarum ratione præcedentiæ reſpectu Provinciæ ſuprà Anaſum aſſerebat: omnes ſcilicet hos Ducatus cumulativè, & in concreto conſtituere titulum Archiducalem, idque colligebat ex diplomate Friderici IV. Imp. ſup. num. 4. relato: & niſi tot Ducatus ſub vno Principe fuiſſent collecti Fridericus Imperator non conceſſiſſet omnibus ſuis cognatis & ſucceſſoribus talem titulum. Uſus porrò eſt Rudolphus illo ſigillo jam dicto, anno M.CCC.LXV. In alio ejusdem quantitatis, ſicut modo ſunt Imperiales, vel coronati, ſunt etiam quinque ſcuta. In medio Auſtriacum, ſupernè Styriæ, & Carinthiæ; infernè Habſpurgi, & Pfiretæ, cum hac inſcriptione: *Rudolfus Dei gracia Dux Auſtrie. Stiriæ. & Carinthie.* quod præfatus Author deductionis ait vſurpatum anno 1361. Sed ſigillum erat antiquius, fortè in defectu recentioris adhibitum. Hæc de ſigillis Rudolphi IV. & certa ac indubitata prima vſurpatione tituli Archiducalis.

XIV. Sentio quartò. Hunc titulum Archiducis conceſſum eſſe Rudolpho IV. vel potius confirmatum ac innovatum à Carolo IV. Imperatore, quando Rudolphus ejus filiam Catharinam matrimonio ſibi copulavit: quod factum eſſe eodem illo anno 1360. teſtantur Gerardus de Roo, Guillimannus, Lequile, & Joannes Jacobus Fugger. Dico titulum conceſſum, quià per ſupra notata nullus propriâ authoritate ſibi poteſt aſſumere titulos, nec toleraſſet Carolus Imperator, etiamſi ſocer, talem novitatem, niſi vltrò conceſſiſſet; ſive id factum ſit vivæ vocis oraculo, vt ſolemus loqui, ſive per ſpeciale diploma, quod ſucceſſu temporis deperditum eſt, aut alicubi adhuc latet. Dico etiam potius titulum innovatum, quià Fridericus I. Æhnobarbus eum videtur conceſſiſſe quando Henricum Marchionem Auſtriæ creavit Ducem, omnibus aliis Ducibus eminentiorem poſt Electotes, vt ſuprà retulimus. Uſurpatio ergò tituli Archiducis facta eſt authoritate Imperiali & Cæſarea, quam cur noluerint

Gerad. de Rhoo. lib. 3. f. 112. Guill. In MS. ap. Lequile de reb. de Auſt. P. 3. excurſ. 5. f. 201. Joa. Jac. Fugger in Spec. hon.

luerint in praxim deducere Henrici posteri ex familia Babenbergica, & Rudolphi Imperatoris filij ac nepotes, tribuendum putem eorum modestiæ, & evitandæ invidiæ causa, quam incurrere poterant, si recens creati Duces, & è Marchionum statu elevati, tam insigni titulo aliis Ducibus antiquioribus se anteferrent. Guillimannus agens de matrimonio Rudolphi IV. præmittit quomodo Rudolphus Carolo Imperatori fidem, & obsequium præstiterit, obtinueritq; ab eodem veterum recentiumque Privilegiorum Confirmationem, & subdit. *His ità factis cum Catharina, quam sibi puero infantem desponderat, nuptias ingenti pompâ, & Principum frequentiâ celebravit ineunte anno* 1360. ex quibus dicta lucem accipiunt. Guillim. MS lib 9. ap. Leq Piet. Austr. P 3. excursu. 5.

XV. Sentio quinto. Verum esse, quod notavit Author Phosphori his verbis: *Qui è secundo natu sunt orti filij, titulis vsi ditionum, Ducis tantum Austriæ titulum præposuere, relinquentes Archiducis titulum natu maximo.* Quod licet alij eant inficias, ego probo: quia cùm primus hunc titulum consecutus sit (vt dictum) Rudolphus IV. qui erat primogenitus Alberti II. post ejus obitum nullâ prole relictâ, id est post annum 1365. frater ejus Leopoldus cognomento Probus, eundem titulum vsurpavit, vt constat ex diplomatibus binis, quæ dedit Sitticensi Monasterio in Carniolia anno 1385. vbi expressè vtitur hoc titulo *Leopoldus Archidux Austriæ.* Licet verò hic Leopoldus junior fuerit Alberto cum Trica fratre germano, potuit tamen id accidisse ex conventione, quâ fratres sibi Provincias, & fortè etiam titulos dividebant: vt juniori titulus attribueretur Archiducis. Non reperi alibi Leopoldum fuisse vsum titulo Archiducis, sed potiùs in fundatione Academiæ Viennensis anno 1384. nominat ipse se solùm Ducem, & juniorem fratre suo Alberto, credo tamen Sitticensibus, qui mihi hunc titulum ex germano diplomate communicarunt. Mortuo Leopoldo Probo sive occiso ad Sempacum anno 1386. superstes Albertus cum Trica vsque ad annum 1395. nusquam, quod sciam, reperitur vsurpasse titulum Archiducis, sed Leopoldi filius Ernestus, qui anno 1392. vxorem duxit, & Interioris Austriæ Provincias rexit, tametsi Wilhelmo fratre junior Archiducem se nominabat; vt constat ex Instrumentis & diplomatis quæ ad Provinciam Carinthiæ direxit an. 1414. & sequentibus. Obiit hic anno 1424. cujus intestina Muræponti in Styria in Ecclesia B. V. ante summum altare condita sunt sub lapide rubei marmoris cum hac inscriptione, quam multoties legi. Auth. Phosphori p. 1. cap. 44. MS. Sitticens.

## *Hic sunt Ernesti Archi-viscera clausa-Ducis.*

Non reperio tamen ab Ernesto adhibitum Archiducis titulum ante annum 1414. sed tantum Ducis: imò etiam anno 1414. die 8. Januarij solum Ducem se nominat, vt est in originali Registraturæ Provinciæ Styriacæ. Atvero anno 1418. in diplomate, quod habent Cives Græcenses, legitur: Wir Ernst von GOtts Gnaden / Ertzhertzog ze Oesterreich / ze Steyer / ze Kharndten / vnd ze Crain / Herr auff der Windischen Marck / vnd ze Portenau / Graff ze Habspurg / ze Tyrol / ze Pfirdt / vnd ze Khyburg. Marggraff ze Purgau vnd Landtgraff ze Elsaß / etc. Geben ze Grätz am Mittwoch

vor St. Simonis vnd St. Judas der heyligen Zwelffbotten Tag. Nach Christi Geburt vierzehenhundert Jahr / vnd darnach in dem achtzehenten Jahr. Appensum est sigillum magnum, in quo sedet eques cataphractus, tenens sinistâ clypeum Austriacum, dextrà vexillum cum insigni Styriaco; ad sinistrum humerum est scutum Carinthiæ, sub capite equi scutum Carnioliæ. Infra eqvum scuta Burgoviæ, Alsatiæ, Pfiretæ, Portus Naonis, Austriæ suprà Anasum, Habspurgi, Tyrolis, & Marchiæ Vindorum. Quæ collocatio scutorum digna est observatione: & firmat intentionem trium Provinciarum Styriæ, Carinthiæ & Carnioliæ, contrà Provinciam suprà Anasum; provt tandem an. 1632. die 16. Februarij in Consilio Sac. Cæs. Majest. in favorem trium dictarum Provinciarum & Ducatum pronuntiatum & resolutum fuit, vt scilicet quando Provincia suprà Anasum conjunctim, vel vt pars vnius totius corporis cum Austria Inferiore comparet in sessione, votatione, &c. habeat non respectu sui vt pars est, sed respectu totius corporis præcedentiam. Si verò seorsim, & vt separata Provincia compareat, tunc tribus Ducatibus simul & seorsim singulis cedere teneatur, & locum post illos occupare. Extant de hoc originales resolutiones in Archivo Provinciæ Carnioliæ. Post Ernestum, frater ejus junior assumpsit titulum Fridericus Tyrolensium Princeps, dictus senior ad distinctionem Friderici Junioris, qui erat filius Ernesti, & posteà Imperator. Ità quippe se nominat in Privilegiis datis Clero Carnioliæ, seu potius confirmatis: **Wir Fridrich von GOttes Gnaden Ertzhertzog zu Oesterreich / zu Steyer / zu Kharndten / vnd zu Crain / etc. Daß wir ihnen zwen Brieff / die ihn Weilland der Hochgeborne Fürst Hertzog Wilhelm Hertzog zu Oesterreich vnser lieber Bruder gegeben / vnd die ihn auch vnser lieber Bruder Hertzog Ernst Ertzhertzog zu Oesterreich seeliger Gedächtnus mit seinem Brieff / den sie vns fürbrachten bestallt hat / etc. Geben zu Insprug am Freytag in der Osterwochen nach Christi Geburt in dem 1429. Jahr** Ex quo apparet quòd Wilhelmus licet omnium consensu senior fratrum inter filios Leopoldi abstinuerit à titulo Archiducis, alij verò duo successivè eum vsurpaverint, nec tamen per hæreditatem in suam prolem transmiserint. Nam Fridericus junior filius Ernesti non reperitur vnquam cum titulo Archiducis, sed tam in literis privilegiorum, quam in Recessibus Imperij solùm se nominat Ducem Austriæ. Obiit verò Fridericus senior Tyrolensium Princeps anno 1439. die 25. Junij. Et tunc Fridericus Junior factus est senior in tota familia Austriaca, neq; tamen vsus hoc titulo, sed eum cessit Sigismundo filio Friderici senioris Tyrolensium Principi, vti suprà retulimus ex Guillimanno num. 5. hujus §. Sed videtur ibi esse error Typographi, & reponendum esse an. 1445. pro 1475. quia illo, non isto anno Sigismundus exemptus est, tutelæ, & regimen Tyrolensium adiit, quo sine dubio obtinuit etiam privilegiorum confirmationem & augmentum.

Priv. Authe. MS. Cleri. Carniol.

VXI. Sentio deniq; sexto; Titulum Archiducis fundatum esse in diplomate Friderici I. Imp. de quo supra: à nullo prius vsurpatum, quàm à Rudolpho IV. & quidem, vt diximus, ex concessione Caroli IV. Imp. mansisse deinde penes majores natu, vel provt inter se conveniebant ipsi Principes: ab aliquibus mode-

modeſtiæ cauſa intermiſſum, ab alijs modo vſurpatum modo omiſſum: donec an. 1453. Fridericus IV. vniverſim ad totam Habſpurgo-Auſtriacam familiam eum extenderet, habito reſpectu ad plures Ducatus in eadem familia collectos, quot ſcilicet conſtabat à nulla alia familia in orbe acquiſitos: vndè meritò voluit appellari Archiduces, quaſi Ducum Duces, cum alij Duces ſingulos Ducatus, Auſtriaci multos collectivè tenerent. Unde partialiter ad conſtituendum Archiducatum Auſtriacum videntur concurrere Styria, Carinthia, Carniolia, quos Ducatus expreſsè nominat in ſuo diplomate Fridericus. Et licet ipſe Fridericus abſtinuerit in ſuis diplomatis ab eo titulo, fatetur tamen antiquitùs eum familiæ datum fuiſſe ab aliis, licet non vſurpatum à tota familia, vbi ait: **als vnſere Vordern das von alter löblich hergebracht haben / vnd auff vns kommen iſt / vnd wir vnſzher genennt / gehaiſſen / vnd gehalten worden ſeyn.** Ex quo etiam apparet diploma Friderici IV. non fuiſſe primam tituli conceſſionem ſuæ familiæ, ſed potiùs antiquæ conceſſionis confirmationem, & ad omnia individua extenſionem. Hæc omninò certa & vera mihi videntur. Sunt itaq; Habſpurgo-Auſtriaci primi, & ſoli hactenus, qui Archiducis titulum legitimè, & ſuũmorum Principum authoritate in rigoroſa vocis acceptione obtinuerunt, vſurparunt, & poſt Fridericum IV. omnes & ſinguli vſurpant, & quidem vt obſervat Kieffer: *Hujus prædicati tam attenti ſemper fuerunt Auſtriaci, ut licet eundem plures Imperij Principes affectarent, tamen ab Imperiali Majeſtate obtinere non poſſent, ne quid gloriæ vel præeminentiæ Sereniſſimæ Habſpurgicæ Domui detraheretur.* Kieff. Diſſert. Poiit. fol. 201.

XVII. Ex his porrò, & tam inſigni prærogativa Domus Auſtriæ, meritò inferre licet, quod in ſimili inferebat Chiffletius comparatione facta inter Reges Hiſpaniæ & Franciæ. *Quia Rex Catholicus multitudine Coronarum Rege Franciæ multoties major eſt, toties repetito Majeſtatis decore Regem Franciæ vt ARCHIREX, & MAXIMUS Rex jure optimo præcedere debet.* Sic quia Domus Auguſta Habſpurgo-Auſtriaca multitudine Ducatuum omnes alios per orbem Chriſtianum Duces multoties ſuperat, omni jure merito etiam ARCHIDUCIS appellatione præcedere debet. Alphonſus Rex Aragonum à perorante quodam Legato appellatus eſt ARCHIREX, *quod non ſolum apud Hiſpanos, ſed apud Italos, Siculos, Sardos, Majoricos, Minoricos Regna poſſideret.* Quidni ergo & Regem Catholicum Auſtriacum dicamus ARCHIREGEM eſſe, qui longè pluribus imperat, quam vllus Alphonſus Regnis, eundemq; & Auguſtiſſimum LEOPOLDUM merito ARCHIDUCES, qui longè plures Ducatus poſſident, quàm vnquam vllus alius Dux obtinuit? Hinc eſt quod Eliſabetha Angliæ Regina de Philippo II. Rege Catholico (idem fuiſſet de quolibet regnante Archiduce) verba faciens, apertè profeſſa ſit: *plures eum coronas, plura Regna, plures etiam divitias poſſidere, quàm vllus vnquam Chriſtianus Princeps habuerit.* Bodinus Andegavenſis Gallus, aliàs veritatis perquam avarus: *Amplitudo ditionum Catholici Regis, Turcici Imperij dimenſionem decies excedit.* Et Nicolaus de Novavilla, Marchio Villaregius, in Ordinum Franciæ conventu Pariſiis habito anno 1593. publicè pronuntiavit: *Potentiam Regis Hiſpaniæ maximam eſſe, illumque poſſidere ac dominari pluribus Regionibus, quàm vllus alius Princeps* Chifflet. Vindic. cap. 14. fol. 136. Gratul. nuptial. Frider. III. Imp. ap. Freher. To. 2. Borell cap. 45. num. 8. Bodin. lib. 2. Reip. c. 2. Memoires de Villeroy. To. 1.

*Orbis Christiani, à temporibus Caroli Magni.* Quanto verius id erit, si addideris Regiones Germanæ Austriæ? Deniq; Petrus Matthæi Historiographus Henrici IV. Galliæ Regis scripsit: *Philippum II. Hispaniæ Regem eo patre natum fuisse* (id est Carolo V. Imperatore) *qui post Carolum Magnum omnium Occidentis Imperatorum major fuerit, quique meliori jure quam Persarum Reges, vocare se poterat REGEM REGUM, FRATREM SOLIS AC LUNÆ.* Pet. Matth. lib. 1. hist. pacis. narrat. 3. Addere potuisset, qui jure natalium plurium Regnorum ac Provinciarum Dominus fuerit, quàm CAROLUS MAGNUS jure armorum, adeóq; majore potentiâ CAROLO MAGNO. Junge nunc CAROLI MAXIMI atnepotes LEOPOLDUM, & CAROLUM, junge Germanæ Austriæ Hispanam Austriam, & dic plus vice simplici *Reges Regum, Fratres Solis ac Lunæ.* Archiduces, Archi-Reges: & quidni etiam LEOPOLDUM Archi-Imperatorem, quia nullus hactenus Imperatorum in sua familia recensuit quatuordecim Imperatores: hæc felicitas ad hanc diem *UNI, & SOLI* obtigit LEOPOLDO AUGUSTO.

## §. II.

## *Habspurgo-Austriaci Piissimi Religiosissimi, semper Catholici.*

PIetate fulciri Regna, & Principum perennare familias nemo ignorat, nisi omninò peregrinus in historiis. *Religio & Pietas firma inprimis regni Basis,* ajebat Synesius ad Arcadium Imperatorem. Synes. ap. Celad. Et Agapetus Papa scripsit Justiniano Imperatori: *Non alius est Imperij vestri beatior proventus, quàm Religionis augmentum.* Agapet. Papa Epist. Certè quidquid in Austriacis hactenus Magnum Orbis stupuit, totum id à pietate exordium habuit. Sceptra, Coronas, Regna, Imperia Pietas dedit Austriacis. Rudolphus Imperij Austriaci conditor hoc fundamentum ingenti structuræ suppposuit: de quo nuperus Scriptor: *Ne quid in eo esset non magnum ingentia ad Imperium affulsere auspicia de cœlo ex adoratione Augustissimi Sacramenti initiato ad adoratam à populis Augusti dignitatem.* Hortens. Pallau. in Cæsarib. Austr. Sacerdoti Eucharisticum ferculum ad ægrum deferenti piè Comes, oraculum plusquam Sybillinum Deo sacræ Virginis audiit: *Comiti Habspurgensi pro humillimo Comitatu, ad Imperatorium rerum apicem electo, donari quia Eucharistiam summa pietate coluit, Eucharisticum omnium gratiarum.* Guillim. Habsp. lib. 6. cap. 4. Verba loquentis Sanctimonialis ita expressit Guillimannus: *Tibi ego superos placatos, & benevolos denuntio; proque PIETATIS & LIBERALITATIS officio, rerum tibi posterisque summum & supremum in terris honorem, & opulentiæ fastigium affirmo, læta, fausta, incredibilia promitto.* Dictum, factum: absens, inscius quid in Electorum Imperij consilio ageretur, ad Romani culmen Imperij evocatur Rudolphus. Genius hic Rudolphi transivit in posteros, eosq; fecit hæredes non tàm Fortunarum; quàm Pietatis in Eucharisticum epulum, cujus vel solo aspectu nepotes impetrarunt vitam cum Imperiis. Maximilianum I. intelligo alterum magnitudinis Austriacæ, velut protoparentem. Balde in Maxil. Pallavic. in Cæs. Rem seculorum dignam memoriâ descripsit Jacobus Balde elegante calamo; nos brevius cum Pallavicino: *Prima*

*ætas*

*ætas Maximiliani gemino prodigio è cœlo conſecratur, ſummâ & Maximiliani pietate, & Numinis providentiâ: undeſtetit in vnico ſtirpis Auguſtæ traduce, in quo tota ſpes poſteritatis germinabat, Auſtriaca propago, ſervatumque eſt primigeniâ Euchariſtici epuli Religione, quâ fundatum Auſtriacum Imperium. Cum enim è confragoſæ rupis ſupercilio, Maximilianus, quo eum œſtrum vanationis per acclivia, & declivia Oenipontanorum montium rapuerat, penderet; inacceſſo prorſus, & impervio, nec pedem inde retrahere poſſet, viliusvè ope juvari; hiante infra ſexcentorum pedum crepidine ad divinum confugit auxilium. Acciri jubet (audiri enim vox loquentis poterat) ſacrum myſtam, qui ſublime Euchariſticum nectar delibandum ſaltem oculis exhiberet, ſperans ſalutari illo viatico etiam tantum adorato, tutum ſibi fore, aut aſcenſum in cœlum, aut deſcenſum in terram. Ita tota Auſtriacæ Domus immenſa moles miſerando ſpectaculo, inter cœlum terramque librata, è cubitali vertice ruitura nutabat, &c.* Quid multa? rem paucioribus expediamus. Biduo jejunus in rupe conſtitit; allatum de longè Euchariſticum ferculum adoravit: & paulò poſt adfuit Angelus (ſic creditum eſt) ſub montani Paſtoris perſona, qui metum ponere, ſeq; preſſo pede inſequi juſſit; ſequentem mœſto famulitio herum reddidit, ac inter lætas gratulantium voces occupato Maximiliano, diſparuit. *Sic in vno ferculo tota Auſtriaca familia moribunda, ſervatur ad vitam, & mortis antidoto ad immortalitatem initiatur.* Hæc acciditſſe an. 1472. putat Mateneſius. Et en alterum ab Euchariſtica adoratione miraculum: ſubſequente anno Maria Burgunda deſponſatur Maximiliano, eique dotales affert Belgicas Provincias, hæredem parit futurum Hiſpaniæ Monarcham, & quæ ſperari vix potuit, cumulatim ſe in Domum Auſtriacam ingerit felicitas, Archiducalem potentiam ad omnem cœli tractum propediem extenſura. Prima hæc Auſtriadum pietas, quæ fundavit Imperium eadem, & ampliavit.

II. Altera huic gemella, cultus Immaculatæ Conceptionis Deiparæ, quo Ferdinandi & Philippi in rebus deſperatiſſimis maiorum fortunas, & gloriam ſartam tectam ſervarunt. Vna huic deſcribendæ pietati pagina non ſufficit: dabit eam liber integer jam dudum prælo paratus. Hic ſolùm Jo. Euſebij Nierembergii verba ad Philipum Regem Catholicum libet adducere: *Majeſtatem tui Imperij devotio initiavit, devotio ampliavit. Cultus Sacroſancti myſterij Dominici corporis exordia dedit: affectus ergà puriſſimam Virginis Conceptionem incrementa. Laudatum quippe in Principatu Hiſpano-Auſtriaco, non ſolùm ſanctiſſimum Sacramentum, ſed etiam Immaculata Dei Genetricis Conceptio, vt non ſine aliquo Numinis inſtinctu reſonet ſimul in Eccleſiis, genina hæc laudatio, populorum plauſu commendata.* Nieremb. Dedic. Except. Trid.

Ne ad multa me extendam exempla hujus veritatis, ſufficit Ferdinandus III. qui vix Immaculatè Conceptæ Virgini ſtatuam poſuerat in Viennenſi foro, illicò Pax ſubſecuta Imperij, quando vel maximè Auſtria periclitabatur. Vidimus, audivimus, experti ſumus. Nempe certat cum Auſtriacis Deus, & Magna Dei mater beneficiis compenſat officia. *Annon clariſſima ſigna* (loquitur Bouchornius) *Deus & Diva dederunt hiſce temporibus; dum prælata Virginis imagine* (Pragæ in Albo monte) *& auxilio piè invocato, ferociſſimi ſubitò hoſtes cum innumeris copiis ſunt debellati; nobiliſſima Bohemiæ Hungariæque regna cum ampliſſimis* Bouchorn. in Dedic Legat. Hiſp. Wadingi.

*mis Provinciis legitimo Regi reſtituta, perduellium Regiones juſtiſſimè fortiſſimèque Cæſaris & Catholicis auſpiciis à maximis Ducibus ſubjugatæ ? O victorias celecerrimas novis Conſtantinis, novis Theodoſijs, novis Carolis Magnis digniſſimas, Divæ Virginis cultu & veneratione impetratas !* Non victorias ſolùm, ſed conſervationem Auguſtiſſimæ familiæ inter mille pericula, & occultas hoſtium inſidias. Obſtupeſcet ſera poſteritas miracula, quibus Deus & Deiparæ patrocinium Leopoldum Auguſtum centies de vita periclitantem ſervavit. Non deſerit mater filium obſequentem.

III. Tertia baſis cui fortuna Auſtriaca, & fortunæ Majeſtas innititur, eſt propagatio veræ Religionis, & ſedis Apoſtolicæ obſervantia conſtans, de qua in hæc verba Kieffer. *Hæc Religioſiſſima Domus nihil magis in votis habuit hactenus, quam vt veram Chriſti Religionem foveret, propagaret, adverſantia reformaret, Romani Pontificis tanquam veri Chriſti Vicarii authoritatem obſervaret, atque viribus omnibus protegeret.* Plures hic veræ pietatis & Religionis actus comprehenduntur. In communi de ijs loquens Author Phoſphori veriſſimè dixit: *Auguſtiſſimæ gentis Auſtriacæ potentia non ſine invidia eſt, ſed virtutes ſupra invidiam ſunt. Terminatur potentia certis terrarum finibus, etſi vltimis; virtutes terminum neſciunt.* Et poſt nonnulla: *Potentia Gentis Auſtriacæ, & virtutes hodie ſunt Eccleſiæ fulcimenta.* Quæ nam obſecro illæ virtutes, quæ Eccleſiam fulciunt ? multæ illæ quidem, ſed prima quam idem author his verbis attingit: *Nihil vnquam maiori curæ Auguſtiſſimis Auſtriæ gentis Principibus fuit, quam Religionem à maioribus acceptam, integram illibatamque conſervare, propagare, tuerî.* Nec *aliud illis tantam Imperij magnitudinem, quam Religionis Catholicæ cultus comparavit.* Hoc ſinceriſſimæ veritatis oraculum eſt mox demonſtrandum exemplis, & clarius explicandum aliquot propoſitionibus

Kieff. diſſert. Polit. q. 35.

Auth. Phoſ. P. 3. cap. 1.

I. Ab anno Chriſti DC. vſque ad nunc labantem MDC. LXXIX. Nullus vnquam Habſpurgi Comes vel Altenburgi, nullus Auſtriæ Dux vel Archidux notatus eſt defeciſſe à fide & Religione Catholica & orthodoxa. Prodigium!

II. Nulla eſt in orbe Principalis familia hodie floreſcens, quæ hanc prærogativam Religionis Orthodoxæ ſemper à maioribus vltra mille annos cultæ & obſervatæ, parem cum Auſtriacis probare poſſit.

III. Nulla eſt in orbe Principalis familia, quæ ad propagandam Catholicam Orthodoxam Religionem, tot opes expoſuerit, tot pericula ſubjerit, tot labores exantlarit, quot Auguſta Domus Habſpurgo-Auſtriaca.

IV. Nulla eſt in orbe Principalis familia, quæ ad promovendum divinum cultum tot Eccleſias, tot Cœnobia, tot Domos Religioſas, tot Academias, Gymnaſia, Seminaria fundaverit, erexerit, dotaverit, quot Auguſta Domus Habſpurgo-Auſtriaca.

Hæ quatuor veritates, quatuor ingentibus Tomis per enumerationem partium probari poſſent: ſed Hiſtoriarum & rerum Habſpurgo-Auſtriacarum peritis nulla probatio eſt neceſſaria; invidis & æmulis omnis eſſet vel odioſa vel fruſtranea. Interim admiranda eſt prima veritas, tanquam ſingulariſſima

Præ-

Prærogariva Habſpurgo-Auſtriacorum, de qua præ omnibus mundi Principibus poſſunt gloriari, quod à millè & amplius annis, incipiendo ab Ottoberto Altenburgi & Vindoniſſæ Comite tam in recta linea, quâm collateralibus Altenburgi, Habſpurgi, Zaringæ, Lauffenbergæ, Kiburgi Comitum, Auſtriæ deinde Ducum & Archiducum vſque ad hodiernos, qui ſolo ternario conſtant Leopoldum ſcilicet Auguſtum, Carolum Regem Catholicum, & Joſephum Archiducem citrà omne falſi periculum dici poſſit.

NULLUS HABSPURGO-AUSTRIACUS
DEFECIT A SANCTA FIDE CATHOLICA.

Addo verbis Alexandri Patritij: *In Hiſpania tot Monarchijs olim diſtracta nullus vnus in omnibus omninò Regnis Rex inventus fuit à primo Catholico Rege Recaredo vſque ad Philippum IV. qui ab avita Chriſtiana, Orthodoxa, Catholica fide deviaverit.* Profectò ſi fides Catholica admittit majus & minus, dicerem Reges Hiſpaniæ Auſtriacos non ſolùm Catholicos ſed Catholiciſſimos appellari debere, & hoc ſingulare prædicatum ad vniverſam Auſtriacæ Domus familiam, noſtroſque Germanos Principes jure meritò extendendum eſſe. Patrit. in Marte Gall. l. 1. c. 27.

## §. III.

## *Titulus Chriſtianiſſimi æque proprius Auſtriacis ac Catholici.*

QUià tituli, qui proprius eſt Auſtriacis, *Catholici*, mentionem fecimus, libet paucula adhuc de eo libare, comparatione factâ ad titulum *Chriſtianiſſimi* quo Galliæ Reges vtuntur. Reges Hiſpani majores Auſtriacorum prius vſos fuiſſe titulo *Chriſtianiſſimi* quàm Reges Galliæ eundem à Pontificibus obtinuiſſent, adſtruit Chiffletius ex Jacobo Valdeſio & Alexandro Patritio: *Priſcos in Hiſpania Gothorum Reges Sacra Vnctione fuiſſe delibutos priuſquam cœteri orbis Chriſtiani Reges eo jure vterentur: inſuper Chriſtianiſſimi titulum Regibus Hiſpaniæ vſitatum ac debitum fuiſſe ſeculis aliquot, antequam eundem ſummus Pontifex Regi Franciæ conceſſiſſet.* Et ſic eſt, quià Reccaredus Rex, qui totam Gothorum gentem ad Catholicam fidem exemplo, & verbis traxerat à concilio Toletano, quod ſub ipſo celebratum eſt anno 589. appellatus eſt *Chriſtianiſſimus, & amator Dei glorioſiſſimus Dominus.* Et anno ſequenti ſtatim in ingreſſu Concilij Barcinonenſis dicitur: *Chriſtianiſſimus Dominus Reccaredus Rex.* Concilium item nationle totius Hiſpaniæ & Galliæ Narbonenſis de Chintilano Rege dicit anno 658. *Inſpiramine ſumi Die Excellentiſſimus & Chriſtianiſſimus Princeps ardore fidei inflammatus &c.* Ac rurſum: *Gratias agimus Chriſtianiſſimo Chintilano Principi noſtro, cujus ſtudio advocati, & inſtantiâ collecti ſumus.* De Ervigio Rege Leo Papa II. ad Quiricum Epiſcopum ſcribens, aſſerit ſe deſtinaſſe Petrum Notarium *ad præcellentiſſimum Regem.* Hoc ad annum 683. Atverò Franciæ Reges, nihil de ſuis majoribus ſimile poſſunt adducere, quod non potiori jure ſpectet ad Habſpurgo-Auſtriacos. Nam quòd anno 740. Carolum Martellum Gregorius Papa III. in quadam Epiſtola bis appellaverit *Chriſtianiſſimum filium*, vt eſt apud Spondanum, id non ſpectat ad hodiernos Galliæ Reges, quià Capetini à quibus moderni

Chifflet. in Vind c. 15. Valdeſ. in prærog. Hiſ. Pat. in Mart. Gall. lib. 1, cap. 10. & c. 14. & ſeqq.

Concil. To. 3 æra 635.

Conc Barc. Joan. Biclar. in Chron. Conc. 6. To. æra 676. c. 3. cap. 19.

Leo Papa Ep. ad Quir.

Spond. ad an. 740.

derni stemma deducunt, vel non descenderunt à Carolo Magno, vel valdè remotè vt suprà ostendimus. Habspurgo-Austriaci verò jure meritò sibi deposcunt omnes titulos Caroli Magni, & ejus majorum velut Primogeniti. Idem est de Carolo Calvo, cui fertur in coronatione datus titulus *Christianissimi* ab Innocentio Papa anno 869. & repetitus postea ab Honorio III. quià vt suprà ostensum est à Carolo Calvo Imperatore in septimo gradu descendunt Habspurgici: sed Capetini nonnisi in gradu vndecimo.

Arroy. ap. patrit. f. 63.

II. Cæterùm, quantum hactenus observare licuit, titulo Catholici, nullus alius præter Hispaniæ Reges donatus est, at titulus *Christianissimi* pluribus aliis Principibus tributus invenitur. Sanctus Ambrosius Gratianum Imperatorem nuncupavit *Christianissimum Principem.* Felix Papa III. Zenonem Orientis Imperatorem: *Filium nostrum, Christianissimum Principem.* S. Gregorius Magnus Mauritium Imperatorem: *Christianissimum nostrum Imperatorem.* Leo II. Papa Constantinum Pogonatum Imperatorem Orientis: *Christianissimum nostrum, imò Dei & Ecclesiæ filium.* Alphonsus VIII. Rex Galliciæ dictus est à Joanne VIII. Papa *Rex Christianissimus, Constantinum, & alios Christianissimos imitatus, qui firmamentum Imperij in Religione collocarunt.* Ramirus item Rex Galitiæ à Luitprando; Ferdinandus Rex Hispaniæ ab Alberico, S. Henricus II. Imp. ab authore vitæ S. Cunegundis appellantur *Christianissimi.* Similiter Oswaldus III. Rex Anglorum ab Hermanno Contracto, Elfredus Rex Anglorum ab Alberico, Alstanus Rex Anglorum à Dudone: denique & Stephanus Rex Hungariæ à Glabro Rodulpho, eodem *Christianissimi* titulo donantur. Disertè Otto Frisingensis de S. Henrico II. Imperatore: *Cum esset Christianissimus, nobilissimum Episcopatum Babenberg fundavit.* Idem de Boleslao Duce Bohemiæ: *Princeps Christianissimus.* Author vitæ S. Adalberti agens de Ottone III. Imperatore: *His temporibus Christianissimus ille Cæsar* &c. apud Othonem Frisingensem dicitur *Leopoldus Orientalis Marchio vir Christianissimus.* Plura ejusmodi possent congeri, de titulo Christianissimi, sed de titulo Catholici, aliis quàm Hispaniæ Regibus attributo per excellentiam, vix deprehendes.

S. Amb. ap. Baron. an. 379. Idem an. 483. & 399. & anno 683

Roder. Tol. lib. 4. c. 17. Luitprand. ad an. 944. Alber. lib. 5. c. 1. vita S. Chun. ap. Sur. 3. Mart. Contract. ad an. 634. Alb. ad an. 900. Dudo ad an. 995.

Otto Frising. lib. 6. c. 27. & l. 7. c. 21. Auth. vitæ S. Adalb. ap. Henschen. T. 3. April. Otto Frisin. Chron. lib. 7. cap. 21.

III. Est autem Regis *Catholici* nomen æquè antiqvum ac *Christianissimi*, provt attributum Regibus Hispaniæ. Nam Reccaredo Regi, quem paulò antè ostendimus appellatum *Christianissimum* acclamavit etiam Concilium Toletanum: *Cui à Deo æternum meritum nisi verè Catholico Reccaredo Regi;* de quo Baronius in hæc verba: *Quod spectat ad nobilem, insignem, & egregium titulum, vt dici voluerit Rex Alphonsus cognomento Catholicus, sic accipe: Quià à Reccaredo Catholico ducebat originem, ejus quoque gloriæ æmulus, quam ille sibi justè peperit ex propagata Catholica fide in Gothos gentiles suos, ob quam causam in Episcoporum Concilio Rex Catholicus est acclamatus: iste sicut Regni ità & tituli voluit esse successor, atque dici cognomento Catholicus. Quod intermissum à successoribus Ferdinandus Aragonius Hispaniæ Rex, cùm ex omnibus titulis, Regumque coronis nihil gloriosius fulgere sciret, quàm ex illibata custodita Religione comparatum Catholicum cognomentum, precibus à Julio II. Rom. Pontifice impetravit, vt ejusmodi titulus hæreditarius esset omnium Regum Hispaniarum; quod Dei benignitate etiam cum augmen-*

Concil. Tol. 3. an. 589. Baron. ad an. 778.

*to*

*to Dominij feliciter in poſteris perſeverat.* Nullum certè glorioſius cognomentum, quod hactenus ſartum tectum conſervarunt Auſtriaci, & præſtitere factis, quod prætulerunt in titulo. Taceo alios innumeros titulos, qubus donati ſunt Hiſpani Reges, Sanctius Tertius *Amator Religionum. Ramirus I. Chriſtianiſſimus.* Alphonſus X. *Sapiens.* Alphonſus II. *Caſtus.* Alphonſus III. *Munificus.* Jacobus II. Aragonius *Juſtus.* Sanctius III. *Deſideratus.* Alphonſus IV. *Benignus.* Sanctius III. *Pater pauperum, defenſor viduarum, tutor pupillorum, Juſtus Judex omnium.* Taceo alios innumeros, cum ille titulus princeps ſit, *Catholicus*, longè potior quàm *Chriſtianiſſimus*, quem Hiſpani ideò reliquiſſe cenſendi ſunt, cum pridem vſurpaſſent, *vt per nomen Catholicum rationem Chriſtiani vagam hæreticis ſchiſmaticiſq; communem contraherent, & à capitalibus Chriſtianiſmi vitiis, hæreſi atque ſchiſmate diſcriminarent, & vt Chriſtianæ ſuæ fidei ſynceritatem vnitatisq; Eccleſiaſticæ dilectionem proprijſſimè potentiſſiméq; teſtarentur-* inquit Alexander Patritius, vt meritò dixerit de Hiſpanis Lucius Marineus Siculus: *In orbe toto terrarum nulla gens hodie Hiſpanâ, vt ità dicam, Chriſtianior.*

Alex. Patrit. in Marte Gallic. lib. 1. cap. 23. f. 53.

Marin. Sicul lib. 5. cap. 6.

IV. Quàm verò inſigni obſervantia & affectu Habſpurgo Auſtriaca Domus ſemper hactenus Apoſtolicam Sedem proſecuta ſit, peculiarem tractatum depoſceret; paucula inſinuemus. Rudolphi I. liberalitas in Romanam Eccleſiam ipſis Romanis ſcriptoribus celebratur, de qua nonnihil infrà. Friderici III. Imp. egregia demiſſio, qua voluit Romæ in Natali Domini Summo Pontifici ad ſolennem Miſſam aſſiſtere, & tanquam Diaconus Romanæ Eccleſiæ Evangelium decantare, meruit vice verſa vt Summos Pontifices ſibi & familiæ ſuæ haberet propenſos. De Friderico ſeniore Archiduce Tyrolenſi, Friderici jam nominati Imperatoris patruo, quid dicam? Ehingerus loquatur: *Anno* 1414. *Joannes XXII. Pontifex vrgente propter Eccleſiæ diviſionem Sigiſmundo Imperatore Concilium Conſtantienſe indixit, quo etiam Pontifex ipſe venit, ſub hujus noſtri Friderici fide &, verbo. Cùm autem metu quodam Pontifex ſeſe ex vrbe ſubduxiſſet, auxilio potiſſimum Friderici Archiducis, & vna cum Pontifice ille ipſe quoque abijſſet, ab Imperatore proſcriptus in vltimum fortunarum omnium diſcrimen adducitur, ab omni parte petitur: & hinc illinc ditiones integras, vrbes, oppida, magno numero ab hoſtibus & ingratis quibusdam ſibi eripi vidit: partem tamen Imperatori reconciliatus recepit. Schaffhuſium autem, Rhinfelda, Dieſſenhoven, & Cella ex hoc tempore Imperio ceſſerunt. Tigurini eadem occaſione Comitatum Kiburgenſem ad Arolam: Pagi veteres Bremogartum, & Mellingam: Lucernates Comitatum Rore, loca ad Ruſam (olim Urſa) annem, cum oppido Surſejo: Bernates Zoffingam, Arburgum, Aroviam, Lentzburgum, Pontes ſive Bruckham ſibi ſubjecerunt. Atque ſic vno anno* 1415. *Auſtriaci florentiſſimo, & antiquiſſimo, primoque illo familiæ dominio Vindoniſſenſi omni, ob fidem ſervatam Pontifici, exciderunt ex proſcriptione Sigiſmundi Cæſaris: ex cujus iterum teſtamento, & non multo poſt per matrimonium Eliſabethæ filiæ cum Alberto V. Auſtriæ Archiducis ampliſſima Regna Ungariæ & Bohemiæ cum Romano Imperio (ſic compenſante juſto illo ſupremo judice) ad familiam Auſtriacam devoluerunt.* Attingemus de his plura ſeqq. capp. hic ſolùm addimus cum Authore Phoſphori: *Non deſinunt adhuc hodie Principes Auſtriaci ſuarum opum jacturâ, & vitæ*

Cuſpin. in Cæſar.

Ehing. in Geneal. Auſtriac.

Auth. Phoſphor. P. 2. cap. 37.

 *periculo*

*periculo Religionem Catholicam, vbiq; terrarum propagare.* Quod nuper in FERDINANDO III. Auguſto ſpectavimus, qui vt diuturno bello Religionis finem imponeret, ſuæ potius familiæ vires accidi paſſus eſt, quàm vt diutiùs Imperij Catholici ſtatus hoſtilibus armis premerentur. Id etiamnum agit LEOPOLDVS AUGUSTVS maximâ fortunarum ſuarum profuſione bellum proſequens in Hungaria contrà rebelles Catholicæ Religionis oſores, & Sedis Apoſtolicæ contemptores. Obſeqvuntur Auſtriaci Sedi Apoſtolicæ, quin & vota ejus præveniunt, dum quod ipſa vnicè deſiderat, etverô deſiderare debet, vt in Eccleſia ſit *UNUM OVILE ET UNUS PASTOR*, ipſi fortunas, ſanguinem, vitam eparti ſunt effundere, vt votum hoc impleatur. *Eccleſiam* (vt idem Author ait) *Eccleſiæ caput, & ſacrum Sacerdotum Ordinem Auſtriaci Principes amarunt ſemper, & coluerunt. Inprimis ſummum Eccleſiæ caput Romanum Pontificem, tanquam Principem omnium, & Chriſtianæ Reipublicæ parentem venerati ſunt; atque ejus dicta non aliter, quàm oracula acceperunt, obedientiam tanquam Patri voverunt; Sedis Apoſtolicæ dignitatem viribus omnibus defenderunt; nec vllus vnquam Eccleſiæ hoſtis fuit, quem non ipſi ſuum hoſtem judicarent.* Digeramus hæc paulò latius.

## §. IV.

## *Exemplis oſtenditur Fidei zelus Habſpurgicorum Comitum, ante Rudolphum Imperatorem.*

Patrit. in Marte Gall. lib. 1. ſup. cit. Chifflet. Vindic. Hiſp. cap. ult. & lumin. prærogat. cap. 15. Fytzing. in Geneal.

MUlta de antiquis Hiſpaniæ Regibus in hanc Theſim adducit Alexander Patritius, nonnulla etiam Chiffletius, & Author Phoſphori, nos hoc loco prætermiſſis illis ſolùm agemus de Habſpurgo-Auſtriacis. Et quidem vt ab OTTOBERTO Vindoniſſæ, & Altenburgi Comite, de quo certa extant documenta ordiamur: hic ab Eytzingero nuncupatur: *Princeps admodum devotus, CATHOLICUS, pius, & pauperum fautor eximius.* Author vitæ S. Trudperti Martyris, cui Ottobertus in Briſgovia vallem integram conſtruendo Oratorio donaverat, laboris adjutores adjunxerat, & facultibus juverat, ſic habet: *Ottpertus ſanguine nobili, virtute non degener, animo ſagax, &c. vir illuſtris, DEI gratiæ non ingratus, de omni corde laudans Dominum, &c.* Et agens de morte S. Trudperti ait: *Cum illuſtris Ottpertus morte Sancti compertâ pio permotus affectu ardenter anhelans ad illius anxiè properaret exequias, &c. confirmatur OTTPERTI credentis FIDES, præſentis etiam atteſtatione miraculi.* Denique factâ mentione etiam obitus Ottperti ſubdit: *Ab illo vt veraciter creditur, collectus in cœlis, quem in terris ipſe* (OTTPERTUS) *in dilecto ſibi Trudperto collegerat.* Nempe jam tunc præluſit poſterorum Fidei zelo, & pietati Ottobertus, qui tot erant generaturi ſacrorum locorum Fundatores, quot Principes. Decuit eſſe ſancta tam ſanctæ Domus initia.

Author. vitæ S. Trudp. cap. 1.

Ibid. cap. 3. ap. Henſchen. To. 3. April. fol. 433.

II. RAMPERTUS pronepos, vel abnepos Ottoberti, proavi ſui zelum æmulatus, apud memoratum Authorem Vitæ S. Trudp. hoc elogium meruit, & ſimul vaticinium: *Domino nolente, quod ſpirituale ſemen, & ſan-*

Auth. Vitæ cap. 3. n. 29.

*cta*

*Eta ſucceſſio Martyris ſui deficeret, cui jam ante juraverat veritatem, non fruſtraturus eum omninò, ſemen inquiens ejus, in æternum manebit. Poſt aliquanti temporis intercurſum egrediebatur virga de radice* OTTPERTI, *& flos de radice ejus aſcendit inſignis, nepos ſcilicet tàm facultatum, quàm devotionis ipſius poſſeſſor & hæres appellatione* RAMPERTUS, *qui pietatis avitæ ſucceſſor, B. Trudperti memoriam accuratiùs inſtaurare contendens, diruta reparare, convulſa reducere, ac erigere jam dilapſa omni attentione ſatagebat. Baſilicam inſuper cum copioſo Auri ſculpturarumque paratibus in BB. Petri ac Pauli memoriam, quibus locum ſanctus Martyr ipſe dicaverat, ſumptuoſo conſtruxit impendio.* Addit in eandem rem Guillimannus : *Ductâ à fundamentis vt inſtituerat Baſilicâ, Sidonium Conſtantienſem Epiſcopum Rampertus accerſivit, qui dedicaret, & in eam D. Trudperti corpus ex Sacello DD. Petri & Pauli, in quo hactenus jacuerat, transferret, &c. Factus eo tota Briſiaca ingens concurſus, ſed vbi Trudperti monumentum aperuere; integrum, & incorruptum, & veluti ſopori indulgentem, multo oris ſplendore, & odorem ſuaviſſimum exſpirantem offenderunt. Igitur tanto miraculo læti juxtà, & attoniti beatum Martyrem, maximâ cum pompa, & veneratione monumento ædi novâ præparato intulerunt, compoſueruntque Anno DCC. LIV. Continuoq; Legatos Comes ad Stephanum III. Pontificem, qui in Galliam eo tempore venerat, deſtinavit, &c.* Ut ſcilicet Sanctorum Albo inſcriberetur Trudpertus, quod & factum. Pergit Guillimannus : *Sed vt quoq; ſplendori ejus* (Monaſterij) *& dignitati reditus, & ſumptus ſuppeditarent, multas alias poſſeſſiones Rampertus tradidit, cenſuſq; magna ex parte adauxit. Poſtremò ità variis ſe, & novis ergà Monaſterium impenſis, & beneficiis probavit, vt Conditor ſecundus à poſteris vocari, & honorari meruerit.* Sanè id apertè ſatis teſtantur verſus præfixi vitæ Sancti Trudperti. Guillim. Habſp. lib. 3. cap. 3.

*Ottpertus, Rampertque, Comes Luitfridus ab Habſpurg*
*Trudperti Sacram fundarunt Martyris ædem.* Henſchen. annot. ad vitæ, c. 3.

III. ETHO prædicti Ramperti frater, licet eum nonnulli ad Atticonis proſapiam referant, veroſimiliùs tamen hujus fuit familiæ, aſſerente Bruſchio *Etho Chronographis Argentinenſibus omnibus conſentientibus Habſpurgicus.* Inſignem ſcholam in Monaſterio Divitis Augiæ inſtituit, cujus erat ſecundus Abbas, deinde à Pipino Rege ad Argentinæ Epiſcopatum evectus. De eo Guillimannus : *Quantum in augendis, & cohoneſtandis viris locisque Religioſis Rampertus ſtudii, & ſumptus faciebat; tantum corrigendis, emaculandisq;, quæ ſacrum Ordinem invaſerant, turpabantque vitiis Hetto laborabat, maximè verò Simoniacam hæreſim, quæ rebus Eccleſiæ ſemper infeſta, tum præcipuè invaluerat, ea vt ne amplius in Argentinenſi Epiſcopatu locum habeat, Pipini Regis authoritate, ſancivit magis Hetto, quam poſteri conſervarunt.* Idem Hetto inſtauravit, & quaſi de novo condidit Cœnobia Fabarianum in Rhetia, Altahenſe in Bavaria, Murbacenſe in Alſatia. Guillim. vbi ſup. Bruſch. de Monaſt.

IV. LUITHARDUS Guntrami I. filius Ramperti nepos, ſacrorum locorum liberaliſſimus munerator, de quo Lazius : *Multa donaria Gengenbacenſi Cœnobio, quod petentibus ex Argentoraco Harcyniam Sylvam occurrit, contulit;* Laz. Comment. Geneal. lib 1 c. 7. fol. 127.

*tulit; vt alter illius ceu conditor existimetur.* Pro hoc Luithardo Luitfridum I. substituit Guillimannus. Fuit certè Habspurgicus, & hoc nomine dignus, nec à majoribus degener.

V. LUITFRIDUS porrò sive Luithardi, sive Luitfridi filius, meritò dictus *laudatissimus*, quem titulum meruit egregiâ in D. Trudperti fundationem munificentiâ. Nam *majorum vestigia secutus S. Trudperti Monasterium ab Ramperto avo, multis partibus auctum, & illustratum ad culmen perducere constituit.* Itaque consensu filiorum *non modo ab majoribus factas donationes confirmavit, sed novis ipse reditibus, & possessionibus Monasterium locupletavit. Primus Abbatiam fundavit, advocationem & defensionem Monasterij filijs & posteris retinuit*, condito instrumento, quod integrum recitant Lazius, Guillimannus & Bucelinus. Libet paucula verba adferre: *Unde divino amore compunctus pro remedio animæ, & progenitorum atque successorum meorum, quidquid per chartam traditionis donatum fuit ab antecessoribus meis Otberto videlicet, qui inductor fuit pretiosissimi Martyris, & Ramberto, cæterisque fidelibus, &c. in integrum atque per totum consentientibus filiis meis Hundfrido, Luitfrido, & Hugone trado & transfundo &c. Insuper cum consilio filiorum meorum, atq; rogatu, vt propensius, & devotius memoria mei, meorumq; filiorum augeatur in præfato Monasterio exceptis his, quæ prænominavimus, ex alia mea hæreditate donavi ad ipsum locum, hoc est in Mortonauva in Bichinchaim, & in Wittrillinbach, & in Gamianshurst in Alsatia, & in Bergheim, & in Limenhusen, quidquid habere in his locis visus sum. Ad altare verò, vbi desidero meum esse sepulchrum, dedi specialiter in Columbra vnam huebam, & eam habeat custos ipsius altaris & procurator, ad memoriam mei libentius peragendam, &c.* O piam pro anima solicitudinem, vt non degenerantem à majoribus, ità in totam posteritatem transfusam! Quod author vitæ S. Trudperti in memoriam revocans scribebat: *Suscitavit Deus Ottperto pijssimo germen justum, vt quòd ille devotus inceperat, Rampertus extenderet, foveretq; devotius, ac Luitfridus devotissimè consummaret: vt & radicis succus in surculo, & vtriusque sapor in fructu perpenderetur.*

Guillim. cit. cap. 7.

Laz. Migrat. lib. 8.

Guillim. cit. fol. 98.

Author vit. S. Trutpert. c. 3. lib. 1.

VI. HUGO Comes Habspurgicus, secundùm aliquos Ramprechti filius, secundùm alios Luitfridi I. fundavit Cœnobium in Willerthall à suo nomine dictum Hugeshoven.

Guillim. cit.

VII. GUNTRAMVS II. Comes Habspurgicus, destructum S. Trudberti Cœnobium, & per Vngarorum excursiones vastatum, reparavit, & de novo construxit circà annum 938. vt est apud Guillimannum. Ejus filius GEBITZO Basilcensis Episcopus auctor, & fundator fuit Cœnobij Weissenau propè Ravenspurgum, circà annum 948. Bruschius verò ponit anno 1145. sed Chronologiæ repugnat. Frater Gebitzonis dictus BIRCH TILO fundavit Cœnobium Waldtkirchen in nigra sylva sub titulo D. Margaretæ pro sanctimonialibus.

Guillim. Gebvilher. Brusch. de Monaster. Roo Gebvil. Guillim.

VIII. BETZO, quem LANDOLUM alij scribunt, divitis patris Guntrami II. Dives filius Luitfridi præmemorati pronepos, opes hæreditate, & industria comparatas non melius impendi posse credidit, quàm more majo-

Guillim. cit. fol. 124.

rum

rum. Illi Deo & Divis templa ac Cœnobia condiderunt: etiam Betzo, attractis in æmulationem fratribus, qui conjunctis opibus Sanctimonialium Cœnobium in Sultzberg Briſiacæ condiderunt, in quo etiam poſt obitum oſſa voluerunt componi. Betzo inſuper in ſepulchrali lapide ſuum in Deiparentem affectum teſtatus eſt, cum inſcribi juſſit.

Graff Betzo von Habſpurg/
Sancta Maria bitt GOtt für mich. Bruſch. Guil. Laz.

IX. S. Gebhardus Comes Habſpurgicus, ſecundùm aliquos Betzonis filius, ſecundùm alios Bertholdi I. Zaringo-Habſpurgici, certè his cognatus ex Comitibus Brigantinis, de quo in Auſtria ſancta die 27. Aug. fundavit Cœnobium Ord. D. Benedicti Petershuſium è regione Conſtantiæ anno 980.

X. RATHBOTUS ſeu Radepoto Landoli filius, qua ſtirpe ſatus eſſet oſtendit, cùm ad Murenſis Cœnobij, à fratre ſuo Wernero conditi vna cum vxore ſua Itha Lotharingica liberaliter concurrit, vti acta Murenſia apud Guillimannum copioſius docent: *Venit Comes Radeboto & accerſivit de Cella S. Meginradi Abbatem Venerabilem nomine Embricium, & eum rogavit, vt pro DEI amore ipſe faceret hic Monſterium conſtrui, & cætera, quæ fuiſſent neceſſaria habitacula Monachis, & ſuos fratres ad hoc implendum deſtinaret. Cui cum ipſe Abbas vix aſſenſum præberet, multis Comitis & Uxoris ejus precibus motus, locum commendatum in ſuum Magiſterium ſuſcipiens, mox huc deſtinavit Reginboldum Monachum &c.* Zelus hic propagandi honoris divini accendit pariter fratrem alterum Radebotonis Rudolphum, qui duxerat Adalberonis Comitis Froburgenſis ad Juraſſi dextrum latus filiam Adelheidem, *ejuſque precibus & ſolicitatu condidit ſanctimonialium Monaſterium in honorem tutelamque* Deiparæ *matris Othmarsheimi, vico Alſatiæ ſuperioris.* Nec ſubſtitit in fratrum ternario pietas: quartus ſuperat Landolus, qui Zaringenſi familiæ initium dedit: hic ne quid concederet fratribus in divinæ gloriæ propagatione *aſſumpto in Societatem Cadeloco juniore Aragoviæ Comite, Rhinfelda oppido haud procul, in valle reducta, Feraque fluvio irrigua condidit nobilium fœminarum Monaſterium, quod montem Chriſti nuncupavit, vulgo Oelſperg nominant. Illud Landolus pater prælio Hungarico haud procul inde pugnato voverat, ſpoliaque & manubias ejus gentis, & victoriæ eo deſtinarat.* vt Guillimannus teſtatur. At Pieſpordius pro Oelſperg vertit Hortum Olivarum, non rectè.

Laz. in Comment. Geneal. Heuter Henning. Pieſpord. — Guillim. fol. 147. Pieſp. pag 5. — Pieſp. cit. — Guill. lib. 5. c. 1. fol. 151. Gebvilh. in Epit. Laz. Com. Gen. — Pieſp. ſup. ci.

XI. BERTHOLDVS. II. Habſpurgicus Landoli modo memorati nepos primus Dux Zaringiæ obiit anno 1111. *Sepultus ad S. Petrum Harcyniæ ante altare S. Crucis, quod Monaſterium ipſe ædificare cœpit.* vt ait Pieſpordius. Idem fundavit Cœnobium Marchtallenſe ad fontes Danubij. Guill. lib. 6. f. 244.

XII. Bertholdus III. Habſpurgo-Zaringicus cœptum à Patre S. Petri Cœnobium abſolvit & dedicari fecit anno 1113. Fundavit etiam Villingæ Cœnobium O. SS. Weiheimium dictum. Guillim in Habſp. Laz. in Cen.

XIII WERNERVS I. Rathboti filius, quæ pro augendo cultu divino egerit, quomodo Murenſe Cœnobium à patre & patruo Wernero Conditum auxerit, libertate donaverit, fusè recenſet Guillimannus. Ab eo etiam con-

Guillim. lib. 5. c. 1. f. 181 Gebvilh. in Epit. Laz. Comen. Gen

ditum Wettingenſe Cænobium tradunt Gebvilherus, Lazius, alij. Sed longè poſt à Rapperſwilæ Comite Henrico conditum vult Guillimannus. Potuit ſanè primus conditor eſſe Wernerus, & lapſu temporis deſolatum inſtaurare Henricus. Nec ex vano putem ſua hauſiſſe Gebvilherum.

Pieſp. ſup. c.

XIV. ALBERTVS I. cognomento Dives cum Bertholdo V. Zaringico Duce Habſpurgi Comite cognato, bello ſacro Cruce aſſumptâ in Palæſtinam profectus ſtudium dilatandæ Religionis Chriſtianæ egregiis facinoribus teſtatus eſt, quæ alii proſeqvuntur: idque iteratâ vice, & demum redux obiit anno 1100.

Guill. lib. 6. fol. 244.

XV. RUDOLPHVS I. Comes Habſpurgi Rudolphi Imperatoris avus, Alberti I. filius, plurimis donis proſecutus eſt Canoniam Beronenſem. Diploma verbatim profert Guillimannus: vnum ſub dato 1210. alterum 1227. tertium 1228. quartum anno 1231 vno ante mortem anno. Notat verò adhæc Guillimannus: *Inſitâ Religione animi Habſpurgenſes, res divino cultui mancipatas non modo ſemper permagni feciſſe, ſed easdem plerumque locupletaſſe, foviſſe, virorum Religioſorum pietatem, & preces maximè coluiſſe, & præcipuo in honore & pretio habuiſſe.*

Gujll. fol. 258.

XVI. ALBERTVS Sapiens Rudolphi memorati filius illicò ab obitu patris eidem Beronenſi Eccleſiæ munificum ſe exhibuit, edito diplomate vnà cum fratre Rudolpho Taciturno, cujus hoc eſt fragmentum: *Adelbertus & Rudolphus Comites de Habſpurch vniverſis præſentem paginam inſpecturis rei geſtæ notitiam. Notum ſit omnibus tàm præſentibus quàm futuris, quòd nos duas Schopozas in Reſchenwille emptas &c. pro remedio animæ patris noſtri Rudolphi Comitis de Habſpurch cum omni jure contulimus Eccleſiæ Beronenſi, Advocatiam earundem Præpoſituræ ejusdem Eccleſiæ conferentes.* Plura alia prætermittimus. Illud maximoperè illi & toti poſteritati glorioſum fuit, quòd in Palæſtinam ſuſceptâ expeditione, contrà paganos arma ſumpſerit, ibique poſt multos exantlatos labores piè deceſſerit. Abeuntis ê patria cohortationem ad filios hiſce expreſſit Guillimannus: *Ad hos conuerſus quæque honeſta, quæque vtilia eſſent propoſuit, injunxitque Fidem ante omnia, & promiſſa ne fallerent, Pietatem ſemper colerent: Conſiliariis licet in ſpeciem commodis, reipſâ falſis, & ad rem intentis, ne aures, & animum darent; bella ne affectarent &c. Paci vniverſæ privata quoque commoda poſthaberent. Poſtremò ità ſtatuerent Habſpurgi Comites virtute non fraude: honoris publici, & vtilitatis communis curâ & cupidine; non per inſolentiam, & propria emolumenta eam apud mortales in opinionem & famam perveniſſe, vt pauci quidem ſui ordinis præeant, plerique concedant. Quâ viâ ſi ſequantur, non in dubium vertere, quin à majoribus parta non modò retineant, ſed etiam augeant, & in ampliorem dignitatem provehant &c.* Ità ſuos allocutus filios augur fuit Rudolpho paulò poſt ad Imperij ſceptra evocando. Cæterùm Albertum Menlius prælio in Palæſtina occubuiſſe refert ex Chronico Henrici Conſtantienſis *proque Chriſti Martyre laudatum cultumq;*. Sic Magna Domus per Zelum Religionis Orthodoxæ propagandæ, per pietatem & Deo Sacrorum locorum erectionem munificam, ad apicem terrenæ dignitatis aſſurrexit.

Guillim. lib. 6. fol. 268.

Menl. lib. de majorbus Maximil.

XVII. Colli-

XVII. Colligamus nunc in vnum faſciculum cæteros, qui occurrunt, plures alij dabunt. LANDOLVS ſeu LANDALOVS Habſpurgicus, incertum cujus filius, veroſimile eſt, quod Guntrami I. Cœnobium S. Galli in Helvetia dotavit, Aadorffium cum inſigni Eccleſia S. Alexandri quam duodecim Canonici curabant dono dedit, nomen inter Fundatores promeritus, obiit anno 877. BERTHOLDVS I. Barbatus Comes Habſpurgicus Zaringiæ lineæ author plurimum dotavit Monaſterium Hierſchaugienſe. HERMANNVS II. ſecundum Pieſpordium Habſpurgo-Zaringius Comes Badenſis., nepos Bertholdi I. Barbati, fundavit Cœnobium Beckhenaviæ, obiit anno 1130. BERTHOLDVS vltimus Dux Zaringiæ Habſpurgicus, qui obiit anno 1218. condidit Cœnobium O. SS. in Hercynia ſylva, & dotavit magnificè, quod alij de Bertholdo III. referunt, ſed potuit iſte dotare, vt velut alter Fundator agnoſceretur. EBERHARDVS. Habſpurgo-Lauffenbergicus Rudolphi Taciturni filius fundavit Monaſterium Franciſcanorum Burgdorffij. Rudolphus ejus frater, vel patruelis Epiſcopus Conſtantienſis Burgdorffii Monaſterium S. Urbani per omnes nepotum ditiones portoriis & vectigalibus exemit anno 1288. vt teſtatur ſæpè allegatus Guillimannus, apud quem plura de his videre licet. Idem Rudolphus cùm fratre Wernero Cœnobium Wurmbsbach condidiſſe ſcribitur, vt ſuprà retulimus. Pleniorem de his & multis prætermiſſis notitiam alijs reſervamus. Liquet interim, quanta ſit Habſpurgo-Auſtriacorum munificentia & liberalitas in Sacra loca, quâm fervens cultus avitæ Religionis; vt proinde veriſſimè dictum ſit ab authore Phoſphori: *Gentis Auſtriacæ Principes nihil vnquam glorioſius duxiſſe, quàm Fidem à majoribus acceptam veréque Catholicam ſinefuco colere. Omnes item curas ſuas, labores, & potentiam ad illius propagationem, propoſitâ ſolâ ſibi divinæ Majeſtatis gloriâ, populorumque ſalute, ha ctenus contuliſſe.*

Guill. Hab. lib. 3. cap. 5. Gebvil. Roo.

Bruſch. de Monaſter. Laz. Comen. Genealog. Pieſp. Geb.

Guill. lib. 7. Habſp. c. 8.

Auth. Phoſ. P. 2. cap. 37.

# CAPUT VIII.

## OCTAVA PRÆROGATIVA.

### *Hæreditaria Pietas Habſpurgo, Auſtriacorum Cæſarum Firmamentum Romani Imperij.*

REgnorum ſolidiſſimam baſim, & fulcrum eſſe Pietatem, omnes tàm Sacræ, quàm profanæ litteræ atteſtantur. D Cyrillus, ſcribens ad Theodoſium Imperatorem, aiebat: *Supremum pijſſimi, & cariſſimi Imperij veſtri FIRMAMENTVM eſt Chriſtus.* Suggerebat olim Mecænas ſuo Auguſto: *Divinum Numen omnimodo, omni tempore ipſe cole, & vt alii colant effice.* Et Alphonſus Rex Aragoniæ, cùm de regnorum felicitate inter familiares incidiſſet ſermo, fertur dixiſſe: *Reges felices erunt, & regna, ut Auguſtinus ait, ſi juſtè imperent, ſi ſuam poteſtatem ad Dei cultum maximè dilatandum, Majeſtatis ejus famulam faciant, ſi Deum timeant, diligant, & colant.* Hinc meritò etiam Juſtinus Imperator cùm Tiberium Cæſarem crearet, monebat: *Honora DEUM, & Eccleſiam ejus; olim heram, & Dominam; nunc verò matrem tuam.* Talibus documentis jam olim à Rudolpho I. Imperatore inſtructa Domus Auſtriaca, ſtabilivit ſibi regna, & Imperia: vnum illud præ oculis habens: *Pietatem eſſe FIRMAMENTUM regnorum*, quòd hoc capite de ſingulis ſeorſim Imperatoribus Habſpurgo-Auſtriacis ſuccinctè oſtendam.

Cyrill. lib. 1. de recta fide

Dion. l. 52.

Panormit. de reb. Alphon.

Niceph. lib. 17. cap. 40.

### §. I.

### RUDOLPHVS. I. IMPERAT. MAGNVS.

SAlveſis Magne, Magnorum Principum, Ducum, Archiducum, Regum, Cæſarum Genearcha, ad reſtituendum collapſum Romanum Imperium à DEO date, pace, & armis, religione, prudentiâ, rerum gerendarum dexteritate, nemini ſecunde; Fortunatiſſimæ auctor familiæ, cujus Elogiis deſcribendis, cæli amplitudo pro folio, pro rubrica Oceanus, qui Tuæ poſteritatis ambit Provincias, vix ſuffecerit. Non ideò tamen ſileri debent facta, quià pro dignitate explicari non poſſunt. Decentior eſt in Heroum Encomiis audax temeritas, quàm verecundum ſilentium. Pauca igitur de Te, pauca de Tuis amanter, ſi non eleganter.

Natus eſt RUDOLPHVS Alberto patre, quem Sapientem alii, alii Exulatotem cognominarunt, felici prorſus omine, vt nimirùm jactis ab ipſo fundamentis ſapientia ædificaret ſibi Domum Auguſtam in Auſtria; ceu propugnaculum adverſus Chriſtiani nominis hoſtes; quando ipſe ſpontaneo quaſi exilio contrà eoſdem decertans vitam poſuit in terra ſancta. Ob aëris inclementiam morbo correptum Albertum, & extinctum aſſerunt plerique; non deſunt tamen, qui in prælio cum Saracenis fortiter dimicantem occubuiſſe ad Aſcalonem, ibidemque ceu Chriſti fidei teſtem, ac Martyrem laudatum, cultumque ab incolis aſſeverent. Tale initium decuit ſanctam Domum, ê qua Ma-

Reuſn. Laz. Pieſp. Ehing.

Menl. in Chron Hen. Conſtant. Leq. p. 137. Guill. lib. 6. Habſpurg.

Magni vtriuſque orbis Monarchæ pro fide, Religione, Deo bellatores proditu-
ri erant. Annus ab orbe redempto 1218. Rudolpho natalis fuit: is ipſe videli-
cet, quo Habſpurgo-Zaringica Ducum familia in Berchtoldo V. ſtirpis poſtre-
mo concidit, felicius in RUDOLPHO Cæſare ſurrectura. Levatus ē Sacro
fonte à Friderico II. Cæſare, educatus in aula Cæſaris, primis initiatus belli ru-
dimentis ſub Cæſare, præſago quodam nativæ impetu virtutis ad Cæſa- Guillim. in
reæ culmen Majeſtatis ab ipſa infantia ferebatur. Aſtrologum memorant Habſpurg.
in RUDOLPHI juvenis aſpectu attentius defixum; Friderico Cæſari ejus
rei cauſam percontanti, conſtanter affirmaſſe, Imperium RUDOLPHO ex
ſiderum poſitu deſtinatum. Vigeſimum ſecundum agebat annum, cùm patre
orbatus rerum ſuſcepit adminiſtrationem, & mox cum patruo Rudolpho malæ
fidei tutelam obtendens, & cum Hermanno ſeniore Kiburgi Comite avunculo
ob dotem maternam colliſus, Badenſi Comitatu poſſeſſiones auxit. Anno
1245. Annam Hohenbergicam primis ſibi Hymenæis junxit, cum qua nobi-
liſſimæ ſtirpis ſucceſſioni proſpiceret: & en rurſum divinæ argumenrum pro-
videntiæ! Eodem prorſus Anno Auſtriæ Duces Babenbergicæ jam jam interi-
tutæ familiæ, novis ornanrur Privilegiis, quibus RUDOLPHI poſteritas fruere-
tur. Crux Regalis pileo Ducali impoſita, ſic jubente Friderico II. Cæſare, ad- Pieſp. Ehin.
hibito etiam ipſo inter teſtes Rudolpho, qui in Privilegij diplomate, inſolito id
ætatis more *Nobilis Comes* appellatur. Ità RUDOLPHUS fortunæ ſuæ è lon-
ginquo ſpectator; ſua curat, dum curare videtur aliena. Quin etiam ſub
annum 1260. ad aulam Ottocari Bohemiæ Regis adlectus, ab eo Palatij pri-
mum Præfectus (Marſchallum appellant Faſti Bohemici) mox ſummus
Equitum Ductor in bello, quo contra Belam Hungariæ Regem pro Styriæ
Ducatu certatum eſt. Centum millia Equitum, & in his ſeptem millia cata-
phractorum ſub ſignis educta RUDOLPHO obtemperarunt: de quo dubites,
ſibiné tunc, an Ottocaro pugnarit, deſtinante illi divinâ providentiâ terras Pieſp. Jo Jac.
illas, quas alteri occupabat. Vno eodemque anno Præfectus Aulæ, miles, Fugger.
victor, Domum redux, vt poſſet dicere: *Veni, vidi, vici.* Sed hæc prælu-
dia tantùm erant fortunæ: ſequens annus 1266. aditum illi aperuit ad apicem
felicitatis. Venationi dabat operam, cùm obvium habuit Sacerdotem Eucha-
ſtici ferculi bajulum, qui moribundo divinum viaticum deferebat. Confeſtim
RUDOLPHVS ex equo deſilit (quaſi altius aſcenſurus deſcenderet) myſtam Cuſpin. E-
cum Sacro ferculo ſuperimponit, & ad tugurium ægroti pedeſter comes ſuum hing. Guill.
honorat Servatorem. Neq; hic pietas ſtetit: reduci Sacerdoti eqvum conſignat, Rhoo. pieſp.
piaculare ſibi reputans jumentum illud conſcendere, quod rerum Dominum Guillim.
ſeſſorem habuiſſet. Hinc Auſtria mundi Domina. *Poſtero die* (libet hic vti ver-
bis hiſtorici) *contulit ſe Rudolphus ad Monſterium Fare*, quod inter Tigurum &
Aquas ſitum Lindemago adjacet, ad ſanctimonialem propinquam & ætate
grandem inviſurus. Quæ vbi eum accepit, vultu ſereniore, voce contentâ, & fu-
turi ſecura, *at tibi ego*, inquit *heſternâ luce ſuperos placatos & benevolos denuntio, proq;
pietatis & liberalitatis officio, rerum tibi poſteriſq; ſummum, & ſupremū in terris honorē,
& opulentiæ faſtigium adfirmo, læta, fauſta, incredibilia promitto &c.* Etverò vatici-

Stero in Annal. Bzou. in Annal. Ehin. in Geneal.

nium probavit eventus non multos poſt annos, cùm nihil minùs vel per ſuſpicionem cogitans RUDOLPHVS Francofordiæ Electorum calculis, fluctuantis pridem Imperij gubernaculo admotus, & Imperator eſt acclamatus. Princeps novo Principi cura, Zelus fidei. Ferunt eum, accepto in caſtris ante Baſileam electionis nuntio, cum viginti millium armatorum exercitu Francofurtum properaſſe, vbi coram ab Imperij ſtatibus Cæſar ſalutatus, dum à præſentibus Principibus homagium exigit, nonnullique ob defectum Imperialis ſceptri nondum allati tergiverſarentur, arrepto quod in promptu erat Crucifixi ligneo ſimulacro, in eas erupit voces: *Ecce ſignum quo nos, & totus mundus redemptus eſt: hoc ſigno vtamur loco ſceptri.* Simul ipſe oſculum Cruci appreſſit, ſimul certatim Principes inter Crucis eiusdem baſia fidelitatis Sacramento ſe adſtrinxerunt. Dignum memoriâ eſt, quod inter Coronationis ſolennia, quæ ijsdem Comitijs Aquiſgrani peracta eſt, accidiſſe refert vetus ſcriptor. Per horæ ſpatium candida nubes in Crucis figuram diffuſa, ſudo & ſereno cœlo ſe aſpectantium oculis viſendam præbuit, quæ ſubinde ſparſis in orbem radiis ſanguineum ruborem induit. Ea res vbi ex Principum relatione ad RUDOLPHI aures perlata eſt, divina monita interpretatus dixiſſe fertur: *Si Dominus vitam, proſperitatemque conceſſerit, tranſmarinas partes adibo, & pro peccatis meis Domino IESU ſanguinem meum conſecrabo.* Nec eum fefellit votum, omen in poſteris vtriuſque orbis domitoribus, qui Crucis gloriam ad vſque antipodas protulerunt. Nam, vt nuperus ſcriptor ait: *propagandi non ſolum ad vtrumque ſolis Orientis, & Occidentis thalamum, ſed ab Arctico ad Antarcticum cardinem Cruce ſydereâ inſignem, ab Auſtriaca potentia Crucis regni luculentum auſpicium fuit*, Crux illa in Rudolphi coronatione viſa. *Adoro dominatorem horoſcopum naſcentis Auſtriaci Imperij, ſtellantem Crucem. Agnoſco eandem Auſtralis cœli, & Auſtrij Imperij Cynoſuram. Utinam fluctuans Orbis terrarum, ac penè naufragus illam ſequeretur; jam portum teneret omni periculo defuncta communis felicitas.* In hoc ſigno, & cœleſti oſtento Habſpurgicus Conſtantinus victoriarum ſuarum curſum promovit: ab hoc auſpicatus Imperium, nihil prius habuit, quàm Romana ſceptra Romanis Clavibus ſubmittere, & humanæ aſſertorem ſalutis, Germanæ libertatis aſſertor venerari in Vicario Pontifice. Is erat Gregorius X. cui primùm per Legatum Ottonem Præpoſitum S. Guidonis Spirenſis Diœceſis Aulæ Imperialis Cancellarium obedientiam, & fidelitatem ſpopondit Lugduni in Galliis. Idipſum anno ſequenti Loſannæ ipſemet ex formula à Sacris Canonibus præſcripta iteratò præſtitit, obſervantior Romanæ fidei, quàm Majeſtatis. *Hæc etiamnum gloria* vtor verbis Pallavicini) *Orthodoxæ fidei, & Catholici nominis prima verſat Auſtriacorum regnatorum curas Principales. Cæſaream Religionem coronavit munificentia, cùm rebus Imperii compoſitis, tranſmiſſo ad Regios nepotes piæ liberalitatis exemplo, Vaticano regno Bononiam vrbem, pacis bellique ſtudiis florentiſſimam, Exarchatum Ravennatem, celeberrimam Orientalis Imperii in occidente ſedem. & opulentiſſimas Provincias Æmiliam ac Flaminiam redonavit. Hinc à RUDOLPHO jam Cæſare, cujus virtutes etiam ipſæ Principes & auguſtiores purpuram induerant, ingentibus victoriarum incrementis*

Annal. Colmarien. Marcell. de Piſe in Encyclopæd. Wadding. in Annal. Minorum.

Hortenſ. Pal. lavic. in Cæſarib.

Pall. in Rud. Crantz. l. 8. Metrop. c. 39 Beyrl. Theat. lit. D. fol. 416.

*tis nobilitantur initia dignitatis.* Sedebat tunc ad Eccleſiæ gubernaculum Nicolaus III. ex nobiliſſima Vrſinorum familia, qui eam cum RUDOLPHO inijt amicitiam, vt Cæſareâ animatus munificentiâ, Romanum Imperium in quatuor partiri regna deliberaret. Germania hæreditario jure annexo Auguſti titulo deſtinabatur RUDOLPHO: Regnum Arelatenſe (adimendum Carolo Andegavenſi) Alberto RUDOLPHI filio. In Italia Lombardiam, & Hetruriam diſtinctas, & Regiis auctas titulis, duobus Vrſinis ex fratre nepotibus Nicolaus reſervabat. Sed mors Nicolai animos mundi capaces intercepit, nolentibus fatis Imperium ſecari in partes, quod vni deſtinabatur familiæ Habſpurgo-Auſtriacæ. Jam quis enumeret loca Sacra ab eo condita, & dotata? Paucis inſinuat Gerardus de Roo: *In Religione, & cultu divino propagando quanto fuerit zelo, & fervore: vel ampliſſima monaſteria ab ipſo partim de novo fundata, partim verò reſtaurata, & magnis proventibus dotata, teſtimonio eſſe poſſunt.* Quæ mihi occurunt attingo, ſuggerent alii plura. Nondum Cæſar Tiguri condidit Monaſterium Ordini S. Auguſtini, quem ſingulari cultu proſequebatur, anno 1265. Poſt victoriam de Ottocaro obtentam, Tullnæ Cœnobium S. Crucis pro ſanctimonialibus anno 1280. Dein etiam anno 1282. Cænobium Albæ Augiæ Præmonſtratenſium cum conjuge locupletavit. Anno iterum 1283. ſanctimoniales Godenzellenſes, ſpecialibus proſecutus eſt Privilegijs, in quorum vno his vſus eſt verbis: *Ob ſacræ Religionis reverentiam, quam tenemur ſpeciali gratiâ prævenire, tam futuris, quàm præſentibus volumus eſſe notum &c.* Inter Clerum deinde ac Cives Spirenſes graviſſima diſſidia compoſuit ſuâ prudentiâ anno 1284. De affectu ejus in Deiparam Virginem teſtatur Leonardus Mayr in Ephemeridibus Marianis, quod ab ineunte ætate illi devotus, nullum arduum negotium niſi MARIA auſpice aggreſſus ſit. Vnde cùm adultus in Hercynia ſylva intellexiſſet vallem territorij S. Blaſii dictam Todtmos, adeò inſalubri aëre laborare, vt quodcunq; vivens animal eo pedem inferret, illicò lethali morbo corriperetur; ſpe conceptâ de magnæ Matris auxilio RUDOLPHUS in ea vicinia Eccleſiam condidit, & MARIÆ viventium matri dedicatam voluit. Placuiſſe id Virgini oſtendit eventus, & ſubſecuta auræ mutatio, quæ nulli amplius viventium nocet. Frequentia inſuper in æde miracula multos eò peregrinos alliciunt. Fuit, cùm orto incendio conflagraret templum, & Icon Virginis inter medios ignes permanſit illæſa. Precibus ad DEUM fundendis certas quotidie RUDOLPVS horas dabat, nec conſvetudinem hanc negotia licet ardua interrumpebant. Imperaturum ſe feliciter credidit, ſi benè ſibi cum DEO eſſet. Et verò plus ejus preces potuiſſe, ſunt viſæ, quàm arma, & militum robur. Cùm in prælio adverſus Ottocarum ſuos in diſcrimen adductos videret Habſpurgicus Theodoſius, media in acie genibus innixus, divini Numinis opem inclamavit, & exauditus eſt. Vicit, præluſitque pietati pariter, & victoriis poſterorum.

Alph. Ciac. in vit. Pont.

Guill. Cuſp. Bruſch de Monaſter. Roo in Annal. ad an. 1291.

Leon. Mayr. in Ephem. Marian. P. 2.

Gerard. de Roo lib. 1. Annal. Auth phoſphot. P. 3. c. 3. §. 1.

Claud.

*O nimium dilecte DEO, cui militat æther.*

## §. II.

## *ALBERTUS I. IMP. TRIUMPHATOR.*

PRImogenitus Rudolphi à patre virtutem traxit cum ſanguine. Patri Comes in prælio contrà Ottocarum, *vnâ manu gladium alterà Crucem Chriſti Domini tenuit, & hiſce armis munitus, implorato Deiparæ nomine inſignem victoriam de Ottocaro reportavit*, vt loquitur Kieffer, quæ fuſius proſequitur Gerardus de Roo. Tria verò habuiſſe fertur in ſummo pretio *Clerum, pudicas fœminas, & generoſos milites.* Certè Concionatorem ſuum Aulicum tanto in honore habuit, vt etiam ab eo publicè reprehendi non ægrè tulerit. Cùm enim aliquando ipſe Imperator cum Proceribus nonnihil oſcitanter verba concionantis exciperent, contentâ voce exclamavit Eccleſiaſtes: *Quæritur ſalvarine Principes poſſint. Et re agitata in vtramq; partem, excuſſoque audientium ſomno. Quidni, ait poſſint? ſi modo baptiſmo ſuſcepto in cunis vagientes moriantur.* Id æquiſſimo animo tulit ALBERTUS. Anno 1302. cum conjuge Eliſabetha fundavit Monaſterium Ciſtercienſium in Valle Brentiana dictum Fons Regius vulgo Königsbrun in honorem B. Virginis, & S. Bernardi. Illic in templo propè ſummam aram legitur ſcriptum.

*Anno milleno, trecenteno, adde ſecundum.*
*Inclytus Albertus Romanæ gloria gentis.*
*Rex, Duxq; Auſtrali noto de ſanguine natus.*
*Eliſabeth conjunxq; Ducum Carinthia proles.*
*Addunt ecce manus fortes, vt Regia Regis*
*Fundamenta locent Fontis, quo cætera manant, &c.*

Anno 1303. ſuſcepit tutelam & Advocatiam Monaſterij Zwifaltenſis Ord. D. Benedicti propè Ulmam, & primum loci Advocatum conſtituit Fridericum filium poſteà Imperatorem. Anno 1306. Idem ALBERTUS fundavit Spiræ duo Beneficia ad altare S. Annæ, reſervato ſibi, & ſucceſſoribus Jure Patronatus. Diploma expeditum Wimpenæ 12. Cal. Septemb. & anno ſequenti ipſemet cum multis Principibus intereſſe voluit conſecrationi illius Altaris. Anno verò 1308. nefariè à nepote occiſus, quo affectu Deiparam proſequeretur oſtendit. De hoc Haſelbachius: *Rex in terram cadens invocato auxilio glorioſiſſimæ Virginis in gremio Epiſcopi Spirenſis ſuum reddidit ſpiritum, ipſo die SS. Philippi & Jacobi.* Ejus erga ſedem Apoſtolicam obſervantiam celebrat Alphonſus Ciaconius, & Bonifacius Papa VIII. eum comparavit Soli & Lunæ. Quando ſcilicet irritatus injuriis & contumacia Philippi Regis Galliæ, *in publico conſiſtorio maximâ hominum frequentia Regem excommunicatum Regno privavit, illudque ALBERTO Cæſari abſe jam pridem approbato beneficario jure contulit, inſignemque habuit orationem, quæ adhuc extat, cujus initium eſt: Refulſit Sol, qui erat ſub nubibus, &c. Expoſuit deinde* 1. *Geneſ. cap. locum: Creavit Deus duo luminaria in firmamento cæli, de Pontifice & Imperatore interpretatus: Imperatorem deinde bonis vt ſolem, malis vt lunam eſſe dixit, tanquam TOTIUS MUNDI MONARCHAM: multa in Gallicanam ſuperbiam & faſtum cum inſectatione perorans:*

Kieffer. Diſſert. Polit. q. 34.

Pieſp. in Stemma. Auſtr. Thom. Ebendorff. hiſt. Auſt. MS. Æn. ſylv. lib. 3. de reb. Alph. Beyrl. Theat. vitæ hum. l. C. f. 345. Bruſch. de Monaſter. Fugger ſpec. fol. 228.

Bruſch. cit. fol. 184. Phil. Simonid. de Epiſc. Spir.

Thom. Haſ. hiſt. Auſtr. MS.

Ciaaon. in vit. Pontiff. Oldoin. in edit. 3. f. 654.

*rans: multas Cæsaris ALBERTI laudes repetiit, qui ex nobilissimo Rudolphi Cæsaris genere fluxisset.* Verba Pontificis excipiens Regis Concellarius, qui inter cæteros Oratores adderat: *In omni re*, inquit, *causa effectum antecedit, quem finis consequitur: sic Deum cœlum sequutum, quod inferiora gubernat. Et tu Beatissime Pater causa movens, & Pater exequens; finis est pax universi. Leva igitur manum tuam, & Aquila elevabitur, & exequetur motus suos. Pontifex sciscitatus an cum Francorum Rege Cæsar confœderationem haberet aliquam; quum nullam esse Legatus asseruisset, Papa absolutionem à quibuscunque præstitis juramentis ex plenaria potestate sibi à Christo tradita, impertiit, & ei Francorum Regnum donavit.* Hæc Ciaconij verbis referre placuit: quamvis ALBERTVS pacem bello præferens oblatum Regnum acceptare recusavit: quod an æmuli facerent meritò dubites.

## §. III.

## *FRIDERICVS III. IMPER. PULCHER.*

MAgni Rudolphi nepos, Alberti I. filius, cum fratribus in parricidas patris animadvertens in arce Farvanga Sexaginta tres nobiles conjurationis complices cepit, securi percussit, & eorum spoliis ditavit Monasteria Töss Monialium propè Vitodurum, & paulò post cæptum Königsfeldense. Unde eodem adjutore *Elisabetha vidua Alberti I.* à Clemente Papa V. impetravit facultatem ædificandi Cænobium illud appellatum Königsfeld in loco cædis. Bulla expedita 14. Cal. Jul. Avenione cum initio *Religionis vestræ.* Multis favoribus prosecutus est Carthusienses; in favorem Seytzensis Cartusiæ in Styria plura edidit diplomata, quæ extant de anno 1310. & 1311. devotio ejus multis patuit indiciis. Prælium cum Ludovico Bavaro initurus annulum exauro quod olim Magi Christo obtulerant confectum inter Austriaca Cymelia asservatum aræ imponi curavit, cùm res divina perageretur. Is tunc ex omnium oculis disparuit, donec post multos annos inventus in Austria Alberto Contracto ejus fratri oblatus fuit, qui eum summo cum gaudio acceptavit. Hujus annuli meminit Lambecius, eumque putat adhuc in thesauro Austriaco Viennæ adservari. Captus à Ludovico Bavaro, & carceri inclusus, cum inopinatè Magus ei adstitisset promittens securam per fenestram eductionem, Crucis signo eum pepulit: *Carceris fenestræ adhuc hodie, vt fertur, signo Crucis præmunitæ sunt.* inquit Haselbachius. Libertati porrò conventione amicâ restitutus condidit Cartusiam Vallis O. Sanctorum in Maurbach propè Viennam, & largis possessionibus dotavit. Ex fundationis literis constare potest Zelus FRIDERICI in augendo divino cultu, vbi ait: *Juxtà doctrinam Evangelicam, quâ primum jubemur quærere regnum DEI, delectamur ex intimis, vt à terrenis principatuum titulis, quibus dono pollemus Altissimi, per pietatis exercitia virtuosa, ac per divini instaurationem, ac ampliationem Ministerij attingere, & nanciscì queamus præcipuum Principum Principatum, commutatione summè desiderabili, pro instabili stabilem, pro luteo sydereum, & pro terreno Principatu cœlicum lucraturi. Sanctam itàque ac contemplativam virorum Religiosorum Prioris ac Conventus Monasterii vallis O. SS. in Maurbach, Ord. Cartusiensis devotorum nostrorum & dilectorum conversationem, & cæli-*

Henr. Svitz. Chronol.

Wading. in Annal. Mn.

Chron. MS. S. Crucis Monast. Seif. Arb. Anic, Dedic. Lam. Bibl. Vienn. lib. 1.

Haselb. in hist. MS. Ex lit. Authent. Dota. Cartus. Maurbac.

*cælibis ac Monaſticæ vitæ ipſorum rigidam obſervantiam in Domino complectentes, ipſosque tanquam Dei demeſticos, debitis temporalium, & donorum noſtrorum ſuſtentaculis confovere cupientes, & vbertate dominij noſtri non carere, vt interpellatione eorum ſupplici commiſſorum facinorum noſtrorum expiationem, & omiſſorum bonorum ſuppletionem conſequi valeamus, prædicto Monaſterio Maurbacenſi &c.* Ex Inſprucka 5. *Cal. Januarij anno D.* 1327. *regni noſtri FRIDERICI anno tertio decimo.* Eodem anno FRIDERICVS condidit Domum Hoſpitalem miſerorum ſolatio extrà Muros Viennenſes. Quin etiam intrâ Muros ejusdem Vrbis Auguſtam Baſilicam, quæ hodieque Aulica dicitur, adjuncto Cænobio ordinis Eremitarum S. Auguſtini (cui valdè devotus vixiſſe ſcribitur à Gerardo de Roo) erexit, vti atteſtatur publico Inſtrumento Fr. Hermannus ejus temporis ibidem Prior, inquiens. *Monaſterium ex novo in alta ſua civitatis Viennenſis ſtrata liberâ nobis donatione fundavit per* 13 *Sacerdotes noſtri Ordinis, quos ſuæ Fundationi ſpecialiter deputari voluit &c. quòd etiam Monaſterium piis accumulavit muneribus libertatibus, honoribuſque dotans Regiis, ad ſuam ſuorumque prædictorum fratrum ac ſucceſſorum ſuorum protectionem perpetuam aſſumendo. Quod recognoſcentes tenore præſentium perpetuoque orationum munere, in perpetuam rei memoriam ſigillum noſtri Conventus præſentibus duximus appendendum anno* 1327. *ſeptimo Cal. Sept.* Quanta verò, & quàm larga dona Eccleſiis, & Cænobiis contulerit FRIDERICVS moriturus, & vltimis teſtamenti tabulis firmata reliquerit, ſequens ſyllabus à nullo (quod ſciam) hactenus luci publicæ datus, à Leopoldo Brenner Cartuſiano collectus, & ê MSS. Maurbacenſibus mihi communicatus, palàm faciet.

Fr. Herman. apud Fr. Leopol. Brenner Cart. in MS

*Tabulæ Teſtamenti FRIDERICI PULCHRI Imperatoris conditæ anno* 1327.

## *Marcæ Argenti legatæ.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| Salisburgenſi Metropoli. | 100 | Weiſſenburgenſi. | 50 |
| Spirenſi Cathedrali | 100 | Pariſienſi. | 50 |
| Argentinenſi Cathedrali. | 100 | Weingartenſi Monaſterio. | 50 |
| Baſileenſi Cathedrali. | 60 | In Gels Monaſterio. | 60 |
| Conſtantienſi Cathedrali. | 60 | Eccleſiæ in Peuth. | 30 |
| Auguſtanæ Cathedrali. | 60 | In Miltenbrum | 50 |
| Paſſavienſi Cathedrali. | 60 | In Vellenbach. | 30 |
| Friſingenſi Cathedrali. | 60 | Neuburgenſi in Alſatia. | 50 |
| Kemptenſi Eccleſiæ. | 58 | | |

Summa 1028. Marcæ.

Singulis his cum obligatine perpetui Anniverſarij.

## *Bohemicorum Denariorum Sexagenæ, vulgo* Schokk.

| | | | |
|---|---|---|---|
| * Ratisbonenſi Cathedrali. | 150 | * Puelenhoffen Monialium. | 30 |
| * Gurcenſi Cathedrali. | 150 | * Petendorff Monialium. | 30 |
| * Monaſterio S. Emmerami. | 80 | In Rhor. | 70 |
| Monaſterio in Prüel. | 70 | In Peringen. | 30 |
| * S. Pauli Monialium. | 30 | In Geiſenfeld. | 36 |
| * S. Magdalenæ monialium. | 36 | Ad S. Leonardum. | 15 |
| * S. Crucis Monialium. | 66 | * Ad Scotos Viennæ. | 16. |

)(

| | | | |
|---|---|---|---|
| * Hoſpitali extrà Ratisbonam. | 30 | * Aliis Eccleſiis extrà muros. | |
| * Leproſorio. | 10 | Ratisbonenſesi | 30 |

Summa Denariorum Sexagenarum eſt 879.

## *Viennenſium. Denariorum libræ.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| Manaſterio Moſtbicenſi. | 100 | * Seitenſtettenſi. | 100 |
| * Garſtenſi. | 100 | Cremiphanenſi. | 100 |
| Ad S. Hippolytum. | 100 | * Ad S. Andream. | 100 |
| * Ad S. Crucem. | 100 | * Admontenſi. | 100 |
| * Hertzogburgenſi. | 100 | Gottwicenſi. | 100 |
| Melicenſi. | 100 | S. Floriani. | 100 |
| Zeidlicenſi. | 100. | In Vorau. | 100 |
| Lambacenſi. | 100 | In Suben. | 100 |
| * Mariæ Cellenſi. | 100 | * Walhuſenſi. | 100 |
| * Farnbacenſi. | 100 | * Altachij Inferioris. | 100 |
| * In Wellerath. | 100 | * Alderſpacenſi. | 100 |
| * In Willering. | 100 | * Zwethallenſi. | 100 |
| * In Raitten haslach. | 100 | Ad S. Nicolaum Paſſavij. | 100 |
| * In Engelhartſcell. | 100 | Reicherſpergenſi. | 100 |

Summa Denariorum Viennenſium librarum 2800.

## *Item Denariorum Viennenſium libræ.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| * Monialibus Ipſii. | 200 | Monaſteriis ordinis Minorum Viennæ | |
| * Ad S. Laurenr. Viennæ. | 100 | Neoſtadii. Græcij. Marchburgi. | |
| * Ad S. Nicolai Viennæ. | 60 | Judenburgi, Muræponti, Hainburgi. | |
| * Ad S. Magdalenæ extrà muros. | 60 | Steinæ, Enſii. Lincii. Welſii. Tullnæ ſingulis. | 40 |
| * Neoſtadenſibus. | 100 | Monaſteriis ord. Prædicatorum Vien. | |
| In Göſsel. | 60 | Crembſij. Neoſtadii, Leobii. Rätzii. | |
| Kirchpergæ. | 60 | Friſaci. Hainburgi ſingulis. | 40 |
| Leproſorio ad S. Crucem. | 200 | Monaſteriis Eremit. S. Auguſtini. | |
| * Monialibus in Dirnſtein- | 30 | Viennæ, Pontibus ad Leitam, Badenæ. | |
| * Græcenſibusi | 30 | Marekij ſingulis. | 40 |

Summa librarum Viennenſium 1820.

De Monaſteriis ordinum jam recenſitis, & de aliis, quæ aſteriſco notantur ſuperſunt Quietantiæ & Syngraphæ originales perceptorum legatorum, in Archivo Maurbacenſi. Si FRIDERICO non dediſſet cognomentum PULCHRI natura, hæc animi ornamenta dediſſent.

§. IV.

## *ALBERTVS II. IMP. HONORIFICVS.*

QUo divini honoris Zelo ferveret, oſtendit vix admotus Auſtriæ gubernaculis, cùm Cænobium S. Dorotheæ Viennæ ab Andrea Planckh Garſtenſi inchoatum ex patris Alberti ſupremis tabulis munificè ampliavit & dotavit. Haſelbach. in Auſtr. hiſt. MS.

Laz. in Vien. lib. 3. f. 106. tavit. Eccleſiam item in Dirnſtein vt Stephanus Plebanus converteret in cœnobium Canonicorum Regularium, conſilio, & ope adjuvit. Ad Concilium Conſtantienſe miſit Legatos Nicolaum de Dünckelſpühel præceptorem ſuum & Henricum de Kützpüchl Sacræ paginæ, & Juris Canonici Profeſſores anno 1416. ſequenti verò petiit à Martino Papa viſitationem generalem ſuorum

Lib. fundat. Scot. Vienn. Cœnobiorum in Auſtria. Suaſerant hoc ALBERTO Eccleſiaſtici nonnulli, cùm deliberaret de condendo quopiam Monaſterio & loco Sacro, aſſerentes: melius eſſe vetera reformare, & inſtaurare, quàm nova condere. Proinde juſſu Martini Papæ viſitatores rem ſtrenuè egerunt, & Scotos Monachos Viennâ exeſſe juſſerunt, quòd in ſpiritualibus nulli præterquam ſedi Apoſtolicæ, in temporalibus verò Scotorum Regi obtemperare vellent, & quòd rarò aliquis inter eos Germanicæ linguæ peritus è Scotia mitteretur. Atque ità in annum ſequentem primus Abbas Germanus electus eſt, nomen tamen Cœnobio Scotorum remanſit. Id triennio impleri non potuit Germanis Monachis, divina interim peragentibus Minoratis. anno 1421. Viennæ quæſtionem inſtituit in

Gerard. de Roo. in An. Auſtr. Æn. Sylv. de reb. Alphonſi Reg. l. 3. Balb. rer. Bohem lib. 5. c. 2. Haſelb. in MSS. Idem in hiſt. Auſt. Wadding. T. 5 Annal. Min. ad an. 1439. Judæos, qui SS. Euchariſtiam impiis manibus violaverant. Convicti rei ad rogum damnati ſunt. Cœteros Zeloſiſſimus Princeps ad ſe vocatos, ad fidem adducere & convertere ſtuduit, quâ minis, qua exhortationibus, & vnum illud ante oculos habuit, vt fidem Chriſti quàm latiſſimè propagaret. Ad Baſileenſem Synodum ſuos etiam Lagatos miſit, quorum acta fuſè deſcripſit Thomas Ebendorffor de Haſelbach peculiari libro, qui extat MS. in Bibliotheca Academica Viennæ, fuitque ipſe quoque Legatus nomine Academiæ anno 1431. quo ipſo natus eſt filiolus ALBERTO Cæſari, quem Georgium appellavit ob ſingularem devotionem, quâ ferebatur in ſanctum. Orthodoxæ fidei ſtud ioſiſſimus ad Epiſcopos Colocenſem & Vacienſem geminas dedit literas commonens vt reprimerentur hæretici. Literarum exemplar vtrumq; recitat Waddingus. Renuntiatus Cæſar ab Electoribus, induci vix potuit vt electionem acceptaret. Urgentibus Legatis, patruelibus, Academicis Viennenſibus, ad partem ſecedens, & in lacrymas ſolutus tandem annuit, maiora ſe

Haſelb. cit. in hiſt. MS. Æn. Sylvius Epiſt. 166. Laz. Vienn. lib. 3. c. 2. fol. 107. ſuis meritis poſſidere, & fortè ſalutis impedimenta futura affirmans, adjecto illo Evangelico me audiente ( inquit Haſelbachius ) *Quid prodeſt homini ſi vniverſum mundum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur.* Nihil tunc prius habuit, quàm ad Patres Baſileæ congregatos mittere, qui ab iis ſibi vt futuro Imperatori benedictionem impetrarent, teſte Sylvio. Voto inſuper obſtrictus Cellas Marianas in Styria viſitavit. Bella geſſit, Turcicum in Hungaria, *vt à Turcarum Tyrannide* ( ſic Lazius ſcribit ) *& jugo nobiliſſimam Provinciam liberaret: quod & primum illi, & vltimum rerum fuit. Geſſit & Bohemicum, & Provinciale bellum, dum adhuc in minoribus eſſet. In quorum primo Sigiſmundum ſocerum, & vniverſum adeò Imperium Romanum adſervit, ad extirpandam Huſſitarum factionem & hæreſim auxiliares manus conferendo.* Caſtrum Calenberg extrà Viennam, quod 50. ferè annis deſolatum ſteterat, inſtauravit, & Sacellum D. Georgio Martyri ibibem condidit. Fuit trium ordinum Militarium Magiſter, nimirum Droconici, Tuſinii, & Diſciplinarum, vti colligitur ex eo quod refert

fert Hieronymus Romanus ex hiſtoria Hiſpanica Regis Joannis in hæc verba: *Tempore Sigiſmundi & Alberti Impp. floruiſſe in Germania tres inſignes ordines Equeſtres, nec non Moyſen Didacum de Valera Hiſpanum probatæ fortitudinis Equitem ab eodem ALBERTO tribus militiæ inſignibus fuiſſe condecoratum: Draconico nempe tanquam à Regᵉ Hungariæ: Tuſinio vt à Rege Bohemiæ: & Collari diſciplinarum Aquila candida exornato, vt à Duce Auſtriæ:* Porrò de ordine Draconico hæc habet Beyerlinck loquens de Sigiſmundo Imperatore: *Vt Chriſtiana Sacra contra infideles commodius tueretur, ac propagaret, erexit ordinem Militum Draconicorum, quos inſigni Draconis devicti & præcipitati decoravit. teſtandæ exſtirpationi periculoſiſſimi totius terrarum orbis monſtri, ſchiſmatis ſcilicet & hæreſeos.* Quæ omnia arguunt in ALBETO Fidei Cctholicæ Zelum, vode meritò de eo Pallavicinus: *ALBERTVS ſemper Magnus, ſed ſolis inſtar maior viſus cùm caderet. Inter ejus laudes hæc Princeps ſit, quod ſecula omnia manſuram Auſtriacam Domum biennio coronavit. Jam duo anni ALBERTI Cæſaris duo ſecula regnantes trahunt & conſequente æternitate premuntur.* Sed maior eſt illa laus, quam paucis expreſſit Æneas ſylvius: *ALBERTVM Romani, Hungari, atque Bohemi Regem ſuum venerabantur: cujus opera totum in orbem vulgata ſunt, pro tutæla Fidei, & augmento nominis Chriſtiani geſta.*

Beyerl The. vitæ hum. lit. E. f. 339. h.

Hort. Palla. in Albert. II. fol. 75.

Æn. ſylv. Ep. 13.

## § V.

## *FRIDERICVS IV. IMP. PACIFICVS.*

RE, & nomine Pacificus, natus Erneſto patre Ferreo aureus Princeps, de cujus fidei ac Religionis zelo carptim paucula ex Æneæ Sylvij ejus Secretarii Epiſtolis libabimus. Agens ille de Schiſmate Baſileenſi ſcribit: *Cæſaris deſiderium eſt, nulli ex contendentibus magis favere, quàm alteri. Cupit enim vnire & reintegrare laceratam Eccleſiam: atque ad id operam dat; & ſpero confore, vt voti campos exiſtat.* Alibi idem Æneas: *Gaudeo, quòd hunc Principem Religioſum video, & nullius mali avidum.* Certè cum aliquando ad Comitia Imperii pergeret, ac Paſſavij apud Epiſcopum divertiſſet, honorificentiſſimè ab eo exceptus, *monebat Epiſcopum ne tantis ſe ſumptibus oneraret*, reſponſum ab eo accepit: *Nolo ô Rex cum ex hac vita migravero Patronus meus me arguat Stephanus, qui ſcit hæc bona ſibi per tuos anteceſſores elargita, dignéque tibi ex illis honorem impendi.* Durante Baſilcenſi Concilio miſſi ad FRIDERICVM oratores à Patribus Concilij petierunt, *vt Cæſar auctoritatem Eccleſiæ juxtà declarationem Conſtantiæ factam, & Baſileæ renovatam tueretur, & manuteneret.* quibus reſponſum eſt: *Cæſari ſemper curam fuiſſe, & adhuc eſſe, vt authoritas Eccleſiæ cum pace populi Chriſtiani, ſicut declarata reperitur in Sacris literis per ſanctos Doctores, & Concilia Generalia, vna cum poteſtate S. Sedis Apoſtolicæ in ſuo vigore permaneat.* Quis verò de FRIDERICO apud exteros ſenſus fuerit, expreſſit Franciſcus Archiepiſcopus Mediolanenſis, in ſuis ad Æneam literis, vbi hæc habet: *Libenter ſcribo, & ſcriptitabo intelligens, & conſiderans, tùm ex Epiſtola tua, tùm ex alijs, conditionem dotis tàm naturæ quàm virtutis, & Sacratiſſimam Auguſtiſſimamque intentionem Cæſaris noſtri parentis, qui velut novum quoddam ſydus*

Syl. Epiſt. 29.

Idem Epiſt. 169.

Idem Epiſt. 170.

Idem Æn. Epiſt. 93.

Franc. Mediolan. ap. Æn. Ep. 192.

*emicuit, hac tempestate necessarium, vt speremus, velut Augustus suo illi seculo pacem reddidit, & fundavit, sic istum suo. Ego quidem ità mihi persuadeo, non incertâ spei ratione : Est enim vt in primis audio Princeps iste* CATHOLICUS, *&* PIUS, *ætate floridâ, quam sapientia, gravitas, & vitæ integritas comitatur*, &c. *Non dubito si voluerit, dummodo duret superstes juxta dies naturæ, futurum in potestate sua, vt pacem det Ecclesiæ : ac componat non modo Principatus, & omnem populum Christianum, sed & vniversum orbem ad vnicam veram fidem Christianam, & sanctam deducat Ecclesiam, ad altissimi Dei gloriam & honorem, sublimationemq; Throni sui*, &c. Id quod reipsâ præstitit, cùm Felicem Sabaudum in Basileensi Synodo electum Antipapam induxit ad deponenda Pontificatus insignia, & pacem dedit Ecclesiæ, cujus tutelam sibi præ cæteris orbis Principibus incumbere sentiebat. Nec aliter poterat ad omnem ab ipsa infantia pietatem, & Religionis cultum formatus. In aurora adolescentiæ ad Orientem profectus sacra vestigia corporati Dei veneraturus. *Ibi Brutus religiosior Terræ sanctæ osculis initiatur ad regnum. Vitæ meliorts natales è sepulchro Dominico init, Phœnix in eo pietatis renascens*, quo nullus hactenus post Carolum Magnum major Sedis Apostolicæ cultor, nullus magis ab Apostolica Sede honorâtus, à Nicolao Pontifice appellatus *FILIUS CHARISSIMUS, & Sacri Imperij decus.* A Romano Populo *Pacificus*, dum celebratis nuptiis cum Eleonora Lusitana ipso summo Pontifice jungente dextras, & Imperiali diademate coronante acclamaret : FRIDERICO PACIFICO à DEO *Coronato Vita, & Victoria.* Dignus eodem applausu excipi, quo olim Carolus Magnus, cùm à Leone Papa coronaretur. Siquidem *ea Constantia Religionem Catholicam colebat tuebaturque, vt ejus causa vivere vulgo diceretur.* Callixto Papæ Anno 1455. de more exhibiturus honorem, Æneam Sylvium tunc Senensem Archiepiscopum Legatum misit, qui inter alia hæc de Austriaca Domo locutus est : *Describenda succurrit Inclyta domus Austriæ, ex qua FRIDERICUS Imperator prognatus est, mater & ipsa Regum & Imperatorum ; quæ sæpè Hungariæ, sæpè Bohemiæ, & aliquando Poloniæ Reges dedit*, &c. *quantus fuerit Magnus ille Rudolphus Imperator, qui & Bononiam Romanæ Ecclesiæ dono dedit, & Otto-Carolum potentissimum Bohæmiæ Regem, qui Austriam & Styriam Romano Imperio surripuerat, ancipiti bello victum interemit. Tum duo Alberti occurrerent, duo Martis filij, duo fulmina belli: quorum alter Adolphum de Nassau fasces Imperij usurpantem, apud Rhenum magno prælio vicit, & occidit : alter impios Hussitas Ecclesiæ nostræ sæva bella moventes, quasi malleus contrivit. De patre Ladislai loquor inclyti Regis Bohemiæ & Hungariæ Cæsaris nostri patruo. Deniq; admirandâ probatâ re nihil satis dici posset. Ponendi ante oculos essent Ernesti, Leopoldi, Friderici, & alij complures, animæ candidissimæ hujus excelsæ familiæ, quarum virtutem admirari magis, quam recensere valemus* &c. *Ad FRIDERICUM ipsum convertenda esset oratio, de mansuetudine sua, de Religione, de justitia, de prudentia faciendum verbum, exponendum ejus iter in terram sanctam, declarandus felix reditus : enarranda consilia, commendanda pietatis opera, dicendum quo pacto ad Imperium vocatus fuerit. Coronam Regni Germani apud civi-*

Alphon. Ciacon in Felice.

Hort. Pallavic. in Frider.

Ciacon. in Pontif Nic. fol. 1181. & seqq. Roo. in Annal. Bellus in Laurea.

Auth. Phos. P. 3. c, 2. §. 3.

Æn. Sylv. inter Epist. 412.

*civitatem Aquenſem, Imperialem in hac vrbe ſummo cum honore ſuſcepit &c. vt neutralitatem Eccleſiæ Romanæ nocentiſſimam ex natione ſua ſuſtulerit: vt obedientiam Germanici populi magno labore, maiori ſumptu atque induſtria tuis prædeceſſoribus Eugenio & Nicolao reſtituerit: vnde ſecuta eſt, quâ nunc fruimur, & quam tantoperè commendavimus, Eccleſiaſticæ Societatis vnitas &c. Sed non ſunt hæc onera, quæ noſtris humeris committi debeant &c.* Hæc Æneas, qui poſtmodum Cardinalis creatus ad FRIDERICUM ſcribens, ità eum alloquitur: *Tua Majeſtas ſemper pia fuit & Sacræ Religioni affecta. Continuet in hac ſua gloria Tua pietas, nec patiatur à ſuis officialibus vexari Clerum, quem ſemper miſericorditer tractaviſti.* Quæ nam fuerit hæc Cleri vexatio ab officialibus FRIDERICI exercita colligitur ex privilegiis, quæ anno ſequenti 1458. & 1459. copioſa & ampla dedit, ac roboravit FRIDERICUS variis Sacris locis, in particulari Clero Carnioliæ, de *dato* 1459. *Mercurii poſt Miſericordias Domini*: vbi mandat Cæſar Ulrico Comiti de Schaumberg Capitaneo Carnioliæ ne patiatur vllo prætextu ab Advocatis, Præfectis, & officialibus ſecularium Dominiorum, relicta bona temporalia Sacerdotum, Cappellanorum parochorum &c. diripi & auferri, quod jam antea ejus pater Erneſtus, & patrui Fridericus ac Wilhelmus ſpecialibus diplomatis caverant. Atque vt Clero tanto magis proſpiceret Anno ſequenti 1460. fundavit Labaci in Carniolia Epiſcopatum Labacenſem, ampliſſimis etiam decoratum Privilegiis. Literæ Fundationis expeditæ ſunt primum Anno 1461. ipſo die S. Nicolai Patroni Eccleſiæ Cathedralis, & primus Epiſcopus nominatus Sigiſmundus de Lamberg ex Proceribus Carnioliæ ac prima nobilitate natus, tunc aulæ Cæſareæ Capellanus, & Eleemoſynarius, biennio poſt à Pio II. (cui in Aula Cæſarea familiaris fuerat) â jurisdictione Metropolitani exemptus, & immediatè ſedi Apoſtolicæ ſubjectus. Anno deinde 1468. alium Epiſcopatum fundavit idem FRIDERICUS Viennæ Auſtriæ; & tertium Neoſtadij Auſtriæ, quo anno mihi adhuc incompertum. Fundavit etiam Cœnobium SS. Trinitatis Ciſtercienſium Neoſtadij. Cœnobium Eremitarum D. Pauli ibidem. Cœnobium Ord. Minorum S. Franciſci Græcij. Fundavit novum Ordinem Equeſtrem S. Georgij. Condidit Eccleſias S. Ægidij Græcenſem Aulicam S. Leonardi Græcij. B. Virginis in Buech prope Judenburgum, & plurimas alias, quarum ſeriem texere novo opus foret labore. Fuit interea *Religioſiſſimus ſemper MARIÆ cultor. Annuo Aſſumptæ Virginis pervigilio omni propè cibo & potu abſtinuit. Corollæ Virgineæ, quæ à roſis ſortitur nomen frequentior, & ſincerior vſus Friderico debet, quod ab interitu ſit vindicatus.* Denique facundiſſimus pro Domo ſua Orator, ita peroravit ad cœleſte Numen vt perſuaſerit.

Sylv. Epiſt. 291.

MSS. Authent. Privil. Cleri. Carniol.

Sarcophag. Frid. Imp. Viennæ. Laz. Vienn. lib. 3. fol. 112. Cuſpin. in Vita Caniſ. de B. V.

## *Oratio FRIDERICI IV. Imperatoris pro filio Maximiliano ex ejus libello precatorio MS.*

Bruſch de Monaſter. Germ. fol. 174.

NUne dimittis ſervum tuum Domine ad pacem, & tranquillitatem, quam prædeſtinaſti mihi ſecundum magnam miſericordiam tuam Deus meus: quia viderunt oculi mei ſalutare tuum, quod ex me paraſti tuo populo Chriſtiano ad tuorum inimicorum deſtructionem, filium meum Maximilianum inquam, lumen oculorum meorum, & baculum ſenectu-

ſenectutis meæ, ſuper quo innixus quietem ſumam optatam. O Deus meus! O miſericordia mea infinita! O miſericordia immenſa! quoniam non derelinquis in finem quærentes, & invocántes te. Quas igitur laudes & gratias tibi dicere poſſum, indignus de tanta gratia & munere? ſi ex toto corde meo ajo, ſi ex omnibus viribus meis dicere velim, nil facio de meo, quoniam tua ſunt omnia, & ego totus tuus ſum, & tua creatura: Omnia denique tibi jure debentur bona, quoniam à te ſunt facta. Accipe tamen ſecundùm clementiam tuam immenſam, & ſecundùm dignationem tuam infinitam, de ſervo tuo quod tuum eſt, tibique debetur: æternas & immortales gratias, qui & hanc miſericordiam feciſti cum indigno ſervo tuo, ſicut feciſti cum ſervo tuo David, vt poſſit hæreditatem tuam in vnum aggregare, vnire, pacificare, cuſtodire, ac gubernare: hoſtes tuos hæreticos, Schiſmaticos, & infideles ad viam reducere veritatis: rebelles & obſtinatos compeſcere, & extirpare; fidelem populum tuum, ac cultum tibi debitum ampliare & augere. Benedic,& ſanctifica ipſum benedictione Patrum Abrahæ, Iſaac, & Jacob, vt multiplicetur ſemen ejus ſuper terram, ſicut ſtellæ cæli. Manus ejus fortes ſiant in cervicibus inimicorum tuorum. Diligant eum tribus ac populi, ac omnes nationes fideles: accurrant ei armata auxilia in tempore opportuno. Comitentur eum Sancti Angeli tui Michaël, Gabriel, Raphaël, ſitque illi ſemper victoria de cælo, ſicut & Achatio & Georgio Duce S. Mauritio; quatenus pacificatis terris Chriſtianis obtineat terram paſſionis tuæ Sanctæ, deſpectui, & ludibrio tam diu ſubjectam. Nunc enim vt ſpero tempus venit, & venit tempus miſerendi, quo Chriſtiana multitudo capta, & ſubacta immaniſſimo ac turpiſſimo Turco, terraque ſancta tua liberabitur per manum meam, & filij mei poſt me. Da igitur nobis Domine Deus omnipotens, qui aufers Spiritum Principum Tyrannorum, & deſtruis conſilia Regum impiorum, potentiam & virtutem, vt hæreditatem tuam, & terram ſanctam, ſepulchrumque tuum (quod vidi meis oculis) poſſideamus, in ſyncera bonitate, ac pura innocentia tibi ſemper ſerviamus, ſemper te ſequamur, te diligamus, tibi ſemper adhæreamus, te nunquam deſeramus, vt à te nunquam deſeramur, ſed ad te poſt labores, & ſudores noſtros quietem perveniamus æternam, Amen.

Dubites an hoc orationis genere oratorem egerit FRIDERICUS an vatem, cùm poſterorum omnium ſtudium fuerit hæreditatem Dei in vnum aggregare, vnire, pacificare, cuſtodire: hæreticos, ſchiſmaticos, infideles ad viam reducere veritatis: diligi à tribubus ac populis,& contrà hoſtes habere auxilia in tempore opportuno: *Ità vt veriſſimè Auſtriacos à ſummo Numine ſuſcitatos protectosque dicere poſſimus, Dei vt eſſent dextera, qua Catholicæ Religionis antiquus ſtatus, ac à JESU Chriſto per majorum manus ad nos manans veritas defenderetur, contràque innumerabiles conjuratos hoſtes protegeretur.*

Auth. Phoſphor P.1. cap.47.

## §. VI.

## *MAXIMILIANVS I. IMPER. PRUDENS.*

MAgni parentis filius Maximus, Auſtriacus Hercules, Monſtrorum domitor, hoſtium terror, civium amor, quanto Religionis Catholicæ & Orthodoxæ zelo arſerit poſtrema ejus verba declarant: *Renunciate* (inquiebat) *Carolo & Ferdinando nepotibus meis, vt maiorum inſiſtentes veſtigiis, CATHOLICAM RELIGIONEM, à Germanis hactenus cultam, adverſus novorum dogmatum Auctores, ſectatoreſque cum vitæ etiam periculo defendant.* Præſagiebat ſapientiſſimus Imperator imminentem ovili Eccleſiæ luporum incurſum, jam tunc Lutheri turbulento ingenio prodente futuras Germaniæ calamitates; *addebatque, quòd ſi ſibi diuturniorem Deus vitam largiretur, non fruſtrà malè ſanus homo Germaniam veſaniâ ſuâ perturbandam deſumeret.* Viderat enim Auguſtæ in Comi-

Pont. Heut. lib.7. c.17. & ſeq.

Auth. Phoſphori P.3. cap.2.

Comitiis anno 1518. (referente Bredenbachio) ſuprà Lutheri nondum hæretici cucullum ſedere Dæmonem. Erat in Eccleſiaſticum ordinem mirè propenſus, Epiſcopos magno ſempet in honore habuit, quos inter Chriſtophorum Labacenſem Principis titulo decoravit, & plurimis per imperium aliaſq; Provincias Legationibus adhibuit; muſſitantibus nonnullis Aulicis ſecularibus, quòd omnia ferè per Sacerdotes gereret, reſpondit: *ſi vos apti eſſetis, vos potiùs adhiberem.* Ordinem S. Georgii à patre inſtitutum promovit. Epiſcopatum Labacenſem plurimis immunitatibus, & privilegiis auxit. Rudolphſwerthi in Carniolia inferiore Præpoſituram, & collegiatam duodecim Canonicorum Eccleſiam fundavit, cujus primum Præpoſitum egit Jacobus ab Aurſperg Anno 1494. Auguſtæ in Comitiis ab oratoribus Styriæ, Carinthiæ, & Carnioliæ edoctus de graviſſimis Judæorum ſceleribus, mandavit omnes exturbari, quod illicò executioni mandatum eſt Anno 1496. Idem biennio poſt factum Norimbergæ. Sed juſtum Lipſium audiamus de Maximiliano: *Princeps fuit virtutibus, & animi magnitudine, itemque benignitate cum optimis comparandus &c. Sed Principis hujus laudes arctâ paginâ non ſtringo: pietatem memoraſſe contentus, quæ agmen virtutum ejus duxit. Oſtendit, habuitque eximiè in Virginem Hallenſem, & quem niſi ipſum teſtem demus? conſpicitur enim nunc genibus nixus in ſacelli dextro latere, tabulato paulùm altiore loricatus, cætero cultu militari. Dona Maximiliani ſunt calix cum patena inauratus, cui inſculpta Auſtriæ gentis inſignia, ſuperaddito pileo Archiducali; ex quo liquet ſub initia Archiducem adhuc dediſſe. Ejusdem eſt Divi MAXIMILIANI ſtatua argentea admodum bipedalis, quæ mitram capite, crucem vnâ manu, alterâ gladium geſtat, & ab eo dependentes aureas duas claves. Fama tenet (& clavium argumento adſtruas) Bruxellenſes noſtros antea aliarum partium, tunc in pacem ditionemque acceptos, velut mulctam dependiſſe. Eſt ab eodem Arbor ſeu Roſæ frutex è puro auro, cum pluſculis ramis, floribuſque, item bipedalis: quam ſacratam à ſe Pontifex Maximiliano donavi, ipſe porrò Divæ Hallenſi miſit.* Alienum à vero eſt, quod vulgus, jactat: magnæ mentes amentes gignunt. Et vt verum ſit in aliis, non eſt in Auſtriacis. MAXIMILIANUS quanto natus patre, quantus ipſe, quantum dedit filium Philippum! cum eo ad vtrumque orbis cardinem Majeſtatem explicavit Auſtriacam. Nempè hoc pretium erat adorati ſub orbe Euchariſtico Numinis, ut quibus artibus partum erat Imperium, iiſdem ad antipodas extenderetur. Eluctatus ad confragoſæ rupis præcipitia dum feras inſequitur, & quo gradum revocet non reperit, *ſtetit in vnico ſtirpis Auguſtæ traduce tota ſpes poſteritatis propago Auſtriaca, ſervatumque eſt primigeniâ Euchariſtici epuli Religione, quâ fundatum Imperium.* A longè ſpectaſſe authorem ſalutis ſub velamento panis, erat invenire viam, & ſervare Auguſtam Domum; quæ per tot ducta viros etiamnum ſtat geminis ſuffulta columnis, vt ſperamus, orbis Euchariſtici cultu in orbe perennatura.

Tilm. Bredenb. coll. ſacr. l. 7. c. 41. Beyr. Theat. lit. H. fol. 9. MSS. Epiſc. Laba. Fundat. Rudolphſw.

Megiſ. Annal. Car. fol. 1263.

Lipſius in D. Hallen.

Pallavicin. in Maxim.

## §. VII.

## *CAROLVS V. IMP. MAXIMVS.*

EVulgandis CAROLI factis nec calami Hiſtoricorum ſuffecerint, nec vires

humanæ memoriæ. Omnia illum loquenrur ſecula, nulla eloquentur. Paucula in ſyllabum ſine ordine collecta promamus. Anabaptiſtas Monaſte-
Sleid.lib.10, rienſes apud Weſtphalos exterminavit. *Sleidanus.* Erat animi magnitudine par, ac pietate ſuperior, & melior magno illo Julio. Cum enim Saxonum & aliorum hoſtium ingentes copias fudiſſet, ad ſummum Pontificem de rei eventu ſcribens *Veni*, inquiebat, *& vidi, ſed Chriſtus vicit.* non ſibi vt Cæſar ille olim, at victoriæ largitori, ejus quoque laudem adſcribens. *Surius.* Eodem bello ob-
Sur. in Commentar. Lipſ. Monit. Polit. lib. 1, c. 2. ſervavit imaginem Chriſti in Cruce affixi ab impio milite globo trajectam: ſtetit & ingemuit, elatâ voce clamans: *Domine ſi vis injuriam hanc vlciſci, potes. ecce autem me vindicem tuum paratum, juva.* Certè audivit, & juvit, ſubſecuta mox hoſtium diſſipatione. *Lipſius.* In Africa dimicaturus, cùm adverteret prælium non ſucceſſurum ex animi ſententia, receptui canerent, imperavit; adiiciens nobilem illam vocem: *Malim vnum Chriſtianum ſervare, quam mille Mauros interimere. Zenoccarus.* Pro libertate Eccleſiaſticâ contra Dominos temporales
Zenocc. lib. 3. vitæ. Crantz lib. 9. Metrop. c. 33. multa ſtatuta edidit; & Eccleſiaſtiacis perſonis privilegia immunitatis & libertatis amplificavit. *Crantz.* Dum in Tunetana expeditione de Polemacho ſoliciti Principes hærerent, cui id muneris eſſet deferendum; Carolus vexillum in quo Chriſti è Cruce pendentis imago depicta erat, in altum ſuſtulit. Et *Hic*
Beyrl. in Apopht. Chriſtian. ait, *Dux noſter erit Rex Regum, & Dominus Deus exercituum.* Beyrl. in. Apophtegm. In Indiis occidentalibus tres Epiſcopatus inſtituit anno 1547. *Onuphr.*
Onuphr. in vita Pauli III. *Panvin.* Eccleſiarum Præſules multos & præſertim ſanctioris vitæ miro affectu proſecutus eſt. Ex Cardinalibus Volſæum, Croyum Albertum Brandeburgicum, Erhardum Marchanum, Joannem Picolomineum, Gulielmum Enchafordium, Benedictum de Avoltis, Alexandrum Farneſium, & alios. Ex
Ciacon. in vit. Pontif. Epiſcopis Balthaſarem Mersburgenſem, & alios, quorum plures commendavit ſedi Apoſtolicæ vt Cardinales crearentur, inter quos Henricus de Cardona, Mercurius de Gattinara, Fr. Garzia ord. Prædicatorum quo confeſſario eſt vſus. Joannes Alvarez de Toleto. Georgius Martinuſius Vngarus &c. Adhibuit eorum multos ſuis conſiliis, vr Gaſparem Card. de Zuniga, Dominicum Card. Thuſcum. Gaſparem Card. Contarenum, Marinum Card. Caracciolum, Chriſtophorum Cardinalem Madrutium, Ottonem Cardinalem Truchſeſſium, Franciſcum Cardinalem Sfondratum. Celebrantur ad eum Legati quos amanter complexus eſt Cardinales Bertranus, Sebaſtianus Pighinus, Fabius Mignavellus, Joannes Poggius, Hieronymus Dandinus, Marcellus Cervinus, poſtea
Bolland. T. 1. Jan. fol. 433. & ſeqq. ſummus Pontifex. Joannes Petrus Caraffa, qui poſteà Paulus Papa IV. Joannes Siliceus, Stanislaus Hoſius, Angelus Nicolinus &c. Ludovicum Bloſium Ephebum quondam ſuum poſtea Lætienſem Abbatem, ſummo proſecutus affectu hortabatur, vt de vitæ ſeveritate nonnihil remitteret. Ejus opera vſus ad reformanda Belgarum Monaſteria. Religioſos viros præſertim inſtituti ſui obſervantiores ſummo in pretio habuit. P. F. Joannem de Zumarraga ord.
Franc. Gon. de orig. Fra. P. 4. f. 1431. Min. ob eximias virtutes inquiſitorem primo in Cantabria contra ſtriges, deinde Mexici Epiſcopum & demum Archiepiſcopum nominavit, qui anno 1528. in novam Hiſpaniam titulo Protectoris Indiarum, maximis à CAROLO-

10 instructus privilegiis profectus est. Ibi multa passus ab Officialibus, qui eum defendentem Ecclesiasticas immunitates, oderant, accusabantque per literas, apud CAROLUM, ejus interim ad eundem Epistolas intercipientes. Sed vir Zelosus invenit tandem Cantabrum hominem, qui securè deferret literas, quas dum absente CAROLO Imperatrix aperuisset, in fletum soluta Magistratus illos omnes deposuit, qui paulò post miserâ morte defuncti sunt. Vtinam non sæpiùs etiam hodie optimæ Principum intentiones, per officialium malitiam turbarentur. Plurima Ordini Minorum erexit Cœnobia. Ex aulicis suis plurimos habuit, qui secularis vitæ pertæsi, arctius vivendi genus amplexi sunt, quos inter Fr. Jacobus Daciani ex Regia Danorum stirpe oriundus, Martinus Gusmannus, qui obitus sui diem præscivit, & miraculis posteà claruisse fertur, ambo Franciscani. Fr. Alphonsus ab Erena laicus, qui ob singulares virtutes Guardianum & Custodem egit in Hispaniis apud minores, olim in Flandria sub CAROLO Miles. Jam verò quantus in CAROLO fidei Catholicæ Zelus! Anno Imperii sui primo, cùm in Wormatiensibus Comitiis Lutherus sua dogmata adstruere frustrà contendisset, essetque illi plus satis ab excellentibus ingenio doctrinâque viris responsum, nec tamen à sententia discederet, dimissum illum proscripsit, libros ejus flammis adjudicavit, lectionem eorum omnibus interdixit. Quinquenio post ad Spirensia Comitia literas dedit, quibus Cæsareâ authoritate jubebat, ne Principes aut civitates vel vnum in Religione apicem mutarent: profecturum se paulò post in Italiam, cumque Sacrorum Principe, de futuri Concilii loco temporéque acturum. In aliis etiam posteà Imperii Comitiis adlaboravit, vt omnes Concilii Tridentini decretis parerent. anno 1555. cum Bruxellæ Provincias Belgicas in filium Philippum reclinaret, earum ordinibus Catholicam Religionem magno ardore commendavit. *In ea sitam esse patriæ tranquillitatem, quâ convulsa nutaret, excisa caderent. Nihil gravius cæleste numen vindicare, quam violatæ Religionis contumeliam, & neglecti cultus sui ignominiam. Conjunctas Belgii Provincias Principibus externis terrori esse: easdem, si mutatâ Religione dividantur, cuilibet in prædam facilè cessuras. Concordiam proinde servarent, vt ne vicinarum Regionum erroribus inficerentur, sedulo caverent.* Nec temperabat sibi à lacrymis: & conversus ad filium: *Vides lacrymas amoris mei testes: Belgium tibi trado, sed tuorum avorum Religionem in primis commendo.* Cum ex Zeelandia in Hispaniam solveret, filium Philippum vltimò complexus, profusis lacrymis adhortatus est, vt Romanam Ecclesiam, quantis posset viribus semper tueretur. *Etsi amplissimam,* inquiebat, *Monarchiam tanto maiorum tuorum labore partam, retinere velis, tuis in regnis alienos à religione Catholica nequaquam patiaris.* In Germania adhuc versantem sectarii quidam accesserant postulantes Dei verbum populo promulgandi facultatem; animo verè heroico, veréque Christiano respondit: *Non est meum de puritate divini verbi cognoscere; munus hoc Episcoporum est, quorum judicio etiam lubens meipsum submitto, atque eorum jurisdictionem in omnibus salvam esse volo.* Sed ne quid eorum intermitteret CAROLVS, quæ à maioribus velut potentiæ Austriacæ solida fundamenta acceperat, quâ pietate SS. Eucharistiæ Sacramentum

Gonza fol. 1325.

Zenoccar. lib. 1. Heut. lib. 8. Phosphor. P. 3. c. 2.

Heuter. l. 9.

Phosph. cit. Heut. l. 14.

Sur. in com. an. 1548.

tum voluit, verbis Surii audiamus : Cùm ad celeberrima Comitia Augustana anno 1550. venisset, postridie, hoc est 14 Cal. Junij pro veteri laudabilique Ecclesiæ more, ipso die Corporis Christi solennis supplicatio per vrbem habita est, in qua gestanda erat SS. Eucharistia, quam Carolus suâ inclytâ præsentiâ, & suorum Principum cœtu frequentissimo, cum Hispanis & Belgicæ Principibus, cum eximia quadam in Deum pietate & haud vulgari splendore concelebrare paribusque votis frequentare voluit. Multum egit per suos cum Saxone & Lutheranis Principibus, vt publicæ illi processioni interessent, sed hoc ab iis impetrare non potuit, cùm ferè ad meridiem cùm illis egisset &c. Eucharistiam gestabat Cardinalis Moguntinus, à dextris Rege Ferdinando, à sinistris Joachimo Brandeburgico Principe eum deducentibus. Ante Eucharistiam procedebant Principes seculares, itemque Clerus cum aliis permultis. Post eum sequebatur CAROLUS Imperator, nudo semper capite, tametsi sol esset ferventissimus, in manu ferens quadrifidam facem ardentem : quod idem fieri voluit à cunctis Proceribus & Principibus. Imperatorem sequebantur omnes Archiepiscopi & Episcopi. Vmbellam ipsam sub qua portabatur SS. Eucharistia, vicissim gestabant seni Principes seculares &c. Peractâ processione Cæsar valdè acerbè tulit Lutheranorum Principum detrectationem, jussitq, vt quam primùm alterâ die cum publica fide Augustâ excederent : sed Principum Catholicorum precibus ab ea sententia se deduci passus est. Hæc Surius. Adde cùm Pallavicino : *Singulis diebus pluribus divinæ hostiæ Sacrificiis intererat, sub persona Imperatoris, sed Sacerdotis affectu.* Unum supererat, quo superaret maiores, & posteros ad imitationem accenderet : Cultus scilicet *Magnæ Matris Virginis sine Macula Conceptæ.* Anno 1517. CAROLUS tunc Hispaniarum Rex, vt viam sibi muniret ad Imperium, concessit Confraternitati Immaculatæ Conceptionis olim erectæ à Catholicis Regibus Ferdinando & Isabella, in ipsa aula Regia Toleti, speciale privilegium, quod authenticum ibidem asservatur, vt refert Oieda : memineruntque ejus Ægidius de Præsentatione. Lezana, Torres, & alii. Huic Confraternitati nomina dederuut omnes hactenus Hispaniæ Reges post Ferdinandum, & ipse CAROLUS dici voluit ejus *Confrater & Oeconomus.* Ad ejus instantiam Confraternitatem approbavit Hadrianus Papa VI. alii deinceps Pontifices addiderunt Privilegia & Indulgentias. Quid ergò mirum, quòd tantis pietatis & zeli divinæ gloriæ ornamentis instructus Carolus

*- - - - - - - laudes longè transgressus avitas*
*Subdidit Oceanum sceptris, & margine cæli*
*Clausit opes.*

Nemini verò insolens videatur CAROLI armis Romam captam, Pontificem fugatum, id quippe absente illo, & invito factum ex iis colliges, quæ ex Zenoccaro promit Phosphori author. Cum enim post captum ad Papiam Franciscum I. Galliæ Regem, quidam Italiæ Principes rupto fœdere ad arma profilijssent, hujus autem facti invidiam ad Clementem VII. Romanum Pontificem Franci derivarent, Cæsareani Duces, translato in Latium bello, Romam orbis caput, vt rupti fœderis authorem ad æquitatem reducerent obsederunt, intraque

Idem ad an. 1550.

Hort. Palla. in Carolo.

Ægid. de Præsent. lib. 3. q. 6. a. 3. Lezana. c. 22. Torres l. 4. c. 5. Embi. c 18. Cismo. Regest. col. 306.

Claud. de 4. Honor. consul.

Zenoccar. vitæ Carol. lib. 1. phos. Auth. P. 3. c. 6. §. 1.

tràque horas ſeptem expugnarunt. Urbe captâ Pontifex cum purpuratis Patribus & Epiſcopis aliquot ad D. Hadriani Molem (quam S. Angeli caſtellum vocant) profugit. Sed mox à Philiberto Arauſionenſium Principe circumſeſſus, deditionem cum ſuis fecit, ſeq; nihil amplius adverſus Cæſarem moliturum promiſit. Quod cum CAROLUS in Hiſpania tum degens intelexiſſet, nullum lætitiæ ſignum, aut publicè, aut privatim oſtendit, verùm vt libertatem Pontifex conſequeretur, quadraginta dierum ſupplicationes indixit, vtque quàm honeſtiſſimis pro Pontifice conditionibus ab armis diſcederetur mandavit. Cæterùm Pontificem vehementer amabat, & ſtudiosè colebat, à quo poſt aliquot annos Bononiæ Imperiali diademate coronatus eſt. Meritò eum his titulis donat Pallavicinus : *Orthodoxæ fidei in novo orbe Propagator, Rerum Dominus, vtriusque orbis Monarcha, Cæſarum Rex, Regum Cæſar, Imperatorum Romanorum, Græcorum, Germanorum Potentiſſimus, Auſtriadum feliciſſimus, Africanus, Europæus, Aſiaticus, &c. ad ſeculorum prodigium Invictiſſimus, Piiſſimus, Fortunatiſſimus.* Quid quod etiam ab Adverſariis inſigne elogium extorſerit ? Jacobus Thuanus ſupremæ in Francia Curiæ Præſes, hoc de CAROLO tulit judicium : *In eo Principe cum virtute certavit Fortuna, vt illius meritis ſupremum felicitatis faſtigium imponeret. Neque verò vllum perfecti magis, & ad omnem virtutem expreſſi PRINCIPIS EXEMPLAR, noſtrâ & retrò ſeculorum memoriâ reperiri poſſe arbitror, quod iis, qui ad Imperium virtutis viâ graſſantur ad imitandum proponi queat.* Unde & populi de eo vox fuit: *Sui temporis naturæ miraculum!*

Pallavic. in Carol. fol. 110.

Thuan. ap. Auth. Phoſp. P. 2. fol. 301.

## §. VIII.

## *FERDINANDUS I. IMPERATOR IMPAVIDUS.*

INgentibus, quæ meruit, paſſim celebratur encomiis. Pallavicini eleganti calamo adornatum paucis exhibeo. *Adito imperio FERDINANDUS oſtendit ab eo nomine ſejungi non poſſe fortitudinis, & magnitudinis titulos, veluti primigenios ab Hiſpanis Regibus ad Auſtriacos Heroes traductos, & nullum in Auſtriacis faſtis FERDINANDUM non Catholicum eſſe, & Magnum, Aliqui adhuc FERDINANDI I. Cæſaris nomini adjecêre IMPAVIDI cognomentum, quiâ viſus eſt pro Numinis gloria, & patriæ ſalute caput ſuum devoviſſe. Ego adderem & PIJ, quia vt in hanc Epitomen contraham immenſam laudum molem, Romanam fidem Germano candore ſemper coluit : Summo odio ferebatur in hæreſim, amore in Religionem : vnde idem hæreticis infeſtus Cometes, & Religioſis viris fauſtiſſimum ſidus effulſit. Illitam Bibliis à Luthero verſis hæreſeos peſtem, ne vlterius ſerperet, igni damnavit.* In omnibus verò Principum congreſſibus, vt antiqua Religio à majoribus culta, novis opinionibus anteponeretur, vrgebat. Aſſiduas divinæ Majeſtati preces fundens, quotidie ferventiſſimis votis eidem Eccleſiæ & Imperij incolumitatem

Hortenſ. Pallavic. in Ferdinan.

Phoſphor. Auth. P. 3. c. 2. §. 4.

 ſalu-

ſalutemque commendabat. *Eo deinde pervenit* (iterum Pallavicini ſunt verba) *inuſitati ardoris in Religionis cauſa* FERDINANDUS *Cæſar, vt audiens magna detrimenta, quæ ex Lutherana hæreſi patiebatur Chriſtiana Reſpublica, in febrim inciderit, hoc prodigioſo morbo demonſtrans, ſe pio quodam vitali calore vivere,* Phoſph. cit. *qui ſolito acrius circà cor ardens febrim hanc pietatis attulerat.* Videns jam ſibi inſtare mortem anxio adhuc ſolicitoque animo revoluebat num diſtractis in Germania Eccleſiis adferre concordiam poſſet. Viros Religioſos præſertim PP. Societatis JESU, & Franciſcanos magno in pretio habuit : illis Collegium Viennæ, & Convictum nobilium erexit, his Oeniponte Conventum, Franc. Gonzaga P. 2. fol. 611. & 515. & inſignem Baſilicam condidit, in qua Mauſolæum toto orbe celeberrimum avo ſuo Maximiliano I. ſtatuit : & plura alia Monaſteria conſtruxit, inter quæ Viennenſe ad S. Hieronymum intrà vrbis muros, cùm in obſidione Turcicâ dirutum fuiſſet alterum extrà vrbem dudum erectum. Chriſtophorum Labacenſem Epiſcopum non minus quàm avus Maximilianus dilexit, ad ſecretiſſima quæque conſilia adhibuit, Locumtenentem ſuum Viennæ habuit, auxitque privilegia Epiſcopatus. Viennenſe Archigymnaſium fovit, ornavit, Privilegiis auxit, Profeſſoribus aliunde accitis ſtipendia ampliavit, & omnibus ſtudiorum cauſa Viennam adventantibus publico ſcripto in omnes Provincias evulgato, ſummam pollicitus eſt clementiam, & immunitatem, hoc piæ induſtriæ invento effecturus, vt juventus cum literis in fide ſimul orthodoxa ſolidaretur. Plura edidit Decreta Generalia in favorem Eccleſiaſticorum : Clero Carnioliæ privilegia confirmavit : & ſeverè inhibuit ne ſeculares prætextu Advocatiæ defunctorum Parochorum bonis mobilibus manum apponerent, ſed vocato Decano rurali vel Archidiacono, vel aliis duobus vicinis Presbyteris omnia ſigillarent, ac inventarium conſcriberent, ſub dato ANNO 1549. die 20. Martij. Monaſteriorum etiam curam, & defenſionem Capitaneis Provinciarum injunxit. Urbanum Labacenſem Epiſcopum, qui Franciſco Katzianero ſucceſſerat, ſuum quondam Aulicum Confeſſarium, & Concionatorem, ferventiſſimum Sectæ Lutheranæ oppugnatorem dictum *Malleum Hæreticorum*, ad frequentes Legationes adhibuit : qui vltimo Donawerdam miſſus, hæreticorum inſidiis per ſcalas noctu affusâ aquâ glacie lubricas lapſus ſupinus corruit, & cervicem fregit, fortè non ſine Martyris Laureola Anno 1558. Sexennio tardius ſubſecutus eſt ipſe FERDINANDUS, cujus morte auditâ Pius Papa IV. in frequenti Cardinalium cœtu dixiſſe fertur : FERDINANDUM *omnibus optimi Imperatoris ſignis editis, ſummâ lenitate, nullo animi angore, Sacramentis quæ morientibus præberi ſolent munitum, quaſi agnum innocentem in meliorem vitam demigraſſe.* Hic Pij IV. de Ferdinando ſenſus, non tam innocentiam FERDINANDI arguit, quam eximiam ejus erga Apoſtolicam Sedem reverentiam & devotionem. De qua fusè agit Orlandinus in hiſtoria PP. Societatis, vbi etiam recenſet Urbanum Labacenſem Epiſcopum, cujus paulò ante meminimus, S. Ignatio tunc vivènti familiarem per literas, multum tribuiſſe Claudio Jajo ANNO 1551. vni ex primis Ignatij ſocijs,

MSS. Epiſc. Labacen.

Geor. Eder. in Catal. Recto.

MSS. Epiſc. Labacen.

Ciacon. in vita Pontif. fol. 1691.

Orland. lib. 10. n. 101. & ſeqq.

ideóq;

ideóq; authorem fuiſſe Ferdinando, vt ad Viennenſem Academiam plures de Societate Theologos advocaret: *Accepit libenter pius Princeps eum ſermonem: cumque ex aliis & ipſo Jaio, quæ Collegiorum Societatis eſſent inſtituta, quæ opportunitates cognoſſet, omnino induxit animum rem primo quoque tempore ad effectum deducere: deque ea re literas ad Ignatium atque ad ipſum Pontificem continuo dedit.* Et alibi idem author ait: *FERDINANDVS Romanorum Rex pius admodum Princeps, & de Catholica Religione egregiè meritus, acri quodam incitatus ſtudio inſtaurandæ Viennenſis Academiæ, in qua Doctorum bona pars non ſatis bonæ caſtæque religionis erant &c.* Miſſi fuerant, poſt Bobadillam & Jaium Petrus Caniſius, & Goudanus, quorum Caniſium tanti fecit vt, non ſemel Infulas ei Epiſcopales obtulerit. Conſtanter renuenti, munus impoſuit Academiam ad Catholicos magis mores, pietatemque reducere: ſcribendi quoque Cathechiſmi author fuit. Conatus quoque eſt à Marcello Pontifice aliquot Patres ejusdem Societatis impetrare pro Epiſcopatibus, per quos ſperabat Catholicæ Religionis damna reſarciri poſſe: ſed id eorum inſtituto repugnabat. Præter Viennenſe Collegium, de quo ſuprà diximus, etiam Pragæ ad S. Clementem aliud fundavit cum filio Ferdinando Archiduce. De quo Balbinus cum narraſſet novam viam per Muldavam flumen à Cænobio Altovadenſi Crumlovium, inde Budvicium, hinc Pragam apertam: *Prima, inquit, navis Budvicio Pragam ſolvit 320 ſalis modiis onerata.* Anno 1552. *Sed alia longè fortunatior Navis hoc anno Româ appulſa Pragam eſt, & anchoram ad S. Clementem feliciter jecit, quæ non ſalem terræ corruptibilem, ſed viros doctrinâ & ſapientiâ eximios duodecim ex Societate IESU (quorum plerique Philoſophiæ, Theologiæ, ac cæterarum ſcientiarum gradibus inſignes erant) advexit, mittente ipſo* S. P. Ignatio de Loyola, *impetrante Rege* Ferdinando, *& Collegium ad pedem Pragenſis pontis fundante.* Alibi idem attingens ait: *FERDINANDVS I. Religionis Catholicæ proferendæ ſtudioſiſſimus Princeps, cum agitaret animo quâ ratione jacentem in Bohemia religionem erigere poſſet, multa ad id adjumenta comparavit: ac inprimis Catholicam Nobilitatem præcipuè fovebat, eorumque opera in regni curis, & dignitatibus ante alios vtebatur: deinde Societatem IESU advocavit, & Pragenſe Collegium cum Univerſitate fundavit: tandem etiam Archiepiſcopatum, imo amplius ſeculo intermiſſum, reſtituit &c.* De pietate verò Ferdinandi ergà SS. Euchariſtiam, de affectu in Deiparam Virginem quid dicemus? Non erubuit pientiſſimus Cæſar in feſto Theophoriæ ſanctiſſimum Sacramentum inter medias hæreticorum turmas caput ſerto florido coronatus, dextrâ facem geſtans comitari. *Ante Euchariſticum manna* (vt loquitur Pallavicinus) *dum arca vera ferretur legis latrix, fronte Auguſta, floribus coronata, pium carmen emodulans, & de hæretico Politicorum (non libet hic nomina iſta dividere, quæ rarò ſe junguntur) ſuperbo Jupercilio, triumphavit.* Geminum porrò diploma edidit, quo Marianos amores teſtatus eſt, exemplo Matthiæ Regis, ut deinceps in nummis Hungaricis, imago Deiparæ cuderetur. Eſt autem figura, provt hodieq; videmus, Virginis amictæ ſole, ſtellis coronatæ cum ſuppedanea Luna, filiolum ſinu geſtantis, planè referens Symbolum Immaculatæ Conceptionis, provt id hactenus depin-

Idem lib. 11. num. 39. & ſeq.

Idem lib. 13. num. 23. & ſeqq. lib. 14. n. 43.

Item l. 14. n. 9. & lib. 15. n. 19.

Balb. in Epit. rer. Bohem. l. 5. cap. 12.

Idem ib. c. 13.

Pallavic. in Ferd.

Marracc. in Bibl. Mariana.

Pallavic. in Ferd.

gere ſoliti ſunt Hiſpani. Obitum ſuum præſagiens edixit nequis eum Regis Cæſarisve titulis appellaret, ſed ſolo FERDINANDI nomine. Verùm eluſa eſt Chriſtianæ demiſſionis pia ſimplicitas, tum maximè attollenda ex Evangelij oraculo cùm humilius ſubſidit. Jam enim FERDINANDI nomen ſupra Cæſareum erat, ac Regium titulum, quo plures poſteri gloriarentur. De obitu FERDINANDI ſcribens Surius paucis multa complexus eſt: *Menſe Julij ipſis feriis D. Jacobi Apoſtoli, vt conſtans habet fama, diem ſuum obiit Sanctiſſimus, & omnibus modis CATHOLICUS Princeps FERDINANDUS Romanorum Imp. de cujus integritate, pietate, & in Catholica fide conſtantia multa dici poſſent. Etſi verò turbulentiſſima ſit noſtra ætas, tamen non immeritò gratulari ſibi poteſt, de duobus ſanctiſſimis, & religioſiſſimis, & Catholicæ Religioni. obſervantiſſimis Impp. CAROLO V. & FERDINANDO ejus germano fratre, quorum ad omnem poſteritatem, ſacroſancta, & celeberrima erit memoria.*

Sur. in Cõment. ad. an. 1564. ap. Lequile de reb. Auſt. P. 3. f. 311.

## §. IX.

## *MAXIMILIANUS II. IMP. OMNILINGUIS.*

PIj IV. ſummi Pontificis de MAXIMILIANO poſt Ferdinandi obitum, vaticinium fuit: *Sperare ſe MAXIMILIANUM Romanorum Regem paternæ pietatis imitatorem futurum; hunc natu majorem prudentiâ, liberalitate, animi magnitudine, clementiâ, & doctrinâ præſtantiſſimum ſucceſſorem eſſe.* Non eum certè ſpes fefellit. Nam adoleſcens MAXIMILIANUS in Hiſpania Catholicæ Religionis affectum altè in pectus demiſerat, vbi exemplo patrui Caroli Immaculatæ Conceptionis Sodalitati Toletanæ nomen dedit, & ſummam obſervantiam Sedis Apoſtolicæ imbibit, ductâ vxore feliciſſimâ ad id temporis Heroidum Mariâ, quæ Cæſaris filia, Cæſaris neptis, Cæſaris abneptis, Cæſaris conjunx, duorum Cæſarum mater, trium Cæſarum magna amita, cujus in Sedem Apoſtolicam ſingularis reverentiæ argumenta fuerunt quam plurima. Renuntiatus Cæſar, turbatæ non tam Regionum, quam Religionum diſſidiis Germaniæ, vt opem ferret, id vel maximè curæ habuit, vt Religioſos viros S. Franciſci & Societatis JESU foveret, quos à Patre ſuo Ferdinando juratos hæreſum adverſarios didicerat. Hos non ſemel ſcriptis ad ſummum Pontificem literis commendavit: his ſe clypeum contrà obtectatores exhibuit. Cum enim in Provincialibus Auſtriæ Comitiis nonnulli Proceres de auxilio ad bellum Turcicum, quo permebatur Ungaria, requiſiti, negarent quidquam ſe facturos, niſi præter cætera Cæſar etiam ejecturum ſe Jeſuitas adpromitteret: reſpondit prudentiſſimus Cæſar, id negotij ſpectare ad Pontificem; ſuarum verò partium eſſe, non Jeſuitas, ſed Turcas expellere. Quare, vti cæperat, cum Hieronymo Natali, Petro Caniſio, Ledeſma, Magio celeberrimis de Societate viris familiariter vtebatur. Diplomata patris de cudenda in nummis Deiparæ imagine innovavit novo confecto diplomate. Magnam de eo habuit opinionem Gregorius XIII. eumque magno ære juvit ad proſequendum bellum in hæreticos: conniſus etiam vt Maximilianus Polonorum

Ciacon. in Pio IV. cit.

Torres. Ciſmont. ſup. allegat.

Sacchin. in hiſt. Societ. P. 2. & P. 3. l. 1. n. 96.

Marracc. in Biblioth. Mar,

Ciacon. fol. 1733.

norum Rex eligeretur. Sed cùm novæ factiones Polonicæ adversarentur nimiæ Austriacæ potentiæ, vellentque vti solenne est apud illam nationem, Principem indigenis viribus, & armis valentem, non peregrinis, Principatum rejecit. Plura sine dubio egit, quæ latent: imò & acturus erat, nisi mors immatura vndecim annorum Imperio falcem immisisset. Illud singulare de MAXIMILIANO: *Fama erat* (inquit Pallavicinus) *eâ ætate plures in MAXIMILIANI Cæsaris aula regnare literatos, quam aliorum omnium Principum Orthodoxorum Regiis servire, Imperatorio Augustali Athenæum oratoribus, Lycæum Philosophis, Poëtis Parnassum, Areopagum Jurisperitis magnificè aperiente, & laureata illa Austriadum Heroum Domo omnis generis laureas progerminante.* O felicem Rempublicam sub Antoninis Philosophis, sub MAXIMILIANIS sapientibus; In conventu Augustano anno 1566. cum Principes Palatinum Calvinismi damnassent, & resarcire illata templis damna jussissent. deinde negantem sibi Calvinum vnquam lectum, & confessionis Augustanæ doctrinam profitentem absolvissent Principes Protestantes; indignatus eorum inconstantiæ Cæsar, dixit: *Confessionem Augustanam Sacco esse persimilem, in quem sectas quasvis conijcerent, & vbi sacci os obstruxissent, tum foramina fieri, per quæ & novæ rursum sectæ insererentur, & nova erumperent dissidia, Imperium tandem nisi obviam iretur, funditùs perditura.* Anno 1567. graves ad MAXIMILIANUM ab Hæreticis querimoniæ delatæ contra Iesvitas: moliri eos seditionem, & cuncta turbare: nunquam pacem Viennæ fore, quoad Collegium illud dissidiorum semen in vrbis visceribus hæreat. Agebat tunc Pragæ Imperator, qui vocato ad se Magio Provinciali Patrum rem detexit, ejusque oratione animatus, non solùm repulit importunos delatores, sed ad Pontificem insuper in commendationem Societatis præclaras dedit literas, rogans, vt Monasterium quondam à Ferdinando patre Viennensibus Collegis attributum, iisdem suâ auctoritate firmaret. anno 1571. Bohemorum globo petenti Augustanam Confessionem in Boëmicis Comitiis, gravi & severâ oratione negavit. Nam cum ausus quidam esset inter postulati causas addere, quod id ipsum gratum MAXIMILIANO futurum esset, *mentiri hominem* respondit. Adeò grave illi erat ab avita maiorum gloria propugnatæ semper Catholicæ Religionis, vel per calumniam credi recessisse. *Magnam* etiam (Balbini verba sunt) *in Religionis negotio MAXIMILIANO Cæsari laudem attulit, quòd cùm Bohemicæ Civitates, ac Praga præsertim nullum in Senaculis suis Catholicum hominem tolerare vellent, & quædam à regibus data Privilegia obtenderent, MAXIMILIANVS summo Jure vsus, Sebastiano Agricolæ viro Catholico (qui in senatum posteà adlectus diu princeps senatûs fuit) anno 1570. Jus antiquæ Civitatis Pragensis contulit, quo facto Catholici ante jacentes recreari cœperunt.* Dabunt de eo plura alii, nos obvia cursim libamus.

Pallavic. in Maximil.

Hist. Soc. P. 3. l. 3. n. 27.

Ibidem lib. 3. n. 121.

Ibidem lib. 7. n. 62.

Balbin. Epit. rer. Bohem. lib. 5. c. 14.

## §. X.

## *RUDOLPHVS II. IMP. ACER.*

AD *Philippi II.* Regis Catholici, in cujus aula adoleverat, *Colossæum exemplar nobili magisterio formatus*, cùm in Germaniam revertisset populis om-

Pallavic. in Rud.

nibus ingens ſui deſiderium peperit. Clavo admotus, paterna preſſit veſtigia, & turbulentiſſimis licet temporibus, vndique claſſicum occinente Bellona, tutelam tamen Catholicæ fidei ſibi vnicè comendatam habuit. Anno 1601. Proceres ſuperioris Auſtriæ hæretici, cum diu adlaboraſſent vt Patres Societatis ab Aulæ miniſteriis repellerent, ad vim & fraudem converſi Prædicantes clam Lincium advocarunt, ſed vti veneruut ità paulò poſt Cæſareo edicto proſcripti, clam per muros demiſſi, multum apud ſuos fidei perdiderunt. Glatzij eodem anno Capitaneum & Secretarium Catholicos, incredibili Catholicorum applauſu & hæreticorum ſtupore RUDOLPHUS conſtituit amotis ab officio hæreticis. Anno 1602 vetuit Olomutii indicta exilij pœna, quenquam ê civibus Concionis aut Sacramentorum cauſa ad Lutheranos miniſtros, qui circum ad duo milliaria in aliorum dominiis commorabantur, adire: eoque etiam nomine complures bonis divenditis ſolùm vertere juſſi ſunt. Amoti quoque à ſenatu publiciſque Magiſtratibus, qui ſupererant in iis hæretici: quamvis ætate, auctoritate, opibus primi. Denique ſancitum ne jus civitatis vlli deinceps detur, niſi Catholico. Debetur ea laus Cæſaris pietati, & Provinciæ Camerarii Ladislai Berka, qui mandata Cæſaris exequebatur. Idem actum anno 1603. Crumlovii: idem in oppido Gruntenſi, vbi plures Acatholici cum mandata & minas non curaſſent in turrim compacti vltrà ſemeſtre detenti ſunt; donec ſpe omnis liberationis præciſa Catholicum Sacerdotem expeterent. Sed afferamus exemplar Epiſtolæ, quòd RUDOLPHUS dedit in Hungariam ad Religioſos viros, ex quo zelus ejus in Catholicam religionem clariſſimè eluceſcet:

Hiſt. cit. Annal. PP. S.

*Honorabilibus ac Religioſis NN. in Collegio Præpoſituræ Thurocienſis degentibus &c. fidelibus nobis dilectis.*

RUDOLPHVS Dei gratia electus Roman. Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ Rex &c. Honorabiles ac Religioſi, fideles, nobis dilecti. *In quonam ſtatu & ſquallore Catholica Religio in Tranſylvania propter varias, quæ ibi à longo jam tempore invaluerunt hæreſes, nunc exiſtat: ſat ſuperque vobis cognitum eſſe non ambigimus. Cum autem nihil prius aut magis habeamus in votis, quam vt redacta ad obedientiam & fidelitatem noſtram ipſa Tranſylvania, & impias ex illa hæreſes extirpare, & divini Numinis verum cultum iterum in ea inſtaurare, atque Orthodoxam & Catholicam Religionem noſtram ad æterni & omnipotentis Dei gloriam & honorem vbique propagare, & firmare poſſimus: ad quod quidem commodius & felicius peragendum, quià Catholicis piiſque & doctis Sacerdotibus, qui miſeram plebem doctrina & bonis exemplis ad Catholicam fidem reducant, illaque ſedulò imbuant, maximoperè opus eſt: illos vbique in regno noſtro, veſtra quoque fideli ac pia opera inquiri, & bonis modis eo dirigi cupimus. Quare fidelitatem veſtram benignè hortamur, vobiſque clementer committimus, ac mandamus, vt in adipiſcendis aliquibus doctis viris & Catholicis Sacerdotibus, qui ſint exemplares, & bonæ vitæ, & pietatis ac honeſtatis ſectatores; atque vltrà Latinam etiam Hungaricæ, Slavonicæ linguarum periti, qui doctrina & exemplo Catholicam Religionem graviter & cordatè propagare valeant, omnem operam & diligentiam navare: & quos nanciſci poteritis, illos ſine mora & dilatione in Tranſylvaniam ad fidelem noſtrum Magnificum Georgium Baſtam Liberum Baronem, Generalem Tranſylvanienſem, & Conſiliarium noſtrum, cæteroſque ei adjunctos Commiſſarios noſtros, cum literis noſtris commendatitiis, quo illis ritè provideatur, & ad loca neceſſaria ordinentur & diſtribuantur; primo quoque tempore dirigere & tranſmittere, atque tam pium & neceſſarium opus omni fide & diligentia curare, ac promovere velitis ac debeatis, executuri in eo benignam & omnimodam voluntatem noſtram. Datum in arce noſtra Regia Pragenſi 28. Octob. anno 1603.*

Anno

Anno ſequenti 1604. idem RUDOLPHVS Caſſovienſibus hæreticis templum Parochiale nobiliſſimum, quod ab annis 50. profanaverant, eripuit, & Catholicis conſignavit. Ipſi debet Academia Viennenſis quòd ab anno 1581. nullus poſſit ad Theologici, Doctoratus gradum promoveri, quin prius ex formula à Pio Papa V. præſcripta fidei profeſſionem edat. Anno 1582. & frequentius deinceps publicæ ſupplicationi Theophoriæ interfuit cum fratribus Erneſto & Maximiliano, quæ res dici vix poteſt quantum bonorum animos, ad benè ſperandum de Catholicæ religionis progreſſu erexerit, cùm interim hæreſis fremeret, & ringeretur. Eodem anno Crembſio omnes Acatholici ejecti ejus juſſu. Obſervantia ejus ergà ſedem Apoſtolicam effecit, vt ſummi Pontifices ei viciſſim plurimum faverint, ejus arma contrà hæreticos & Turcas promoverint. A Gregorio XIII. in ſubſidium belli contrà Turcam accepit centum quinquaginta millia florenorum; à Clemente VIII. centum millia aureorum, à Paulo V. alias ſuppetias, quibus adjutus feliciſſimè contrà immanem hoſtem ſæpius dimicavit, Erneſti, Matthiæ Maximiliani fratrum, & Leopoldi patruelis Archiducum manibus recisâ lauro triumphali: vt de eo dici potuerit, quòd olim de Romanis *ſedendo vincere* aſſuetus. Denique RUDOLPHI *nomen literis ſeculiſque omnibus clariſſimum, ſicuti cùm Magni cognomento natum eſt in Auſtriaca Domo, ità nec ſine illo renatum.* Sed hæc magnitudo vnde niſi à zelo Catholicæ Religionis? Celebrat hunc nuperus ſcriptor Balbinus; cùm narraſſet extortam RUDOLPHO à Matthia fratre Coronam Hungaricam, addit: *Inter hæc Proceres hæreticorum in Bohemia, vtendum tempore rati, ſperabant facilè à Cæſare deſerto libertatem Religionis obtineri poſſe; ſed tanta fuit Cæſaris RUDOLPHI apud Hiſpanos educati fortitudo, tanta in Religione majorum conſtantia, vt ad ſubſcribendum nullis neque precibus, neque minis adduci potuerit, quas integro ferè anno etiam cum imminutione ſuæ Majeſtatis, vitæque periculo toleravit &c.*

Hiſt. PP. Soc. cit.

Ciacon. mihi fol. 1778. & 1897. 19-37.

Pallavic. in Rudolpho fol. 134.

Balbin. Epit. rer. Bohem. l. 5. c. 16.

## §. XI.

## *MATTHIAS IMP. ZELATOR.*

CONtrà Orthodoxæ fidei hoſtium genus omne zelo Religionis armatus ZELATORIS nomen Matthias retulit. Omnia penè, quæ egit à pietate auſpicari ſolitus, expertus eſt favores cæleſtes, quaſi certarent cum illo ſuperi, & officia beneficiis vellent rependere. Anno 1596. Oeniponte in Tyroli cùm de Agrienſi obſidione triſtes nuntij ex Hungaria perlati fuiſſent, tora civitate quadruplicatam quadragenarum per centum ſexaginta horas continuas indixit ſupplicationem, eamque in quatuor Religioſorum familias diſtribuit. Initium fecere Franciſcani Obſervantes: excepere Patres Societatis: ſecuti Cappucini, tum demum Præmonſtratenſes. Oratum eſt continenter diu noctuque: plerique quo gratius divinæ Majeſtati ipſorum eſſet obſequium, ante ſupplicationem peccata expiarunt. Ipſe Sereniſſimus MATTHIAS ſuam quoque ſtatam peregit horam. Et Sereniſſima vidua Archiducis quondam Ferdinandi Conjunx, non contenta vnâ prioris diei, poſtero die duas

Hiſt. PP. Soc. cit.

humi

humi nixa genibus horas precando consumpsit. Visum est annuere votis Matthiæ cælum pro fratre Maximiliano perorantis. Nam licet Agria Turcis cesserit per deditionem, Maximilianus tamen Archidux supremus belli Archistrategus cum iis congressus 43. tormenta ademit, & hostium in fugam actorum mille quingentos cecîdit suis tantum quindecim desideratis. Sed & iterato certamine totus hostilis exercitus in fugam actus, fuissetque triumphatum, nisi gregarius miles, solito certantium infortunio, cùm ad prædam intendit ac castra diripit, hosti reverso succubuisset. Anno 1601. in Hungariam profecturus ad Albæ regalis promovendam obsidionem, priusquam Viennâ discederet supplicationem ad Princeps D. Stephani templum instituit. Divinis finitis officiis statim eâdem horâ alacer Archidux cum milite suo contrà hostem secundo descendit Danubio. Animadversum verò posteà, illâ ipsâ horâ, quâ Viennæ Deo supplicabatur Albam Regalem, quam per 58. annos Machometani possederant, per Principem Mercurium hostibus ereptam fuisse. Interim Archidux Jaurinum attigit, vbi prævia de more confessione SS. se se Eucharistiâ velut Austriacorum clypeo contrà omnem vim hostium munivit, antequam castra ingrederetur. Et certè adfuit divina virtus Pio Archiduci. Nam paucis post diebus tantâ hostium multitudine circumvallatus cùm esset, vt evadendi spes nulla affulgeret, Duci Mercurio dat negotium, vt pugnæ copiam hosti offerat. Quare instructa acies, collata signa, cum tam numeroso Turcarum exercitu, vt nostri primo congressu pedibus hostium proterendi viderentur. Verùm cum *Pietas ad omnia* sit *vtilis*, tum certè in illo ad triduum continuato conflictu, vel vtilissima apparuit, cum insuper *Laurentius à Brundusio Cappuccinus Christi Dei Cruci affixi imaginem tenens, magnâ voce nostros ad pugnam accenderet, pilas circumvolitantes nihil moratus.* Nam eo prælio quinque Turcarum & Tartarorum millia cæsa sunt, ex nostris mille circiter desiderati. *Reliqui hostes metu Germanorum, quos eo prælio tantâ virtute & fortitudine dimicasse dicebant, vt se majorem ejus gentis vim atque virtutem nusquam expertos esse dicerent, nihil posteà tentaverunt*, sed castris motis Budam reversi sunt. MATTHIAS Archidux ex quo loco ad bellum profectus erat impetrato auxilio divino, ad eundem, nimirum D. Stephani templum Viennam cum triumpho repetens, priusquam ad aulam revertit, solenniter pro tanta victoria Deo egit immortali gratias, & debitas, & meritas. Anno 1602. Lincij Austriæ superioris derelictum templum Minoritarum, jam pridem ab Hæreticis occupatum Proceribus ademit, & PP. Societatis curandum tradidit: Deiparæ Virgini id ab antiquo sacrum fuit. Accidit, vt anno 1609. jam Rex Hungariæ MATTHIAS Provincias Austriam & Moraviam lustraret, & Lincium quoque diverteret. Ibi à primoribus vrbis iisque hæreticis varia ad Regiam Majestatem pro dignitate excipiendam instituta: inter cætera vt in triumphali arcu, qui à Sacra æde seduceret, rhythmis Germanicis salutaretur. Suboluit ea fraus Catholicis, atque ideò dolum malum, meliore exceperunt: Regi, quæ molirentur hæretici expositum, eludendiq; eorum conatus consilium apertum. Mox Præsules, quos Rex in comitatu habebat officij gratiâ Lincium præmissi: hos sub-

Isthuanf. lib. 32. fol. 799.

Hist. PP Soc. Anonym.

Ead. hist. Anonym.

ſubſecuti ex compoſito Regij Symphoniaci, tum cornicines ; qui omnes juxtà cujusque ſtatum partim mitrati, partim linteati, aliisque ſacris ornati veſtibus advenientem Regem, decantato hymno *Te Deum laudamus* magnis vocibus ab vrbis porta induxerunt. Sub arcum triumphalem Regia Majeſtas cùm veniſſet, jamque perſonati in ſcena ſalutationibus ſuis exordium facerent, audire ſe propter tubarum , & tympanorum ſonitum diſſimulans, ad templum ſupramemoratum B. Virginis perrexit, frendentibus in caſſum hæreticis. Anno 1613. MATTHIÆ Imperatoris auſpiciis reſuſcitata eſt vetus Auſtriacorum pietas erga Auguſtiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, operâ Concionatoris Eccleſiæ Cathedralis. Cum enim is advertiſſet morem comitandi SS. ferculum cùm ad ægrotos deportatur refrixiſſe, hanc Chriſti acerbam injuriam apud Auditores ſuos vehementiſſimè queſtus eſt, eique detergendæ adduxit exemplum Friderici III. Auſtriaci quondam Auguſti. Princeps hic Religioſiſſimus obſervarat Euchariſticam pompam non ſatis idoneo apparatu Viennæ inferri ad ægrorum ædes, quâ Paſtorum populique negligentia, ne deinceps Numinis Majeſtas gravius offenderetur, & Religionis in plebe ſenſim fieret pernicioſa deceſſio, formulam apparatus, & ritus præſcripſit, quam pium juſtumque cenſeret obſervari in ſacro ferculo ad ægros deferendo, attributis de ſuo in pompæ illius ſumptum perpetuis vectigalibus. Nominatim verò præcepit, vt ad rei tam auguſtæ celebritatem pius adderetur cantus, crebrum funale, & Eccleſiaſtici moris vexilla, aſſectantis autem populi agmen, & elegantem ſacræ veſtis ornatum, haud dubium, quin eodem pietatis ſtudio, deſtinarit. Idipſum MATTHIAS Cæſar fieri præcepit. Per idem tempus B. Calliſti Papæ & Martyris corpus ab hæreticorum contumeliis ejusdem Cæſaris voluntate vindicatum eſt. Eas Beati reliquias religioſiſſima heroina Anna Matthiæ conthoralis in Sacello Crumlovienſis arcis marmoreo tumulo conditas cum obſervaſſet, verebatur ne Roſenbergij Reguli tunc hæretici, ejus arcis Domini violaſſent, ſicuti Sacellum exauguraverant. Egit proinde apud conjugem Cæſarem, vt Crumulovio Lincium tranſvehendas juberet. Miſſus Concionator Aulicus, qui omnibus antea ſolerter exploratis, ſi quidem de integritate marmoris, loculorum, & oſſium conſtaret ab ijs abſtinuiſſe manus hæreticos, ſacra oſſa Lincium adveheret. Quod mox factum inviolato reperto marmore, & ſacris lipſanis. Invehebantur jam ſacra pignora in vrbem & Aulam ibidem Cæſaream, cum Imperatrix magna cum fide & devotione obviam provolat, ſanctéq; venerans Cæſari conjugi graviter tunc ex podagra laboranti propitium advenire Chriſti militem precatur. Inde ad eundem Cæſarem properat, nuntiatura tam optati hoſpitis felicem adventum, à quo proſpera omnia & poſcere, & ſperare quoq; jubet ægrum Imperatorem. Neq; fruſtra: vbi enim is S. Calliſto votum piè nuncupavit, mox artuum omnis dolor diſcuſſus eſt, vt poſtridiè cùm ad ornatiorem capſam liſpana conderentur, ipſe venerabundus ac valens adſtiterit. *Quid mirum ſi mutuis veluti officiis auxiliaribus Deus Auſtriacæ Domus potentiam ſartam tectam ſervat, vbi Auſtriaci Domûs Dei ſplendorem tam enixè procurant.* Pallavic. in Matth. ſol. 141.

## §. XII.

## *FERDINANDUS II. IMPER. PIUS.*

Pallavicin. in Ferd.

QUid de te dicam FERDINANDE, qui aliis audis *laudum omnium thesis, magnitudine tuâ famam obruens*? Cui subditorum teneriores affectus in corde sculpunt Elogia, calami beneficio satis laudari non potest. Vivit adhuc viva in multorum cordibus Imago FERDINANDI, nulla oblivione delenda: nec opus habet magnis elogiis, cui nomen ipsum Elogium est. Nullus hactenus FERDINANDUS non magnus inter Austriacos. Et FERDINANDUS II. nulli secundus. Virtutes ejus descripsit, aut potius describere conatus est conscientiæ illius arbiter Lamormaini, è quibus carptim in rem nostram paucula, aliunde non vbiq; obvia nonnulla. *Professus est, se paratum pro quovis Romanæ Fidei articulo cruciatus, imò & mortem ipsam oppetere, &c. Laureti in agro Piceno coram Virgine Matre Deo vovit, vel cum discrimine vitæ abacturum se è Styria, Carinthia, Carniolia, sectas sectarumq; Magistros* Anno 1616. Idem de Bohemia jam Cæsar, & octo ante obitum annis de Hungaria votum edidit. *Haud segnius votum Deo reddidit, quam concepit, &c. vt nonnulli absque temeritate se assirmare posse existiment. Ferdinandi zelo ac operâ centies centena millia hominum ad Ecclesiæ Catholicæ gremium, & caulas esse revocata: adeóq; FERDINANDUM omni jure posse ac debere harum Provinciarum Apostolum dici, aut APOSTOLICI Imperatoris COGNOMENTO decorari. In vltimæ voluntatis Codicillo hæredi filio FERDINANDO* & successoribus commendavit, *vt Provincias populosq;, quos eis subditos relinqueret commendatos ex corde haberent: eos in vera APOSTOLICA, ROMANA, in qua sola salus est, CATHOLICA FIDE conservarent: sectas omnes, pravas & falsas doctrinas, imò quid quid his aditum, causam, occasionem aperire posset, seriò, omni studio, omni conatu averterent, impedirent.* Hæc de zelo Religionis Catholicæ. Nunc de cultu & veneratione Austriacis innata erga SS. Eucharistiam: *Recurrente tempore quo Christianorum pietas octo integros dies Eucharistiæ colendæ ornandæque attribuit, nunquam FERDINANDUS à supplicationibus abfuit: pedes, nudo capite, solâ floreâ redimitus coronâ, facem dextrâ præferens quotannis DEO suo triumphanti famulatus est. Accidit aliquando, vt diutius gestatâ face brachium manusque intumuerit. Subsecuta die supplicationi interesse alteri cum vellet, maléq; affectum brachium è collo suspensum haberet, è Proceribus aliquis Cæsari à face ferenda eâ die cessandum asseruit; at ipse: superest, inquit, adhuc manus altera, quâ Deo serviam. Quando aut exeunti, aut redeunti in Aulam occurrebat Sacerdos Eucharistiam deferens, Rudolphi I. imitabatur exemplũ. Illicò venerabundus exiliebat curru, fixis etiam lutulenta in humo genibus Deum adorabat: Sacerdotem sive ad ægrotum ab Ecclesia, sive ab illo ad hanc euntem pedes prosequebatur, &c. Sæpissimè modo in vno, modo pluribus in templis, ipsoq; non raro Aulæ Sacello, Eucharistiam jussit publicè proponi, colique. Ipse cæteris vt præiret exemplo integras ante illã horas dejectus in genua humillimè supplicavit Deo.* Hæc de altero. Tertium porrò est de cultu Deiparæ Virginis quam *Generalissimam* suam appellabat. *Ut Patronam cliens venerabatur, vt filius amabat matrem. Nulla est in vtraq; Au-*

Lamorm. in vita cap. 1.

Idem cap. 4.

*stria,*

*ſtria, nulla in Hungaria, Bohemiæque Regnis, nulla in Styria, Carinthia, Carniolia B. Virginis pia Sodalitas, in cujus album nomen ſuum non retulerit: imò ejus exemplo Auguſta Conjunx, Rex, Regina, ac liberi, cœteri ſua quoq; nomina non inſcripſerint. Integros viginti annos bellis petitus, armorum ſuorum ſummam Præfecturam ſemper Virgini commiſit. Hujus imaginem in Regio vexillo juſſit præferri. Ardenter cum Romano Pontifice egit, vt Virginem ſine originali macula fuiſſe Conceptam pronuntiaret. Hoc idem officij à* FERDINANDO *Filio, cum ipſo Concepto Virginis die Anno* 1625. *Hungariæ Rex inauguratus eſſet, factum eſſe magnoperè gaviſus eſt.* Deniq; *Apoſtolicam Romanam Sedem, Catholicæque Eccleſiæ in terris caput Romanum Pontificem non modo in honore ſummo ſemper habuit, ſed etiam humillimâ demiſſione veneratus eſt. Tridentina Concilij ſtatuta de Matrimonio, vt primum Pſeudo-Paſtores expulit è Provinciis, & Bohæmiæ Regno, in iisdem recipi voluit, & obſervari.* Libavi potiora ex Gulielmo, plura ipſe ſuggeret. Addamus ex aliis non obvia. Anno 1604. ægrotabat ſereniſſima FERDINANDI Mater Maria, & liberis benè precata extremum vitæ momentum operiebatur. Quo tempore admirabilis vox audita eſt FERDINANDI: is enim cum graviſſimè Matris ægritudine, & vitæ periculo affligeretur; ſui tamen, & materni doloris immemor, totusque ex DEI arbitrio pendens: *Diſpone*, inquit, *Domine pro arbitratu tuo omnia, animam modo meam ſerves.* Votum deinde maximi pretij Lauretanæ Virgini nuncupavit, & ſolvit. *DEUS igitur, qui piorum corda ſolatur, matrem ad plurimorum adhuc ſalutem, & FERDINANDI ſolatium brevi ob omni diſcrimine immunem reſtituit.* Anno 1601. ad oppugnationem Caniſiæ progreſſus FERDINANDUS matris, & fratrum ſuorum precibus ſe commendavit, qui aſſiduis quadraginta horarum per varia templa ſupplicationibus intenti Græcij multos ſuâ devotione ad imitationem attraxêre. Interim FERDINANDUS non minorem militiæ, quàm domi præſetulit virtutem ac pietatem. Singulis diebus bis fermè divino ſacrificio interfuit, a gnoſten de rebus divinis ad milites dicentem audivit: publicè cæleſte epulum, quo plures ſuo facto incitaret, acceſſit. Hoc etiam ejus diligentiâ effectum, vt nullus ex iis animarum prædonibus, quos Prædicantes vocant, caſtra quâvis aſtutiâ ingrederetur. Quod mirum in tanta hæreticorum Dominorum multitudine meritò videri poſſit. Hinc ejus exemplo introductum, vt longo, & difficili itinere ſacerdotem ſacram Synaxim ad ægros deportantem, plurimi capitibus detectis, funalia manibus geſtantes pietate ſingulari comitarentur: alijs, etiam hæreticis vel flexo poplite tantum Sacramentum venerantibus, vel nutu approbantibus, vt diceres Religionem & Martem in vnum locum conveniſſe. Addam verbis ejusdem Hiſtorici, quæ in annum ſequentem 1602. digeſſit: Zelus in Catholicam Religionem in Archiducibus noſtris, nequaquam intepuit. Mirantur plerique, & præſertim hæretici, amiſsâ abhinc biennio, & præterita æſtate irrito conatu oppugnatâ Caniſiâ, nihil de conſtantia in extirpanda hæreſi FERDINANDUM remiſiſſe, cùm tamen illius zeli frænum vicinum Turcam exiſtimaverint; quin novis eam legibus perſequitur, & evertit. Sanxit hac æſtate, ne quis ex ſubjectis ſibi Dynaſtis vllum, qui Catholicam Religionem non amplecteretur, ad

Hiſt. Soc. PP. Anon. impreſſ. Anno 1604.

Ann. PP. Soc.

familiare obſequium adhibeat: qui refragabitur periculum fortunarum adibit, &c. Domum peramplam, & verius ſplendidum Palatium, quod in hæreſeos propagationem Proceres hæretici ad Concionatorum, Præceptorum, Scholariumque domicilium ædificaverant, in ſacrum Deo ſacrarum Virginum Monaſterium converſum eſt. Fundavit illud Sereniſſima Mater FERDINANDI. Principes ad virtutes, & pietatem Chriſtianam aliis ſuo exemplo prælucent, partim publicè, partim privatim: ſingulis penè ſeptimanis confitentur, & communicant. In 40. horarum precibus Sereniſſima mater, & filiæ elapſum communiter tempus orando continuant: FERDINANDUS demùm in partem laborum, & negotiorum, quibus penè obruitur, *ſex horis flexis humi genibus DEUM precando invitat.* Anno 1608. Ratisbonæ FERDINANDUS pro Cæſare Comitiorum Præſes veluti publica mundi lampas omnes in ſui admirationem vitæ morumq; ſanctitate convertit: octavo quoque die contractas animi labes apud conſcientiæ arbitrum confeſſione abſtergebat: rem divinam modis omnibus procurabat. *Verno jejunio talia edidit virtutis documenta, quæ meritò poſteritas in æternitatem mittat. Pridie Paraſceves cæleſti paſtus alimoniâ magno animi ſenſu, vt ſemper cum in ſumma æde quaternas admodum horas in divinis rebus poſuiſſet, domum rediit horâ ante meridiem, vbi eum tredecim annis, & pannis obſiti viri præſtolabantur. Ingreſſus, eos ſedere juſſit; tùm ſingulis in menſa perpetua collocatis, orbem ligneum, cochleare, cultrum, ſalinum, vini congialem fideliam cum cyatho itidem impleto, appoſuit. Quaterna fercula ſolus ſingulis antepoſuit, &c. Miſſus autem fuit non vulgaris, & Principi non faſtidiendus. Poſtquam ſenes ê quatuor illis catinis, quæ commodum fuit, carpſere; ſublatæ ſunt à menſa ſcutellæ à Dapiferis, inque lignea panaria, ſeu arcas ad ſingulorum genua ſedentium ſub menſa poſitæ, ſtudioſè cum ciborum reliquiis collocatæ: mox alia quatuor fercula Princeps intulit, & aſſurgere ſæpius reverentiæ cauſa volentes, humaniſſimè quietos eſſe juſſit. His eadem ratione remotis, alia quinque adſtituit, & vbi viſum fuit, condi juſſit: ita tredecim accubitoribus denatrina fercula ſunt appoſita. Poſtquam exempta fames epulis, tibialia juſſi ſunt exuere. Tum Diaconus Attalicâ veſte indutus Evangelium decantare: Princeps verò, cum ad ea verba, quibus Dominus veſtimenta poſuiſſe, captoque linteo ſe præcinxiſſe memoratur, perventum eſſet; & ipſe gladium diſcingere, linteum ſibi circumdare, humi pronus procumbere, aſtans in genua pedes pauperum ſenum lavare, extergere, oſculari, omnia verè & ſeriò.* Quid aſſidentes ſenes cæterique circumſtantes Aulici? ſtupebant admiratione: etiam ijs Dynaſtis, qui adhuc procul erant a regno DEI lacrymæ profiliebant. His ità peractis ſurgit FERDINANDUS, ſingulos nigro in veſtem panno donat, inijcit eorum collo folliculum, in quo argenteus nummus recens, aurei pretio conditus fuerat, dextram porrigit eâ vultus ſerenitate (ô benedictam dextram quam & mihi hæc ſcribenti deoſculari conceſſum Anno 1636.) vt veriſſimis ex affectibus ea data donata fuiſſe facilè ſit intellectum. Ad hoc duos ſingulis ſatellites attribuit, qui ciſtas pinguibus donis oneratas domos portarent, ſenibus ſequentibns, viamque monſtrantibus. Hæc illo die, quæ quotannis repetita

Idem Hiſto. an an. 1608.

narrat

narrat vitæ Author. Sequenti Paraſceves die ſolennis ſupplicatio pro more eſt habita tempeſtate ſatis aſperâ. Hunc pium cætum decoravit quoque Sereniſſimus cùm familia & Dynaſtis, Crucem præferente (quòd ibi non amplius novum tunc erat) ſummi templi Præpoſito: vtraque Congregatione B. Virginis comitante, & cætum Angelorum lugubre canentium ductante. *Princeps autem in omnibus templis nudâ humi, contempto pulvino genua fixit, & aliquamdiu precatus, imaginem Chriſti in Crucem acti antè ora omnium eſt oſculo veneratus.* Hactenùs hiſtoriæ ſcriptor. Illud verò ad venerationem & cultum SS. Euchariſtiæ ſpectat, quòd alius in Pragenſibus Annalibus adnotavit: ſingulari, inquit, Dei providentia accidit, vt inter Huſſitas Catholici nunquam ſolennius ſupplicationes Euchariſticas objerint, quàm hoc anno 1610. cohoneſtantibus eam Electoribus Imperij & Archiducibus Auſtriæ, heroico ſanè & digno æternâ memoriâ exemplo. Erant enim multi, qui varia impedimenta objicerent (quæ fusè deſcribit) & Sereniſſimus quidem Archidux tantum abeſt, vt his rumoribus multum permoveretur, vt etiam invitanti ad ſupplicationem dixerit: *Etiam ſi aliorum Principum nemo veniret, ego comparebo.* Adfuerunt tamen omnes: nec enim plures tunc Pragæ Catholici Principes fuerant: duo videlicet Eccleſiaſtici, Joannes Suvichardus Moguntinus, & Erneſtus Eavarus Colonienſis Electores: Duo Archiduces Auſtriæ Maximilianus Cæſaris frater, & FERDINANDUS aureo tunc vellere inſignis. Poſtquam ergò primò manè apud Metropolitanum templum Cæſareæ ſupplicationi interfuiſſet, & in veterem Pragenſem vrbem proficiſci vellent, nova rurſus impedimenta obiiciuntur: Aurigæ videlicet, & currus non inveniebantur. Doryphori, & Sariſſarij, quos *Trabantes, & Hatſcieros* vocant, aliique qui honoris, & cuſtodiæ cauſa comitari ſolent, vel non aderant, vel (quod capita abeſſent) non erant ordine diſpoſiti: denique qui prius rationibus non evicerant, de induſtria hujusmodi tricis moras nectebant, negotium q; retardabant. At optimi Principes ſimul omnes quatuor proximum conſcendunt currum, aurigam ſtatim movere jubent, ceſſatoreſq; ſive nolentes, ſive volentes ſecum trahunt. Non minore exemplo ijdem Principes poſtridie ſtatim Chriſtum comitati ſunt, cum ex Monaſterio Auguſtinianorum per minoris vrbis ampliſſimum forum ſupplicatio explicata eſt: Saxone interim & Brunſuicenſi Principibus è feneſtris ſaltem ſpectando pompam honorantibus. Profectò *major rebus mortalibus FERDINANDUS Pius omnia attigit virtutum faſtigia, cedentibus omnibus ferè vitæ Imperatricis momentis ævo dignis, in cultum Pietatis. Non aliter penè dixerim viveret Pietas, ſi naſceretur ex hominibus, & regnaret.* ajebat Pallavicinus: nec minore elegantiâ doctiſſimus Nierembergius in Theopolitico: de Ferdinande: In illius fidem Fortuna juravit, ex quo regnis ſuis initio Principatûs ſpoliatus, conſtans & ſanctiſſimè contumax in Catholicæ Religionis cultu, nihil minûs, quàm ſi rerum potiretur, non tantum fidem Romanam tutatus eſt, ſed ampliare meditatus. In hoc pientiſſimo feliciſſimoq; Principe inviolabile Religionis & Fortunæ fœdus miramur, cujus pietati invictæ vincta hactenus felicitas fuit; æquè fidelis ipſi Fortuna (rarum miraculum) quàm ipſe

Lamorm. vitæ. c 26.

Script. Annal. ad an. 1610.

Pallavic. in Ferd. II. fol. 158.

Nieremb. in Theopolit. P. 2. lib. 1. cap. 5.

Deo &c. Tam pius Princeps, tam felix esse debuit; neque tutò tam felix esset, nisi Pius. Attingamus verò etiam, quæ in aliis laudavimus, piæ in FERDINANDO liberalitatis argumenta, Clero Paroecias illisque adjuncta Sacerdotia in Bohemia cæterisque Austriacis Provinciis penè innumera restituit. Canonicornm Collegia plurima, & Viennense in primis novis transcriptis opibus auxit. Quatuor fundandis in Bohemia Episcopatibus dotem constituit. Pragensem Archiepiscopatum, quem FERDINANDVS I. instauravit, secundus annuis florenorum quatuor & viginti millibus appositis locupletavit. Strigoniensem in Vngaria Primatum exsolvit onere, quo viginti quotannis florenorum millia ad Novæ Arcis præsidium cogebatur pendere. In Austria ipso sui Regiminis exordio statui Ecclesiastico quadraginta florenorum millia Principi gubernanti quotannis pendi solita sponte remisit &c. E Religiosis familiis nulla est, quæ Cæsaris in se amore jure non glorietur. Plures primus ipse induxit in Austriam, Bohemiam, Styriam. Clericos regulares S. Pauli, Camaldulenses. S. Francisci de Paula Cænobitas. Carmelitas Discalceatos vtriusq; sexus, S. Augustini Eremitas Discalceatos, Benedictinos ê monte Serrato ab Hispania huc profectos. Servos B. Virginis, Fraciscanos Hibernicæ Congregationis. His autem aliisque, aut ex integro Cænobia fundavit, aut ab aliis fundata splendidè juvit. Erexit Societati IESU nova domicilia decem, Domos Professas duas, alteram Viennæ, alteram Pragæ: Domos Probationis totidem, Leobii in Styria, & Viennæ. Collegia sex, Labacense in Carniolia, Clagenfurtense in Carinthia, Goritiense in Foro Julio, Kuttenbergense, & Lithomericiense in Bohemia, Glogovience in Silesia. Collegii & Acadamiæ institutæ tàm Græcii à parente Carolo, quàm Pragæ ab avo Ferdinando vectigalia censusque annuos, in duplum aut etiam triplum auxit. Insigni subsidio juvit Passavience quòd Leopoldus Archidux frater, Lincense & Brunense, quæ Matthias & Rudolphus Cæsares fundaverant. Similiter in Moravia Olomucense, Iglavience, & Znoymense, Zagrabiense in Slavonia, Jaurinense in Hungaria, Fluminense in Istria, (imò Liburnia) Tergestinum ad mare Adriaticum, Styrense in superiori Austria, & alia plura. Hæc omnia author vitæ Guilielmus Lamormaini, qui ejus conscientiæ arbitrum egit vsque ad obitum. O; *faceret Deus, FERDINANDOS ejusmodi plures orbis haberet;* At quòd aiebat alter FERDINANDVS Colonienses Elector, auditâ morte FERDINANDI: FERDINANDO SECUNDO, nunquam, nunquam parem habebimus. Quid mirùm dixisse Carolum Carafam Apostolicum Nuntium anno 1624. apud eundem Ferdinandum: *Post Constantinum FERDINANDO non fuisse parem Imperatorem.* Et Turcam magni nominis interroganti Bassæ Budensi, quî factum esset quòd *FERDINANDVS* minimè militaris de Suecorum Rege triumphasset; respondisse: *FERDINANDVS sanctus est, Deus cùm illo est, & pro illo pugnat.* Non credo tam sanctæ Domus propaginem posse exarescere. Virebit illa, quamdiu zelus Religionis Catholicæ, & pietas in illa efflorescet. *Vos superi cum tanti viri plausibus satis esse tellus non possit, vestros de cælo addite: acclamate, & dicite: HÆRESEOS FULMEN, ECCLESIÆ CLY-*

Lammor. vitæ c. 38.

Auth. Phos. P. 3. c. 2. §. 6. Lamorm. vitæ cap. 30.

Pallavic. fol. 158. in Ferd.

*CLYPEUM, IMPERII CORONAM, PIETATIS ANTISTITEM, SACRARIVM AC TEMPLUM FERDINANDVM.*

## §. XIII.

## *FERDINANDVS* III. *SAPIENS.*

ECquis Te Magna anima ſatis exprimat ſtylus, Ter Pie, Ter Juſte, Ter ſapiens FERDINANDE III? Tria hæc III. Ferdinandi, erant Tria fulcra Anſtriacæ Domus. Quæ aliàs orbi inſiſtebat Fortuna volubilis; firmata eſt Auſtriaco Tricolumnio. *Fidei Catholicæ zelus, Euchariſtiæ veneratio, Immaculatæ Conceptionis propugnatio*, hæc ſunt, quibus cœpit aſſurgere Habſpurgo-Auſtriacum Imperium; & hactenùs ſuſtentatum eſt firmamentis. Paternarum virtutum hæres FERDINANDUS inhærens paternis veſtigiis quanta egerit pro Catholicæ fidei propagatione, recens apud omnes, qui eum noverunt memoria eſt. Bella illi nonniſi ad hæreſes tollendas ex Imperio, & ſanciendam in vnitate fidei animorum concordiam, quòd jam olim beatæ recordationis Ferdinandus pater vaticinatus aiebat: *Placere ſibi FERDINANDUM filium eſſe in Romanorum Regem electum; non quia filium videret in ſolio, ſed quia in ſolio virum videret, cui regula regnandi imperandique eſſet futura divini honoris cura, & Catholicæ Religionis propugnandæ zelus, ſubditorum & patriæ ſalus: hæc eſſe veræ Politicæ artis laudanda principia.* Lamorm. in vita cap. 20. Et verò, vt talem ſe exhiberet FERDINANDUS, tametſi vndique impetitus ab hoſtibus, purgare tamen Auſtriam ſuam ab hæreticorum reliquiis magno animo contendit: Miſſionarios à PP. Societ. IESU plures obtinuit, quos pro zelo inſtituti ſui noverat gnavos in vinea Domini operarios. Unde felici ſucceſſu plurimas animas ad verùm ovile Chriſti reduxit quià, vt aiebat FERDINANDUS pater in ſupremæ ſuæ voluntatis Codicillo, ad promovendam Catholicam Religionem, ac hæreſes extirpandas: *vtile præ cæteris medium eſt Eccleſiaſtici ordinis viros ac Sacerdotes colere, tueri diligenter, eorumque incrementum quærere, & promovere*: obtemperavit ſapientiſſimus filius FERDINANDUS III. paterno monito: *Noſtrum natu maximum filium, regnaturum Dominum, FERDINANDVM Erneſtum, omneſque noſtros liberos, hæredes, ac ſucceſſores, paternè prorſus ac benevolè monemus, eiſque injungimus; vt ipſi, is verò præſertim, qui pro tempore regnabit, Sacerdotes, cæteroſque Eccleſiaſtici ordinis homines, eorum Domus, templa, Monaſteria, fundationes, temporalia bona, juraque commendata in primis habeant; eos honorent, ament, quàm maximè poſſunt, protegant & propugnent.* Lamorm. in vita Ferd. II. cap. 25. Quòd quàm egregiè executus ſit Ferdinandus Tertius, aliorum labor in faſtos referet. Hoc ſatis dictum eſto: in affectu & Benevolentia ergà Eccleſiaſticos & Religioſos omnes, nihil à patre receſſit filius, virtutis parernæ æmulator. Sed neque in veneratione SS. Euchariſtiæ quidquam conceſſit majoribus. Author Phoſphori de eo: *FERDINANDVS III. glorioſiſſimus quondam Cæſar, uunquam, ne in caſtris quidem, & inter armatas legiones publicum Euchariſtiæ cultum omiſit. Idcircò cùm arctiſſimâ Ratisbonam obſidione, eo tempore cingeret, quo Eccleſia Sacramenti hujus cultui octiduum impendit, ſupplicationes in* Auth. Poſp. P. 3. c. 4. §. 5.

*ca-*

*caſtris ſuis Chriſtiano peragi ritu imperavit. Comitabatur ipſe ſingulari pietatis exemplo, quem Tribuni, Centuriones, milites armati, clangentibus tubis, bucciniſque, & reſonantibus tympanis diffuſa latè ardentium facum luce, ſequebantur. Accedebat ingens machinarum ænearum, velut in triumpho fragor, quo omnia circumquaque perſtrepebant. Vicit vrbem piiſſimus Imperator, & victoriam iſtam tantæ pietati debitam, cœlum indulſit.* Solenne illi fuit ab adoleſcentia publicè inſpectantibus Aulicis antè Euchariſticum ferculum procumbere, & horas integras abſumere in adorando ſub panis ſpeciebus Deo, quo Domui ſuæ felicitatem ſanciret, ſolenne ad divinum epulum accumbere, & ſuo exemplo Proceres ad imitationem impellere. Quo verò affectu proſecutus ſit *Immaculatæ Conceptionis B. V.* myſterium, qui facta ejus immortalitate digna commedaturi ſunt poſteri, citrà periculum aſſentationis, non citrà veri limites ſcribent. Omnes anteriores non modo Cæſares, ſed & Principes in ſtudio promovendi cultum *Immaculatæ Conceptionis* tranſcendit Pietas Ferdinandi. Pro ejus definitione impetranda literas deditad Urbanum Papam VIII. Viennæ Auſtriæ Sodalitatis Virgineæ Albo anno 1624. nomen intulit, & an. 1634. alterius Sodalitatis ſub titulo Immaculatè Conceptæ matriculæ regali manu inſcripſit *Pietate & juſtitia FERDINANDUS.* Anno 1640. in Lovanienſi Albo hæc omninò ſcripſit: *Illius ego cætus ſub invocatione Tua congregati Auguſtiſſima Maria me libens & meritò vnum profiteor. Tibi ergò me meoſq;, Conjugem, ac liberos; Tibi Romanum Imperium, cui me Deus præfecit, Tibi regna à majoribus accepta: Tibi Tutelæque tuæ populum & exercitus meos, Tibi Tuoque filio militantes committo. Tu me in Tuum admitte, qui Filio tuo, qui Tibi, qui vtriuſque honori vivo, regno, pugno. Tuus igitur ego ero ô Maria, Tui erunt quicunque mei. Tuæ erunt ditiones, & regna mea, & Imperium. Tui populi & exercitus. Tu eos protege, Tu in eis Vince: Tu in eis regna: Tu in eis impera. Ità voveo anno 1640. Tuus Pietate & Juſtitia Ferdinandus.* Sed nihil ad Auguſtiſſimæ Domus perennem memoriam illuſtrius, nihil ad conteſtandum Auſtriacæ in Deiparam Pietatis affectum ferventius ab vllo hactenùs ſive Regum ſive Imperatorum geſtum eſt, quàm cùm FERDINANDUS Ter pius, Ter juſtus (quòd viderunt oculi noſtri) anno 1647. in foro Aulico antè Eccleſiam Domûs Profeſſæ Societ. IESU Viennæ ſolidam ê mettallo columnam ſtatuit, eiq; ſignum Immaculatè Conceptæ Virginis ſuperim poſuit, & inſuper ſolenne nuncupavit votum coram SS. Sacramento, priuſquam id de manu celebrantis ſuſciperet, de peragendo ſolenniter feſto annuo *Immaculatæ Conceptionis* cùm pridiano Jejunio: cui devotioni hactenùs nihil ſimile orbis vidit. Rei ſeries non ſemel Typo commiſſa eſt. Nos ſolùm voti formulam hic annectimus: *Omnipotens ſempiterne Deus per quem Reges regnant, in cujus manu ſunt omnium poteſtates, & omnium jura Regnorum: Ego Ferdinandus coram Divina Tua Majeſtate humiliter proſtratus, meo meorumque ſucceſſorum, & Inclytæ hujus Provinciæ nomine, Immaculatam Filij Tui matrem ſemper Virginem MARIAM, hodie in peculiarem Dominam & Patronam hujus Archiducatûs invoco, & aſſumo; inſuper voveo ac promitto ejusdem Immaculatæ Conceptionis feſtum, quòd cadit in diem 8. Decembris, ſolenniter etiam quoad forum in hac Provincia quotannis, prævio more Eccleſiæ conſueto*

Alb. Sodalit. Lavanienſ. imp.

*ſueto jejunio in ejusdem pervigilio celebrandum. Te deprecor ſummè Cœli Terræque Imperator, qui quod Matri Tuæ impenditur, Tibi impenſum reputas, votum hoc meum, quod ſuggerere clementer dignatus es, benigno favore proſequere, atque ad protegendum me, Domum meam, populosque mihi ſubjectos dexteram Tuæ Majeſtatis extende,* Amen. Ità FERDINANDUS vovens: ne verò ſolus voveret, biennio poſt in eandem pietatem attraxit Vniverſitatem ſuam Viennenſem, ità vt jam nulli ad gradus vel Cathedras vllus aditus pateat, niſi prius Juramento emiſſo propugnandi, aſſerendi, puriſſimam ſine originali Conceptionem Virgineam. Narrabunt alij ejus Fundationes, quas inter inſigne Cœnobium Paulinorum extra portam Carinthiacam Viennæ, Cœnobium Carmelitarum trans pontem Danubianum, S. Mariæ de Monte Serrato Benedictinorum extra portam Scotenſem, quod vna cum conjuge Maria condidit. Monaſterium item in via regia ad SS. Sebaſtianum & Rochum pro Auguſtinianis Patribus Eremitis. Narrabunt alij ejusdem Auguſtiſſimi Pietatem, qua & Magnam DEI matrem in publicis ſupplicationibus coluit, & populo vt ardentius exemplum imitaretur, author fuit. Quomodo anno 1638. Pragâ Boleslaviam vſq; ſupplicationem inſtitutam cum Icone Deiparæ (quæ ſeptennio ab hæreticis detenta fuerat, & magno pretio redempta) comitatus ſit, proſequitur in ſua Diva Boleslavienſi Balbinus: vbi teſtatur, non ſuffeciſſe piiſſimo Cæſari ad longum ſpatium extrà vrbem in ſupplicatione vniverſum populum antecedere, ſed etiam Boleslaviam prævenire, delatæ per Prælatos Imagini occurrere, in Eccleſiam deducere, ſermoni Bohemico intereſſe, per proprium inſuper Oratorem in eadem Eccleſia Iconem Virgineam ſalutare placuit, eiq; magni pretii dona offerre: vt jam *nemo ætati noſtræ tam iniqvus ſit, qui Comnenos aut Zemiſces, aliosq; ejusmodi Imperatores ac Duces, quos cum Beatiſſ. Virginis Imaginibus triumphaſſe legimus, in Auguſti noſtri exemplo deſideret.* Eidem porrò imagini rurſum periclitanti, & maturè ſubductæ, Viennamq; delatæ, quantum honorem Auguſtus exhibuerit, libet verbis ejusdem Authoris adferre: Habitabat divæ noſtræ effigies Viennæ: non poteſt facilè explicari Auguſtiſſimi Imperatoris, & Imperatricis Mariæ in hanc ſtatuam amor, & ex hac tenerrimæ pietatis ſenſus: quotidie flexo ante eam genu ſe & regna ſua commendabant; quotidie ante eam ſacrificium Deo offerri volebant, cui humillimâ pietate ipſi intererant: quin ädeò cum iter facerent, eam ante currum ſuum lecticâ eleganter adornatâ portari jubebant, eam eſſe veram Imperatricem dictitantes, quam ipſi vt Satellites, non Imperatores ſequerentur: Hoc pacto ſacra imago primum in Hungariam Poſonium ad Comitia, deinde cum eodem Cæſare ad caſtra; verbo quocunq; Auguſtos proficiſci contigit, ferebatur ſumo ſemper Aulæ honore. In itineribus cum ad hoſpitium veniretur, imago non alio in loco, quam in conclavi Imperatoris ponebatur: & erant tum tempora, quæ Divæ noſtræ opem, privatim etiam requirebant, cum Auguſtiſſima Imperatrix Maria vterum ferret. Glorioſum certè, & palmare prorſus ſuper reliquas Dei Matris Imagines debet haberi: quod ante eam Beatiſſimæ Dei Matri, à Matre commendatus feliciſſimo partu in lucē editus eſt an. 1640. die 9. Junij *Auguſtiſſimus Cæſar Leopoldus Ignatius*,

Caſp. Maurer. in deſcript. Vienn.

Balbin. in hiſt. Balesla- lib. 7. c. 20.

Idem ib. c. 21. fol. 69.

quem Eccleſiæ, Romano Imperio, omnium Regnorum bono, ac præcipuè ſuæ Inclytæ Domûs poſteritati ſervet Divinitas! Nec ingrata *Imperatrix Maria*, hanc ſacram Imaginem tot ex oriente, & tam pretioſis gemmis ornavit, vt omnia quæ hactenus vnquam appenſa ſunt Divæ, gemmarum pretio, & raritate ſuperaverit. Poſthæc Imperatrix quamdiu Imago penes Auguſtos fuit, ante eam quotidie cum vniverſo Gynæcæo Roſarij penſum horâ ſextâ veſpertinâ perſolvebat, quæ omnia Illuſtriſſimâ Comite Franciſcâ Slavatinâ Cæſarei Infantis Leopoldi educatrice referente, nuper didici. Hæc omninò Balbinus, qui & addit ex Bilekio aulam Cæſaream huic Imagini tribuiſſe, quod Anno 1641. Ratisbona à Panirio cum exercitu obſeſſa liberata ſit, cum ei ad caſtra ſecum delatæ Cæſar ſuum, Principum, & Urbis periculum aliquot ſacrificijs ante eam peractis commendarit. *Eant in immenſum felicis curſus imperij*, (in poſteris) *nec humanorum terminos curent, qui ſemper divina meditantur.*

Naz. in Paneg. Conſt.

## §. XIV.

## *FERDINANDUS IV. REX ROMAN. AMABILIS.*

FErrea ſecula, ferrea nomina, aureos tamen Principes orbi exhibent, eosque non tam à virtute generis, quàm generoſitate virtutis commendabiles. Phœnicem Auſtriacum appellavit FERDINANDUM IV. Encomiaſtes, qui defuncto funebrem Panegyrim dixit, quem ſcilicet vnum ferunt ſingula ſecula, nec niſi in Auſtriaca Domo. Avi & parentis mores delineabat in ſuis. Adhuc infantulus, ſi quandoque contingeret per Aulæ forum ad ægros transferri ſacrum viaticum, ad æris ſonum accurrebat, crucis ſignum efformans, & genua flectens. *Quis ſatis mente conceperit*, inquit Panegyriſtes, *vel voce expreſſerit FERDINANDI, ſive dum ſacris intereſſet, ſive cum cœleſti Euchariſticoque accumberet epulo, in illud ſalutis pignus hæreditariam Pietatem?* Et inducens loquentem Viennam Urbem: *Vidi inquit Vienna, & obſtupui tenerum adhuc infantulum, ſi quandoque contingeret per Aulæ forum ad ægros transferri ſacrum viaticum, ad æris ſonum feneſtris adcurrere, genua flectere, crucis efformare ſignum, jamque humi reverenter dejectis, jam in ſacram Hoſtiam peramanter defixis oculis prono corpore benedictionem expetere; quando vero virginali modeſtia, pietate plus quam humanâ, reveventiâ omnino Angelicâ cùm ſemper alias, tùm verò præcipuè vix vno ante obitum menſe ſolennibus Chriſti Corporis ſupplicationibus, ardente ſole, aperto capite, iteratis vicibus per publicas, & in longum abeuntes vrbis plateas pedibus incedentem conſpexi, tum enimverò in pleniſſimas ſolatiorum reſoluta ſum lacrymas: & vt cœleſti hoc ſæpius ſatiari poſſem ſpectaculo, in alia aliaque repetitis curſibus procurrebam vrbis compita, &c. Neque ſemel veriſſimæ illæ, & totius Auſtriæ atteſtatione firmatæ excipiebantur etiam ſapientum voces, majorem nec à diſciplinatiſſimis Religioſi Ordinis Tyronibus exigi vel modeſtiam, vel pietatem potuiſſe.* Addit deinde etiam vrbis Ratisbonenſis ſenſum,

Tho Dueller. in Funebri.

in

in qua curru quo vehebatur exiliit, vt transeuntem in Eucharistico ferculo Deum adoraret: *Ratisbonam audiamus de suis solatiis pauca perorantem. Cum omnia inquit in Ferdinando forent admiranda, famam tamen virtutibus (quod de Salamone aliquando Sabæ Regina dixerat) pietate præcipuè superabat. Meis ego nisi vidissem oculis, nunquam crèdidissem. Sed vidi tamen Regem Ferdinandum cùm publicè per vrbem veheretur, atque interim panis Eucharisticus ad moribundum deferretur, sistente vniverso comitatu è curru prosilere, sordidamq; in humum regia pervolvere genua, totoq; plaudente cælo, totius corporis animiq; vi Deum adorare, &c.* O dignam æternitate virtutem! Jam promittebat in flore quanta esset mundo exhibiturus in fructu, nisi præmaturus cælo videretur in flore. De pietate verò FERDINANDI in Deiparam, idem Encomiastes hæc depromit: *Sic totus in ejusdem Virginis jura transiverat, vt cum se totum illi devoveret in Filium, totam etjam haberet patrocinantem matrem, certaretque cum matre filius, cùm filio mater, magisne ille promptus esset in obsequiis, quàm illa in gratiis cumulandis.* Quale obsecro hoc certamen? Nimirum mater ejus MARIA tunc Regina Hungariæ & Bohemiæ, fœtu gravida *cæli Reginam MARIAM voto rogabat, impetravitque in ipso Divæ Virginis Nativitatis die felicissimam FERDINANDI nativitatem.* Anno deinde 1644. vndecennis eadem Marianæ Nativitatis die vna cum Augustissimo parente, patruoque Serenissimo Leopoldo Wilhelmo Eberstorffij primùm publicè Sacro epulo accubuit, & divinâ synaxi refectus est. Anno 1646. die 5. Augusti, quæ Virgineis honoribus ad nives Sacra est Pragæ Rex Bohemiæ est coronatus. anno 1654. jam ante Rex Romanorum salutatus ægrotare cæpit die Virginis visitantis, *& ejusdem Octavæ diei initio non sine prævio novoque MARIÆ patrocinio (cum antea sive â sensibus alienus, sive præsens sibi hinc Sacram se conspicere hostiam, inde sibi benedicentem Deiparam constanter affirmasset, sumpto in manus Lauretano Cereo plenè rationi restitutus perfectam de peccatis instituit exhomologesim, suæque in matris gremio Marianè omninò, hoc est castissimè, & singulari Virginis Virginum favore munitus, Princeps in omni vita incorruptus obdormivit.* Ejus porrò vicaria in virginem obsequia fuere quàm plurima. Non satis habuit FERDINANDUS privatas sæpè recitare precatiunculas; pàlam Rosarium piumq; libellum volvere, ejusdem sodalitiis manu propriâ Regium nomen inscribere; ad solitum quotidie Angelicæ salutationis pulsum relictis omnibus genua flecterè: frequentissimè ad saxeam publico in foro erectam Immaculatæ Conceptionis statuam supplex accidere; iteratis votis suas populorumque necessitates deprecari; verùm etiam Leonem *Imperatorem hujus nominis sextum æmulatus, artificio novo, labore Regio, affectu Marino, varia sanctissimæ Virginis sic in vnum collegit Elogia, vt quæ passim Sacris in Litaniis invocationis ritu haberentur, eadem in filiales salutationes deservirent.* Opus sanè dignum Mariano filio, Regeque FERDINANDO, dignum quòd anno 1653. typis excusum, iterùm iterumque recudatur. Illustriora adhuc virtutis ejus specimina secuturis temporibus admirabundi spectassemus, nisi feliciter oriens Austriacæ gloriæ sidus in ipso ævi & Imperij diluculo occubuisset.

Idem qui supra

## §. XV.

## *LEOPOLDUS IMP. INDUSTRIUS.*

LEOPOLDUS AUGUSTUS Imperator Primus nomine, nobilitate, virtute, noſtrâ non eget Panegyri, ipſe ſibi Panegyris eſt, dum omnem majorum ſuorum virtutem amplectitur, vt meritò dicere poſſit: *Et documenta damus, quâ ſimus origine nati.* Zelus propagandæ fidei Catholicæ, illum impulit ad reducendam Hungariam in verum Chriſti ovile, cui animo infracto, cum maximis fortunarum profuſionibus aliquot jam annos inſiſtit; etverò jam multa millia animarum Romanæ Eccleſiæ vindicata gloriari poteſt: adeò vt ſolum anno 1675. numerata ſint octodecim millia ad Catholicam Eccleſiam Romanam reductorum. Illa verò quotidiana ſunt feſtis Deiparæ ſacro epulo accumbere, ſtatis horis Deum in Euchariſtia latentem adorare, ſi ad ægrotos deferatur è curru proſilire, & in luto etiam genua flectere, quod anno 1672. Vienna vidit: ante ſtatuam Immaculatæ Conceptionis prociduum palàm in foro concurrente totius vrbis populo ingeniculari: Litaniis ibidem Sabbathinis intereſſe, Euchariſticum ferculum annua Theophoriæ ſolennitate per vrbem devotiſſimè comitari: Immaculatæ Conceptionis cultum omni conatu promovere. Ejus precibus & inſtantiis SS. Dn. Alexander VII. anno 1664. die 12. Novembris, *Officium & Miſſam Immaculatæ Conceptionis cum octava impoſterum de præcepto recitari, cum lectionibus in Octavario Romano à Congregatione Sacrorum Rituum approbato contentis, conceſſit in ſingulis Regnis & Provinciis dictæ Imperatoriæ Majeſtati ſubjectis.* Hæc à patre, & avo hæreditavit LEOPOLDUS Marianæ devotionis ſtudia; hanc de Immaculatæ Conceptionis cultu promovendo *digniſſimam ſummis Principibus curam, Deus regnorum omnium conditor, & arbiter maximis etiam contrâ hoſtes victoriis ſemper & præmiis honeſtavit.* Expertus id ipſe LEOPOLDUS, cum ingens Ottomannici furoris colluvies in Auſtriacas terras effuſa jam Hungariæ, jam Styriæ, & adjacentibus Hæreditariis Provinciis internecionem, & excidium minaretur. Copiæ Cæſareæ nec dimidio æquabant hoſtilem exercitum: egebant præſidio, & perirent niſi præſidio è cœlis petito ſervarentur. Accurrit LEOPOLDUS ad Generaliſſimam familiæ Auſtriacæ, ad *Immaculatè Conceptam*: indicit in Styria, Carinthia, Carniolia (quibus periculum imminebat) votum celebrandi annuè ſolenniter etiam in foro cum pridiano jejunio *Immaculatæ Conceptionis* feſtum. Id quod illicò obſequentiſſimæ Provinciæ præſtiterunt. Et ecce nondum anno evoluto, ſubſidit hoſtilis furor, retroceſſerunt barbari, pacem quam violaverant, petierunt; reddita quies Provinciis. Cui hoc referamus acceptum poſt Deum, niſi Auſtriacæ pietati erga *Immaculatam Conceptionem* Deiparæ? Sic per MARIAM Auſtriaci regnant, imperant, vincunt, pacem ſtabiliunt. *O Auſtriacorum Regum pietatem, cui cæleſtis Imperatrix tam manifeſtè, & piè adfavet;* Credoego per vnam hanc Pietatem Auſtriacam LEOPOLDUM AUGUSTUM è mille hactenùs periculis ereptum, hoſtiles inſidias declinaſſe, vitam ſæpiùs impetitam ſervaſſe, & porrò

Ovid. 1. Metam.

Decret. S. Cong.

Bouchorn. in Dedic. Legat. Hiſpan.

Nieremb. in Dedic. Except. Trident.

ſervaturam. Eadem Pietas excitavit magnam LEOPOLDI animam, vt longâ hæredis exſpectatione ſolicitus ad Divûm opem implorandam ſe converteret. Occurrit Matris Virginis Virgo ſponſus JOSEPHUS, cui publicum & ſolennem in ſuis Provinciis indixit cultum, & Patronum delegit adverſus *Hæreditarium hoſtem.* Ambigua vox paſſim accepta pro hoſte Turcarum Tyranno, ſed peior ille fuerit, qui hæredem Auguſtæ familiæ invidebat: adverſus vtrumque tamen profuit invocaſſe auxiliatorem JOSEPHUM. Nam anno exacto JOSEPHUS hæredem dedit JOSEPHUM, & cohibuit hactenus Aſiæ Tyrannum intrà ſuas metas. Dicere liceat veſtro ſuffragio ô ſuperi! *Germinabunt è magna ſtirpe ſuccedanei Heroes. Ibit in ſecula Regum, Cæſarumque fœcunda poſteritas per faſtos æternitatis glorioſiſſimos, Regibusque ac Divis Cæſaribus videbit*

Palla vic. in Ferd. III. f. 168.

*Permixtos heroas, & ipſa videbitur illis,*
Majorque maximo ſi fieri poterit Parente Filius imperabit, & Nepos.
*Pacatumque reget patriis virtutibus orbem.*

Virg. Elog. 4.

# CAPUT IX.

## NONA PRÆROGATIVA.

### *Auſtriaci Reges CATHOLICI Antonomaſticè, Et Archiduces ſingulariter Pij.*

IMperatoribus ſuccedunt Reges Habſpurgo-Auſtriaci, re, & nomine CATHOLICI antonomaſticè, quatuor Philippi. Addemus aliquot vtriuſque ſexûs Archiduces à pietate ſingulariter celebres, quorum geſta in manus inciderunt. De omnibus diſſerere ingens foret labor & liber, quem aliorum curis dimittimus. Mirum ſanè hactenùs nemini in mentem veniſſe, vt quæ ſparſim editæ ſunt vitæ Auſtriadum, in vnum volumen colligeret; aut ea, quæ de eorundem pietate in variis auctoribus diſperſa leguntur, ſimul collecta orbi legenda proponeret: operæ facturus pretium, quiſquis id attentaret. Non dico vt omnem ſingulorum vitæ ſeriem deſcriberet, ſed illa ſolùm excerpenda eſſent, quæ pietatem concernunt. Politica proſecuti ſunt multi, Sacra rari attingunt, vel aliis operibus inſerunt incidenter.

### §. I.

### *De Fidei zelo, Catholicæ Religionis ſtudio, & Pietate in Auſtriacis Regibus Hiſpaniæ.*

### PHILIPPO I. ET PHILIPPO II.

PHilippus I. rex Hiſpaniæ, Maximiliani I. Imperatoris filius Archidux Auſtriæ. Nullum æquiori jure orbis Chriſtiani Hiſpanæ Monarchiæ hæredem ſcribere poterant Ferdinandus & Iſabella Catholici Reges, quàm Auſtriacum. Ab hac ſiquidem Domo Conſtantiſſima fidei Catholicæ conſerva-

trice ſola ſperari potuit juſtiſſima Cartholici tituli ad poſteros tranſmiſſio, in qua nullus vnquam repertus, qui Romanæ Catholicæ fidei renuntiaſſet. Huic in vera fide conſtantiæ jnngunt Auſtriaci Pietatem Marianam, meritò etiam Reges, & Principes Mariani, PHILIPPUS I. Maximiliano I. & Mariâ Burgundâ genitus pietate in Deum ac Deiparam à parentibus hauſtâ, meruit hæres fieri eorum Regnorum, in quibus anteceſſores ſuprà ſeptuaginta templorum millia, potiori ex parte dicata Deiparæ ſumptuoſiſſimâ liberalitate excitarunt. Atq; vt Chirographo ſuo quòd gerebat in corde exprimeret in charta, Toletano Sodalitio Immaculatæ Conceptionis Soceri exemplo nomen dedit: cùm vti notant Ciſmontani: *Hiſpaniæ Reges à Ferdinando & Eliſabetha omnes vt Patroni & confratres adſcribantur.* Dudum in choata hæc Confraternitas anno primum 1510. à Franciſco Cardinale Ximenio approbata eſt. Conſtitutiones præterea Regum Aragonum & Navarræorum, præſertim Joannis II. qui erat avus Joannæ conjugis in viridi obſervantia cùm ſocero retinuit, in quibus magni favores Immaculatæ Conceptionis myſterio exhibentur.

Ciſmont. Regeſt. col. 153.

II. PHILIPPUS II. Auſtriacus Rex Hiſpaniæ, Caroli V. filius, Philippi I. nepos Rex Catholicus, patre maximo natus non minor filius. Olim à Philippo gignebatur Alexander, jam viceverſa ab Alexandro Auſtriaco Carolo natus eſt Philippus, REGUM MAXIMUS, Idea patris, ſibi tantùm & ſuis ſecundus; *in cujus pectore Religio ſibi ſedem elegerat, ſuſcepto Belgarum Imperio, ſtans coram Cæſare parente, ſolennibus verbis cultum divinum ſuis omnibus in Regnis Provinciisque conſervaturum ſe juravit. Ea Regiæ inaugurationis formula eſt, ſed rationem adjecit, quòd certiſſimus eſſet, cæleſte auxilium nunquam ſibi hoc in conatu defuturum. Opes ſibi magnas eſſe, eas libenter pro Catholica Religione impenſurum.* Et verò id re ipſa fecit: plures enim novos Epiſcopatus in Belgio erexit, eiſque præfecit Antiſtites, qui collabentem Religionem doctrinâ exemploque fulcirent. Duaci Academiam inſtituit ac dotavit. Toleti Xenodochium, Olyſſipone Domum Catechumenotum magnâ liberalitate erexit. Cùm Carolo IX. Gallorum Rege fœdus iniit ad extirpandos ex vtroque Regno hæreticos. Hiſpali, Pinciæ, ad S. Audomarum in Germania Inferiore & alibi ſeminaria erexit, & dotavit, juventuti literis imbuendæ. Brugis in Flandria Societati IESU Collegium condidit, alia plura dotavit, Olyſſiponenſe, Calaritanum &c. Ordini Minorum plurima contulit beneficia Conventui Raguſino in Dalmatia, S Juliani propè Segobiam in Hiſpania, Dominæ noſtræ de ſpe Occaniæ in Caſtella, cujus ædificium à fundamentis novum conſtruxit. Idem egit ad Corunniam in Gallæcia, Atrebati novum iisdem Patribus condidit Cœnobium, Perpiniani Clariſſis Monaſterium. Ad muros oppidi Valentiæ conventum PP. obſervantibus, & alium prope Gattam Hiſpaniæ vrbem, alium Moxenti in regno Valentiæ, alium Inſulæ in Cathalonia, Cubæ in Hiſpaniola Conventum S. Jacobi, alium Comainquæ in nova Hiſpania, & plura in Phiippinis Inſulis, plura alibi, de quibus videri poteſt Franciſcus Gonzaga. Ejus tempore ordo Monialium Conceptioniſtarum triginta & pluribus domiciliis auctus eſt, inter quæ, ſunt etiam, quæ PHILIPPUM agnoſcunt Fundatorem. Hiſpali & pluribus

Auth. Phoſ. P. 3. c. 2. §. 6.

Ciac. in vit. Pontif. fol. 1621. Anu. PP. Soc. Roll. To. 2. Jan. f. 511.

Hiſt. PP. Soc.

Franc. Gonzagade orig. Franciſca.

Ciſmont. Regeſt.

pluribus aliis locis Domos Inquiſitionis erexit. Templum Divo Laurentio in Eſcuriali magnificentiſſimum condidit, *in quo tot tantaquæ videre licet, vt dubium ſit, quid potius admireris, præſtantiamne Religionis, quâ tot Patres ordinis S. Hieronymi vivunt, an ſacrarum numerum Reliquiarum eo loci ſervatarum, an inæſtimabilium divitiarum, gemmarumque, quibus illa decoratur, an exquiſitiſſimam inſtructiſſimamque ſanctæ Domus illius Bibliothecam, an Collegium & Seminarium ibidem fundatum, præter alia prorſus admiranda ſtupendaque.* Ità Ribadeneira, qui addit in margine: *Templum in Eſcurali Miraculum Europæ.* Quis omnia enumeret, quæ ex inexhauſto Cornucopiæ Auſtriaco in gloriam Numinis & ejus Eccleſiæ profudit PHILIPPUS. Porrò quantâ curâ Catholicam fidem ſuis commendatam voluerit, teſtatur vox illa, quam mirabitur ſera poſteritas: *ſi eveniret vnquam, vt filius meus hæreſim amplexus, ab Eccleſia Romana deficeret, ligna quibus ille concremaretur, vltrò ipſe ſubminiſtrarem.* Cùmque inaudiſſet graſſari cœpiſſe hæreſim in Belgio, Proreges eo deſtinavit, qui enaſcens hoc lethale virus extinguerent, generosè inquiens: *Malo, ità eſt, malo cadere dominio Belgij, quàm habere Belgas hæreticos.* O vocem dignam Imperio! De affectu ejus in SS. Euchariſtiæ Sacramentum illud ſingulare. Interfuit aliquando de more ſuplicationi Corporis Chriſti, nudo capite, facem manu geſtans ardentiſſimo tunc ſole, qui recta eum feriebat: Medicus accedens monere auſus eſt, ſi pergeret aperto capite diutius incedere, ſolem illi valetudinis periculum creaturum: at Rex: *Mitte timorem*, inquit, *ſol ille, qui in cœlo ardet nihil incommodi poteſt illi afferre, qui hunc ſolem divinum adorat.* Sanè vti ad hanc narrationem adjungit Pallavicinus: *Merebatur ſine vmbra tam luculenta Auſtriaci Monarchæ pietas in aperto eſſe, ſub gemino ſole poſteritati omnium ſeculorum.* Marianis honoribus maiorum more addictiſſimus non ſolùm nomen Albo Confraternitatis Immaculatæ Canceptionis intulit, ſed & (quod palmare eſt) conſtitutionem Joennis II. Navarræ regis inſeri curavit anno 1585. compilationi Conſtitutionum Regiarum: adeóque ſtrictiſſimè (vti Joannes II.) prohibuit ne quis in Auſtriaco-Hiſpanis Regnis contrà *Immaculatam Conceptionem* verbum vllum loqueretur, quòd in illa Joannis conſtitutione decernitur: *Prohibemus & mandamus ne vlla perſona cujuſcunque ſtatus vel conditionis fuerit, præſumat publicè vel occultè diſputare, affirmare, aſſeverare, prædicare, vel dicere, quod Virgo MARIA fuerit concepta in peccato originali, & qui contrà fecerit puniatur arbitrariè per ſuum Eccleſiaſticum ordinarium.* Ità Joannes II. Denique poſt adminiſtratum laudabiliter quadraginta ferè annis Regnum Philippus ceſſurus fatis, advocat filium ſuum Philippum III. ſcriniolum ei offert, quòd à Patre Carolo V. acceperat. Aperto Scriniolo educit Crucifixum, & flagellum ſanguine purpureum, omnibus attonitis ad inſolitum ſpectaculum: tum deinde ad Filium: *Fili rerum mearum præclarè geſtarum gloria vtique ingens affluxit, ſed heu & effluxit: nihil de ævo quod grandævus egi, mihi conſtat, niſi id quod conſonum eſt Crucifixo; cui vt ſe aptaret avus tuus Carolus Imperator, abdicato ſeculo ſeceſſu gaudens, Cruci & ipſe ſedulâ meditatione affixus, hoc flagello ſuo ſanguine tincto terſit nævos, quos anteà contraxerat; & moriens has ſuæ virtutis reliquias voluit mihi reſervari, quas & ego cedens*

Ribadeneira in vita S. Laur. Beyrl. in Theat. vit. lib. B.

Petr. Matth. in Henr. IV. & Author Phoſp. ſup.

Marcellin. de Piſe, ſer. de Euch. Card. Bentivogl. Legat. Belg. Beyrl. lit. C.

Barry. in Blandit. Hagioph. c. 8.

Pallavic. in Rudolph. I.

Ciſmont. Regeſt. col. 303. Miranda c. 80.

Marcell. de Piſe in Encyclopæd. de Aſcenſ. Dom.

*dens fatis tibi dicatas jam commendo, vt congruam agas vitam Deo tuo Crucifixo, & actionibus non dissonis ab hoc Typo titulum regis CATHOLICI merearis.* Addidit deinde & alia monita, præsertim vt omni consilio & armorum vi Catholicam vbiq; Religionem propugnaret, conservaretq; in qua ipse mori se gauderet & gloriaretur: *vnum enim est, & cujus sola contemplatione oblector* (aiebat) *quod in Catholica fide maiorum, Religione Romanæ Ecclesiæ, & ejus supremi capitis obedientia moriar ac conquiescam.* Sic Regna iisdem, quibus parta sunt virtutibus conservantur; imò & augentur. Nam & Regnum Lusitaniæ Philippo II. adjecit Numen, quasi profnsam ejus in Ecclesiasticos & Sacra loca munificentiam reciprocaret. Hic glorioſissimus Rex passim appellatus est: *Ecclesiæ columna, bonoruu parens, Christiani nominis Protector.* Pius Papa V. hoc eum decoravit Elogio: Publicæ pacis & Ecclesiæ fulcrum. Gregorius verò XIII. dixit idcircò Philippi Regis in columitatem Reipublicæ Christianæ necessariam esse, *quod alius post hunc PHILIPPUS reperiri non possit.* Idem Gregorius in Bulla, quæ incipit: *Ex Apostolicæ sedis.* edita anno 1575. in favorem Ordinum S. Jacobi de Spatha, & Calatrava, & de Alcantara, appellat PHILIPPUM II. *Christianissimum filium Regem CATHOLICUM*, cujus authoritate inductus fortè Ehingerus aiebat: *vita Christianissimi Regis ad mortem vsque continua velut cum familiæ & potentiæ suæ hostibus & æmulis luctatio fuit.* Aliquantò elegantius Pallavicinus de Philippo: *Dictus est sui sæculi Christianus Cyrus prudentiâ, magnanimitate Hispanus Augustus, ostenditque quantum virtutum ferat CATHOLICI nomen: si quid defuit PHILIPPO II. mortalitati ipsi nostræ deesse puta, cum absolutissima fuerit Maximi, & piissimi Monarchæ imago.* Denique Clemens Papa VIII. auditâ ejus morte in consessu Cardinalium dixit: *PHILIPPUM Regem in expellendis ab Ecclesia hæreticis plus multò expendisse, quam omnes simul Reip. Christianæ Reges & Principes. In ejus vita Ecclesiæ incolumitatem sitam fuisse, nec aliud superesse solatium in tanta vniversorum jactura, quàm quod ejus effigies in PHILIPPO III. successore appareret.*

Auth. Phosphor. P. 3. c. 2. §. 6.

Bullar. To. 2. Greg. XIII. Bull. 32.

Eching. in Gen. Austr. Pallavic. in Carolo V.

Ceru. in Philipp. II. ap. Phosph. P. 3. fol. 397.

## §. II.

## *De fidei zelo, Catholicæ Religionis studio & Pietate Austriacorum Regum*

## *PHILIPPI III. & PHILIPPI IV. CATHOLICORUM.*

PHILIPPUS III. Austriacus Rex CATHOLICUS, patri zelo divinæ gloriæ non absimilis. Nam Judæorum reliquias ex tota ejecit Hispania. Insuper anno 1609. die 9. Decemb. edixit publico diplomate vt intrà dies triginta Mauri omnes ex omnibus Hispaniæ Regnis excederent, nisi fidem Christianam amplecterentur, quorum centum millia trajecerunt in Africam: dimissa vniversim omnis sexus & ætatis nongenta millia. *Sic auspiciis ipsius Provinciæ potentissimæ gente ista omninò purgatæ sunt.* Fidem Christianam feliciter per Religiosos viros intulit Æthiopiæ, in cujus extrema parte sita ab Æquatore ad Aquilonem Rex ipse conversus filium suum Conimbricam misit, vbi à PHILIPPO Rege honorificè exceptus, literis pariter & Christianis moribus imbu-

Joſ. Stephan. de vn. Relig. cap. 19.

Vernal. in Diar. Austr. Ehing. in Geneal.

Hist. PP. Soc. Anno. 1602.

imbutus eſt anno 1602. quo anno Grammaticæ incumbens vt Hiſtoricus loquitur *nihilo ad virtutem minus habilis fuit, quàm ſi in Europæo ſolo nutritus eſſet.* Ad hunc Fidei dilatandæ zelum accedebat maxima ſedis Apoſtolicæ reverentia, ad quam non contentus deſtinare ordinarios Legatos, magnis etiam impenſis mittere ſolebat alios extraordinarios in cauſâ Pietatis, quam à majoribus hauſerat ergà SS. Euchariſtiæ Sacramentum, & Beatiſſimam Virginem Deiparentem. In hæc omnes penè ſuos impendit conatus. Atque vt rem hiſtorici verbis proponam, ſic omninò ſcribit author Legationis Hiſpanicæ pro impetranda apud ſedem Apoſtolicam definitione piæ ſententiæ de Immaculata Conceptione Deiparæ. *Propoſitum ei fuit non inane, nec ſuis progenitoribus indignum, de inſtituenda & erigenda (ad exemplum Clariſſimi Cæſaris Avi ſui Caroli V.) graviſſima Sodalitate in Conceptionis Immaculatæ honorem in Regio Sanctimonialium ſtrictioris obſervantiæ S. Claræ conventu, &c. Voluit etiam Rex ſe Oeconomum dici hujus Confraternitatis, ſuamque feliciſſimam ſobolem Sereniſſimum Principem, & fratres Confratrum adſcribi numero, vt ſuo ſuorumque ductu, & exemplo omnes Hiſpani Regnorum Proceres ad eandem convocaret Sodalitatem. Statuit etiam ſe ſuaque Regna voti ſolennis nuncupatione ad tantam de Virgine excellentiam credendam in perpetuum obſtringere, nihilque non conſiderabat, quo majores huic rei adderet vires.* In hunc finem poſt obtentum Pauli Papæ V. decretum in favorem piæ ſententiæ emanatum, decreverat novam Legationem Romam mittere, ſed ſupervenerunt literæ Pontificis, *quibus rogabat, & ſuadebat, vt Rex Orthodoxus tantam in hac re deponeret ſolicitudinem; nec vlteriori apud ſe de hujus Controverſiæ definitione ageret inſtantiâ, propriâ ſubſcribens manu, ſe totum quod potuit, & expediebat in Decreto noviſſimo præcepiſſe. Hac inexſpectatâ Epiſtolâ pauliſper conticuit, animumque collegit devotus Monarcha, pro ſuaque ergà Beatiſſimum Patrem ſumma reverentia, & fideli obſequio, dum rerum ſtatus hoc permitteret, & malorum ingruentium qualitas toleraret, voluit pro Pontificis nutu non omnem curam deponere, ſed mitigare, & quam diſſuadebat Pontifex inſtantiam in commodius tempus differre.* Diſtulit ſanè, ſed vrgentibus novis eam ob rem ſcandalis, & turbationibus Hiſpaniæ, præcipuos Eccleſiarum Antiſtites, & viros doctos in conſilium adſciſcens, novum Legatum nominavit, qui Eccleſiarum & Academiarum inſtructus literis Romam peteret, ac definitionem vrgeret, aſſignatis ei pro ſumptuum ſubſidio duodecim millibus aureorum. Hæc latius integro volumine proſecutus eſt Waddingus, acta omnia coram Pontifice, & in Hiſpaniis fusè enarrans. Conjunxit verò PHILIPPUS pietatem MARIANAM cum Pietate Euchariſtica, dum medallia cudi curavit vnâ parte referentia SS. Sacramentum cum epigraphe: *Laudetur Sanctiſſimum Sacramentum*, alia parte Deiparam ſole amictam cum ſuppedanea Luna, & epigraphe: *Concepta ſine Originali*, juxtà veterem apud Hiſpanos vſitatam Clauſulam, *Laudetur Sanctiſſimum Sacramentum, & puriſſima Conceptio Dominæ noſtræ ſine peccato originali.* Quæ clauſula ſub Philippo in Concionum, & aliarum Eccleſiaſticarum functionum initio latè propagata eſt. Certatim verò Cathedrales Eccleſiæ, Univerſitates, & Doctorum Academiæ pio zelo Regis Catholici

Luc. Wading. Legat. Hiſpan.

animatæ votis ac juramentis ſe obligarunt ad defenſionem, & propugnationem piæ ſententiæ, de quibus latè Ciſmontani, Waddingus, Calderonius, & alij agunt, & nos alibi. Triginta & plures Epiſtolas dedit PHILIPPUS de hoc myſterio ad diverſos, & Academias, vt promoveret honorem Immaculatæ Conceptionis. Denique illud ejus luculentiſſimum in MARIAM pietatis argumentum eſt, & vox digna PHILIPPO Rege CATHOLICO: *Quod ſi per Oratores obtinere ſe non poſſe putaret pro MARIA dici ſententiam, & ejus cauſæ convenire, vel omninò neceſſarium judicaret, vt ipſe Romam peteret, ad pedesque ſanctiſſimi Domini ſupplicis Oratoris partem ageret, vt adhibitâ hac diligentiâ, & exhibitâ ſupplicatione Pontifex litem terminaret, ſe confeſtim in vrbem venturum, nec vllam eſſe adeò gravem difficultatem, aut ſuarum rerum moleſtiam, quæ ab hoc itinere aggrediendo eum valeat deterrere.* Quibus meritò ſubjungit Waddingus: *Verba certè magnis & priſcis illis Imperatoribus Eccleſiæ tutoribus, & defenſoribus vel invidenda, vel eorum in res fidei affectibus paria.*

Calderon. lib. pro tit. Immac.

Wadding. Orat. 12. in fine Leg. Hiſpan.

PHILIPPUS IV. Auſtriacus Rex CATHOLICUS, de quo jure dixeris, quod olim de Conſtantino Panegyriſtes: *Patris pietatem ſic imitaris, ac ſequeris, quaſi legata Patris videaris exſolvere.* Adeò pietatem parentis & officia ergà Immaculatam Conceptionem non tam imitatus eſt, quàm expreſſit: dum non prius Regnorum ſuorum gubernacula, quàm curam & ſtudium maturandæ apud Pontificem definitionis piæ ſententiæ ſuſcepit. Dedit initio regiminis literas ad Gregorium XV, in quibus aſſerit: *Inſtillata etiam mihi à progenitoribus peculiaris hujus ſacri myſterij, & ſanctæ feſtivitatis devotio, &c.* Subſcripſit verò: *Sanctitatis veſtræ devotus admodum, & humilis filius PHILIPPUS D. G. Rex: qui ſanctos pedes Tuos, & manus oſculatur.* Traxit in idem ſtudium Sereniſſimam Reginam Eliſabetham, Ferdinandum infantem fratrem Cardinalem. Anno deinde 1635. in Regio Madritenſi Diſcalceatarum conventu feſtivitatem Immaculatæ Conceptionis cum octava quotannis celebrandam lautâ largitione dotavit, vt per totos illos dies tam Miſſarum ſolennia, Officia divina, & Conciones, quàm quæcunque ad templi ſplendorem & ornatum ſpectarent, celebri pompâ regioque apparatu diſponerentur; addictis huic devotiſſimo in Deiparam obſequio nonnullis Sacerdotijs ſive Capellanijs ſub Advocatione *Sacerdotum Immaculatæ Conceptionis.* Sublato è vivis Gregorio XV. ad Urbanum VIII. Succeſſorem per Legatos ſuos novâ adhibitâ diligentiâ definitionem petiit, & alios Principes in eandem ſolicitudinem animavit. Cùmque poſt deceſſum Urbani VIII. prodiiſſet quoddam Decretum quaſi à Sacra Congregatione inquiſitionis Romanæ, quo cavebatur: *Quando agitur de tribuendo titulo Conceptionis Beatiſſimæ Virginis, nullo modo permittatur, ſed ſolum dicatur Conceptio Immaculatæ Virginis.* PHILIPPUS Rex, vt ait Velaſquez ita ſe geſſit, *vt vna ex parte Decreto, nec legitimè, nec juridicè publicato ſuum honorem haberi vellet (talis tantaque eſt Religio Regis Catholici, non modo ergà Eccleſiam Romanam, ſed etiam ergà omne id, quod ab ipſa emanare dicitur) ex alia verò pietatis prorâ contra ictum fluminis conſtanter poſitâ præfatum Decretum re attentius examinatâ à ſummo Pontefice revocaretur.* Unde in publicis Regni Caſtellæ & Legio-

Paneg. Conſtant.

Velaſq. lib. 4. Diſſert. 10. adn. 5.

Fam. Ciſmont. in Armament.

Legionis Comitiis Generalibus, cum ſtatus regnorum auxiliarem manum peterent pro Decreti revocatione, ſic reſpondiſſe fertur: *Nullum obſequium ex omnibus, quæ Regnum mihi hactenus præſtitit, gratius mihi eſſe poterat, quam id quod in hac conſultatione præſtitum video, propter intimum affectum, quem Myſterio puriſſimæ Conceptionis Deiparæ vnicè devotum gero, cujus interventu laborum, quos hæc Monarchia patitur levamen nos impetraturos confido, &c.* Tandem exemplo patris ſubjecit hæc ſeculorum omnium memoria digna. *Et ſi cauſæ hujus definitio in mei ipſius Romam profecti, & Solicitatoris officio fungentis induſtria volveretur, confeſtim ſumma alacritate iter ingrederer, meque feliciſſimum judicarem, ſi hac ratione tale Dominæ noſtræ obſequium exhiberetur.* Non fefellit piiſſimum Regem ſpes, & fiducia de obtinendo interventu Virginis laborum levamine, cùm non multo poſt Victorias & Triumphos conſecutus ſit, ex pugnata Barcinone, Catalaunia ſubacta, & glorioſiſſimis præliis Inſubria Domita, Caſali de Monteferrato expugnato, & in Belgio Gravenlinga, Dunckerka recuperatis. Ut alia Mariæ beneficia Philippo collata Annis 1624. ad Melitam profligato Oſemandejo Pyrata. Anno 1625. in obſidione Bredana. Anno 1646. in liberatione Ilerdæ. Anno 1653. in Victoria obtenta ad Duthlingam. Anno 1656. in recuperatione Sonſonæ, & alia plura, quæ fuſius enarrat Nierembergius. Nihil minorem pietatis affectum exhibuit PHILIPPUS SS. Euchariſtiæ Sacramento, quàm Virgini, Majorum ſcilicet ſuorum imitatione. Cùm enim audiſſet à Batavis in Urbis Tenenſis excidio pedibus calcatam SS. Euchariſtiam, & turpiſſimo ludibrio affectam: *Ego*, inquit, *ſacroſanctum Salvatoris noſtri Corpus ſublimius extollam, quam impij hoſtes noſtri depreſſerunt.* Mox tota Hiſpania ſupplicationes indixit, quibus quam maxima pompa poſſet populo comitante ſanctiſſimum Sacramentum circumferretur. Quod & factum, & ſummo plauſu exceptum eſt. Plura dabunt pij Hiſpani de ſuo Monarcha; vti & de Carolo Catholico cui auguramur in Fidei Zelo & Pietate ſequelam majorum. Unicum libet addere, quod in ſuo Theopolitico obſervavit Nierembergius. Recentes, inquit, Hiſpaniarum Reges (haud dubiè Philippos III. & IV. intelligit) amplificandæ Chriſtianæ Religionis ſtudium ſecuti, nullis parcunt impenſis, in Religioſos omnes profuſi. Societâs JESU novem in Indiis Provincias habet, Vice-Provincias duas, quarum omnium penè Religioſi ſumptibus Regis ab Europa in extrema mundi trajecti ſunt. Præterea vinum ad celebranda ſacra, oleum ad alimenta lampadum templis liberaliter largitur Rex Hiſpanus. Religioſis medicamenta Europæa ſuppeditat, plurimoſque alit. Multa quoque ex fiſco Regio ædificata ſunt templa. Eadem liberalitate vſus erga Dominicanos, Franciſcanos, Auguſtinianos, Carmelitas, Mercenarios, quarum ſanctiſſimarum familiarum Religioſi ſumptibus quoq; Regij fiſci Indias penetrant. Neq; id quod de vini donatione dictum parùm eſt, cùm in Philippinis Inſulis quadringentis nonnunquam Regalibus ematur ea vini menſura, quam arroba dicimus. Neque tantum pro ſua ditione providet tot impenſis Prædicatores Evangelicos, ſed & pro Regnis & Provinciis extraneis Sinarum, Japonum, Mogor, Tibet, Cambajæ, Sian, Pegu,

Nieremb. Troph. Mar. lib. 2. cap 83 & ſeqq.

Auth Phoſ. P. 3. c. 4. § 7.

Nieremb. Theopolit. P. 2. lib. 1. cap. 10.

Cochinchinæ, Æthiopiæ, Biſnagæ, Tuquimar, & aliis. Deinde omnes Cathedrales Eccleſiæ (quadraginta numero ſunt in America) Regum juſſu, ex fiſco ædificatæ ſunt. Ex eodem ſolvuntur annui reditus Epiſcoporum Indicorum & Japonum, & Sinarum, & Serræ in Oriente: tum Parochorum, & Sacriſtarum, & aliorum Eccleſiaſticorum. Plurimis quoque Franciſcanis, & Dominicanis veſtitum donat. Exploratum quidem ex ſolo fiſco Mexicano ſeptuaginta millia argenti pondo (Hiſpani peſos dicunt) cum Religioſis exhauriri. Quid fiet ex aliarum Provinciarum fiſcis? ſunt autem in ſola America quinquaginta & quatuor fiſci præter Braſiliam, &c. Hæc ferè ad verbum Nierembergius. Stupeat orbis Conſtantini Magni, Caroli Magni, Henrici II. Sancti Imperatorum effuſam in Eccleſias, & Eccleſiaſticos munificentiam; nunquam tamen illa æquabit, hanc tam luculentam juxtà & ſanctam, vt ita dicam, prodigalitatem.

## §. III.

## *De fidei Zelo & Pietate Ducis ALBERTI Sapientis.*

ALBERTUS AUSTRIACUS, Alberti I. Cæſaris filius, cognomento ſapiens, & Contractus fratrum natu minimus, fortunâ maximus, qui labentem penè in primis cunabulis Auguſtam domum erexit, & vix non ſervavit prodigio. Scripſimus olim.

Camp. lit. Vien. Imp.

ALBERTUS AUSTRIACUS.
Alberti I. Cæſaris Flius
Contractus dictus.
Nunquam vlli tam diverſum nomen à moribus.
Explicatiſſimas quippe manus habuit in egenos:
Fortiſſimas in tractando Juſtitiæ gladio.
Quaquà geſtabatur.
Opes profundebat in inopes;
Ubi vbi ſedit
Summis, imis, notis, ignotis Jus dixit.
Uſque adeò viro forti omnis terra patria,
Liberali omnis locus templum,
Juſto omnis ſella tribunal.
Hinc melius nomen
LIBERALIS ET JUSTI.
Die Annuntiationis Virgineæ veneno in obſoniis propinato
Pedum vſum perdidit: mentis auxit.
Nam ſolos ferè Philomuſos habere cœpit in pretio,
Ipſe Amuſis etiam pretioſus.
Cum illis familiares ſermones miſcuit, ordinatâ mixturâ.
Hinc melius nomen.
SAPIENTIS.

Obſtri-

Obſtrictus hoc nomine *matri Sapientiæ*:
Sex luſtra cum doloribus luctatus,
Licet ſedere cogeretur aſſiduè,
Suprà omne tamen, quod dolet, ſtetit.
*Triginta annis nunquam impatientiæ verbum*
*Ex ore ejus auditum.* Tho Ebend. in MS. hiſt.
Hinc melius nomen
FORTIS.
Sex Fratrum poſtremus ſuperavit omnes
Ingenio, Prudentiâ, Doctrinâ, Pietate;
Et niſi omni gaudio ſuus ſe dolor maritaret,
Omni Fortunæ ſuum accederet infortunium,
Etiam Felicitate.
Per eum areſcens in Fratribus nobile germen eviruit:
Hinc melius nomen
FELICIS.
Ab hoc primùm,
Obſtupeſce poſteritas ſellâ geſtati Majeſtatem:
Reges in campum ſub ſignis ducti.
Octoginta millia galearum Coronis inſignitarum
Numeroſo impoſuit militi,
Nimirum vt Heluetos ſolo nutu compeſceret
Regalis exercitus.
Et hinc nomen
MAGNIFICI
Baſileam terræ motu concuſſam, vt occuparet
induci non potuit:
*Abſit hoc à me* (aiebat) *vt addam afflictionem afflictis.* Ebendorff. cit.
Hinc melius nomen
MISERICORDIS.
Mutato veſtitu ad MARIANAM ædem Aquiſgrani
peregrinus latere voluit;
Sed ſoles latere neſciunt, licet nubes ſibi prætendant.
Semper vehemens lumen tenebris arctatum
gratioſius emicat.
Agnitus à multis, honoratur ab omnibus.
Impetrant honores, qui ſolicitè fugiunt.
Hinc melius nomen.
MODESTI.
Salutatæ Aquiſgrani MARIÆ aureum calicem
aris impoſuir.
Quid non aureum eſt in Pietate Auſtriaca?
Hinc omnes tituli.

Nam *plurimus auro venit honos*

Nullum tamen Albertus admisit libentiùs, quam

MARIANI.

Anno 1321. cum Ecclesiæ Patavienſis Canonicum ageret, fuisſetque electus Epiſcopus, infulam ceſſit nepoti ſuo Alberto Duci Saxoniæ, tunc Parocho Viennenſi, vt notavit Haſelbachius. anno 1328. frater ejus germanus Otto jucundus fundat in Styria Monaſterium Neupergenſe Ciſtertienſi familiæ anno 1330. obit alter Alberti frater Fridericus Pulcher Imperator, & Albertus die Annuntiationis B. Virginis in cibo à muliere quadam præparato veneno inficitur, & exinde manuum pedumque vſu deſtituitur. Anno 1352. fundat Albertus Sapiens, qui & Contractus dictus, in Auſtria Cartuſiam Gamingenſem cum duplici conventu, ad inſtar primæ Domus Cartuſienſis adeò ſplendidè ac munificè dotatum, vt fratres ſequenti ſeculo faſſi ſint in toto ſuo ordine ſimile Monaſterium ſe non habere. Anno 1335. idem Albertus cum Ottone fratre inveſtitur à Carolo IV. Cæſare Dux Carinthiæ & Carnioliæ die 5. May. ſed homagium à Carinthis recepit ſolus Otto. Anno 1340. Albertus ſolus jam ſuperſtes ê fratribus, adit regimen Auſtriacarum ditionum, relinquens nepotibus Helvetiam & ſuperiores regiones & animum adjecit ad Baſilicam D. Stephani ampliandam provt nunc viſitur, cui manum ſupremam addidit Rudolphus filius Magnanimus. Primus Carinthis leges cum Styris communes dedit anno 1341. Poſt hæc etiam Gymnaſium Viennenſe inſtauravit anno 1356. ædificatis ad Eccleſiam S. Auguſtini ſcholis, & evocatis Profeſſoribus Pariſijs. Exinde vt habet Gerardus de Roo totus ſe ad pietatis ſtudia convertit. Fundatum à Socero ſuo Ulrico Pfyretarum Comite Collegium Canonicorum in Tannis, amplis ipſe ditavit poſſeſſionibus. Peregrinus aliquando habitu diſſimulato Aquiſgranum abiit, vbi votis perſolutis Beatiſſimæ Virgini aureum calicem obtulit. Poſthoc Coloniæ Agrippinæ Tribus Magis ſe commendavit. Ibi agnitus, propter patris & avi merita multis honoribus exceptus eſt, reliquias etiam pretioſas retulit, quas partim in caſtro Viennenſi, partim Gamingæ in fundatione ſua depoſuit. Obiit die 20. Julii anno 1358. vt habet Fugger. Fuit (vt loquitur Ebendorffer) *Princeps potens, prudens, ingenioſus, literis præ fratribus excultus, morum honeſtate conſpicuus, Cleri pater, juſtitiæ indefeſſus zelator.* Triginta annorum ſpatio de loco in locum transferri ſolitus, tàm nobiles quàm ignobiles audiens, jus dicebat. Cum Viennæ ageret ſæpius in hebdomada publicam ſui exhibebat præſentiam, vt vnicuique liceret accedere, queri, petere jus & æqvum. O multi Principes hoc imitarentur! Imitatus ſanè Carolus V. Imp. *Audeo* (aiebat) *aſſeverare nunquam me volentem ſcientemque ſubditorum cuiquam injuriam aut vim feciſſe, vel fieri vnquam permiſiſſe.* Taceo nunc Alberti filium Albertum III. cum Trica. Taceo Albertum IV. Alberti III. filium, qui juvenis Hieroſolymas adiit, ibi gladio & cingulo donatus, cæterùm in omni vita doctrinæ amans & pietatis, in aſceteriis mixtus aſcetis diu noctuque horarias preces decantavit, devotiſſimus Deiparæ, Canonicis ad S. Dorotheam amplas poſſeſſiones attribuit Viennæ, hinc felici prole donatus à

Tho. Ebendorff. de Haſelb. in hiſt. Auſtr. MS.

MS. Freyd. Haſelb. cit.

Fugger in ſpec. Auſtr.

Laz. Vienn. l. 2. cap. 6. Fugg. f. 334.

Ebend. in hiſt. Auſtr.

Phoſp. Auſt. P. 3. c. 8.

Pet. Caniſ. de B. V. lib. 5. c. 38.

DEO,

DEO, in filio Alberto revocavit Imperiale Diadema in ſuam familiam. Taceo plures alios.

§. IV.

## *De fidei zelo & Pietate Archiducis*

## RUDOLPHI IV. INGENIOSI.

SApienti patri adjungimus Ingenioſum filium; is eſt Rudolphus IV. primogenitus Alberti ex Joanna Pfiretana, anno 1339. in lucem editus, vt ex ejus numiſmate habetur, patre mortuo Auſtriæ gubernaculis admotus illicò *Magnanimi* cognomentum meruit, mox *Ingenioſi*, & *Fundatoris*. Primum ejus opus Baſilica Deiparæ Virginis inſigni & magnificâ ſtructurâ in foro Aulico Viennæ, & juxtà eam domicilium FF. de monte Carmelo, quæ ſuperiore ſeculo Ferdinandus I. Imp. Societati IESU cum ſedis Apoſtolicæ conſenſu attribuit, & nunc eſt Domus Profeſſa. Cùm Ottone deinde fratre Germano junctis opibus dirutâ Cappellâ S. Michaëlis inſignem quoque erexit Eccleſiam propè Aulam, in eaque Parochiam inſtituit, quæ nunc PP. Barnabitis deſeruit. Adjecit deinde animum ad Baſilicam Omnium SS. quæ S. Stephani nomen obtinuit, ampliandam, ornandam & Turris illius mirandæ fundamenta jecit ſeptennio (vt ſtatuerat) abſoluturus, niſi magnas cogitationes mors interceſſiſſet. Præpoſituræ ibidem cum Canonicis primus ipſe author, Canonicorum numerum Alphabeto æquare, & ſingulos ſingulis aureis literis pectori aſſutis volebat diſtinguere. Univerſale ſtudium ipſius quoque liberalitati debet, quod reditus aſſignaverit, confirmationem ſedis Apoſtolicæ petierit, & paulò ante obitum obtinuerit. Nam Bulla Confirmationis expedita eſt Avenione ab Urbano Papa V. die 19 Junij, & Rudolphus obiit die 27 Julij, vel vt alii volunt 31. Julij, ejusdem anni 1365. Divæ Claræ Cænobium pro Sanctimonialibus ipſe quoque cum fratribus Friderico & Ottone locupletavit, imò de novo condidit, vti colligitur ex Bulla Urbani Papæ V. vbi ait: *Unum Monaſterium Monialium ordinis S. Claræ extrà muros tui oppidi Viennen. prope S. Theobaldum &c. fundare, conſtruere, & ædificare, ac de bonis propriis à DEO tibi collatis pro Juſtentatione Abbatiſſæ, & 20 Monialium ſeu ſororum inibi ponendarum ſufficienter dotare proponis &c.* Id factum anno 1363. Plura alia templa & Cænobia ab ipſo vel poſita, vel inchoata vel dotata ſcribit Lazius, inter quæ numeres Fürſtenfeldenſe Eremitarum S. Auguſtini in Styria. Denique maturus cælo factis non annis explevit tempora multa Mediolanî, quo cum Socero Carolo Imperatore abierat. Corpus relatum Viennam, & in nova Archiducali crypta ad D. Stephani, quàm ipſe quoque conſtruxerat, repoſitum eſt. Addamus, quod ei ante plures annos ſcripſimus Elogium:

Roo in Annal. Lazius in deſcript. Viennæ lib. 3. Maurer. in Vien. Ed. in Catal. Rect.

Tho. Ebend. in Annal. MSS.

Lamb. Bibl. Cæſar lib. 2.

Luc. Wadd. in Annal. Minor.

Ego in Inſc. Acad. Ann. 1653.

MS. antiq.

RUDOLPHUS IV.
AUSTRIACUS
A Carolo IV. Cæſare Auguſto Socero
Primus Archidux nominatus

Magna-

*Magnanimus* à Principibus; à doctis *Ingeniosus*:
Ab Austriacis
FUNDATOR.
Hoc vno titulo promeritus omnes.
Viennensis Vniversitatis olim inchoatæ
Primus AUTHOR instaurandæ.
In sapientis consilii vota facilè traxit Fratres
ALBERTUM, & LEOPOLDUM.
Quorum ille artem, hic Martem spirabat.
Divo Colomanno Martyri Austriaco
Mausolæum erexit sumptu Regio.
Divo STEPHANO Protomartyri
Basilicam veterem totam penè diruit;
Ut augustiorem (qualis nunc visitur)
excitaret.
Turres geminas molitus,
Alterius fundamenta jecit, brevi ad apicem
perducturus
Nisi moras mors injecisset.
Septennium tantùm animosus Princeps
toti structuræ destinabat,
Quæ septuagesimo vix anno
Cœlo minax stetit.
Multum nempe interest, quis quid agat.
Præpositum & 24 Canonicos divino deputavit
officio:
Cum quibus & ipse nocturnas sæpè horas
Clàm domesticis, in templo decantavit.
Hæ vigiliæ Archiducis
Ad longiorem mortis somnum erant apparatus.
Sanctè indormire Princeps debuit,
Qui tam piè didicerat vigilare.
At nunquam fundatur feliciùs,
Quam vbi munificentia cælum provocat
in certamen.
Vix admotus Austriæ clavo 20. annorum Juvenis
Anno M. CCC. LX.
Fundat RUDOLPHUS Basilicam
In Foro Aulico
Virgini Deiparæ Assumptæ Sacram;
Imò Aulam Divi LEOPOLDI Marchionis Austriæ
Vertit in Aulam Virginis,
Et juxtà Carmelitanæ familiæ domicilium

Piesport. Maten.

Annn 1365. Eder in Catal. Rect.

Gundelf. MS.

Roo. Piesp.

Tho. Ebend. hist. Austr. MS.

MSS. ant. Viennen.

Sta-

Statuit
Certat eodem anno Cœlum, & fundat
In Rudolpho
Sereniſſimæ Auſtriacæ Domui
Tyrolenſem Principatum.
Tam verum eſt
Omnem pro cœlo munificentiam
Fœnus eſſe in terris.
Stetit deinde RUDOLPHUS ad gubernaculum
Unico luſtro:
Ut tamen ſeculo integro ſtetiſſe videatur.
Adeò feliciter Auſtriâm
Rexit, ornavit, auxit.
Erga ſubditos
Dexteram Sereniſſimam ſemper habuit;
Jovis æmulus aureum pluebat imbrem.
Ita ille brevem annorum ſex & viginti ætatem
Seculorum factis implevit.
Juſſus demum de ſtatione decedere
Cum piè ſe ad ſeſſoriam comparaſſet quietem,
Mediolano,
Quo Cæſari comes abierat,
Die 31. Julij anni 1365. Lambec. lib. 2. Bibl. alij 26. & 27. Jul.
Transmiſit Cælo magnam animam,
Baſilicæ Viennenſi, à ſe fundatæ, corpus:
In qua etiamnum eſt incorruptus.
Nimirum
Putreſcere non poſſunt mortales
Qui beneficentiâ emunt Immortalitatem.
Sedens in Crypta Gans in Viridar.
Supremi Judicis exſpectat ſententiam;
Tam benè ſuæ cauſæ confidit!

Gebvilh. in Geneal.

## §. V.

## *De fidei Zelo & Pietate Archiducis.*

## CAROLI STYRIÆ PRINCIPIS.

CAROLUS ARCHIDUX AUSTRIÆ Ferdinandi I. Imperatoris filius, Ferdinandi II. pater prætereundus nobis non eſt, cum *Totus Orbis Terrarum Carolo multum debeat, à quo habuit tantum felicitatis.* Repetimus quod olim ei ſcripſimus encomium. Hort. Pallavio. in Ferdinand. I.

In Campo lilio. Anno 1649. Pallav. cit.

# CAROLUS ARCHIDUX AUSTRIÆ.

*Princeps virtutum omnium numeris absolutissimus.*
Acerrimus hæreseon hostis.
Huic debet Imperium suam
Ex filio & nepote *Ferdinandis* felicitatem,
Subditæ humanitatem Provinciæ,
Literæ pretium,
Catholica fides Vindicias.
Vel hinc dignus Ferdinando parente,
Quod in gratiam reduxerit *Musas* cum *Gratiis*,
Athenæi Gratiensis Fundator.
Postquam *Ferdinandus Augustos* Orbi dedit
Invenit Orbis sub Augustis Mecænates,
Qui non vnam sapientiæ Regiam excitarunt.
Felix Princeps!
Sub quo assignantur coloniæ cultoribus ingeniorum.
Felicia ingenia!
Quæ ad invidiam vetustatis cæperunt efflorescere.
Impensè Carolus literas coluit cum impensis,
Et earum esse mystagogos voluit,
Quibus se congenitum meminerat anno superioris seculi
Quadragesimo.
Prima Carolo jubente
In Græcensi Universitate Medicinæ fuit professio,
Et quod mirêre Theologica.
Hæresi laborantibus præscripta est auræ mutatio:
Ignorantiæ secta vena;
Quæ atro emisso pure, purè cœpit fluere.
*Moribus* etiam malis velut *Morbis*
Lenes datæ sorbitiunculæ,
Integritati sensim Austriacas Provincias restituerunt.
Quin & capitis Symptoma, ab ipso capite propulsatum.
A peregrinis Æsculapiis didicit
Cephalea laborans Princeps inquirere Cellis
*Salutem Infirmorum*,
Quam pertinaci suadela suæ arti commissam,
Frustra Domestici dictabant Machaones.
Sed crescit ingenium provecto mundo:
Novi Medici novos scribunt Aphorismos.
*Verbis* etiam sanantur multi non solum *Herbis*.
Dixit *Carolus MARIÆ Cellensi* biduo
*Bona verba*,
Et recepit salutem.

Anno

Anno 1564. inauguratus est Carolus Archidux Princeps Interioris Austriæ Provinciarum Styriæ, Carinthiæ, Carnioliæ, & latè serpentem vbique hæresim animadvertit. Cui eradicandæ varia consilia sæpè iniit; sed tanto majora stabiliendæ hæresi fulcra excogitabant Proceres, cum absente in Hispaniis Carolo anno 1568. Græcij scholas Lutheranas, & Prædicantum Synagogam magnis sumptibus condiderunt. Anno 1570. suscepit cogitationem Carolus advocandi ad se PP. Societatis JESU, vt eorum operâ, & industriâ obviam iretur serpenti malo. Missus ad Conciones ibi peragendas P. Stephanus Rimelius, & à frequentissimo auditorio concurrente auditus spem bonam fecit Archiduci assequendi optatum finem: vnde & Collegium ibi condere decrevit. Mox anno 1571. evocato Provinciali Magio, assignatus locus, promissa fundatio, & vt illico in sequentem annum mitterentur Collegæ conventum est. Ardentem per se Religionis studio Carolum inflammaverat vehementius Bavariæ Dux Albertus, cujus filiam Mariam cum hoc anno duxisset, id moniti genero socer sapiens sapienti dedit. Quod pertineret ad Religionem, si conservatam eam ac restitutam vellet, non vnum Græcij sed plura in Provinciis suis Collegia Societatis excitaret. Cæptum est ædificari Collegium an. 1572. Adjecta Academia anno 1586. Quæ porrò & quam zelosa fuerit Patrum cum Prædicantibus aliisq; hæreseos sectatoribus concertatio, latè prosequitur Jacobus Stainzensis Præpositus in suo Anti-Rungio anno 1606. impresso. Ubi ortus, progressus, & extirpatio Lutheranæ sectæ ex hæreditariis Austriæ Provinciis exactè enarrantur. Unde primam reductæ in has Provincias Orthodoxæ Religionis laudem & lauream sibi meritò decerpit Carolus Archidux, qui quam devotus fuerit etiam SS. Sacramento ostendit anno 1572. quo ejus potissimum impulsu Græcij Styriæ solenni Christi Corporis die supplicatio post annum vigesimum ex quo fuerat intermissa magnifico apparatu peracta est: quam Opifices ordinatim cum suis quisq; signis more Germanico cohonestarunt, *stupente civitate, obtorpescentibus hæreticis, Carolo Archiduce lacrymas præ gaudio non tenente.* Brevissimè ejus elogium complexus Lequile scripsit: *Carolus in religione quam coluit Catholica Romana tuenda, & propaganda fervidus; supplicationibus amburbialibus ipse sæpè pedes etiam tempore pluvio, & frigido ambulans interfuit. Instante jam vitæ fine cum terræmotus Austriam sæpè concuteret, pietatis ergo Divæ Virgini, quæ ad MARIÆ Cellam colitur, votum solvere cupiens, aliquod itineris spatium per æstum pedes confecit, ex quo aliquem corporis languorem cùm contraxisset, potu ciboq; nimis frigido ad sedandum æstum usus dicitur, eamq; morbi causam extitisse opinantur. Obiit autem paucis post diebus Græcium reversus Anno* 1590.

Jacob. Staniz. contr. Runus P. 3. cap. 1.

Hist PP Soc. P. 2 lib 6. n. 91. & lib. 7. n. 54.

Hist PP. Soc. P. 3. lib. 8. num. 222.

Lequil. Part. 3. de conjug. Exc. 6. fol. 371.

## §. VI.

## *De fidei Zelo & Pietate Archiducis.*

## ALBERTI BELGARUM PRINCIPIS.

ALBERTUS ARCHIDUX *Austriæ*. Maximiliani II. Cæsaris filius Belgarum Princeps, nominis sui famam singulari Religione toto orbe diffudit.

Scrib. in Politico-Christian.

diffudit. Nihil assuetus generi aut nobilitati dare, sed soli virtuti, optimâ ratione se Catholicæ Religioni consulturum existimabat, si sacris muniis eos præficeret, quos vitæ integritas, & doctrina comendaret. Ideò in Ecclesiasticorum delectu severissimus erat, sed & fortunatissimus. Scrutabatur singula; anteactam vitam, & præsentes mores, nec vnquam in delectu suo frustratus est. Felicitatis hoc esse potuit, sed quam prudentia gignebat, pietas merebatur, quæ inter ejus animi ornamenta eminebat. Dignus omninò Pij cognomine. Horas quotidie duas, manè vnam, vesperi alteram, genibus incumbens, precibus, divinisq; contemplationibus impendebat. Canonicas Sacerdotum preces legebat, sacrificio interesse, nullo vnquam die negligebat. Ad sacram synaxim adeò frequenter accessit, vt vitam suam illâ sustentare crederetur. *Erat ipse velut quidam in terris Divus; ejus aula velut Templum, nec melius componi Religiosa Domus potuisset.* Cum ex Philippi Catholici Regis arbitrio ISABELLAM Infantem Hispaniæ matrimonio sibi juncturus erat, purpuram suam Cardinalitiam Hallensi Deiparæ anathema suspendit. In Monteserrato Lampadem ter mille quingentorum quinquaginta coronatorum pretio æstimatam eidem Virgini obtulit. Ad Sichemiensem miraculis celebrem quotannis octiduo in exercitamenta pietatis incubuit. Aspricollensi verò à fundamentis Basilicam excitavit, cui adjecta Epigraphe:

Orat. Funebr. Phosphor. P. 3. c. 3. §. 7.

Beyrl Theat. vitæ hum. lit. M.

DEO OPT. MAX.
*Deiparæque Virgini MARIÆ*
*Magnæ in rebus afflictis Auxiliatrici,*
*Qua Mater Christi est, potenti,*
*Qua Mater nostra est volenti, &c.*
*ALBERTUS ET ISABELLA ARCHIDUCES AUSTRIÆ*
*Belgicæque Principes.*
*Tutelari suæ, ac suorum Divæ*
*Hanc Basilicam à fundamentis*
*excitarunt.*

Phosph. cit.

Ad hanc & alias sæpè peregrinatus, *gloriosum sibi futurum arbitrabatur, si susceptâ ad Deiparam peregrinatione moreretur.* Antuerpiæ anno 1615. Cœnobio Monialium D. Virginis Annuntiatæ primum lapidem jecit. Religiosis aliis varia domicilia statuit. Solùm Antuerpiæ decem, quà Templa, quà Cœnobia ejus munificentiæ largitate constructa numerantur. Cultum SS. Sacramenti toto Belgio asseruit. Nunquam ille nec ISABELLA conjunx abfuit, cum Bruxellæ in Urbe Regia, maximo vicinarum vrbium confluxu, miraculis clara ibidem hostia, solenni Sacri Ordinis pompâ, comitantibus proceribus, & singularum Curiarum Senatoribus circumfertur. *Quoties verò Piissimus verè Princeps ex equo desiliit? quoties è rheda prosiliit, vt Sacerdotes sacram Eucharistiam portantes ipse pedes sequeretur? testes sunt, quicunq; Bruxellæ.* Christi crucem singulari cultu prosequebatur. Illam piorum hominum, sed Christianorum maximè Principum signum esse dicebat. Cum esset Coloniæ Agrippinæ institutum Apostolicâ authoritate in ejus honorem Sodalitium, ei nomen quam-

Beyr. Theat. vitæ hum. lit M in orat. funebr.

Auth. Phosphor. P. 3. cap. 4.

In orat. funebr.

quamprimum dedit, pluresque suo exemplo attraxit Principes. Et cum Sodalitii hujus finis sit, vt ad Religionem Catholicam adducti, aut post errorem reducti, juventur, ne paupertas à fide suscepta quemquam deterreat, sæpius ingentem pecuniæ vim Coloniam transmisit, vt hoc tam sancto munere fungi Sodalitas posset. Nullus penè Religiosus ordo est, cui non impensè faverit, domicilia, & sacras ædes erexerit. Mecænatem illum suum agnoscunt Carmelitæ, Minores, Augustiniani, Congregatio Oratorii, Societas JESU. Paucis ejus Elogium sed nervosè absolvit Marraccius: *ALBERTUS AUSTRIACUS, pius, sapiens, & prudens Belgarum Princeps, ob justitiam, Religionem, eximiumque in Deiparam studium, quod à prima adolescentia induit, & ad mortem usq; insigni cultu semper amplificavit, nunquam intermorituris laudibus extollendus, scripsit ad Paulum V. Pont. Max. de Conceptione B. V. Epistolam.* De conjuge verò ejus Isabella hæc habet idem author: *De cujus flagrantissimo in Virginem studio nunquam satis, nec ipsi paria dici possunt: scripsit ad Romanos Pontifices pro Conceptione Immaculata Deiparæ Virginis Epistolas plures.* De donariis ab ea factis Virgini Aspricollensi, Hallensi, Monsseratanæ, Sichemiensi, aliisque ædibus fusiore opus esset narratione. Totum Belgium in templis, Cænobiis, Xenedochiis opera ejus pietatis loquitur. De quibus aliqua insinuans Laurentius Beyrlinck concludit: *Verè eo Elogio digna Heroina, quod ei parem Religione & devotione Belgium, superiorem Austriaca stirps non habuerit.*

Beyrl. Thea. vit hum. lit. R.

Marracc. in Bib. Marian. P. 1. Wadd. Legat. Hisp. sect. 1.

Beyrl. Thea. vit. lit. D. fol. 79.

## §. VII.

## *De fidei zelo & Pietate Archiducis*

## LEOPOLDI TYROLEN. PRINCIPIS.

LEOPOLDUS ARCHIDUX Ferdinandi II. Cæsaris frater Tyrolensium Princeps fraterno æstuans zelo in hæresum extirpatione nihil non molitus est, quo fides Catholica radices altiores figeret. Conditas ab eo Religiosas domos, Ecclesias, Academias alii recenseant. Sufficiat nunc adducere, quod Martinus Magerus ejus quondam Cancellarius scripsit, qui facta mentione RR. PP. Societatis IESU, *quod totos se proximis DEO lucrifaciendis impendant, fidem Catholicam propugnent ac dilatent*, subdit de eorum fautoribus: *Inter alios sanè Principes Reverendissimus ac Serenissimus Archidux Austriæ LEOPOLDUS Episcopus Argentinensis ac Passavienſis maximarum virtutum gloriâ præstantissimus Princeps, quam propenso in hanc Societatem sit animo, multis in Episcopatibus suis Patavienſi & Argentinensi, pro eadem erectis Collegiis, iisque maximis quibus studiosi aluntur assignatis proventibus, Regiâ planè liberalitate quotidie declarat; quæ omnia ex ardenti Religionis ac pietatis promovendæ desiderio profecta, immortale eidem sapientissimo ac Religiosissimo Principi nomen, æternam laudem jam dudum conciliarunt.* Et verò passim ei laus hæc hodieque tribuitur. Pallavicinus breviter expressit: *Leopoldus Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Tyrolis Comes Leopoldi I. sanguinis & virtutum hæres fuit. Eâdem fraternâ benevolentiâ, qua ille Fridericum III. Pulchrum Cæsarem, hic prosecutus est Ferdinandum II. Pium Maximum,*

Mart. Mager. Advoc. Arm. cap. 9. n. 417.

Pallavic. in Geneal. Matth.

*Summa fortitudine hæresi vbique oppugnatâ, ac propugnatâ Orthodoxâ fide, procuratâque religione.* Cultum sanctissimi Sacramenti quasi à natura hausisset, adeò familiarem habuit quaqua iter capesseret; non contentus sacris pluribus interesse, omnes etiam Theopboriæ processiones suâ præsentiâ ornare voluit. Vidit eum Judenbugum anno 1601. quadraginta horarum precibus coram SS. Sacramento non vna tantùm horà sed pluribus adgeniculatum,& DEO in panis speciebus latenti supplicem: imò aras, templa ei restituentem, quæ sibi hæresis vsurpaverat. Vidit Græcium anno 1602. Corporis Christi supplicationem, quæ omnes præteritas frequentiâ, splendore, pietate superavit, non per vrbis modo compita, sed extrà vrbem eductam, quam etiam Leopoldus cum fratribus est comitatus. *Et quanquam venti, & imbres tantam pietatem afflixerint, populus tamen vniversus ipsique Archiduces nudis capitibus primo pulverem copiosum, deinde imbrem etiam pro SS. Sacramenti honore, libenter exceperunt*, vt scriptor historiæ annotavit. Vidit eundem Leopoldum anno 1607. Vienna cum Matthia Archiduce Austriæ tunc Gubernatore summâ devotione comitantem Eucharistici ferculi pompam, paulò ante incendium passa, tali exemplo in melius incendium exardescens. Vidit etiam Praga anno 1609. cum in 40. horarum precibus idem LEOPOLDUS non modo horam suam supplicabundus exegerit, sed etiam Christum in Pompa Eucharistica cum Clero deducere sibi glorioſum putaverit. Vidit anno 1610. Bruxella (ne vlla ejus pietate vacaret Provincia) publicè aspectante populo inter plebeios ad sacram mensam accumbentem LEOPOLDUM, & divinâ synaxi refectum, idque non semel. Vidit anno 1611. Crumlovium eadem pietate ad divinum epulum solennioribus diebus properantem, totâ civitate quæ confluebat, in admirationem abreptâ. Vidit denique sæpiùs Græcium cum Sereniſſimo fratre Maximiliano LEOPOLDUM ad altare vices Acolythi obeuntem, & sacerdoti celebranti devotè ministrantem. Ità Austriaci (vt loquitur Author Annalium) *cum suam ipsi Majestatem demittunt, & apud homines illustriorem, & apud cælites faciunt excelsiorem.* Suppar huic fuit Pietas in MARIAM quam vt Immaculatè Conceptam fraterno exemplo religiosissimè coluit, solitus eâ die divino epulo accumbere. Pro ejus mysterii definitione impetranda scripsit Epistolam ad Urbanum Papam VIII. qua de re Marraccius: LEOPOLDUS *Archidux Austriæ Ferdinandi II. Imperat. Germanus frater, gemma, seu Margarita piorum Principum meritò nuncupatus, inter alia pietatis suæ, reverentiæ & cultus in Deiparam illustria specimina, scripsit ad Urbanum VIII. Pont. Max. de Conceptione Immaculata Augustissimæ Virginis Deiparæ Epistolam vnam æterno marmore dignam.* Sed non concluditur tam parvis cancellis *LEOPOLDI pietas ad omnia vtilis*, vt in symbolo suo præferebat. Nam & D. Virginem Oettinganam sæpe numero devotus invisit, & ornavit muneribus. Cajovienſem item ad Crumlovium sitam Virginis ædem, pedestri itinere non semel adiit, sacros Psalmos cum sacerdote comite decurrens, mirante, ac sæpè ægrè ferente Aulâ, quæ exemplum Principis vel invita imitari cogebatur. Luculenta sunt & illa in Deiparam pietatis testimonia, quod anno 1605. Græcensis Marianæ Sodalitatis Rector renunciatus

Hist. PP. Soc.

Marra. Bibl. Marian. P. 2.

Hist. PP. Soc.

tus novum in Oratorio altare erexerit: quod anno 1611. jam geminis Infulis decoratus Rectoris Mariani munus in Pragenſi Convictu ſuſcipere non detrectaverit: quod pleriſque Marianis Sodalitiis adſcribi voluerit; adeò vt vix reperiatur in omnibus Provinciis Auſtriacis Sodalitas Deiparæ ejus temporibus vel antea erecta, cujus Album LEOPOLDUS non decoraverit manu ſuâ. Anno 1610. Juliaco ab hoſtibus obſeſſo Bruxellas propemodum ignotus accurrit, nihilque prius habuit, quàm ad Hallenſem Deiparæ Virginis ædem, inſtituere piam peregrinationem. vbi ſacrâ ſynaxi refectus, piiſſimis de Virgine ſermonibus diem tranſegit. His artibus Pii Auſtriaci, & periculis ſe eximunt, & bella inſtaurant, & hoſtibus evadunt formidabiles, & lauros metunt, & familiam ſtabiliunt. Multa in Laudem LEOPOLDI affert Nierembergius in Dedicatoria Theophilitici: illa ſingularia cùm ait: *Teſtis etiam Leopoldinæ Religionis noſtra Societas pariter & Magnanimitatis, cum fidei propugnandæ propagandæque ardore, tot Chriſtiana caſtra erexerit, quot militibus Chriſti domicilia. Nec contentus pientiſſimus Princeps ſalute Germanorum, vltrà Indos & Gangem, vltrà terrarum orbem ad Sinas, & vltrà, vexilla Chriſti percupiit figi & navavit.* Præmiſerat autem inſignem ejus ex Pietate Fortunam alloquens filium Ferdinandum his verbis: *Neque felicius gladio & milite, quàm precibus votiſque novit Pater tuus pugnare, & incruentè vincere. Poſtquam enim Sueticum fulgur totam Germaniam miſerâ ſideraſſet vaſtatione; jam clades, & furor barbaricus Tyrolenſem ditionem ſpe voraverat. Inſtabant hoſtiles copiæ altero die victuræ, graſſaturæ, perrupturæ patrimonii tui valuas: obſtabat LEOPOLDUS pauco milite, magno animo, ſed maiori pietate. Eò res venerat, vt animus gloriæ ſufficeret, non victoriæ: ſuffecit tamen pietas triumpho: auxiliares cælos advocavit, nuncupavit votum S. Ignatio, noſtri Ordinis parenti: cum ecce ſubitò evanuit hoſtis, qui cùm magis timebatur, magis timuit, & fugit eos, quibus vel fuga tuta non fuit. Vicit tunc prece LEOPOLDUS, ne nunquam non victor eſſet, tunc ſuprà humanam ſpem invictus.*

Nierember. in Dedicat. Theopolit.

## §. VIII.

## *De fidei zelo & Pietate Archiducis*

## LEOPOLDI GULIELMI BELGARUM PROREGIS.

LEOPOLDUS WILHELMUS *Archidux Auſtriæ* Ferdinandi III. Imp. frater, nullis vnquam ſatis laudandus Panegyricis. Repetere tamen libet, quod ei anno 1649. ſcripſimus elogium.

In Camp. Lilio Vienn.

LEOPOLDUS WILHELMUS.
Auſtriaco-Marianus.
Jo tubæ! Jo tympana!
Nomen hoc eſt multarum parens victoriarum:
Multarum ſynopſis virtutum.
Hic ille eſt
Belgij, & Burgundiæ Archiſtrategus,

Mars

Mars Germanicus,
Bellorum Achilles:
Terror hostium, rerum Instaurator,
Seminecis Imperii vitale lumen,
Salus vrbium, Orbis delitium:
Qui jam post hebetatos mucrones, post lacerata hostium signa,
post plantatas in Belgio lauros,
securus à fulmine:
Novâ arte
Belgis Triumphalem Pacis Iridem meditatur:
Ut debellatis hostibus,
Bella ipsa debellet, expugnet pugnas.
Jo tubæ! Jo tympana!
Austriacus Hercules Leonem induit Belgicum,
Formidandus hostibus, suis formosus.
Adora Belgica Tuam felicitatem,
Jo triumphe!
Inclinate turritos vertices Austriaco
Armenteria, Cominium, Landresium, Dixmuda, Ipræ,
Cortracum, Cameracum:
Et quidquid Austriacis fascibus lauros implicat.
Ingreditur LEOPOLDUS Poliorcetes
*Solo fratre minor.*
omni Elogio & Panegyri superior.
Frustra tuum Suada fatigas ingenium.
omnia excedit ingenia
Ingenium *Marianum* Archiducis.
Ut servet Cameracensium mœnia
*Turrim* statuit *Eburneam*
Cui appendit pro clypeis omnem armaturam fortium.
Quin quies mille *Hostias*.
Pietate Eucharistico-Mariana.
Auitum est hoc Stratagema:
*Hostias* opponunt Austriaci *Hostibus*,
Et victimas *hostiles* cædunt.
Jo tubæ! Jo tympana! Jo triumphe!

Gesta & virtutes LEOPOLDI à R. P. Nicolao Avancino eleganti stylo enarrantur tribus Partibus, quarum prima exhibet Leopoldum Archiducem altera militem, tertia Episcopum. Potiora in rem nostram facerent, sed modum excederent. Tria solùm, quæ de aliis Austriacis hactenus retulimus, etiam de Leopoldo attingemus. Et primum quidem est zelus fidei Catholicæ propagandæ. *Porrò Leopoldi genius tanto in castæ Religionis incrementa ferebatur vehementius, quanto cum paterno Ferdinandi II. sanguine paternum quoque zelum traxit*

Avanc. vitæ Leop. P. 3. cap. 2.

*ſtraxit copioſius. Audivit aliquando à ſuo glorioſiſſimo parente dictum; ſuis ſe Regnis renuntiaturum potiùs: quàm vllam amplificandæ fidei occaſionem neglecturum: malle ſe cum conjuge, & liberis ſolo ſcipione inſtructum ire in exilium, ac ſolo pane & aqua vitam trahere: malle ſe in fruſta concidi, quàm injuriam DEO & Eccleſiæ illatam tolerare, &c.* Hinc LEOPOLDUS, vt quo arderet animarum, gloriæq; divinæ ſtudio, ipſe ſibi aliquando exprimeret, ita Deo ſuo in charta teſtatus eſt: *Non aliud Domine niſi tuam gratiam, amorem tuum, voluntatem tuam, majorem tuam gloriam, & omnium animarum ſalutem humiliter & confidenter prætendo in omnibus & ſingulis, Amen.* Sed gravius illud paternoque affectui propinquius, quod inaratum chartæ, poſt ejus mortem repertum eſt: *Hoc vnum voveo, vt in Confeſſionem Fidei mihi vita acerbiſſimis tormentis eripiatur. O quæ mea felicitas eſſet, ſi auxiliante DEO id aſſequerer!* In votis iſta, in ipſis geſtis non minora cum Ecclaſiarum Rectores probos & doctos ſeligeret, in caſtris Concionatores hortaretur, vt ferventius dicerent, vt Acatholici mixti Catholicis, melius condiſcerent ſentire de Romana fide: à templis violentas militum arcerent manus, reprimerent Janſeniſtarum dogmata, quæ vt extirparentur *inviolabili decreto conſtituit, Eccleſiaſticas dignitates, Canonicatus, & Beneficia, quæ Regiæ collationis eſſent, nulli de Janſenij erroribus ſuſpecto conferendas, niſi prius illi ſectæ renuntiaſſet penitus, debitamque Sedi Apoſtolicæ obedientiam juramento ſpopondiſſet.* Quod decretum tanti fecit Innocentius X. Pont. Max. vt LEOPOLDUM ad inſiſtendum benè cœptis Apoſtolico ſcripto ſit adhortatus; id ſanè ſic incipit: *Spectatus nobis per omnia in fraternitate tua Catholicæ Religionis cultus, ejusque ſervandæ ac tuendæ accuratus, ac ſolicitus Zelus; ingenitus ille Auſtriaco generi; ac planè coalitus, exemplo nunc ſeſe præcipuo probat, &c.* Deinde ſub finem: *Et verò nos probè novimus, quam anxiè ad ea, quæ pro DEI cauſa ſunt, Fraternitas tua animum adijciat, ſapienter intelligens, cautum exinde perpetuo fore, & populorum ſaluti, & regnorum firmitudini, & regnantium felicitati:* Quod quidem omninò confirmat theſim noſtram, in qua oſtendere volumus zelo fidei, pietati Euchariſticæ, & cultui Mariano potiſſimum deberi Firmamenta regnorum, & perpetuitatem Imperij Auſtriaci. Alterum eſt Devotio in venerabilem Euchariſtiam, de qua vitæ Author: *Hæc ſingularis eſt Auſtriacæ Domus prærogativa, qua ſibi per Rudolphum primum Coronarum auſpicem fecit Deum, & inde per aſſiduam nepotum imitationem, earundem conſervatorem.* Certè LEOPOLDUS nec magno avo Rudolpho nepos, nec Auguſto parenti Ferdinando filius hic quidquam conceſſit. *Quamdiu caſtra ſive in Germania ſive in Belgio moderatus eſt, ſemper laudato in Auſtriacis Principibus more publicam ſacræ Eucharìſtiæ ſupplicationem, eo die, quo hujus in Eccleſia celebratur ſolemnitas, in ipſis caſtris ſummo quo licebat apparatu, obiri voluit: cui ad magnificentiam inſtruendo, quidquid ſecum ſacræ ſupellectilis, quidquid periſtromatum devehebat, ad vſque ſui corporis pretioſum baltheum ſuppeditabat, &c. Annuum illi, dum bella geſſit, armorum auſpicium fuit, prius circumlatum Angelorum panem indictâ ſolemnitate proſequi, quam exercitibus in campo præire, &c. Annuum quoq; illud devotionis tributum (niſi procul diſſitum vberior*

Idem ibid. fol. 213.

Avancin. in Vitæ P. 1. cap. 3.

*DEI gloria prohiberet) ſub menſem Julium Bruxellis comparere, vbi ſtato die publicus honor venerandæ hoſtiæ reponitur, quæ Sacrilego olim ſcelere à Judæis fuit violata, eâ religione obire, vt non tantum præſens eſſet omnibus ad pietatem ſtimulo, ſed etiam abſens altè impreſſum cordibus exemplum relinqueret, ad nepotes transmittendum.* Illud longè illuſtriſſimum eſt devotionis ſpecimen, à patre olim, & patruis exercitatum, quod ſubjungitur : Valencenis cum Dominum Dominantium ſequeretur, densâ nube obvolutum cœlum in copioſum imbrem effuſum eſt : *at LEOPOLDUS nec integumento capitis arcere pluviam, nec ſæpè invitatus propior DEO ſub vmbellam tutò ſuccedere, minus, quod amaſſent alij, ſub tectum recedere : adeò non horrebat immadeſcere nimbis pro DEO.* Illud verò à Rudolpho quaſi hæreditate tranſmiſſum in pleroſque poſteros : *Toties quoties vel in Auſtria, vel in Bohemia, vel in Belgio SS. Euchariſtiæ, ſive equo, ſive rheda vectus occurrit, ad primum ejus conſpectum ſolicito Religionis affectu curſum ſtitit, in terram deſiliit, vtut pluviâ aut luto madentem, poſitis genibus præſtolatus, ad ægros conditione humiles, etiam de contagioſo morbo ſuſpectos, eſt comitatus.* Approbare tantam pietatem miraculo viſum eſt Numen, quando ad Salafeldiam quinque exercitibus obſeſſus LEOPOLDUS, ſupplicationem Theophoriæ de more indixit, & cùm antea omni ex parte boarent tormenta, toto eo tempore, quo deducebatur ſupplicatio, quaſi divinitùs imperato ſilentio conticuerint. Cùm verò ille poſtmodum affixus templo continuaret orationem, jamque iterum revocato furore volarent globi; monitus locum illum non ſatis ab ictu ſecurum eſſe, reſpondit : *Apud DEUM meum conſtituto nemo nocere poterit.* Plura in ejus vita. Sequitur cultus ergà Beatiſſimam Virginem, cui à teneris aſſueverat LEOPOLDUS, ſic à pientiſſima matre eruditus frequentiſſimè Virgineas ædes inviſit, Straſſgang, Straſſingel, Ferniz extrà Græcium : adultior deinde Cellenſem, quando in Auſtria erat, quotannis ſupplex adiit. Renuntiatus fratris Generaliſſimus belli Dux, non prius caſtra adiit, quàm Virginem Cellenſem, ab ea felix iter ſibimet precatus. Eum Benedictus Abbas intellexiſſe videtur cum in hiſtoria Cellenſi ait : *Illud compertum eſt, tantam eſſe inter Auſtriacos Principes pietatem ergà Virginem Deiparam à Cellis denominatam, vt ſinguli pro ſupremo cultoris Mariani titulo decertare videantur.* Anno 1645. cum in Belgium abiret futurus Gubernator & Archiſtrategus, nihil antiquius habuit. quàm priuſquam Paſſavio diſcederet montem Virginis ab *Auxilio Mariæ* dictum conſcendere, & in templo ei dicato miraculoſam iconem venerari. Videre mihi tunc licuit Principem à benè longa oratione prodeuntem velut Angelum DEI iturum ad gentem convulſam & dilaceratam. Nulla ferè eſt in Germania Sodalitas, nullus in Belgio Partheniorum cætus, cui ſuum ipſe nomen non adſcripſerit : in multis Præfecturæ Marianæ titulum recipere dedignatus non eſt. Omnia illi Marianæ vitæ myſteria Suavia, Suaviſſimum Immaculatæ Conceptionis. *Vt feſto huic celebrando per vniverſum Belgium ſervilia opera ſuſpenderentur præcepto, & divinorum accederet obligatio, habito Conſiliorum Patriæ conſenſu, à ſummo Eccleſiæ Capite impetravit. Donaria ejus, quæ Marianis ædi-*

Bened. Abb. hiſt. Cellen. init.

bus contulit, tum in Belgio tum Paſſavij, tum Oettingæ, tum Cellis, non facilè fuerit percenſere. Illud noſtris oculis vſurpavimus, quod cum anno 1660. LEOPOLDUM Cæſarem nepotem comitatus Labacum veniſſet, & in D. Virginis æde, quam Teutonici Ordinis Equites procurant in ſumma ara obſervaſſet ectypon Deiparæ Paſſavienſis, non ſolum per complures dies in Aula Teutonica (Cæſare interim Goritiæ & Tergeſti recipiente homagium) commorari, & in præfata æde quotidie ſacro Miſſæ ſacrificio intereſſe voluerit, ſed inſuper Viennâ poſtmodum lampadem argenteam magni pretij affabrè elaboratam eidem Virgini tranſmiſerit. Fertur etiam hujus Paſſavienſis Auxiliatricis iconem ad vſque vitæ finem de collo pendulam geſtaſſe. Certè nihil ad ejus cultum & venerationem promovendam prætermiſit. Novam Paſſavienſis ſive Oenanæ potius civitatis portam aperuit, & conſtrui juſſit, quo commodiore & breviore ad montem via vterentur peregrini. Cui portæ rogatus tunc cum erigeretur hoc diſtichon adſcripſi:

*Portam hanc Virgineas ſtruxit Leopoldus ad ædes,*
*Ad cœlum Archiduces, quis neget eſſe Duces?*

Non credebat pientiſſimus Princeps ſe ſatis pium eſſe, niſi & alios ad eandem pietatem animaret. Nempe bonum eſt diffuſivum ſui. Quod quam maximè experti Belgæ, abeuntem LEOPOLDUM gemitibus & lacrymis proſecuti ſunt, ac multo magis mortuum luxerunt. Ingentia illi certatim ſcripta Elogia. Ex vnico particulam delibo: *LEOPOLDUS apud omnes paſſim piiſſimi Præſulis, optimi Principis, fortiſſimi Imperatoris, & quod rarum etiamnum in hac vita mortali degentibus contingit, viri omnibus numeris perfecti, atque adeò Sancti cognomen & laudem adeptus eſt.* Ità Eugenius Albertus Epiſcopus Ruræmundenſis. Eugen. Ruræmund. Epiſc. teſt. 1. Jan. Aono 1663.

## §. IX.

## *De fidei zelo & Pietate Archiducis*
## FERDINANDI INFANTIS
### HISPANIÆ.

FERDINANDUS ARCHIDUX Infans Hiſpaniæ Philippi III. Regis filius S. R. E. Cardinalis Belgarum Prorex, quem acceperat à majoribus SS. Euchariſtiæ cultum, exemplo ſuo propagavit. Cùm eſſet in expeditionibus bellicis (quemadmodum adverſus Gallos Batavosq; æſtivo tempore ſemper fuit) celeribus equis ac cum paucis in vrbem Regiam, de caſtris feſtinavit, vt ſupplicationibus in honorem SS. Euchariſtiæ, quotannis Bruxellæ peragi ſolitis intereſſet. Iis peractis & exemplo ſubditis eximiæ pietatis relicto, eadem celeritate ad arma & caſtra revertebatur. *Hæc tempora noſtra viderunt, & teſtantur*, inquit Phoſphori Author. Sed & nonnunquam, cùm Sacerdotem ad infimæ ſortis hominem tunc ægrum, cum SS. Sacramento properantem vidiſſet, è theda confeſtim deſcendit, raptâque è vicina domo face, & aulicis idem facere juſſis, magnâ animi ſubmiſſione Auth. Phoſphor. P. 3 c. 4. § 10.

comitatus est. Cum autem ægri conditionem admodum tenuem intellexisset, ejus paupertatem insigni liberalitate sublevavit. Pro Virginis verò Deiparæ honoribus plurima molitus, inter alia ad Gregorium Papam XV. literas dedit, quibus petiit: vt de controversia Immaculatæ Conceptionis, *dignaretur totaliter resolvere negotium, quod in omnium votis est, & magni censetur momenti. Si verò rei gravitas moram exegerit, deprecor* (ajebat) *vt interim prohibeat vestra Beatitudo defendi contrariam sententiam tam in publico, quam in secreto, &c.* Subscripsit suâ manu: *Osculatur Sanctos Tuæ Beatitudinis pedes suus humillimus filius Cardinalis Infans.* Et verò exauditæ paulò post fuerunt hæ preces, cum Gregorius parti adversæ affirmativæ perpetuum indixit silentium. Dedit deinde aliam Epistolam idem FERDINANDUS ad Urbanum Papam VIII. quæ MS. extabat apud Bernardum de Toro Hispalensem, vt testatur Marraccius, qui etiam addit de FERDINANDO: *Seculorum memoria dignissimus heros, apud quem cultus & Religio Deiparæ, tanto semper in pretio ac honore fuit, vt ipse manus suæ autographo sese humillimum ejusdem Deiparæ mancipium fassus sit.*

Wadding. in Legat. Hisp.

Marracc. in Bibl. Mar. Part. I.

## §. X.

## *De fidei Zelo & Pietate aliquot Heroidum Austriacarum.*

### Mariæ Archiducis & filiarum Annæ, Constantiæ, Catharinæ Reneæ, Mariæ Magdalenæ, & Margaritæ.

DUm summa sequor fastigia rerum senarium solum Heroidum produco; quis enim tam vastam Iliadem in nucem cogat. Omnes penè quæ ad maturam pervenerunt ætatem celebrandæ essent. Plurimarum laus extat in Gynæcæo Reverendissimi P. Joannis Gans, quod nunc ad manum non habeo. Prompsit etiam nuper P. Didacus Lequile Franciscanus in hanc thesim multa, sed an hactenus ediderit, me latet. Sufficiat MARIA Caroli Archiducis Græcensis conjunx Ferdinandi II. mater incomparabilis Heroina cum prole sua. Huic quod olim scripsi nunc iterum appendo Elogium.

## MARIA ARCHIDUX AUSTRIÆ.

Nata Dux Bavariæ,
FERDINANDI
Secundi Mater, Tertij Avia, Quarti Proavia.
Hæc illa
Heroinarum Princeps, & seculi nostri Amazon.
Felix nomenclaturâ,
Felicior *Marianâ* pietate,
Feliciſſima filio, nepotibus, pronepotibus
*Marianis.*
Qui cum sint *Maximi*, *majores* gignunt.
Nimirum Austriaci,

Semper

Semper inveniunt vnde crescant.
In summa felicitate locus est adhuc incrementis.
Exhausto Fortunæ penu
Restat vnde petatur Austriæ prosperitas
*Cornucopiæ Marianum.*
Titulos à mundo maiores cum exspectare non possint,
E cælo petunt.
Vel hinc *Maximi*, quod *Mariani.*
Post *Mariam* Bavaram nonnisi *Mariæ* Cæsares pariunt.
Hæc fortis Lacæna,
Quæ prolem teneram frigidis mergit vndis,
Et brumali exercet gelu.
*Summo mane in acerrimis Germaniæ frigoribus*
*assistebat cum vniversa prole sacro de B. V. M.*
*quod vocant Rorate* Jac. Gusm.
Hæc habuerunt nostri Lacones invicti incunabula
Docti spernere Arctoum frigus.
*In ædem sacram vno lapide Græcio dissitam*
*omni sabbatho proficisci consuevit.* Idem in Marg. Hisp.
Sic decuit, vt peregrinari addiscerent,
Qui orbem erant peragraturi victoriis
Sub signis *Marianis.*
Bisseptem columnæ per viam dispositæ exhibebant mysteria,
Gaudia hinc, illinc dolores
*Marianos.*
*Spes* in adversa fortuna, in prospera *metus*
Alterni affectus ex his cathedris docentur.
*Cælo* pariter chari Austriaci & *mundo*
Gaudent privilegiis amicorum Dei,
Alternante fortunâ.
Solebat peregrina Princeps
*Flexo poplite ad singulas columnas advolvi,* Idem Gusm. & Balinghē.
*In templum subire, ac tribus sacris continenter assistere.*
Quoties genu in terram depressit,
Fundamentum posuit Colossis suorum nepotum.
Perennabit hodierna
Quæ tam solidæ basi innititur
*Columna Mariana.*

Digna æternitate facta, non nisi æterno mererentur conscribi calamo, sed nemo de Austriacis scriberet, si ad Austriacorum meritorum libellam expenderes suat facultates. Mariæ Archiducis vita non aliud fuit, quàm ardens zelus Catholicæ Religionis & indefessum studium benefaciendi Religiosis domibus, Cænobiis, templis, pauperibus; cui (ne quid ex Austriaco desideraretur

elogio) addidit cultum SS. Sacramenti, & magnæ Matris Deiparæ. Utinam ſuas in vnum conferrent ſymbolas Cænobiorum & Religioſorum tabulæ, exhiberent ſanè admiraculum vſque Pietatem Mariæ Archiducis. Nobis non licet, qua liberet exſpatiari. Illud compendio ſerviat, quod Anonymus annotavit Græcenſis: *Hoc anno* 1608. *nobis luctu vacare non licuit, ſublatâ videlicet è vivis Sereniſſimâ Archiduce Mariâ Sereniſſimi Caroli Archiducis Auſtriæ Collegij Græcenſis Fundatoris relicta vidua: cujus immortalia in nos, vniverſamq; rem Chriſtianam merita, omnia penè per Provinciam vniverſam ſacraria, templa, Collegia, Monaſteria, ſacri prophanique cœtus omni marmore & coloſſo perennius, ſeræ in omnem poſteritatem memoriæ commendabunt.* Nec illud omittam, quod piiſſimæ memoriæ Thomas Chrön Epiſcopus Labacenſis in ſua adverſaria retulit cum eſſet Decanus ad annum 1597. *Die* 8. *Februarii venerunt Labacum Sereniſſimi Archiduces Maria mater vidua, Ferdinandus, Maximilianus, Erneſtus, Leopoldus, filii, Gregoria Maximiliana, & Margarita filiæ: remanſit Clagenfurti in variolis Leonora. Prima illis cura viſitare omnia vrbis templa, & precibus incumbere. Die* 13. *in Palatio Epiſcopali à ſtatibus Provinciæ homagium præſtitum Sereniſſimo Ferdinando &c. Die* 15. *Omnes Sereniſſimi viſitarunt templa extra vrbem S. Chriſtophori, & S. Petri, ibidemque devotiſſimè ſacro interfuerunt. Die* 17. *in arce Labacenſi Eccleſiæ SS. Georgii, Pancratii, & Helenæ dedicatio celebrata eſt, cui omnes Sereniſſimi intereſſe voluerunt. Die* 19. *quæ erat Cinerum Sereniſſimi omnes publicè in templo Cathedrali ſacros cineres receperunt, peragente cæremonias Thoma Chrön Decano: dein Confraternitati Corporis Chriſti nomina ſua dederunt, quorum exemplo ſecutum Gynæceum, D. Balthaſar à Schrottenpach Aulæ Præfectus, D. Andreas ab Herberſtorff, & alij. Sereniſſimus Ferdinandus* 300 *florenos numeravit pronovo Monaſterio Franciſcanorum, & alios centum viginti quinque Confraternitati Corporis Chriſti dono dedit &c.* Ità ſcilicet pientiſſima heroina prolem ſuam ad omnem formabat pietatem, ſuoque quâ verbo, quâ exemplo etiam aulam impellebat ad piam æmulationem. De obitu verò Sereniſſimæ hæc notavit Epiſcopus Thomas: *Anno* 1608. *die* 29. *Aprilis literas Sereniſſimus Maximilianus Erneſtus ad me dedit, quibus intimat eadem die mane Sereniſſimam* Mariam *matrem viduam, fœminam ſanctæ converſationis & vitæ, omnibus Provinciis, & ſeculis memorandam, tot Eccleſiarum fundatricem, Eccleſiaſticorum, omniumque pauperum & piorum, meam quoque matrem* (quià anno 1600. die 5. Maij dignata fuit eum recipere in filium ſpiritualem, vt ipſe notavit) *benefactricem & patronam, ſpiritum Creatori reddidiſſe. Cui* 5. *Maij in Cathedrali Eccleſia juſta perſolvimus Pontificaliter.* Hæc Thomas: plura alij.

Anon. ſcriptor. Annal. 1608.

MS. Thomæ Lab. Epiſc.

*ANNA ARCHIDUX Auſtriæ* Caroli Archiducis & Mariæ filia Sigiſmundo III. Regi Poloniæ nupta, nobile germen attraxit radicis ſuccum, filia matris preſſit veſtigia. Quantum illa Deiparam coluerit, quo affectu Venerabile ſacramentum proſecuta ſit, ex paucis collige. Quotidie ſeptem, aut minimum quinque Roſaria vna cum officio Mariano decurrit. Miſſis pluribus interfuit. In Adventu Miſſam de B. V. quàm Rorate ab introitu appellamus, per duas horas decantari curabat, & nihil ominus aliis duabus Miſſis intereſſe voluit:

Quadrant. in vita Gans. in Gynæc. Auſt. MSS. Græcenſ.

voluit: neque vlla æeris intemperie aut frigore (quod in Polonia rigidiſſimum eſt) ſeſe ab ea devotione arceri paſſa eſt. Ad Cheſtochovienſem Deiparæ ædem in Polonia, ſæpiùs peregrina abiit, totum tempus Roſario volvendo, & Litaniis recitandis aut cantandis impendit. Ad hæc nempe in Tyrocinio aulico piiſſimæ ſuæ matris educata, & edocta fuerat. Obiit in Octava Purificatæ Virginis anno 1598.

*CONSTANTIA ARCHIDUX Auſtriæ* Caroli Archiducis filia, poſt Annam ſororem eidem Sigiſmundo Regi Poloniæ in matrimonium elocata, reſpondit nomini ſuo, tunc vel maximè cùm regno bellicis motibus concuſſo Sigiſmundus maritus abſens arma tractaret. Nam ad divinæ iræ avertendæ ſtudium tota intenta, conſtanter placidéque, magis etiam quàm pro prima ejus adoleſcentia poſſe videretur, omnem Fortunæ inſultum excepit. Frequentiſſima in precibus ad Deum fundendis, in divinis ſacramentis frequentandis, frequens in viſitatione ſacrorum locorum, Religioſarum familiarum, ad templa varia ſæpè etiam habitu diſſimulato progreſſa. Indixit adhæc ſibi ſuoque Gynæcæo non ſemel quadraginta horarum devotionem continuam; quam & ipſa religioſiſſimè proſecuta eſt, mediâ quoque nocte conſurgens ſi hora ei ſorte ducta tunc contigiſſet. Retulit verò fructum peculiarem religioſæ ſuæ pietatis. Ipſis enim iis horis, quibus illa pro more ſuo in ſacrorum locorum viſitatione occupata fuit, Rex maritus præcipuas obtinuit victorias. Anno 1606. die 4. Octo. ipſo die S. Franciſci, cum Rex primum adverſarios in ſuam poteſtatem redegiſſet, eâdem illâ horâ, Conſtantia in templo quodam ord. D. Franciſci genibus nixa ſolitæ ſuæ devotioni operam dedit, ſingulari quadam ſpiritûs conſolatione perfuſa, cujus cauſam tunc ignorabat. Et cùm iterum anno 1607. die 5. Julij prælio aperto Rex hoſtes fudiſſet, eo quoq; ipſo tempore Regina habitu diſſimulato, ni templo Viſitationi Divæ Virginis ſacro Cracoviæ in ſimili opere, magna cum animi ſui quiete diſtenta fuit. Difficile eſt percenſere vniverſa pietatis ſtudia, quæ illa flagranti patriæ contulit vberrimè, non in ea tantum, in qua tunc degebat vrbe, ſed latius quoq; ſe effundendo, nempè ad illam vſque celeberrimam ædem Deiparæ Zeſtochovienſem, vbi divinum continuo trimeſtri placabat Numen, diebus ſingulis ſacrum Miſſæ Sacrificium per ſacerdotem offerendo, advocatis pluribus egenis, qui devotionem Roſarijs recitandis proſequerentur. Reverſo poſt victoriam obtentam Rege, ſacerdotem ad idem templum obligavit, qui Octiduanam Deo ejuſque matri ſuo nomine gratiarum redderet actionem. Denique & illud pietatis exercitium Conſtantia in Polonicam induxit aulam, vt feria 5. maioris hebdomadæ in memoriam Cænæ Dominicæ epulum inſtrueretur duodecim pauperibus, quibus Rex & Regina in perſona ſervivere admenſam nemine alio admiſſo præter Confeſſarios & Regium Principem. Ità nimirum Auſtriaci ſolis genium imitati, nolunt ſibi tantum lucem & calorem impendere niſi diffundant in alios. Jam etiam ſeptentrionales populi eorum igne ad gloriæ divinæ argumentum animantur. Felix Auſtria, quæ parem non habes! Nec aliæ Conſtantiæ ſorores degeneraverunt.

Hiſt. PP. Soc. ad annum 1606. & ſeq.

*MAR-*

Beyrl. in Theatr vit. huma. Alb. Capenides in MSS. Allegambe in. Bibl. ſcript. Soc.

*CATHARINA RENEA*, tertia Conſtantiæ ſoror Virgo defuncta annoætatis vigeſimo, quæ ambiebat pauperum proles ê ſacro baptiſmi fonte levare; ſæpè peregrinata ad D. Virginem in Lech, Straſſgang, Straſſingel, Ferniz extrà Græcium, plerumque pedes, & ſeminudipes, vt ſæpè ſanguine cruentatis reverteretur. Ante ſupremum morbum, quo vicennis exſpiravit ad S. Petrum extrà Græcium communem Proceſſionem pedes comitata eſt, licet cæli inclementia, & pluviarum imbres aliud ſuaſiſſent.

Concion. Funeb. Anozym.

*MARIA MAGDALENA* priorum ſoror Magna Duciſſa Hetruriæ, cum Græcio Florentiam ſponſa deduceretur anno 1608. Labacum tranſiit, ibique Archi Confraternitati Corporis Chriſti nomen dedit, quià devotiſſima ſemper fuit SS. ſacramento. Quin altero mox anno ad Epiſcopum Labacenſem Thomam literas, & ſacrum munus tranſmiſit gravem pondere, & magni pretii Monſtrantiam in Theophoriæ ptoceſſionibus vſurpandam, quæ etiamnum in Eccleſiæ Cathedralis ſacrario aſſervatur. Vitam ejus fusè conſcriptam aliquando me vidiſſe memini.

MS. Eoiſc. Labacen.

Quid de *MARGARITA* quinta ſorore dicemus. Cujus pietatem paſſim loquuntur Templa, Cænobia, Sodalitates, Lauretana ædes, Mons Serratus, aliáque Deiparæ dicata loca. Satis ſit dicere Margarita fuit lectiſſima conjunx Philippi III. Regis Hiſpano-Auſtriaci, vſa ſpiritûs Magiſtro magno illo Immaculatæ Conceptionis aſſertore Hieronymo Florentia S. J. Concionatore Aulico, cui certam quothebdomadis definiebat horam ad ſe veniendi, vt vitæ ſuæ rationes cum eo expenderet. Nuptialem veſtem in qua Ferrariæ anno 1598. marito Regi in manus convenit ab vltima poſt quadriennium Hiſpania Græcenſi Baſilicæ D. Ægidii donum tranſmiſit. Veſtis erat auro argentoque texta Attalico ingenio, tanti ponderis, quantum mirum eſt à ſexu imbecillo portari potuiſſe. Ex ea poſtmodum ſacerdotalia paramenta formata ſunt. Etverò vt munus Regiam munificentiam commendaret efficacius, conjunxit aliud cujus pretium decem aureorum millibus æſtimatum. Capſa erat hexagona cubitali altitudine elaborata, ebeno, cryſtallo, ebore, argento, auro, vnionibus 147. pyropis 84. ſmaragdis 72. exornata, cui incluſæ SS. Reliquiæ. Id ejus anni ſcriptor annalium Græcenſium annotavit. Alius verò poſterior ad annum 1611. ingemiſcens ſcribebat: Accidit hoc anno acerbiſſimus obitus Margaritæ Reginæ, an parentis Hiſpaniæ vniverſæ, cui quantum debeat Societas, multis dici non poſſet. Illud verò graviſſimè perculit reputantes, quantum præſidium Luſitania, quantum perdiderit India. Nam præter interiora conſilia, quæ de Indis ad fidem adducendis piiſſima Regina volvebat, quoties expeditio eo pararetur Patres Societatis Proregibus commendabat, tanquam ſuos. Moriens teſtamenti tabulis Salmanticenſi Collegio præter inſtrumentum Sacelli, quod fuit quadragenûm aureorum millium, & pretioſam veſtem, quæ æquavit pretium viginti millium, ad ſublevandam rem familiarem Octoginta tria millia legavit. Duos annos dubitatum, quid Rex conſiliumque Regium de tam opulento legato decerneret: Tandem conſtitit ex vtriuſque ſententia, ſupremam pientiſſimæ Reginæ voluntatem, nullatenus infrin-

Script. Annal. PP. Soc. ad an. 1598. 1611. & 1612.

infringendam esse, & legatum vltrò consignatum est legatariis. Obiit pijssima Regina die 3. Octob. anno 1611. Denique tota Caroli Archiducis progenies, & Ferdinandi II. Imp. parentela, nihil nisi pietatem, fidei zelum, Ecclesiarum ornamenta, Religiosorum domiciliorum dotationem, congenito quodam animi impulsu, meditari videbatur: de quibus plura alij: nos hic sistimus, & tamen adhuc addimus pauca.

## §. XI.

## *Analecta de Fundatoribus Austriacis, & eorum pietate.*

PAuca hic de reliquorum Austriacorum Zelo Religionis, pietate & fundationibus attingam provt in calamum obvia fluxerint. Primus occurrit Rudolphus III. cognomento mitis Alberti I. Imp. filius, Rex Bohemiæ, de quo hæc Lazius: *Fuit ejus non minimum in Religione studium. Nam & D. Claræ Cœnobium, vt ad extremam manum perduceretur, duo millia librarum argenti donavit. Id quod & Minorum Monasterio, ab Ottocaro quondam Bohemiæ Rege incœpto, à Blanca vero vxore sua locupletato, piè & cum laude feciisse perhibetur.* Laz. Vienn. lib. 3. cap 2.

II. Otto Dux Austriæ filius Alberti I. Imp. cui cognomen Mirabilis attribuit Lazius, alij Jucundum, & Jocosum appellant, primus ê sua familia Carinthiæ Dux fundavit in Styria Cœnobium Cistercienſium Novi montis, vulgo Neüperg, in quo vxor ejus Anna sepulturam accepit anno 1340. ipse verò subsecutus est anno 1345. Fundavit etiam Viennæ, & à fundamentis excitasse dicitur Cœnobium Augustinianorum, quod nunc Aulæ contiguùm est, & aliud pro Canonissis ejusdem Ordinis ad S. Laurentium in eadem vrbe anno 1337. Plura alia locupletavit vt D. Claræ Viennæ à Rudolpho fratre incœptum: per Austriam etiam ac Styriam Baumgartenberg, Engelhartszell, Zuvethall, Vorau, Judenburgense, & Märenberg suis donativis reddidit cultiora. Lequil. Piet. Austriac. P. 2 fol. 81. Maurer. descript Vienn. fol. 53. & 115. Laz. cit. fol. 99.

III. Albertus III. cum Trica vna cum fratribus fundavit studium Universale Viennense: doctos ac Religiosos viros in pretio habuit. Ad rem divinam propensus sacra nunquam neglexit: Psalmodiam subinde cum Monachis & Sacerdotibus perficere solitus. Plurimum illi debent Austriacarum Provinciarum Cœnobia, præsertim Tullnense S. Crucis à proavo Rudolpho I. Imperat. fundatum: S. Hippolyti Canonicorum Regularium, S. Agapiti in Chrembsmünster Benedictinorum, Garstense ejusdem Ordinis, & alia quæ donariis suis locupletavit. Viennæ præterea fundavit Monasterium Pœnitentium mulierum ad S. Hieronymum, quod postmodum Ferdinandus I. Imp. Minoribus Obsetvantibus concessit, cum in subvrbio, illorum vetus Cœnobium propter bellum Turcicum solo æquatum fuisset. Lazius cit. Maurer. cit. Lambec. lib. 2. Biblioth. fol. 139

IV. De filio Alberti III. dicto etiam Alberto IV. cognominato Mirabilia mundi hoc refert Lazius: *Præter cæteras virtutes, quæ plusquam humanæ in hoc Principe erant, Religione etiam incredibili claruit.* Inter hæc censeri debet periculosa ejus in terram sanctam peregrinatio, quam feliciter evitatis insidiis peregit, & incolumis domum reversus est. Solverat Venetiis vbi magno honore susceptus Laz. cit.

ſacra lipſana Divi Stephani, in æde S. Georgii Ord. D. Benedicti, veneratus eſt, vti illic inſcriptio literis aureis loquitur, quam aliquando ipſe legi & deſcripſi:

*Oſſa D. Stephani Protomartyris, cum adhuc in vetuſta æde conderentur, Gallo Equiti oranti ibidem, ab Angelo cæleſti oraculo manifeſtata, petentibus Wilhelmo atq; Alberto Auſtriæ Ducibus, ſenatuſconſulto reſerata ſunt Calendis Septembris Anno M. CCC. LXXXXIX.*

Exactè Albertum IV. deſcribens Ebendorffer inquit: Fuit ſtaturâ procerus, pulcher facie, genis roſeâ rubedine ſuffuſis, pilis ac barbà nigris & planis, nullo calamiſtro curvatis; ſed quod præſtantius eſt moribus optimis ornatus. Converſatio ejus præcipuè cum doctis, Clericis & Religioſis vitâ probatis. Hinc circà principalia Chriſti, & B. Virg. feſta, quantum patriæ regimen, & rei familiaris cura permittebat, ſe ad Monaſteria conferebat, ibique divinis laudibus tam nocturnis quàm diurnis interfuit. Lectiones in Matutinali ſynaxi decantare; verſus, Reſponſoria, juxta quorundam Religioſorum, præſertim Cartuſienſium morem perſonare non erubuit, propter quod ipſum aliqui plus Monachum, quàm militem futurum prædicebant. Traxerat hos mores à patre ſuo. Canonicos Regulares multâ obſervantia proſequebatur, cum iis penè quotidie horas Canonicas decurrebat. Eorum aliquos ad S. Dorotheam Viennæ congregavit, vbi & Monaſterium inſtituere decrevit, quod poſteà Andreas de Gars Plebanus fundavit, ipſius vt dicitur Alberti plurimum ſtipendiis adjutus.

Eberdorff. in hiſt. Auſtr. MSS.

V. Wilhelmus hic nominatus fuit patruus Alberti cognomento Ambitioſus, qui ampla Privilegia conceſſit Clero Carnioliæ, quorum Authenticum exemplar vidi: inter alia pares fecit Clericos Provincialibus, idem vtriſq; tribunal quoad temporalia aſſignando; vnde adhuc hodie Clerus Carnioliæ in re pecuniaria & debitorum, inſtantiam ſuam habet coram ſupremo Capitaneo Provinciæ, non coram Vicedomino ſicut in Carinthia & alibi. Severè etiam inhibuit ne defunctorum Parochorum aliorumve Clericorum bona ab Advocatis, Præfectis, aut Dominiis diriperentur, ſed juxtà voluntatem teſtatoris, & juxtà Canonum tenorem diſtribuerentur, quibus eſſent aſſignata. Diplomatis vtriuſq; datum eſt an. 1399. in Vigilia S. Bartholomæi, ex quo colligere licet, quod ante Hieroſolymitanam profectionem ſint expedita. Experta etiam ſunt Wilhelmi munificam manum Cœnobia Sitticenſe in Carniolia, Oſſiacenſe in Carinthia, Göſſenſe in Styria, vt de alijs ſileamus.

Laz. in Geneal MSS. Sitticenſ. & Oſſiacenſ.

VI. Leopoldus III. cognomento Craſſus frater Wilhelmi, Cœnobium Monialium Schœnenſteinbach Ord. S. Dominici ſupra Enſishemium, poſtquam Anglico bello exuſtum fuerat, magnificè reparavit, & plura alia condidit vel reſtituit, de quibus alibi ſe acturum promiſit Didacus Lequile, ſed non præſtitit. Ab eo arcem Neoſtadienſem conditam ſcribunt Gebuilherus & Lazius. Studioſis eum honorem habuiſſe, vt vel pileum tranſeuntibus deponeret, vel caput inclinaret, notavit Haſelbachius.

Lequil. Piet. Auſtr. P. 2. fol. 218.

Laz. in Geneal Gebuilher. in Gen.

VII. Sigiſmundus Friderici filius Wilhelmi patruelis, Tyrolenſium Princeps, multa Monaſteriis, aliisq; piis locis exhibuit beneficia. Sacra ſtatutis diebus & Anniverſaria fundavit in variis Cœnobiis per Tyrolim, Helvetiam, Bavariam,

Lequil. cit. fol. 274.

Sue-

Sueviam, Briſgoviam. Aliquot egregia donaria deſtinavit in Eremum B. Virg. vulgo Einſidlen. Ordini Teutonico duas arces in Tyroli ceſſit Reiffenbergam, & Wel ffnſtein, ob quod donum Commendator ſe ac ſucceſſores ſuos ad annum ſacrum piaculare obligavit. De parente ejus Friderico ejuſq; ergà Apoſtolicam ſedem obſervantia propter quam etiam bonorum jacturam paſſus eſt ſuprà diximus. Patruus hnjus Sigiſmundi Erneſtus Ferreus Cœnobia Oberburgenſe, Runenſe & Mariæcellenſe locupletaſſe narratur. Haud dubiè plura egit, quæ à nulloliteris mandata ſunt. Laz. in Vienn. fol. 110.

VIII. Ladislai Poſthumi Regis Hungariæ & Bohemiæ, Alberto II. Imperatore progeniti memoria hic recolenda eſt præ multis aliis. *Conſum natus in brevi explevit tempora multa.* Annos natus duode viginti in ipſo ætatis flore, in ipſo gloriæ culmine, intra ſex & triginta horas poſtquam ægrotare cœpit extinctus eſt Pragæ, cùm ſponſam ê Galliis exſpectaret. De mortis genere varij ſparſi rumores multis ſcriptoribus anſam dederunt errandi. Mortem alij morbo, alij cruditati, alij veneno imputavere. Sunt qui vlcere peſtifero ad inguen percuſſum affirmarunt: pleriq; nullum peſtilentiæ ſignum apparuiſſe. Medici Teutones, quorum potiſſima corporis cura fuit, in Auſtriam reverſi palàm dixêre, quamprimum ægrotare Rex cæpiſſet, ſe vocatos, manifeſta mortis ac veneni ſigna comprehendiſſe; neq; auſos in aliena terra manifeſtare, quæ viderant; timuiſſe potentiam eorum, quorum ſcelere Rex periiſſet: Regi clam aperuiſſe omnia, reſpondiſſe illum, non ignorare toxicum datum; ſilentium imperaſſe, ne Regiæ morti ſuam adijcerent. Qui violentam mortem dicunt Podiebradium & Rochezanam criminantur: ille regnum affectabat, hic hæreſeos metuebat excidium. Nunquam enim Rochezana Regi placuit, idq; palàm factum, cùm ſacra ferentem Rex contempſit. Vulgatum etiam fuit, ideò Regem Pragæ nuptiarum celebritatê decreviſſe, vt concurrentibus eo Catholicis Principibus, potenti manu hæreticos comprehenderet, finemq; tandem Huſſitarum inſaniæ daret: id præſenſiſſe Rochezanam & Podiebradium, necem Regi pro ſua ſalute machinatos. Recens author excuſare vult ſuos Bohemos, & peſti mortem attribuit *Regis mors Podiebradium ſuſpicione fœdiſſimâ porrecti veneni aſperſit, quod tamen Theobaldus ex Lupacio pluribus rationibus falſum eſſe demonſtrat, & Procopij de Rabſtein Cæſaris Cancellarij, Hagecij, Cochlæi, Nicolai Liſtij, Simonis Slanæi, Joannis Turoczij authoritate Georgium tuetur, qui omnes peſte extinctum Regem (quæ Pragæ id temporis regnabat, cum Ladislaus non in arce S. Wenceslai, ſed in media vrbe in domo, quæ Aula Regia hodieque dicitur, habitaret, ac omnibus promiſcuè audientiam daret) & poſt mortem in ejus ſinu duas venenatas ſuculas apparuiſſe ſcripſerunt, &c.* Balbin. Epit. rer. Bohem lib. 5. cap. 3.

Verùm huic excuſationi è diamento opponitur Epiſtola teſtis omni exceptione majoris Æneæ Sylvij, qui Regi ægrotanti perſonaliter adfuit, & anno ſequenti ſummus Pontifex renuntiatus eſt. Sic enim ille habet: *Calamitatem illam lugubrem, deplorandamque Regis Ladislai mortem aliorum officio tuæ Dignationi innotuiſſe autumo. Ob quam rem pro tua ergà ipſum devotione jam plenè inveterata, incredibili te dolore affectum eſſe certum ſcio. Nunc autem vt è Praga, ad quam infauſto totius Orbis auſpicio cum Regia Celſitudine con-* Æn. Sylv. Epiſt. 338.

*ceſſi, Viennam remigraſſem, putavi mihi ad Te, de hac re aliquid ſcribendum eſſe. Conantem tamen id facere, ſuſpiria, lacrymæ, & ſingultus ità impediunt, vt mihi ex ea morte conceptus dolor non modo revocari, ſed augeri videatur. Quid autem in hac publica clade potiſſimum explicem neſcio. Magna eſt varietas ſermonum, quo genere mortis obierit. Ego verò, etſi ſcio, nemini prorſus me cedere oportere habitudine notitiæ hujuſce rei, qui quam creberrimè apud Regem, etiam ægrotantem ſum verſatus; tamen ſilendum potiùs eſſe duco hoc tempore, quam loquendum; cùm ſciam rem illam indies magis clareſcere. An adoleſcentem Regem robuſtiſſimum, nullum prorſus vel doloris indicium ſentientem, cum quo die Lunæ præeunte mortem uſque ad noctis horam tertiam, ſummâ, poſtremâ, & facili lætitiâ fui, triginta ſeptem horarum intervallo, aliquod genus mortis naturalis proſternere potuiſſet; ante quem vel minimus quiſque ex ejus familia; neque poſt eum vllus, etiam eorum, qui ægrotanti quotidie aſtitimus, aut aliorum quiſpiam minimæ ſortis, hoc genere mortis interiit. Sed reprimam ego me, ne dolori nimium indulgere videar.* Hæc Sylvius planè veroſimilia de genere mortis: quibus etiam illa conſentiunt apud Thomam Ebendorffer Canonicum Viennenſem, qui tunc floruit: *Die 8 Junii* (Anno ſcilicet 1457.) *mane poſt ſolis ortum apparuit alter à prioris anni Cometes, qui per tres menſes viſus eſt. Rurſum alius die 22. Novemb. qui nunquam amplius viſus eſt, niſi tunc, colore ſanguineo, ſine cauda, flammante comâ, quem ipſe Rex Ladislaus Pragæ contuitus eſt & ſequenti die 23. Nov. inter quartam & quintam horam obiit. Sentiens ſe moriturum clam ſacramenta impetravit, & accepto lumine in manus orans Dominicam orationem, inter illa verba,* ſed libera nos à malo, *exſpiravit. Poſt mortem oculi, naſus, lingua penitùs denigrata: & in ſpina dorſi ingens nigra macula, venenum prodiderunt.* Quanta fuiſſet facturus Ladislaus pro augmento fidei Catholicæ ſatis oſtendit maxima illa cum B. Joanne Capiſtrano Ord. Minorum contracta familiaritas, vt ipſe B. Joannes ad Calixtum Papam III. hæc reſcripſerit: *Una cum Sereniſſimo Rege &c. Hic verò quanta de benignitate, pietate, ac ſanctitate T. B. nec non de ardenti deſiderio, ſancto voto, ac divina intentione mecum retulerit, aliàs enodabo &c.* Anno 1456. menſe Septembris Ladislaus ſecundo Danubio in Hungariam defluxit, & ægrotantem B. Joannem inviſit, Medicum ſuum ei aſſignans, & nullis ſumptibus parcendum monuit, etſi integrum regnum exponi deberet, teſte Joanne de Tagliacotio, apud Lucam Waddingum. Idem de Ladislao ſenſit Julianus Cardinalis S. Angeli datis literis ad B. Capiſtranum: *Sereniſſimus Dominus Rex fervorem non parvum Religionis habet.* Item: *Sereniſſimus Dom. Rex ferventiſſimus eſt in iſto negotio, tantum quod exſpectamus, quod erit alter David, & in innocentia ſua puriſſima interficiet imbaptizatum Turcam Chriſtianorum interfectorem &c.* Didacus de Lequile nuperus ſcriptor timidè quidem, ſed tamen ex motivis non vanis audet Ladislao laudem Martyrii tribuere, cum ait: *Iſtud mortis genus num. aliquam Martyrij ſpeciem præſeferat aliorum judicio ſubmitto &c. Chriſtiana hæc charitas ſalvandi Bohemorum animas, quam plurimis hæreſibus Huſſitarum perditas, adeò viguit in adoleſcentis Ladislai pectore, adeò pauco tempore ſobolevit, vt pro ea vitam propriam contempſerit. Non pavit Rex diſcrimina, Podiebradij, & Rochezanæ, ê quorum nutibus tàm in rebus Politicis, quàm Religionis omne regnum ferè pendebat,*

Ebendorff. in hiſt. Auſtriac. MSS.

Luc. Wadding. in Annal. Min.

Did. Lequil. de reb. Auſt. P. 2. Excurſ. 5. fol. 268.

*ma-*

*machinamenta minimè formidavit. Vicit ſemetipſum pro Catholicæ ac Romanæ fidei ſanctæque Apoſtolicæ ſedis zelo, expoſuit periculis vitam, quam dolo & fraude Huſſitarum perdens ſummum meritum ſummâ mercede promeritum nactus eſt &c. Felix ergò obitus Ladislai, idcircò veraciter Regis, quià aliquo modo, & Martyris.* Hæc ille, plura apud alios, quos Lector conſulat.

IX. Addamus paucula de Heroidibus. *Guttha ſeu Juditha* Rudolphi I. Imperatoris filia Regina Bohemiæ vnà cum marito Wenceslao, quem multi ob vitæ integritatem ſanctum appellant, altero poſt ſolennem Coronationem die fundavit Zbraslavienſe Cœnobium pro Ciſtercienſibus, anno 1297. quo eodem decimoſeptimo die, ſive 18. Junij poſt ſuam Coronationem extincta eſt. Fuit, vt loquitur Balbinus, *Regina à prudentia, vitæ innocentia, & amore pauperum ab omnibus ævi illius ſcriptoribus commendata. Moriens vltimâ voluntate ſuâ literis expreſſâ, dotem ſuam omnem viduis, pupillis, & pauperibus tranſcripſit.* Balbin. rer. Bohem Epit lib. 2 c. 16. Lequile ſol. 99.

X. *Richſa* ſeu Eliſabetha Polona altera poſt Guttam Wenceslai conjunx quæ dein Rudolpho III. Auſtriaco Alberti I. Imperatoris filio nupſit, fundavit anno 1323. Cœnobium Monialium Ciſtercienſium Aulam Mariæ dictum propè Brunam Moraviæ, nunc Clauſtrum Reginæ appellant, vbi & ſepulta eſt. Ab ea Hradecium vrbs nomen habet Reginohradecij, quod ibi ceu dotali ſua vrbe magna ex parte habitarit cùm eſſet vidua. De ea paucis Balbinus: *Brunæ verò in Parthenone ſacro, quem fundarat, inter Converſas, vitam ſanctam ſancto fine concluſit Regina Rixa ſeu Eliſabeth anno* 1335. *quamvis eam Reginohradecij obiiſſe ſcripſerit Weleslavinus.* Lequile cit. fol. 164. Balbin. Epit. rer. Bohem. lib. 3. c. 16.

XI. *Iſabella* Aragonia Friderici Pulchri Cæſaris conjunx, præterquam quod vna cum marito Cartuſiam Maurbacenſem fundaverit ac dotaverit, Cœnobium etiam Minorum Viennæ largis proventibus auxit; ibique in Eccleſia S. Crucis in Sacello D. Ludovici quod fundaverat ſepulta eſt. Obiit anno 1331. die 20. Julij. De hac Imperatrice Haſelbachius proximus ad illa tempora ſcriptor: *Fridericus Cæſar è captivitate dimiſſus Viennam venit promiſſâ barbâ intonſus, &c. Gaudium populi eſt ſummum, præſertim verò Eliſabethæ conjugis, quæ quoad maritus detinebatur in carcere, peregrinationibus, jejuniis, & fletibus ſe caſtigavit, vt penè viſum perdiderit.* Marito præmortuam ſupponunt, qui tertiam illi conjugem tribuunt, ſed credendum Haſelbachio ferè coævo, & Guillimanni MSS. Laz. Vienn. lib. 8 fol 92. Lequil. fol. 171. Tho Ebend. de Haſelb. in hiſt. Auſtriac. MSS.

XII. *Virida* filia Barnabæ Ducis Mediolanenſis vxor Leopoldi Auſtriaci cognomento militum gloria, qui ad Sempacum ab Helvetis cæſus occubuit, pientiſſima matrona in Clerum & Religioſos profusè munifica, viduitatis ſuæ annos potiori ex parte in Carniolia tranſegit, haud procul Sitticio Ciſtercienſium Cœnobio, cui ſummè addicta fuit, vt vix annum præterlabi pateretur, quo non aliquo ſingulari beneficio ſibi Ordinem & Cœnobium illud obſtringeret. Multa recenſent faſti & chartophylacia domeſtica Sitticenſium, apud quos demum etiam ſepulturam ſibi moriens delegit. Illata tumulo Sitticij ad cornu Evangelij ſummi altaris, vbi etiamnum ejus inſignia viſuntur. MSS. Sitticenſ.

XIII. *Blanca* filia Philippi Pulchri Francorum Regis, vxor Rudolphi Mitis Alberto I. Cæſare progeniti fundaſſe fertur Monaſterium Minorum ad Laz. Vien. lib. 3.

Laz. Vienn. lib. 3. S. Crucem vt ponit Lazius; alij ab Ottocaro Bohemiæ Rege fundatum volunt, ſed à Blanca & Rudolpho locupletatum. Contulit ad id Rudolphus duo millia librarum argenti. Eadem Blanca fundavit Viennæ Cænobium S. Claræ, quod poſteà Anna filia Friderici Pulchri Cæſaris anno 1336. abſolvit, & Catharina Alberti III. Archiducis filia locupletavit. Hoc Cænobium demum anno 1530 poſt duo ſcilicet ſecula Ferdinandus I. Imp. Hoſpitali Civico aſſignavit, Clariſſis ad S. Annam translatis, vbi prius peregrinorum erat receptaculum.

Maur. ſol. 112. Vienn.

Gans in Gynæc. XIV. *Agnes* Auſtriaca Leopoldi Glorioſi filia vxor Boleslai Suidnicenſium Ducis fundavit cum marito Cænobium S. Mariæ Magdalenæ. Lazius Agnetem hanc Catharinam vocat matrem filiæ Annæ, quæ poſteà Carolo IV. Imperatori juncta fuit.

Beyrl. Thea. vit. hum. lit. R Franc. Ganz. hiſt. Seraph. XV. *Margarita* Auſtriaca Maximiliani I. Imp. filia Duciſſa Sabaudiæ Belgii gubernatrix anno 1518. fundavit Brugis in Flandria Cænobium Anuntiatarum, & anno 1524. Nivellæ in Brabantia Cænobium FF. Minorum ſub titulo Immaculatæ Conceptionis, teſte Gonzaga.

XVI. *Leonora* Imperatrix Ferdinandi II. Uxor, mariti exemplum ſecuta fundavit Viennæ prope rubeam Turrim Veſtalibus Carmelitanis inſigne Cænobium, in quo & ipſa aliquando vixit. Quin etiam aliud pro FF. Miſericordiæ in ſuburbio Viennenſi trans Danubium: ac denique tertium Camaldalenſibus in monte Cetio ſeu Calenberg.

XVII. *Maria* Auguſta Infans Hiſpaniæ, Ferdinandi III. conjunx, evocatis ex Hiſpania Benedictinis Reformatis novum Cænobium ſtatuit antè portam Scotenſem Viennæ dictum à monte ſerrato, junctis opibus cum marito. Aliud quoque extrà portam Carinthiacam ſub monte Viennenſi Patribus S. Franciſci de Paula, vt ibidem Inſcriptiones loqvuntur. Aliarum ex hac Auguſtiſſima familia Heroidum munificentiam in Ordines Religioſos, & Eccleſias narrabunt alii: nobis hæc raptim in manus & calamum inciderunt.

## §. XII.

## *Oſtenditur per Antitheſim zelum Religionis Catholicæ & pietatem eſſe firmamenta Regnorum.*

Ariſt. 7. Pol. cap. 8. Lactan. de Ira cap. 12. IN omni Republica vt agnovit Ariſtoteles: *Primum eſt curatio rerum divinarum* ſine qua nec eſſe nec ſubſiſtere poteſt Reſpublica, vnde Lactantius aiebat: *Religio & timor DEI ſolus eſt, qui cuſtodit hominum inter ſe Societatem.* Cuſtodit eadem regna, & Imperia, imò magnis incrementis roborat. Audet enim gloriari Oratorum Princeps: *Romanos non calliditate aut robore, ſed PIETATE ac RELIGIONE omnes gentes nationeſque ſuperaſſe.* Quantò id verius de Chriſtianis, de Auſtriacis Principibus dixeris: cum viceverſa neglectus Religionis, & veri cultus divini primum ſit inſtrumentum, quo regna, & Imperia evertuntur. Sanè Conſtantinum Magnum Imperatorem non ſupplicantem Dæmonibus, ſed veram fidem amplexum DEUS tantis terrenis implevit muneribus, quanta ſperare nullus poſſet. Univerſum orbem Romanum vnus Auguſtus tenuit, & defendit in adminiſtrandis, & gerendis bellis victorioſiſſimus,

Cic. dearuſp. reſpon.

Euſeb. hiſt. Eccleſ. lib. 9. c. 8. & 9.

in

in opprimendis Tyrannis feliciſſimus, in bona ſenectute defunctus filios imperantes reliquit, felices quamdiu Catholicæ fidei aſſertores. Conſtantio in Arianam hæreſim lapſo imperium breve, & ſucceſſor Julianus Idololatra, nullum reliquit hæredem. Conſtans vitiis & criminibus indignum ſe reddidit, cui hæres contingeret. Ità Imperium ad alienos delatum. De Theodoſio Juniore Magni Theodoſij nepote ejuſque ſorore Pulcheria admirabilis pudicitiæ Virgine memorat Socrates, quòd Orientis Imperium multis annis adeò feliciter rexerint, vt cum illorum pietate Dei liberalitas certare videretur. Frequenter enim à copioſo hoſtium exercitu vndique circumſeſſis, vt ad reſiſtendum neque conſilio locus, neque totius Imperij vires ſufficere crederentur, Deus in cujus manu ſunt Imperia ſuprà fidem adfuit, & Theodeſio in vrbe precibus ad Deum intento, exercitu in campo præliante centum millia Saracenorum ab Angelis in Euphratem fluvium acta perjerunt. Juſtinianus ſenior quamdiu Catholicus fuit feliciter imperavit, ità vt Italiam, Africam, aliaſque multas Provincias Romano imperio reſtituerit: at vbi hæreticus factus eſt & edictum proponere voluit de ſua hæreſi recipienda, mox repentinâ morte ſublatus eſt. Heraclius dum eſſet Catholicus, præclariſſimam de Perſis victoriam retulit, & Crucem Dominicam recepit: ſed prolapſus in hæreſim Monothelitarum, in magna incidit infortunia, & in audito morbi genere extinctus eſt. Infinita ejusmodi ſuppetunt in ſacris hiſtoriis. Verè dicebat Syneſius: *Pietas primum ſubſternatur fulcrum, & crepido, cui firmiter inſiſtat ſimulacrum Regni.* Et S. Leo ſcripſit Theodoſio Imperatori: *Tunc eſt optimus Regni veſtri ſtatus, quando ſempiternæ, & incommutabili Trinitati vnius Dei confeſſione ſervitur.*

Socrat. hiſt. lib. 7. c. 18.

Evagr lib. 4. cap. 16.

Joan. zonar. T. 3. Annal

Syneſ. orat de regno.

S. Leo Papa Epiſt. 7.

Ad quæ videtur reſpexiſſe Author Theatri vitæ humanæ, dum aiebat: *Familiarum vnica baſis eſt pietas, quas impietas facilè evertit, vt patet olim in Cain, Gigantibus, Pharaone, Antiocho, Achab, & pluribus Imperatoribus, & Principibus. Cum econtrà familia Seth, Noë, Davidis, & ſimiles, pietate ergà Deum fultæ, permanſerint. Tales etiam fuere Conſtantini, Theodoſii, Caroli Magni, & alij, quorum pietatem avitam poſteritas tenuit: quam ſimul ac abiecerunt, abjecit eos Deus, nomenque eorum de terra abſtulit. Sanè ſi vlla vnquam ab ea virtute commendata fuit illuſtris proſapia, eſt ea, quæ nunc Chriſtianum orbem moderatur, & Chriſtianam Religionem tuetur* DOMUS AUSTRIACA; *quæ exhinc incrementum ſumpſit, & Imperiale diadema annis* 300. *defert, & porrò deferet, quamdiu in ea Principes, quales hactenus fuerunt, PII, Deo devoti, & ſancti, pro aris & templis eorundem, vitam & ſanguinem profundentes, hæreſum omnium acerrimi vindices, exempla virtutum, & modeſtiæ, magis amari, quàm timeri appetentes. Hinc benè ille*

Laur. Beyrl. Theat. vit. hum lit F. fol. 19.

Te decet Imperium gens Auſtria, fortiter illo
Vſa diu.

II. Æquè congruent propoſito, quæ referemus. Regna de gente in gentem transferri ſacris oraculis edocemur. *Ipſe mutat tempora, & ætates, transfert Regna atque conſtituit.* Expertus id Balthaſſar Rex, quem Daniel corripiens aiebat. *Deus altiſſimus regnum, & magnificentiam, gloriam & honorem dedit Nabuchodonoſor patri tuo &c. Quando autem elevatum eſt cor ejus & ſpiritus illius confirmatus*

Dan. 2. 21.

Ibid. 5. v. 18. & ſeqq.

*firmatus est ad superbiam, depositus est de solio regni sui, & gloria ejus ablata est &c. Tu quoque filius ejus Baltassar non humiliasti cor tuum cùm scires hæc omnia: sed adversus Dominatorem cæli elevatus es: & vasa Domus ejus allata sunt coram te, & tu, & optimates tui, & uxores tuæ, & concubinæ tuæ vinum bibistis in eis &c. porrò Deum, qui habet statum tuum in manu sua, & omnes vias tuas, non glorificasti. Idcircò &c. Phares divisum est regnum tuum & datum est Medis & Persis.* Ecce propter impietatem, propter vsurpationem rerum sacrarum, transfertur regnum à Balthassare, ad Medos, & Persas: vt sciant Reges, *quod dominetur excelsus super regnum hominum, & cuicunque voluerit dat illud.* Cui autem potiùs det, pio an impio? vtique pio, & sicut *contemptionem effundit super Principes*, impietati famulantes, ità vice versa benedictione temporali, regnique dilatatione remunerat pietatem.

Dan. 4.

Psal. 106.

III. Non attingam antiquos Hebræorum Reges: de Christianis sermo sit ad Christianos. Regnum Merovingorum duravit ab anno 448. quo regnare cæpit Meroveus, vsque ad annum 750. quo juxtà Adhelmum Pipinus inunctus est Rex à S. Bonifacio atq; ità stirps Merovingica explevit in Regno annos trecentos, & duos, quamvis longè antea defecerit, cum solo nomine Reges aliqui regnaverint, & per maiores Domus omnia gubernarentur. Sed quæ causa ablati ab his regni? Erchanbertus in suo Fragmento id insinuat vbi de Pipino Heristallo & Theodorico Rege Francorum agit; multos scilicet ê regno Theodorici ob Tyrannidem Ebroini, & aliorum maiorum Domus profugos auxilium petiisse, in quorum gratiam Pipinus collecto exercitu contrà Theodoricum movit: *Theodoricus cùm audisset hostem in sui regni penetralibus commorantem exercitum congregat aciem contrà Pipinum construit &c. Pipinus ergò ad Theodoricum Legatos dirigit ea, quæ pacis sunt afferens, causas adventus sui indicat: scilicet ut pro Ecclesiis Dei apud illum intercederet, vt quòd iniqui Tyranni illis abstulerant, hoc in communi eorum eleemosyna reformaret, & profugis, qui fidem ipsius expetierant, justitiam de rebus ablatis facere deberet.* Ingens ex hoc apparet moderatio Pipini, & zelus Ecclesiæ defendendæ; econtrà Theodorici ignavia, qui re ad consiliarios suos remissa, faciles nimis aures præbuit Bertario maiori Domus: Nam vt ait idem author: *Bertharius more solito inito consilio pacem oblatam à Pipino dissipat &c. Intrepidus & præstantior consilio & armis Princeps Pipinus occurit, commissoque acerrimo prælio Theodoricus cum consiliario suo Bertario in fugam versus, cunctos optimates suos in ore gladii interemptos deliquit. Pipinus igitur victor &c Theodoricum fugientem persequitur: ad Parisios vsque civitatem pervenit.* Regem ipsum cepit, relicto tamen ei Regio titulo, ipse omnem suscepit regni administrationem. Anno 690. vnde subdit Erchanbertus: igitur anno 691. *Pipinus singularem Francorum obtinuit principatum correctisque omnibus pravitatibus &c.* pacatissimè omnia disposuit, munificus in Ecclesias, oppressorum tutor, Christianæ insuper fidei zelosus propagator. Regni titulum, quo ipse abstinuit, nepos Pipinus eadem ex causa consecutus est. Nam cum Reges solis delitiis, & voluptatibus intenti curas serias negligerent, omniaque per maiores Domus gererentur, Zachariæ Papæ jussu Pipinus à S. Bonifacio, Archiepiscopo Moguntino

tino Rex Francorum inunctus est : qua de re Masenius : *Jam Childericus solo nomine Rex suburbano in agro delitescens, privatis vacabat delitiis semel in anno ad Maij Calendas jugo bobus tracto in publicum solitus prodire, nullâ re nisi intonsâ cæsarie spectabilis, tribunal conscendebat, solennia à populo vota ac dona accepturus: tum regni negotiis ad Proceres amandatis suum ipse repetens in latebris pingue otium, Maiori Domûs supremam administrationis pacisque, ac bellorum curam deferebat; vt alterius esse labor, alterius fructus honorq; non æqua rerum sorte videretur.* Talis igitur regni fastidio, missi Romam Legati coronam Pipino impetrarunt. *Childericus verò cum vxore ad Monasticam disciplinam ablegati Merovingorum Regiam stirpem concluſere, ante mortem mundo sepulti, pietate non illaudatâ si tantum voluntariâ.*

Masen. Epi. Treu. fol. 189. ex Mariano Scoto l. 3. Chron.

IV. Merovingæ stirpi succeſſit Carrolinga per Carolum Magnum Pipini filium. hæc imperavit & regnavit in Francia ab anno 750. vsque ad annum 988. quo Hugo Capetus alterius stirpis Rex electus, & coronatus est. Atque ità penes Carolingos sceptrum Regium non mansit nisi annis 238. Qua de causa ab his sublatum est? Ottonem Frisingensem audiamus. *Sicut autem Merovingis deficientibus, ac Carolis succedentibus, regnum tamen mansit Francorum: sic & Carolis decedentibus ex alia familia seu lingua, in vno tamen regno Ottones subintroiere. Quæ varietas humanarum rerum defectum prodens, ab initio mundi vsque in præsentem diem alternatur. Sic in regno Ægyptiorum Pharaonibus succeſſere Ptolomæi: in Romano quoque post familias Cæsarum multas & assiduas Regum successiones miserabiliter mutatas curiosus indagator inveniet. Et sic vt ex libro Regum habes, tàm ex Regum, quàm ex populi peccatis post quartam & quintam generationem decedentibus aliis alii succeſſere, qui non solùm filios priorum non exaltarent: sed & plurimum affligerent, & delere cogitarent : vixque alicuius Regis semen diu stetiſſe in gloria sua invenis, excepto Davìd, cui promiſſus est Christus.* Adhuc clarius in præsenti materia scribit Nussienſis Canonicus in Chronico Magno Belgij agens de Ludovico Imperatore filio Arnolphi Imperatoris : *In isto Ludovico incepit deficere progenies Caroli Magni in regno Germaniæ, & ceſſaverunt Franci imperare, cæperuntque tempore istius Ludovici Itali imperium arripere. Exemptum enim imperium à Francis fertur ad Italos, vt sentiunt Romani: quià Francigenæ non adjuvabant Romanam Eccleſiam.* Hoc quidem solùm de translato Romano Imperio à Francis, sed cur regnum ipsum Francorum à Carolingis ad Capetinos traductum, satis insinuat idem author cum Reges Carolingos *Simplices*, & *Ignavos* evasisse narrat, & Hugoni eximiam laudem pietatis attribuit : *Circà ista tempora* ( nempe anno 988. ) *fuit in Francia quidam mansuetus, ac Religionis, & Eccleſiarum amator, dictus Hugo Rex Francorum, qui in præcipuis solennitatibus quoties ad sanctum Dionysium Parisios veniebat, in choro cum Monachis stabat, & psallebat, ad vesperas, Matutinas, & ad Missam cappâ sericâ indutus, cum cantore chorum regebat: compoſuit etiam quosdam cantus &c. Erat idem Rex Eleemosynis deditus adeò, vt festis diebus cum excueret sè vel indueret vestibus Regiis, si non aliud ad manum haberet, ipsas vestes pauperibus distribueret, nisi ex industria vestiarij egenos importunè petentes arcerent.* Aquì

Otto Friſing. l. 6. cap. 17.

Nuſſien. Canon Chron. magno Belg. ap Piſtor. fol. 73.

Idem f. 92.

bus virtutibus pridem deſciverant Carolingi. Et poſtremus quidem Ludovicus appellatus cognomento *Nihil faciens*, vulgò *Faineant*. De quo Bernardus du Haillan : *Quidam Ludovicum V. nomine vocaverunt Faineant, quod propter vitæ brevitatem tempus eum defecerit, ne aliquid memoratu dignum perpetraret.* Sed vnius anni tempus breve quidem eſt ad regnandum, non tamen ad benè agendum. Proinde melius ait Joannes de Serres : *Ludovicus V. vnum duntaxat regnavit annum : obiit ſine hærede, ſine amicis, ſine monumento ſui. Vocatus eſt per antonomaſiam Faineant : quod nihil aliud boni fecerit, niſi quod meliori locum ceſſit.* Clarius exprimit cauſam translati Regni author Geſtorum Ludovici VIII. Franco. Regis, qui factâ mentione Caroli Ducis *Lotharingiæ patrui Ludovici vltimi de genere Caroli Magni ſine hærede defuncti, contrà quem Hugo Caputius regnum vſurpavit, & Aurelianis in carcere mori fecit, & vſque ad quem progenies Pipini, & Caroli Magni Imperatoris in regni poteſtate perſeveravit &c.* addit deinde : *videtur illa regni translatio facta fuiſſe per Domini voluntatem. In geſtis etiam Aquitanorum legitur, quod ideò Caroli progenies reprobata creditur, quod jam DEI gratiam negligens, Eccleſiarum potius neglectrix, quam erectrix videretur. Sed hoc DEI judicio relinquamus, qui tempora mutat, & transfert regna.* Hæc ille author, fortè Guillermus Brito, qui & Philippidem ſcripſit.

Bern. du Haill. in Ludov. V.

Serres in hiſt. Reg. Fr. ap. Alexan. Patric.

Vita Ludov. VIII. T. hiſt. Franc. edit. Pirhocavæ fol. 397.

V. Non adducam hic Henricos, & Fridericos Romanæ ſedi refractarios, & ob contumaciam aliaqua ſcelera anathemate percuſſos, quorum cum Imperio ſtirps pariter extincta eſt : non alia de cauſa id permittente aut ordinante DEO, quàm quod ſupremo fidei Orthodoxæ capiti debita negarent obſequia, Eccleſiaſticam jurisdictionem invadarent, Sacra & prophana miſcerent. Sapienter Moguntinus Elector in Comitiis Imperij cum Rudolphus I. renuntiatus eſt Imperator ad Principes verba faciens dixiſſe fertur de Friderico II. *Nihil eo Imperatore fortius, nihil bellicoſius, aut animoſius; & quamdiu fides pietasque conſtitit, etiam felicius fuit. Ubi ambitio invaſit, divinique & humani juris contemptus, & proreligione Sacrorum omnium ludibrium tranſverſum egere; ibi verò omnia retrò fluere, bellis vniverſa agitari : ipſe in omnibus eſſe, moliri omnia, agere, verſare, nihil procedere.* Palæologorum familia in Oriente imperavit, quamdiu Religionem Catholicam fovit, prolapſa in Græcum Schiſma ſe pariter, & Imperium extinxit. Ultimus Palæologus Conſtantinus in Concilio Florentino ad vnitatem Romanæ Eccleſiæ aggregatus, neglectis paulò poſt Concilii decretis Conſtantinopolim, Imperium, vitam & poſteritatem perdidit. Id obſervans Ribadeneira inquit : *Quamdiù in Græcia floruit Religio, tam diù floruit Imperium; & Religione deficiente defecit quoque Imperium, in ejuſque locum ſervitus, captivitas, ſtrages, ruina, calamitas ſubintrarunt.* Addit deinde cauſam cur Livonia adempta ſit Equitum Teutonicorum Ordini in hæc verba : Noſtra ætate Livonia Provincia, *quæ militibus SANCTÆ MARIÆ, quos Teutonicos vocant, parebat, venit in poteſta-*

Guill. Habſpurg. lib. 6. cap. 4.

Ribaden. de Princ. Chriſtia. l. 1. c. 20.

*tem*

*tem Moſcovitarum anno poſt Chriſtum natum* 1558. *cum non multò ante à Catholica Religione defeciſſet, & Lutheranæ pravitatis incendio deflagraſſet. Hungariam præcerea & Tranſylvaniam hujus veritatis rectiſſimos teſtes habemus &c.* quià ſcilicet etiam iſtæ exclusâ Catholicâ fide, acciſæ, diminutæ, & ingentia mala perpeſſæ ſunt. De Philippo Pulchro Gallorum Rege, ipſi Galliæ ſcriptores recenſent, quomodo vindicante Deo injurias ſedi Apoſtolicæ illatas, intrà breve ſpatium temporis tota ejus poſteritas extincta ſit. Hic enim Bertrandum Gottho Archiepiſcopum Burdegalenſem ſubditum ſuum infami pacto interpoſito ad Pontificatum promovit, eidemque odiosâ DEO viriſque bonis perverſitate perſuaſit, vt ſedem Apoſtolicam Avenionem transferret. In Bonifacium VIII. qui avum ejus S. Ludovicum canonizaverat, tantâ rabie flagravit, vt contra jus gentium Legatum ejus Epiſcopum Apameenſem in carcerem compegerit: Bonifacium ipſum hæreſeos infandorumque criminum accuſatum (à quibus per Concilium plenum abſolutus fuit) habitu Pontificali indutum, in thronoque ſedentem ceperit Anagniæ; vbi manu ferrea ad ſanguinis effuſionem percuſſus & incarceratus, paulo poſt morbo ex captivitate, & animi ægritudine contracto Bonifacius expiravit. Nec morte ejus placatus Philippus etiam in cineres ejus ſævire voluit, dum inſtitit, vt acta ejus reſcinderentur, & corpus ejus vt hæretici combureretur &c. Quæ latè Gaguinus, Platina, Joannes de Serres & alii narrant. Scipio du Pleix Gallus hæ de illo ſcripſit: *Hic Monarcha cùm à maiorum ſuorum zelo ergà Catholicam Religionem deflexiſſet, DEUS etiam ſuam ab eo gratiam ac benedictionem abſtulit. Vehementer vindictæ cupidum adverſus Bonifacium VIII. ſe exhibuit, cujus ne memoriæ quidem ac cineribus poſt fata parcere voluit. Excuſari non poteſt ab extraordinariis exactionibus, quibus populum Clerumque Regni ſui preſſit. Sedem Apoſtolicam in Franciam traxit rationibus ductus Politicis, vt Religionem temporali ſtatui haberet ſervientem.* Genebrardus ſcriptor item Gallicus de eodem, *Philippus Rex cujus operâ captus fuerat Bonifacius atque interjerat DEO vnctum ſuum vlciſcente, nunquam deinceps proſperè ſe habuit, vti ab aliquo Epiſcopo prædictum fuerat.* Certè cum invidendà multis fæcunditate quatuor filios procreaſſet, ſtatim ſtirps ejus radicitùs ſucciſa eſt. Unde alius Anonymus Gallus: *Cæleſtis operis prodigium fuit, quod iſte Ramus S. Ludovici in tot ramuſculos diffuſus, intrà 23. annos à morte Philippi Pulchri exaruerit.*

Scipio du Pleix in vi Philippi

Genebr. in Chron.

Anon. ap. Patr. l. 1. cap. 20.

VI. Eodem ſpectat illa regnorum infelicitas, quam inducunt fœdera cum infidelibus pacta: non dico, quibus armiſtitia, vel pax confiniorum decernitur, ſed quibus hoſtes fidei adverſus fideles concitantur. Qua de re Alexander Patritius: *Nunquam fœdius niſi ab vno circiter ſeculo inter Francos fœdera cum infidelibus pacta ſunt, nunquam acrius à DEO manifeſtiuſque vindicata. Nam intrà paucos annos ſtirps ejus* (intelligе Franciſcum Gallorum Regem) *qui primus contracta cum Turcis ac Proteſtantibus belli contra Cæſarem Societate, poſteris ad illa fœdera viam ſtravit, numeroſiſſima profectò penitùs delata eſt: tantâ quidem DEI vlciſcentis ſeveritate vt vix vnus ex*

Alex. Patr. in Marte Gall. lib. 2. cap. 42.

*posteris ejus inventus sit, quin violento fato fungeretur. Itaque primò filium natu majorem Franciscum gravissimè luxit, quod veneno sublatus ferebatur. Novennio post Carolus Aureliorum Rex filiorum alter pesti illudens, & illusus moritur. Ingressus enim una cum Henrico fratre agricolæ domum, quam contagio infectam intellexerat, lusu juvenili ridere cœpit, & se & fratrem, quod pestiferam domum introissent. Simul ense in lectulum & culcitram emisso ludens, in fratrem excussas plumas volvebat. Itaque vis morbi dum à Medicis ignoratur, extinguitur. Tertius Francisci filius Henricus II. etiam Franciæ Rex, renovato cum Turcis & Hæreticis fœdere, cum non esset nisi annorum triginta novem, imminuto regni decore, ærario exhausto pro hæreticis in Germania, quod multi reprehendebant, fragmento hastæ, in hastiludij celebritate, oculum per apertam galeam ad cerebrum usque penetrante; vulnus accepit, & vomica inde emanante periit. Filios sustulit Henricus rarâ felicitate quinq; , sed nemo illorum prolem suam regni successorem vidit, DEO in filiis parentum fœdera persequente. Primus eorum Franciscus II. Franciæ Rex nonnisi sedecim menses imperavit. Anno ætatis* 16. *cum in morbum incidisset, Chirurgo, vt scribunt, Calvinistâ Ambrosio remedia venenis inficiente, & auribus vt volunt infundente, ex hac vita tollitur. Secundus Ludovicus Dux Aurelianensis infans moritur. Tertius Carolus Rex Galliæ illius nominis IX. cum necdum* 25. *ætatis annum attigisset, sine liberis non sine veneni suspicione, mortuus est. Quartus Henricus III. Rex Franciæ gladio intra viscera adacto interemptus est. Quintus Hercules, postea Carolo Rege jubente, Franciscus dictus Dux Alensonius anno ætatis trigesimo, sanguine ex omnibus poris corporis erumpente sublatus. Sic stirps Valesia filiis per quam numerosa, venenis, gladio, sterilitate, brevissimo tempore, præ maturâ nece extincta est.* Jam olim Deus fœdera cum impiis severè punivit. Josaphat Regi per Prophetam denuntiari curavit: *Quia habuisti fœdus cum Ochozia, percussit Dominus opera tua, contritæq; sunt naves, nec potuerunt ire in Tharsis.* Sic propter fœdera cum Turcis adversus Christianos percussa, Christianissimi non potuerunt habere diuturnos hæredes. Unde Pius Papa V. vt auctor fide dignus tradit: *Societatem Franciæ Regis cum Turcarum Rege damnavit, eam Franciæ labem dictitans.* Carolus de Bret Regi Francorum à Consiliis, illud fœdus asseruit: *esse manifestam impietatem, & neminem hoc in dubium posse revocare.* Sed de his satis. Maner interim veritas illa firma, & inconcussa, quod Pietas sit firmamentum regnorum, Impietas ruina, & eversio regnorum. Solidantur solia Principum Zelo fidei, ac pietate: *Hæc est genuina firmandi propagandiq; temporalis Regni ratio; quam quisquis constanter teneat; frementibus hominibus Deum inveniet defensorem, quisquis abijciat, etiam faventibus, eversorem.* Hinc eleganter & piè Nazianzenus.

2. Paral. c. 61.

LeBret apud Patrit. cit. c. 32.

Auth. Phosphor. P. 1. c. 51. & Patrit. Mart. Gall. lib. 2. c. 21.

*DEO favente nihil nocet invidia*
*Et non favente, nihil prodest labor.*

Magnis hactenùs semper invidiæ tempestatibus jactata est Austriaca Domus, sed salva semper in portum evasit. Pressa sæpenumerò, nunquam oppressa. Crescit ex adversis. Stat contrà omnes impetus fortis, innixa fulcris inviolabilibus Zelo fidei, pietati, cultui SS. Eucharistiæ, devotioni ergà Deiparam Immaculatè Conceptam. Dicat nunc Author Phosphori: *Causa perpetuita-*

Auth. Phos. P. 1. c. 47.

*tuitatis ſtemmatis Auſtriaci eſt Pietas, & concordia in Orthodoxa Religione.* Dicat iterum: *Auſtriacos à ſummo Numine ſuſcitatos protectosq; DEI vt eſſent dextera, qua Catholicæ Religionis antiqvus ſtatus, ac à JESU Chriſto per majorum manus ad nos manans veritas defenderetur, contráq; innumerabiles conjuratos hoſtes protegeretur; falſitas verò, mendacium, atq; impietas, hydræ nunquam qnietæ compeſcerentur: boni ac probi haberent, vbi tuto deliteſcerent: mali & improbi, quod horrerent ac reformidarent.* Et applaudimus. Vivat Auſtria!

*Inq; animis hominum pompâ meliore triumphet.* Claud. in Stilic.

Ità quippe meretur Auguſta Domus ſemper *Catholica*, ſemper fidei Catholicæ vindex. & propagatrix: *In Hiſpania* (inquir Joannes Piſtorius) *inter arma ſemper Catholica conſervata, defenſaq; Religio fuit, exſtructis Monaſteriis, & Templis, quæ ſuperſunt, & gerendis contrà fidei hoſtes perpetuis bellis. Hodie verò an vlla natio & ab hæreſi liberior, & in fide Catholica Chriſti conſtantior? &c. Inde DEI in Regem & Regnum benevolentiſſima propenſio, & in dilatando, longiſſiméq; per totum mundum proferendo Imperio conceſſa felicitas.* Hæc igitur vera cauſa Auſtriacæ potentiæ & felicitatis. Non fallit æterna verjtas: *Si quis mihi miniſteaverit, honorificabit eum Pater meus.* Expertus Rudolphus Magnus Auſtriadum Genearcha: *Ipſe Domus Auſtriæ fundator auctor, & conditor, quam Cæſareæ dignitatis inſignibus Divina Majeſtas auxit, & illuſtravit, præ cœteris omnibus omnis ævi familiis, & gentibus.* Nulla à condito Romano Imperio familia tot dedit orbi Cæſares, quot Habſpurgo-Auſtriaca. Nempe Zelus fidei & Pietas ſolidæ baſes ſunt Fortunæ Auguſtæ: his velut Cubo illa incubat non amplius in orbe volubilis, ſed firmata. *O Auſtriam gentem!*
*Numini dilectam, deſtinatam Imperijs!*

Piſtor To. 2. Hiſp. Illuſtr. Præfat.

Joann 12. verſ. 26.

Guilliman. Habſp. lib. 6. cap. 4.

Pallavic. in Rudolph. I.

Igneus eſt olli vigor, & CÆLESTIS ORIGO! Virg. 6. Æneid.

# CAPUT X.

## DECIMA PRÆROGATIVA

### *Habſpurgo-Auſtriaca magnitudo Faſtos implens.*

NUllum vacui periculum eſt in Orbe, quem manu geſtant Imperatores Habſpurgo-Auſtriaci: totum enim explent, & ſucceſſivâ fœcunditate familias familiis, annos annis, dies diebus illigant; vt mirum omninò ſit poſſe in hoc orbe, aut Pomo Imperii locum invenire diſcordiam; niſi vetus illud prævaleret: *Inimici hominis domeſtici ejus.* Ferrum quod nobis Germanis copioſum natura dedit colendæ terræ, arcendis exteris hoſtibus in mutua vulnera, & internecionem acuimus! Eſſet inſuperabilis Germania, ſi ſuæ memor viveret potentiæ, ſi ſuo ſanguini noſſet parcere. Verùm, vt aiebat Ariſtoteles, *ità plerumque fit, vt dum mutuum inter ſe odium pertinaciter exercent Principes, vtrique ſubvertantur, tertio qnopiam invadente.* Reflectite oculos fortes Germani in avitam virtutem, & gloriam, in ſanguinem, quem à proavis veſtris hauſiſtis. Vnus idemque penè eſt, qui totam percurrit Europam; omnes tingit familias: annon æqvum eſſet etiam vnum omnibus eſſe animum, vnum cor? quo velut clypeo ab omni alienorum hoſtium impetu ſecura conſiſteret non Germania ſolùm, ſed Hiſpania, Gallia, Italia: & vires ſuppeterent ad juratum Chriſtiani nominis Tyrannum in extremam Scythiam repellendum. Sed hæc aliàs: illud nunc vnum ponimus ob oculos, ſanguinem Habſpurgo-Auſtriacum per omnes Principales totius Europæ familias feliciter diffuſum jure ſuo poſtulare, vt membra capiti cohæreant, & proſcriptâ omni ſimultate, ac ambitione, invicem ſeſe complectantur familiæ, quas natura tam maltiplici nexu colligavit. Præiverunt quidem in hoc labore alii: quos ego quidem hactenùs vidi Nicolaus Vernulæus conſcripto Diario Anſtriaco: Sigiſmundus à Birckhen, ſive Betulius in Additionibus ad Hiſtoriam Auſtriacam Joan. Jacobi Fuggeri, & Aſtronomus Tyrnavienſis in ſua Ephemeride anni 1676. ſed cùm in ijs obſervaſſem multa deeſſe, multa mendosè poſita, minus examinata, ex obviis authoribus decerpta, nonnulla etiam extranea, & impertinentia: ſtatui ex meis 20 annorum Adverſariis eadem recolligere, expendere, auctius & emendatius producere, aliorum denique ſubinde lapſus indicare, quo ſuus veritati ſit locus. Nolim tamen ſpondere, quòd nuſpiam ceſpitaverim; ſed nec vllus vnquam hoc ſcriptionis genus exercuerit ſine nævo. Nam ipſa quoque MSS. quibus plus fidimus, quàm impreſſis, ſuos ſæpè patiuntur manes, ab invicem diſcordant: & facilis eſt calami lapſus etiam attento ſcriptori. Multa peccant amanvenſes, multa Typographi, quibus contigit malus deſcriptor, negligens corrector, abſens author. Ipſi authores, quos allegamus variant, cum alius ſtylo novo alius veteris Calendarii vtitur, alius noctem præteritæ, alius poſteræ diei conjungit. Tentavimus multa conciliare, omnia non licuit. Curioſus lector patientiâ digerat, quod malè poſitum ſuſpicabitur. Interim vive glorioſa Auſtria, quæ annorum & ſeculorum Faſtos imples.

Ariſtot. de nat. animal. lib. 9. c. 12.

EPHE-

# EPHEMERIS HABSPURGO-AUSTRIACA.

## *JANUARIUS.*

| | | ANNO. |
|---|---|---|
| I. | ALBERTUS II. Auſtriacus Imp. eligitur Rex Hungariæ, & eodem die cum conjuge coronatur. *Roo. Pieſp. Cuſp. Bonfin. Errat Matheneſius*, qui ponit anno 1435. | 1438. |
| | Naſcitur SIGISMUNDUS REX Poloniæ filius Caſimiri ex Eliſabetha Auſtriaca filia Alberti II. Imperatoris. *MS. Gans Virid. Fugger in Spec.* | 1467. |
| | CHUNEGUNDIS Friderici IV. Imper: Auſtriaci filia nuptias celebrat Oeniponte cum Alberto ſapiente Duce Bavariæ. *Joann. Gans in Gynæc. Strada. Eytzing.* | 1467. |
| | Obiit JOANNES COMES Habſpurgo Lauffenburgicus. *Guill. in Habſpurg.* | 1387. |
| | CAROLUS V. auſpicatur regimen Provinciarum Belgij. *Jac. Fugger Calend.* | 1515. |
| II. | CAROLUS ROBERTUS ſeu Carobertus Rudolphi I. Imperatoris Habſpurgici ex Clementia filia nepos coronatur Rex Hungariæ. *Fugger Spec. fol. 1405. Gualter. To. 3. Chron.* | 1310. |
| | Ater hic dies Romanis fuit, ſed dum atros Mauros ex vniverſa Bœtica profligat, & triumphans Granatam ingreditur candidum effecit FERDINANDUS REX Catholicus Caroli V. maternus avus. *Bucelin. p. 1. Nuclei. Aſtron. Tyrnau.* | 1492. |
| III. | OBiit MARCUS VICECOMES Mediolanenſis frater Viridæ Leopoldo Probo Archiduci nuptæ, quæ Sitticenſe Monaſterium in Carniolia munificè dotavit, ibidem ſepulta. *MSS. Sittic. Fugger.* | 1382. |
| | Obiit HENRICUS EPISCOPUS Ultrajectinus & Wormatienſis filius Philippi Electoris Palatini ex Margareta Bavara nepte Margaretæ Auſtriacæ Duciſſæ Saxoniæ. *Henning.* | 1552. |
| | Obiit JOACHIMUS II. Elector Brandenburgicus pronepos Annæ Auſtriacæ Alberti II. Imp. filiæ Duciſſæ Saxoniæ, cujus vxor Hedwigis Polona neptis Eliſabethæ Auſtriacæ Alberti II. Imp. filiæ. *Henning. Geneal. P. 2. Germ. f. 211.* | 1571. |
| IV. | MAXIMILIANUS I. Imp. Aldenardam vrbem Flandriæ, noctu arce conſcenſa, ſine ſanguine in poteſtatem redigit. *Roo.* | 1484. |
| | Naſcitur CATHARINA RENEA filia Caroli Archiducis Græcenſis. *MSS. Græc. Meulij Continua. Fugger. Gans Virid.* | 1576. |
| | Obiit ELISABETH LANDGRAVIA Haſſiæ avia Philippi Ludovici Palatini Rheni Bipontini, qui fuit gener Mariæ Auſtriacæ Ferdinandi I. Imp. filiæ Duciſſæ Cliviæ. *Henning. P. 1. Germ.* | 1563. |

FER-

V. | ANNO

FERDINANDUS I. Auſtriacus eligitur Rex Romanorum Coloniæ. *Bellus Bunting. Bucelin. Maten. Pieſſ.* 1531.

Naſcitur LEOPOLDUS WILHEMUS Archidux Auſtriæ filius Ferdinandi II. Imp. Gubernator Belgij *MSS. Græc. Gans.* In ſequentem diem malè reponunt. *Ehinger, Mateneſius, Fugger.* 1614.

CAROLUS V. IMP. reſtituit in integrum Abbatem Rothenſem Ord. Præmonſtrat. in Suevia exulem per Smalcadicas turbas. *Bruſch.* 1547.

CAROLUS PUGNAX DUX Burgundiæ Maximiliani I. Imp. Auſtriaci ſocer occumbit in prælio ad Nancæum. *Fugger fol.* 843. *Lambec. Bibl. lib.* 2. *fol.* 709. alij ponunt die 7. vt *Gualter. & die* 6. *vt Fugger in Calend.* 1477.

Obiit GULIELMUS DUX Cliviæ & Juliaci gener Ferdinandi I. Regis Roman. maritus Mariæ Auſtriacæ. *Fugger. Henninges P.* 2. *fol.* 368. 1592.

VI.

CAROLUS V. Imperator in Comitiis Wormatiæ celebratis proſcribit Lutheri dogma. *Roo. Bucel.* 1521.

Naſcitur MARIA-ANNA-JOSEPHA Palatina Rheni Neoburgica ſoror Imperatricis Auguſtæ Eleonoræ Magdalenæ Leopoldi Auguſti conjugis. *Sigiſmund. Betul.* 1656.

Obiit DIONYSIUS REX Portugalliæ maritus S. Eliſabethæ, cujus ex fratre neptis alia Eliſabetha nupta fuit Friderico Pulchro Cæſari Auſtriaco. Vixit annos 84. rexit annos 46. Fundavit Ordinem Equitum Chriſti Academiam Conimbricæ, & Ciſtertienſibus Monialibus Cœnobium. *Vaſconcel.* 1325.

Obiit JOANNES CASIMIRUS Comes Palatinus pronepos Chunegundis Auſtriacæ Duciſſæ Bavariæ, ex matre Maria Brandeburgica. *Henning. P.* 1. 1592.

LUDOVICUS BAVARUS Romæ coronatur Imperator à Joanne Papa XXII. fuit filius Mathildis Habſpurgicæ Rudolphi I. Imp. filiæ, & Ludovici Severi Ducis Bavariæ. *Aventin. Sleidan.* 1328.

RUPERTUS Imp. Socer Friderici ſenioris Archiducis Tyrolenſium Principis coronatur Coloniæ Rex Romanorum. *Trithem.* 1401.

SIGISMUNDUS Imp. Socer Alberti II. Imp. Auſtriaci Wratislaviæ in ſeditioſos ſeverè animadvertit. *Æneas Sylv.* 1420.

VII.

RUDOLPHUS I. Imp. Habſpurgicus privilegiis auget Cœnobium Monialium Godenzellenſium. *Gaſp. Bruſch. de Monaſt.* 1283.

FRIDERICUS III. Archidux Auſtriæ eligitur Rex Romanorum Francofordiæ vnanimi conſenſu Electorum. *Haſelbach. MS. Gundeſing. MS.* 1440.

Naſcitur HELENA Auſtriaca Ferdinandi I. Imp. filia horâ octavâ veſpertinâ, baptizata à D. Georgio Fierenpeck, Sacellano Aulico. *MS. Græc. Gans Gynæc. Fug. Calend.* 1543.

Naſci-

| | | ANNO. |
|---|---|---|
| | Naſcitur EBERHARDUS Dux Wirtenbergicus filius Chriſtophori pronepos Chunegundis Auſtriacæ & Alberti Bojorum Ducis. *Henning. P.* 1. | 1545. |
| | Obit JOANNES filius Joannis III. Portugalliæ Regis, & Catharinæ Auſtriacæ Philippi I. Regis Hiſpan. filiæ, maritus Joannæ Caroli V. Imperatoris filiæ. *Vaſconcell.* alij id referunt ad 2. hujus, vt *Henniges & Fugger.* | 1554. |
| | MARGARITA Caroli V. Cæſaris Naturalis filia viduatur marito Alexandro Duce Urbini. *Fug. Calend.* | 1537. |
| VIII. | MATTHIAS Imperator per Joannem Godefridum Epiſcopum Bambergenſem obedientiam præſtat Paulo Papæ V. *Ciacon. in vita Pauli V. fol.* 1945. | 1613. |
| | Obit BEATRIX ſoror Iſabellæ Luſitanæ conjugis Caroli V. Imperatoris. *Fug. Calend.* | 1537. |
| | Obit MARIA neptis Caroli Marchionis Badenſis & Catharinæ Auſtriacæ Erneſti Archiducis filiæ, Abbatiſſa Lucidæ Vallis. *Henning P.* 1. | 1519. |
| | ALEXANDER MEDICÆUS Caroli V. gener occiditur à Laurentio Medicæo. *Vernulæ. Lequile. P.* 3. | 1537. |
| IX. | PHILIPPUS Bonus Dux Burgundiæ avus Mariæ Imperatricis Maximiliani I. conjugis Ordinem Aurei Velleris inſtituit. *Vernulæus Diario. Fugger Calend. ſeq. die fol.* 447. priore anno ponit Sentivani. | 1430. |
| | CAROLI V. Imp. quondam Præceptor HADRIANUS eligitur ſummus Pontifex. *Vernulæ.* | 1522. |
| | MAURITIUS Elector Saxoniæ pronepos Margaritæ Auſtriacæ Friderici IV. Imperatoris Sororis nuptias celebrat cum Agnete filia Philippi Haſſiæ Landgravij pronepte Eliſabethæ Auſtriacæ Alberti II. Cæſaris filiæ. *Henning. P.* 2. *fol.* 22. *Gualt. To.* 3. *Chron.* | 1541. |
| X. | CONRADUS Habſpurgicus Bertholdi II. filius Dux Zaringiæ obit, ſepeliturque ad S. Petri Harcyniæ. *Guillim. lib.* 5. *Habſpurg. fol.* 208. *Otto Friſing. Gebuilher.* | 1153. |
| | Naſcitur MARGARITA Auſtriaca filia Maximiliani I. Imperatoris. *Pieſpord. Gans. Roo. Ehing.* Alij 21. Octobris, vt *Vernulæ.* & anno 1482. alij anno 1448. vt *Strada*, ſed per errorem. | 1480. |
| | Eadem MARGARITA nubit Joanni filio Ferdinandi Regis Catholici. *Vernulæ.* | 1497. |
| | CAROLUS V. Imp. Sponſalia celebrat cum Iſabella Luſitana. *Vernulæ. Gualter. Chron. Aug.* | 1526. |
| | Naſcitur MAURITIUS Dux Sabaudiæ, ex Catharina Auſtriaca filia Caroli Emanuelis. *Bucelin.* | 1593. |

| | | ANNO. |
|---|---|---|
| XI. | FERDINANDUS I. Imperator Coronatur Rex Romanorum Aquiſgrani. *Pieſpord. Maten. Ehing. Bellus.* | 1531. |
| | Obit MAGDALENA Marchioniſſa Brandeburgica neptis Eliſabethæ Auſtriacæ ex Alberto II. Imperatore. *Henning. P. 2. Germ. fol. 22.* | 1534. |
| | Obit etiam Magdalenæ frater Joannes Dux Saxoniæ ſepultus Miſnæ. *Henning. cit.* | 1537. |
| | MARIA filia Julij Ducis Brunſuicenſis & Lunæburgenſis ex Hedwige Brandeburgica pronepte Eliſabethæ Auſtriacæ Reginæ Poloniæ, nubit Franciſco Duci Saxon. infer. *Henning.* | 1582. |
| XII. | OBit MAXIMILIANUS I. Imperator Auſtriacus, poſt noctem mediam hora 3. Welſij Auſtriæ Superioris ſepultus dein Neoſtadij in Sacello S. Georgij. Inteſtina condita ſunt Lincij in æde Parochiali. *Cuſpin. Strada. Eytzing. Roo. Pieſpord.* Vixit annos 59. m. 9. d. 21. imperavit an. 32. m. 11. | 1519. |
| | Madriti coram CAROLO V. Imperatore agitur de liberatione Franciſci Gallorum Regis captivi. *Vernulæ.* | 1525. |
| XIII. | OBit HENRICUS primus Dux Auſtriæ filius S. Leopoldi Viennæ, ex caſu equi in glacie, vel in ludo militari, vt alij volunt læſus. *Thomas Haſelbach. MS.* defunctum Idibus Januarij ſcribit & ſepultum 18. Cal. Feb. Errant ergo *Fugger & Aſtron. Tyrnavien.* alter anno 1172. alter 1174. & die 1. Febr. defunctum, aſſerendo. De an. 1177. conſentiunt *MS. Chron. Viennenſ. Fundatio Scoto. Vienn. Haſelbachius MS. Chronogr. Auguſtenſ. apud Freherum.* Et habuit antiquitus anniverſarium apud Scotenſes hac eadem die vt *libellus Fundationis* impreſſus teſtatur. | 1177. |
| | FRIDERICUS III. quem alij ſecundum ſcribunt cognomento Pulcher Imperator Auſtriacus obit in arce Guttenſtein, & ſepelitur Maurbaci in Cartuſia ſuæ fundationis. *Gans. Cuſpin. Lazius. Suitz.* | 1330. |
| | Naſcitur MARIA ANNA filia Ferdinandi II. Imperatoris Græcij Styrorum circa horam 2. matutinam. *Stra. Ehing. MS. Græc.* alij habent die 23. Januarij, ſed erroneè. Nupta dein fuit Maximiliano Duci Bavar. | 1610. |
| | Obit FERDINANDUS JOSEPHUS Wenceslaus Archidux filiolus Leopoldi Imp. *MS. Adverſ.* | 1668. |
| XIV. | NAſcitur CATHARINA filia Philippi I. Auſtriaci Regis Hiſpaniæ Turrecrematæ. *Gans. Pieſp.* | 1507. |
| | Naſcitur CAROLUS EMANUEL I. Dux Sabaudiæ futurus maritus Catharinæ Auſtriacæ Philippi II. Regis filiæ. *Vern. Jac. Fug.* | 1561. |
| | Obit MARGARETA Badenſis Abbatiſſa in Liechtenthall filia Catharinæ Auſtriacæ Erneſti Archiducis filiæ. *Gans Virid. Henning. P. 1. fol. 240.* | |

FER-

| | | ANNO. |
|---|---|---|
| XV. | HENRICUS I. Dux Auſtriæ filius S. Leopoldi ſepelitur apud Scotenſes Viennæ in ſua fundatione in medio templi S. Gregorij Papæ. *Thomas Haſelbach. MS.* Alij ponunt 1. Febr. obitum, vt *Calviſius.* Alij anno 1172. vt *Bellus*, ſed erroneè quia MSS. omnia in anno conveniunt. | 1177. |
| | Obit CATHARINA Auſtriaca Duciſſa Calabriæ, Alberti I. Imperatoris filia ſepulta Neapoli in templo D. Laurentij. *Lucas Wadding. in Annal. Min. ex Epitaphio.* Alij malè ponunt. 24. Februarij, alij 15. Auguſti, alij anno 1313. vnde corrigendi *Haſelbachius, qui die 24. Februarij, & Fugger 15. Auguſti Anno 1313. & Lazius Anno 1324.* defunctam ſcripſerunt. | 1323. |
| | Naſcitur PHILIPPUS Audax Dux Burgundiæ Socer Leopoldi IV. Archiducis Auſtriæ. *Jacobus Fugger in Tab. fol. 843.* | 1341. |
| | Naſcitur CATHARINA Badenſis ex Catharina filia Erneſti Archiducis, & Carolo I. Marchione Badenſi. *Henningius. P. 1. fol. 240.* | 1448. |
| | MAXIMILIANUS I. Imp. reſtituit Venetis civitatem Veronam. *Jac. Fug. Cal.* | 1513. |
| XVI. | OBit FERDINANDUS Catholicus Caroli V. avus maternus. *Vernulæ. in Diar. Gualter.* | 1416. |
| | Obit FRIDERICUS Auſtriacus filius Maximiliani II. Imperatoris infantulus Oeniponti. Alij ponunt die ſequenti, ſed malè. Sepelitur in Cœnobio Stambſiano. *MS. Græc. Strad. Geneal. Ehing.* | 1563. |
| | Naſcitur JACOBA Marchioniſſa Badenſis proneptis Chunegundis Auſtriacæ Friderici IV. Imperatoris filiæ. *Henning. P. 1. fol. 242.* | 1558. |
| XVII. | CAROLUS V. reſignat filio Philippo omnia regna Bruxellis. *Vernulæ.* | 1556. |
| | Naſcitur ANNA CATHARINA filia Gulielmi Ducis Mantuæ ex Eleonora Ferdinandi I. Jmp. filia, quæ dein avunculo ſuo nupſit. *Lequil. de reb. Auſtr.* | 1566. |
| | Naſcitur MARIA ANNA filia Philippi IV. Regis Hiſpaniæ. *Gans in Viridar.* | 1636. |
| | Obit BARBARA Duciſſa Saxoniæ filia Caſimiri Regis Poloniæ ex Eliſabetha Auſtriaca Alberti II. Jmp. nata. *Gans in Arboret. Fug. in Spec. pridie poſuit Bucelinus.* | 1534. |
| | Obit OTHO LANDGRAVIUS Haſſiæ filius Henrici, nepos Mathildis Habſpurgicæ pronepos Rudolphi I. Cæſaris. *Henning. P. 1. fol. 125.* | 1329. |
| | FERDINANDUS *II.* Jmperator ſecunda ſponſalia celebrat Mantuæ cum Leonora Mantuana. *Vernul. Lequile.* | 1622. |

| | | ANNO |
|---|---|---|
| XVIII. | NAscitur MARIA filia Henrici VIII. Regis Angliæ postea Philippi II. Regis Hispan. vxor. *Jac. Fugger.* | 1517. |
| | FERDINANDUS I. Imp. confirmat Christophoro Episcopo Labacensi Jus patronatus Parochiæ Crainburgensis, quod jam ante 20. annos contulerat Maximilianus. *MSS. Oberburg.* | 1529. |
| | MATTHIAS ARCHIDUX Austriæ, qui postea Imperator, Bruxellæ Prorex Belgij inauguratur. *Vernulæus. Astrolog. Tyrnau.* | 1578. |
| XIX. | FERDINANDUS I. Rex Hungariæ proscribit publico diplomate Joannem Szepusienſem regni invasorem, & eodem die Mariam sororem declarat suam in regno locumtenentem, & Vicariam. *MSS. Episc. Labac.* | 1527. |
| | Obit ISABELLA filia Philippi I. Regis Hispaniæ vxor Christiani II. Regis Daniæ, Gandavi in Belgio, ibidemque sepelitur apud Prædicatores. *Piesp. Mateneſ. Ganſ. Fugger in Spec.* | 1525. |
| | Obit ANNA MARIA Austriaca filia Philippi III. Regis Hispaniæ vxor Ludovici XIII. Regis Franciæ. *Jacobus Fugger. MSS. Adversar.* | 1666. |
| XX. | NAscitur SEBASTIANUS REX Portugalliæ filius Joannis IV. ex Joanna Austriaca Caroli V. filia. *Vasconcell. in Anacæphal.* vnde fallitur *Vernulæus*, qui id refert die 22. & post eum *Astron. Tyrnau.* | 1555. |
| | Obit MARGARETA filia Julij Ducis Brunsuicensis, Lunæburg. ex Hedwige Brandeburgica pronepte Elisabethæ Austriacæ Reginæ Poloniæ. *Henning. P. 2.* | 1580. |
| | RUDOLPHUS II. Imperator Austriacus obit Pragæ, & ibidem sepelitur in templo S. Viti, die 1. Octob. regali pompâ. Unde errant qui 10. Januarij vt *Strada in Cæſ.* vel 10. Feb. vt *Ehing.* defunctum scribunt, nisi intelligant stylo veteri. Vixit annos 60. mens. 7. dies 2. non vti alij habent annos 59. mens. 6. dies 2. | 1612. |
| XXI. | OBit LUDOVICUS REX Germaniæ nepos Ludovici Pij Imperatoris. *Henning. Gualter.* | 882. |
| | Obit FRIDERICUS IV. Burggravius Norimbergensis abnepos Elisabethæ Habspurgicæ Rudolphi I. Imp. Sororis, & Maritus Ingelburgæ Bavaræ, quæ fuit proneptis Rudolphi Imperatoris ex Mechtilde filia nupta Ludovico Severo Bavaro. *Henn. P. 2. f. 203.* | 1371. |
| | Obiit WOLFGANGUS DUX Saxoniæ nepos Elisabethæ Austriacæ pronepos Albert II. Imper. ex Barbara Duciſſa Saxoniæ. *Henning. P. 2. f. 22.* | 1499. |
| | MARIA AUSTRIACA Hispana Ferdinandi III. Imper. vxor coronatur Imperatrix. *Henricus Oræus.* aliàs MS. habet 7. Januarij. | 1637. |
| XXII. | OBit *RUDOLPHUS COMES* Habspurgo-Lauffenbergicus Montpelieri. *Gebvil. Vernulæ.* | 1314. |

Obit

| | | ANNO. |
|---|---|---|
| | Obit *FRANCISCUS THOMAS* Dux Sabaudiæ, filius Caroli Emanuelis ex Catharina Auſtriaca. *Fugger.* | 1556. |
| | *CAROLUS DUX* Lotharingiæ cognatus Auſtriacis per ſororem Renatam Duciſſam Bavariæ, celebrat nuptias cum Claudia Henrici II. Regis Franciæ filia. *Henning. P.* 1. | 1558. |
| | Naſcitur *MARIA* filia Alberti-Friderici Ducis Boruſſiæ ex Eleonora Juliacenſi Gulielmi Ducis & Mariæ *Auſtriacæ* filia. *Henning.* | 1579. |
| | Obit *ELISABETHA* Auſtriaca *REGINA* Franciæ Caroli IX. vidua inter 11. & 12. noctis, cum opinione ſanctitatis Viennæ Auſtriæ. Sepulta ibidem in Eccleſia S. Mariæ de Angelis apud Clariſſas ſuæ fundationis die 10. Februarij. *MS. Pieſp. Maten. Ehing. Gans in Gynæc.* alibi verò in viridario poſuit obitum 15. Jan. *Strada menſe Martio* per errorem. Vixit annos 37. Menſes 8. dies 7. horas 7. vt nonnemo ſupputavit MS. | 1592. |
| XXIII. | Naſcitur *SOPHIA* Duciſſa Lignicenſis filia Georgii Pii Brandeburgici, qui fuit nepos Eliſabethæ Auſtriacæ *Alberti* II. Imp. filiæ. *Gualter. Henning. P.* 2. *f.* 215. | 1535. |
| | Obit *JOANNES* Sapiens Marchio Brandeburgicus frater Joachimi, cui nupta fuit Hedwigis Polona neptis Eliſabethæ *Auſtriacæ* præmemoratæ. *Henn. f.* 210. aliàs 13. Januarij. ſecundum diverſum ſtylum Calendarij. | 1571. |
| XXIV. | Naſcitur *JOANNA AUSTRIACA* Ferdinandi I. Imp. filia Pragæ hora 8. veſpertina, è ſacro fonte levata à duce Teſchinenſi & Henrico Plau Bohemiæ Cancellario. *Eytz. Strada. MS. Pieſp.* | 1547. |
| | *PHILIPPUS II. Auſtriacus* Rex Hiſp. Sponſalia celebrat Matriti cum *Anna Auſtriaca* Maximiliani II. Imp. filia. *Gans Arboret.* | 1570. |
| | *SIGISMUNDUS* Polonus Caſimiri & Eliſabethæ *Auſtriacæ* filius coronatur Rex Poloniæ. *Gans. Lequil.* | 1507. |
| | Funus *MAXIMILIANI I.* Imperatoris Welſio defertur Viennam. Exequiæ celebrantur in æde Cathedrali S. Stephani. Poſt triduum defertur Neoſtadium vbi in ſacello arcis ſub ara D. Georgii conditur, ità vt ſacerdos celebrans ejus pectori inſiſtat, provt ipſe vivens mandaverat. *Cuſpinian. Eytzing. Eder.* | 1519. |
| | Obit *FERDINANDUS ARCHIDUX* Tyrolenſium Princeps Ferdinandi I. Imp. filius Oeniponti, & ſepelitur juxta priorem conjugem Philippinam apud Franciſcanos in ſacello B. V. ſine macula Conceptæ. *Lequile. MS. Græc. Reymund. Fugger. Wurſbain. Mateneſ.* Sed *Gans poſuit* 4. *Decemb. in Gynæceo.* Credo *Lequili* quià ſcripſit in loco quo ſepultus eſt Ferdinandus. | 1595. |
| | *MAXIMILIANUS ARCHIDUX* filius Maximiliani *II.* Imperatoris electus Rex Poloniæ capitur à Polonis. *Jac. Fugger.* | 1588. |

| | | ANNO. |
|---|---|---|
| XXV. | Naſcitur *MARGARITA AUSTRIACA* Maximiliani II. Cæſaris filia Viennæ circà 11, noctis. *MS. Eytz. Gans. Strada. Pieſp.* Eodem die poſt 17. annos facta ſanctimonialis Madriti, Princeps omnium virtutum exemplar. *MS. Ebing. Mateneſ.* | 1567. |
| | Obit in carcere *CHRISTIANUS II.* Daniæ Rex maritus Iſabellæ *Auſtriacæ* Philippi I. Regis Hiſpani filiæ poſt captivitatem 26. annorum *Fugger in ſpec. Henning. P. 2. f.* 274. | 1559. |
| XXVI. | *FERDINANDUS I.* Imperator innovat, & confirmat immunitates & privilegia Epiſcopatus & Capituli Labacenſis expedito diplomate Viennæ. *MS. Labac.* | 1530. |
| | Obit *HENRICUS VIII.* Rex Angliæ ſocer Philippi *II. Auſtriaci* Regis Hiſpan. *Vernulæ. Aſtron. Tyrnau. Sentivani.* | 1546. |
| | Naſcitur *ADOLPHUS* filius Friderici I. Regis Daniæ ex Sophia nepte Eliſabethæ *Auſtriacæ* Reginæ Poloniæ *Alberti II.* Imper. filiæ. *Henning. P. 2. f.* 278. Habuit vxorem Chriſtinam filiam Philippi Landgravij Haſſiæ proneptem ejusdem Eliſabethæ *Auſtriacæ. Henn. P. 1. f.* 127. | 1527. |
| | *LEOPOLDUS* Imperator auſpicatur regimen *Auſtriæ. Jac. Fugger.* | 1655. |
| XXVII. | Obit *ANNA* Vxor Ferdinandi *I.* Imperatoris *Auſtriaci.* Pragæ ex partu filiæ Joannæ. *MS. Iſtuanf. Eder. Bucelin.* Sepulta Pragæ in Cathadrali S. Viti. *Strada.* | 1547. |
| | *FRIDERICUS* Dux Saxoniæ nepos Eliſabethæ *Auſtriacæ* ex Barbara Polona, nuptias celebrat cum Eliſabetha Mansfeldica, & poſt menſem obit. *Henninges P. 2. fol.* 22. | 1539. |
| | Obit SOPHIA Lignicenſis vxor prior Joannis-Georgij Elect. Brandeburgici, proneptis Eliſabethæ Auſtriacæ Reginæ Poloniæ *Alberti II.* Imperatoris filiæ. *Henning.* | 1546. |
| | Eadem die naſcitur *JOACHIMUS FRIDERICUS*, jam dicti Joannis-Georgii & Sophiæ Lignicenſis filius, ex cujus partu mater obit. *Henning.* | 1546. |
| | Obit *CAROLUS* Joſephus *Archidux* Ferdinandi *III.* Imperat: ex Leopoldina filius Lincii ſup. *Auſtriæ. Fugger.* | 1664. |
| XXVIII. | Obit *OTTO III.* Imperator nepos *Adelheydis* Habſpurgo-Burgundæ. *Henning. P. 2. f.* 5. | 1002. |
| | *FERDINANDUS II.* Imperat. *Auſtriacus* inauguratur Dux Carinthiæ. *Vernulæ. Jac. Stanzenſ.* | 1597. |
| | Obit *ELEONORA* Archidux filia Caroli Græcenſis Halæ in Domo Virginum: ibidem ſepulta in templo B. Virginis ante altare SS. Trinitatis. *Gans.* Vixit annos 37. menſes 4. diem 1. MS. | 1620. |
| XXIX. | *ALBERTUS I.* Imperator nuptias celebrat cum Eliſabetha filia Meinardi Tyrolenſis. *Guillim. MS. apud Lequile P. 3. f.* 77. idque Auguſtæ factum in Comitiis Imperii. | 1282. |

ANNO.

Obit *ELISABETHA* filia Caroli Archiducis Græcii hora 7. veſpertina. *Gans. Eytz. & MS.* errant, qui ponunt anno 1580. *Pieſp. & Ehing.* ſepulta in Cænobio Seccovienſi. 1586.

XXX.

NAscitur *PHILIPPUS BONUS* Dux Burgundiæ avus Mariæ nuptæ Maximiliano I. Imperatori. *Jac. Fugger. f.* 843. 1396.

Naſcitur ex Anna Auſtriaca Ferdinandi I. Imp. filia Alberto *III.* Duci Bavariæ filius *FERDINANDUS.* vt habet *Fugger* alii ponunt pridie. *Henning. verò Calend. Febr. Lequile 6. Feb.* 1550.

Idem *FERDINANDUS* Bavarus die ſuo natali poſt annos 58. moritur author Comitum de Wartenberg. *Henning.* 1608.

*ERNESTUS ARCHIDUX* Auſtriæ ſuſcipit Belgii gubernatienem, fuit filius Maximiliani *II.* Imperatoris. *Vernulæ. Aſtrono. Tyrn.* 1594.

*JOANNES AUSTRIACUS* Ordinum Belgij copias ad Nivellam profligat. *Bucholtz. Schmid.* 1568.

XXXI.

*HENRICUS* Infans Portugalliæ naſcitur Olyſſipone, fuit frater Iſabellæ Carolo V. Auſtriaco nuptæ, dein Cardinalis. *Vaſconcell. Oldoin.* Vnde errat Petramellarius, qui anno 1502 natum ſcripſit. 1512.

Idem *HENRICUS* poſt 68. annos eadem die obit *A*lmerini. Sepultus in templo Bethlemitico inter cæteros Reges. *Vaſconcell. Jac. Fugger.* 1580.

*PHILIPPUS II.* Rex Catholicus nuptias celebrat cum Eliſabetha Valeſia Caracæ in Carpentanis. *Vernulæus. Alii ponunt 5. Julij, vt Gualt.* 1560.

## *FEBRUARIUS.*

I.

*MECHTILDIS RUDOLPHI I.* Habſpurgici Imperatoris filia viduatur marito Duce Bavar. Ludovico ſevero *Henning. P.* 1 1294.

Obit *ZDENA* vel *SIDONIA* vxor *A*lberti animoſi Ducis Saxoniæ filii Friderici Placidi Electoris ex Margareta *A*uſtriaca geniti, & ſepelitur Miſnæ. *Henn. P.* 2. 1510.

*JOANNES* prudens Marchio Brandeburgicus pronepos *A*nnæ *A*uſtriacæ *A*lberti *II.* Imperatoris filiæ Duciſſæ Saxoniæ ſepelitur Chruſtini. *Hennin. P.* 2. *Germ.* 1571.

Naſcitur *MARIA* filia Caroli Emanuelis Ducis Sabaudiæ ex Catharina *A*uſtriaca Philippi III. Regis Hiſpaniæ ſorore. *Jac. Fugger. Cal.* 1594.

*PHILIPPO III.* Regi ordines Luſitaniæ homagium præſtant *Vernulæ.* 1583.

*ALBERTUS A*rchidux *A*uſtriæ Maximiliani II. Imperatoris filius Belgium gubernaturus ſolenniter Bruxellas ingreditur. *Calviſius. Schmid.* 1596.

Naſcitur *MARIA* Philippi III. *A*uſtriaci Regis filia Valliſoleti. *Strada. Pieſpord. Ehing.* 1603.

| | | ANNO. |
|---|---|---|
| II. | PRincipes Germaniæ conveniunt ad *ALBERTUM Auſtriæ* Ducem & fœdus ineunt contrà *Adolphum* Naſſovium Imperat. *Trithem. Calviſ.* | 1298. |
| | *GUNTHERUS* Comes Schwartzenburgicus gener Friderici Pulchri Cæſaris Auſtriaci eligitur Rex Romanorum contrà Carolum IV. Lucelburgicum. *Henning. P.* 1. | 1349. |
| | Obit *JOANNES* Epiſcopus Ratisbonenſis filius Philippi Electoris Palatini ex Margarita Bavara nepte Margaritæ *Auſtriacæ* Erneſti Archiducis filiæ Duciſſæ Saxoniæ. *Henning. P.* 1. | 1538. |
| | *MARIA* Imperatrix per Legatum ſuſcipit ê baptiſmo Mariam filiam Caroli IX. Regis Franciæ ex Eliſabetha *Auſtriaca* ſua filia natam. *Vernulæ.* | 1573. |
| | *FERDINANDUS II.* Imperator *Auſtriacus* celebrat ſecundas nuptias cum Leonora Mantuana Oeniponti. *MS. Græcenſ.* *Aliàs* *Anonymus & Fugger ponunt* 4. *Feb. & Comes de Brandis* 3. *Feb.* | 1622. |
| III. | OBit *HENRICUS* Dux *Auſtriæ* filius *Alberti* I. Cæſaris Muræponti feria 3. poſt Purificationem B. V. vt habet *MS. Chron. Vien. & Thomas Ebendorff.* Unde errant alii cum *Lazio*, qui ponunt ad Bulcam Auſtriæ, quià eſt Brugka Styriæ idem quod Muræpontum. Sepultus primum Græcii, deinde translatus in Ergoviam ad Campum Regium ab Eliſabetha vxore, quæ videtur ibi reliquam exegiſſe vitam (cum ibidem ſepulturam habeat, vt narrat Fugger) non verò ſepultus eſt in Stambs Cœnobio Tyrolis, vt habet *Ebinger.* qui Henricum Carinthum cum Henrico hoc *Auſtriaco* confudit. Fidem habeo *Haſelbachio & MS. Chron. Vienn. Guillimani. MS. &c.* Inſcriptio illa Campi Regii apud *Jac. Fugger.* habet mortuum Henricum 3. Januar. ſed videtur Typographus erraſſe, quià nullus alius hanc diem obitus deſignat, & MS. habet 3. Feb. ſeqvuntur *Gans*, *Lequile.* & alii. Ipſe *Fugger.* qui producit Inſcriptionem, habet in Calendar. 3. Febr. | 1343. |
| | *MAXIMILIANUS I.* Imperator Tridenti publicas indicit ſupplicationes pro expeditione in Italiam. *Roo in Annal.* | 1508. |
| IV. | *ELISABETHA* filia Guthæ Habſpurgicæ Reginæ Bohemiæ, neptis Rudolphi I. Imperatoris nubit Joanni Cæco Lucelburgico *Gans Viridar. Henning. P.* 1. ſequenti die ponit *Vernulæ.* | 1311. |
| | *SIGISMUNDUS Archidux* Tyrolenſium Princeps nuptias celebrat cum Catharina filia *Alberti Animoſi* Ducis Saxoniæ. *Fugger.* ſed ad annum 1480. ponit. *Vernulæus & Aſtronom. Tyrnau.* | 1484. |
| | Naſcitur *JULIUS-AUGUSTUS* Dux Brunſuicenſis & Lunæburgenſis filius Julij ex Hedwige Brandeburgica pronepte Eliſabethæ *Auſtriacæ* Reginæ Poloniæ. *Henning.* | 1578. |
| V. | *WERNERUS COMES* Habſpurgicus iteratò libertate donat Cœnobium Murenſe. *Guilliman. f.* 182. | 1091. |

*RUDOL-*

ANNO.

RUDOLPHUS I. Imperator Habſpurgicus ſponſalia celebrat cum Agnete Burgunda. *Fugger. Calviſius* verò ponit 2. Febr. 1284.

KönigsfeldenſisCænobij ECCLESIA in loco quo Albertus I. Imp. occiſus eſt à vidua Imperatrice, & filia Agnete condita conſecratur à Joanne Epiſcopo Argentinenſi. *Urſtiſ. Jac. Fugger.* 1320.

MAXIMILIANUS I. Imp. Brugis in Flandria captivitati mancipatur. *Jac. Fug. ſive Betulius.* 1488.

CATHARINA Auſtriaca Philippi I. Regis Hiſpaniæ filia nuptias celebrat cum Joanne Luſitano Eſtremotij. *Vernulæ. Vaſconcell. Pieſpord Ebing. Mateneſ.* 1526.

FERDINANDUS II. Imp. cum nova conjuge Leonora Viennam ſolenniter ingreditur. *Vernulæ.* 1622.

Inter CAROLUM V. Imp. & Franciſcum I. Gallorum Regem induciæ quinquennales pactæ. *Thuanus. Schmid.* 1550.

VI.

OBit MARGARETA Auſtriaca Erneſti Ferrei Archiducis filia Duciſſa Saxoniæ vidua Friderici Placidi, mater Erneſti Electoris, ſepulta Altenburgi, vixit annos 68. *Gans. Fugger. Henn.* Miſſnæ ſepultam ſcribit *Gebuilher.* 1486.

Obit ERNESTUS Marchio Badenſis nepos Caroli & Catharinæ Auſtriacæ Erneſti Ferrei Archiducis filiæ. *Henning. P. 1. Germ.* 1552.

ULADISLAUS IV. Jagellonides natus matre Auſtriaca, maritus Cæciliæ Renatæ Auſtriacæ inauguratur Rex Polon. *MS. Anon.* 1633.

VII.

CAROLUS V. Auſtriacus inauguratur Rex Hiſpaniæ, & una cum matre Joanna coronatur. *Ebing. Marchant. Vernulæ. Betul. in Calendar.* 1518.

Obit ERNESTUS Dux Bavariæ Archiepiſcopus Colonienſis natus ex Anna Auſtriaca. *Bucel. Jac. Fugger.* 1612.

Obit GVLIELMVS DVX Bavariæ, filius Alberti III. ex Anna Auſtriaca Ferdinandi I. Cæſaris filia. *Brunner. Fugger.* 1626.

VIII.

ANNA filia Wenceslai Regis Bohemiæ ex Gutta Habſpurgica nubit Henrico Duci Carinthiæ. *Gans Arbor.* 1306.

Naſcitur ALEXANDER MEDICÆUS Dux Florentiæ Caroli V. Imp. gener. *Vernulæ.*

MARIA Archidux Caroli Græcenſis vidua Labacum venit cum filiis Ferdinando, Maximiliano, Erneſto, & Leopoldo, filiabus Gregoria Maximiliana, & Margarita, quibus prima cura viſitare omnia templa. *MS. Epiſc. Labacen.* 1597.

Naſcitur ULRICUS Dux Wirtenbergicus, gener Chunegundis Auſtriacæ & Alberti Bojorum Ducis. *Henning. P. 1. fol. 212. Germ.* 1487.

Obit ALEXANDER frater Ludovici XIII. Regis Chriſtianiſſimi, cui nupta Anna Maria Auſtriaca. *Jac. Fugger. ſive Betulius.* 1629.

| | | ANNO. |
|---|---|---|
| IX. | NAſcitur MARIA LEONORA filia Leopoldi Archiducis Tyrolenſium Principis mane hora nona die Lunæ Oeniponti. *Lequile. Anon. MS. Græc.* | 1627. |
| | Naſcitur MARIA ANNA filia Leopoldi Imperatoris Viennæ, quæ eodem menſe obit. *Com. Brandis.* | 1672. |
| | Obit CAROLUS FRIDERICUS Dux Juliæ & Cliviæ filius Gulielmi & Mariæ Auſtriacæ Ferdinandi I. Imperatoris filiæ Romæ cœlebs. *Vernulæ. Henning.* | 1575. |
| X. | ELISABETHA filia Alberti II. Imperatoris Auſtriaci nubit Caſimiro Poloniæ Regi felicis ſobolis mater. *Strada. Pieſp. Gans. Gebuilber. Betulius.* coronatam hac die ponit *Aſtron. Tyrnau.* | 1454. |
| | ELISABETHA filia Maximiliani II. Imperatoris vidua Caroli IX. Regis Franciæ, ſepulturæ mandatur Viennæ ad S. Mariam de Angelis fundatione ſua. *Henr. Caniſ. To. 4. variar. Pieſp. Maten.* | 1592. |
| | ANNA filia Caroli Archiducis Græcenſis Regina Poloniæ obit Varſaviæ inter 11. & 12. antemeridianam, & poſt annum vnum & 9. menſes ſepelitur Cracoviæ. *MS. Græc. Gans. Bucelin.* | 1598. |
| | ANNA filia Ferdinandi Archiducis Tyrolenſis Uxor Matthiæ Imperatoris coronatur Regina Bohemiæ. *Pieſp. Maten. Lequile.* Atvero *Gans habet* 10. *Januar. & Ehinger* 19. *Febr.* Sed errat. | 1616. |
| XI. | NAſcitur FERDINANDUS JOSEPHUS Aloyſius filius Ferdinandi III. Imp. ex Leonora Mantuana. *MS. Anonym. Betulius*, ſed *Ritterhuſius* ponit 1. Febr. nimirum ſtylo veteri. | 1657. |
| | ALBERTUS Archidux Maximiliani II. Imperatoris filius Belgarum Princeps nominatus Bruxellam ſolenniter ingreditur. *Vernulæ. Lequile. ſtylo novo v. ſup.* 1. *hujus ſtylo vet.* | 1596. |
| | ELEONORA Auſtriaca Caroli Græcenſis Archiducis filia defuncta 28. Jan. ſepelitur hac die in templo B. V. Halæ Tyrolis ante altare SS. Trinitatis. *Joan. Gans in Gynæc.* | 1620. |
| | Obit WILHELMUS I. Landgravius Thuringiæ pronepos Mathildis Habſpurgicæ Rudolphi I. Imperatoris filiæ Ludovico Severo Bavaro nuptæ. *Henning. P. 2. fol. 16.* | 1407. |
| XII. | NAſcitur MARIA Burgunda Maximiliani I. Imp. deinde vxor, per quam Burgundia Auſtriacis acceſſit. *Fugger, Lequile*, die ſequenti ponunt *Mateneſ. & Pieſp.* | 1457. |
| | Obit WILHELMUS Dux Saxoniæ gener Alberti II. Imp. Auſtriaci, maritus Annæ. *Gans Arb. Henning. P. 2. f.* 19. | 1483. |
| | Naſcitur DOROTHEA *Auguſta* filia Julij Ducis Brunſuicenſis Lunæburg. ex Hedwige Brandeburgica pronepte Eliſabethæ Auſtriacæ Reginæ Poloniæ. *Henning. P. 2.* | 1577. |
| | Obit OTTO-HENRICUS Palatinus Rheni Electo-r, filius Ruperti virtuoſi ex Eliſabetha Bavara nepte Eliſabethæ Auſtriacæ | 1559. |

ſtriacæ Reginæ Poloniæ, & gener Chunegundis Auſtriacæ. *Henning.* | ANNO.

XIII.

WILHELMUS Landgravius Haſſiæ pronepos Eliſabethæ Alberti II. Imp. filiæ, nuptias celebrat cum Sabina Wirtenbergica nepte Chunegundis Auſtriacæ Duciſſæ Bavariæ. *Henning. P. 1.* — 1466.

FERDINANDUS Archidux Auſtriæ Homagium recipit à Statibus Carnioliæ Labaci. *MS. Labac.* — 1597.

Obit ELISABETHA vxor Caroli IV. Imp. qui fuit ſocer Rudolphi IV. & Alberti III. Archiducum. *Sigiſ. Betul. in Cal. Aſtron. Tyrnau.* — 1393.

SOPHIA Brandeburgica neptis Caſimiri Regis Poloniæ & Eliſabethæ Auſtriacæ nubit Friderico Duci Lignicenſi. *Henning. P. 2.* — 1519.

Naſcitur ELISABETHA filia Philippi Landgravij Haſſiæ proneptis Eliſabethæ Auſtriacæ Reginæ Poloniæ Alberti II. Imp. filiæ. *Henning. P. 1. fol. 127.* — 1539.

GEORGIUS filius Philippi Electoris Palatini ex Margarita Bavara nepte Margaritæ Auſtriacæ Duciſſæ Saxoniæ, poſtulatur Epiſcopus Spirenſis. *Henning. Simonid.* — 1513.

XIV.

OBit ALBERTUS Comes Tyrolis avus maternus Elisabethæ nuptæ Alberto I. Imp. Habſpurgico. *Lequile.* — 1254.

Naſcitur CAROLUS filius Rudolphi I. Imperatoris Habſpurgici. *Annal. Columbar.* Obiit verò ſex menſium infans, ſepultus Baſileæ in Choro Cathedralis Eccleſiæ eodem tumulo cum matre Anna. *Gebvilber. in Geneal. Auſtr.* — 1276.

PHILIPPUS I. Auſtriacus acclamatur Rex Caſtellæ. *Lequile.* — 1505.

SOPHIA filia Caſimiri Regis Poloniæ ex Eliſabetha Auſtriaca Alberti II. Imperat. filia, nubit Friderico V. Electori Brandeburgico. *Henning. Betul. in Calenda.* — 1479.

MAXIMILIANUS II. Rex Bohemiæ inauguratur. *Strada. Pieſp. Ebing.* Atverò *Eder* ponit pridie & anno 1549. melius alij. — 1548.

COSMUS Medicæus gener Caroli Archiducis inauguratur Dux Hetruriæ. *Vernulæ.* — 1609.

XV.

OBit JOANNES Friderici IV. Imp. filius, ſepultus Neoſtadij Auſtriæ ad S. Trinitatem fundatione paternâ, vixit menſes 6. dies 6. *Eytz. Pieſp. Mateneſ.* vno anno citius poſuit *Ebingerus.* — 1467.

Naſcitur HENRICUS Palatinus Rheni filius Philippi Elect. ex Margarita Bavara nepte Margaritæ Auſtriacæ Duciſſæ Saxoniæ, Erneſti Ferrei filiæ. *Henning.* — 1487.

Naſcitur BEATRIX filia Joannis III. Regis Luſitaniæ ex Catharina Auſtriaca filia Philippi I. Regis Hiſpaniæ. Olyſſipone. *Vaſconcell.* — 1530.

Obit FERDINANDUS II. Imperator Viennæ, cui quidam ſcripſit FERDINANDVS SECVNDVS PIE VIXIT PIE OBIIT. — 1637.

ANNO.

XVI. OBit WOLFGANGUS Archidux Friderici Magnifici Tyrolenſium Principis filius. *Fugger.* 1426.

Obit GEORGIUS Auſtriacus filius Alberti II. Imperatoris, quem Gans ex inſcriptione Crucis plumbeæ in crypta Gregorium dictum vult, alij Gulielmum, ſed *Haſelbachio* coœvo eſt Georgius, *Gebuilh.* item & aliis. *Haſelbachius* natum ſcribit 1431. & obijſſe paulò poſt baptiſmum, alii quadriennio tardiùs. 1435.

MAXIMILIANUS I. eligitur Rex Romanorum Francofurti. *Cuſpin. Laz. Eytz. Bellus. Suitzer. Chron. Auguſtan.* hac die. Atverò *Roo & Pallavicin. die ſeq.* 1486.

Naſcitur MARGARETA filia Ferdinandi I. Imp. hora 2. poſt meridiem Oeniponti, baptiſata eodem die à Joanne Fabro Epiſcopo Viennenſi. *MS. Græcen. Pieſſ. Eytzing. Strada. Mateneſ.* 1536.

XVII. OBit OTTO JOCOSUS Auſtriæ Dux Alberti I. Imperatoris filius Viennæ, & ſepelitur Neupergæ in Styria fundatione ſua. *Fugger.* Atverò *Haſelbachius.* habet 26. Februarij. De anno variant authores *Lazius* anno 1345. *Gebuilherus & Eytzinger* 1340. plerique anno 1338. defunctum volunt. Ego *Haſelbachio* fidem habeo, qui vno ſeculo tardius ſcripſit, & ponit 1339. 1339.

Naſcitur ERICUS ſenior Dux Brunſuicenſis abnepos Eliſabethæ Habſpurgicæ ſororis Rudolphi I. Imp. deinde Maritus Catharinæ Saxonicæ, quæ fuit neptis Margaritæ Auſtriacæ ſororis Friderici IV. Imperatoris, & vidua Sigiſmundi Archiducis Tyrolenſis. *Henn. P. 2. fol. 23.* 1470.

CATHARINA filia Ferdinandi I. Imp. viduatur marito Franciſco Gonzaga Mantuano. *Hennig. Vernulæus* reponit in ſequentem diem, alij in 21. hujus. 1550.

XVIII. NAſcitur CAROLUS filius Emanuelis Regis Portugalliæ ex Eleonora Auſtriaca, brevis ævi. *Aſtron. Tyrnavien.* 1520.

Obit VINCENTIUS Dux Mantuæ filius Gulielmi ex Leonora Auſtriaca filia Ferdinandi I. Imp. *Sigiſm. Betul.* 1611.

Obit ERNESTUS Elector Colonienſis filius Alberti Ducis Bavariæ ex Anna Auſtriaca. *Vernul.* 1612.

Obit MAXIMILIANUS Archidux Caroli Græcenſis filius tertio quadrante ante ſecundam meridianam Græcij, & ſepelitur Seccovij in Mauſolæo avito. Vixit annos 23. menſes 3. diem 1. ex *MS. Græcen.* Cor ejus in poculo argenteo deaurato, inteſtina in vaſe cupreo condita ſunt ad D. Ægidij Græcij. *MSS. ead.* 1619.

XIX. NAſcitur MARIA altera hujus nominis Maximiliani II. Imperatoris filia in puncto 10. horæ ante mediam noctem Neoſtadii Auſtriæ. *MS. Græc. Pieſſ. Mateneſ. Gans. Betulius.* Aliter alii, vt *Eytzing* die 14. Febr. *& Strada* 20. Febr. 1564.

Obit

ANNO.

Obit *JOANNES* Machio Badenſis *Archiepiſcodus* Trevirenſis frater Caroli, cui nupta Catharina *Auſtriaca* Erneſti Ferrei *Archiducis* filia, & ſepelitur in maiori Eccleſia Trevirenſi. *Bucelin. in Aucta. Nuclei.* licet *Henninges & Maſenius* haheant 9. Februarij, nimirum ſtylo veteri. 1503.

XX. *LUDOVICUS* filius Ludovici Bavari Imperatoris nepos Mathildis Habſpurgicæ nuptias celebrat cum Margareta Maultaſchia Duciſſa Carinthiæ. *Cuſpin.* 1342.

*FRIDERICUS* IV. Imperat. *Auſtriacus* Henricum & Victorinum filios Georgii Podebradii Regis Bohemiæ creat Principes Imperii: hinc ſtemma Ducum Münſterbergenſium. *Calviſius. Æneas Sylv. Schmid.* 1463.

Obit *JOANNES* Rex Daniæ gener Erneſti Electoris Saxoniæ ex Margarita *Auſtriaca* Friderici IV. Imperatoris ſorore geniti, & parens Chriſtiani II. Regis, cui nupta fuit Iſabella Auſtriaca Philippi I. Regis Hiſpani filia. Sepultus Ottoniæ. *Henning. P. 2. Bucel. Nucl. Auct.* 1513.

*Auſpicijs MAXIMILIANI* II. Imperat. Tocaium in Hungaria occupat Lazarus Schwendius. *Thuanus.* ſed *Schmid.* ponit 10. ſtylo veteri. 1565.

Obit *ERNESTUS Archidux* Maximiliani II. Imp. filius Belgii Gubernator Bruxellis, & ſepelitur ad D. Gudulæ in Mauſolæo Ducum Barbantiæ. *Ehing. Pieſp. Strada. ſed MS. Græcenſe* habet 19. hujus *Bucel.* die 21. *Mateneſ.* 23. erroneè: nobiſcum *Betulius in Calendar.* 1595.

XXI. Naſcitur *LADISLAUS* Poſthumus *Alberti II.* Imp. filius nocte antecedente feſtum Cathedræ S. Petri, vt habet coævus *Thomas Ebendorffer MSS.* alii ponunt pridie, vt *Mateneſius*, alii ſequenti die 22. vt *Bonfinius.* nobiſcum verò *Pieſp. & Vernulæus.* 1440.

Naſcitur *JOACHIMUS I.* Elector Brandeburgicus nepos Annæ Auſtriacæ filiæ *Alberti II.* Imp. Wilhelmo Duci Saxoniæ nuptæ. *Henning. P. 2. f. 19. & 210.* 1484.

Obit *SIBYLLA* Juliacenſis vxor Joan. Friderici Electoris Sax. pronepotis Margaritæ Auſtr. Feiderici IV. Jmp. filiæ. *Sledan. Henn. P. 2.* 1554.

XXII. OBit *BLANCA* vxor Caroli *IV.* Imperatoris pronepotis Rudolphi I. Imp. ex Gutta Regina Bohemiæ, & ſoceri duorum *Archiducum. Gualter.* 1354.

*CAROLUS* V. coronatur Bononiæ coronâ Longobardicâ à Gulielmo Cardinale Enchavordio. *Ciacon. Phil. Simonides. Ehinger. ſed Bunting.* habet 20. hujus. 1530.

*GULIELMUS* Dux Bavariæ filius *Alberti* ex *Anna* Auſtriaca, frater Mariæ Annæ Ferdinando *II.* Imperat. nuptæ, ſolennes 1565.

| | | ANNO. |
|---|---|---|
| | cum Renata Lotharinga nuptias celebrat ad quas convenerunt equi 3279. *Lequile. Adelzreit.* | |
| *XXIII.* | *SIGISMUNDUS* Marchio Miſniæ frater Friderici Placidi Electoris Saxoniæ, cui nupta Margarita *Auſtriaca* Friderici *IV.* Imp. ſoror, fit Epiſcopus Herbi polenſis & ſacris initiatur. *Henning. P. 2. f. 19.* | 1436. |
| | *CATHARINA* filia Erneſti Archiducis viduatur marito Carolo Marchione Badenſi. *Henning.* | 1475. |
| | *SIBYLLA* filia Alberti Ducis Bavariæ ex Chunegunde *Auſtriaca* nuptias celebrat cum Ludovico Pacifico Palatino Rheni *Henn. P. 1. fol. 210.* | 1511. |
| | Naſcitur *MATTHIAS Archidux* filius Maximiliani *II.* Imp. poſteà etiam Imperator ferè in puncto mediæ noctis in Vigilia S. Matthiæ Viennæ *Auſtriæ. MS. Eytzing. Pieſp. Strada. Gans.* levatus ê ſacro fonte à Chriſtophoro ab Eytzing ſupremo Aulæ Præfecto. | 1557. |
| | Obit *MARIA ANNA* filiola Leopoldi Imperatoris *MSS.* | 1672. |
| *XXIV.* | OBit *ANNA* Comitiſſa ab Hohenberg vxor Rudolphi I. Imp. Habſpurgici Viennæ *Auſtriæ*, cum vixiſſet annos 55. *Roo. Pieſp. Ebing.* quibus potiùs aſſentior. quàm aliis qui variè ejus obitum ſignant. *Simonides Anno* 1280. 20. ſept. *Gebvilherus* 1288. in medio Quadrageſ. *Henninges* 1278. & denique *MS. Chron. Vien.* 1281. die 18. *Aprilis.* contrarium ex lapide ſepulchrali elicitur, quià vecta Baſileam ſepulta eſt 19. Martii anno 1281. | 1281. |
| | Obit *CAROLUS* Marchio Badenſis maritus Catharinæ *Auſtriacæ* gener Erneſti *Archiducis. Henning. P. 1. Germ. Sigiſm. Betul. in Calend.* | 1475. |
| | Naſcitur *CAROLUS V.* Imperator Gandavi in Flandria beſſe horæ poſt 3. matutinam. *Paulus Eber. Bunting. Strada. Pieſpord.* | 1530. |
| | Idem *CAROLUS* coronatur Bononiæ à Clemente *VII.* corona Romana. *Ciacon. Marchant.* | 1500. |
| | Idem *CAROLUS* ad Papiam Franciſcum Gallorum Regem captum mittit in Hiſpaniam. *Gevilher. Eytz.* | 1525. |
| | Naſcitur *ALPHONSUS* Princeps Luſitaniæ ex Catharina Caroli *V.* ſorore Auſtriaca filius Joannis *III.* Regis. Almerij, & non multò poſt obit. *Vaſconcell.* | 1526. |
| | *FERDINANDUS I.* Imperator coronatur Rex Bohemiæ Pragæ. *Pieſp. Maten. Ebing. Chron. Auguſt.* errat verò *Strada*, qui die 21. & *Bucelin.* qui anno 1526. id refert. | 1527. |
| *XXV.* | NAſcitur Ludovicus Romanus filius Ludovici Bavari Imperat. nepos Mathildis Habſpurgicæ Romæ. *Chron. Bohem. Calviſ.* | 1328. |
| | Naſcitur *JOANNES* ab Auſtria Caroli V. Imp. naturalis Ratisbonæ. *Vernulæ.* alii die ſeq. | 1547. |
| | Obit *FERDINANDUS II.* Elector Palatinus, cujus vxor Dorothea | 1556. |

ANNO.

rothea Dana filia Chriſtiani II. Regis ex Iſabella Auſtriaca Philippi I. Regis Hiſpan. filia. *Henning.* P. 1.

*HEDWIGIS* Brandeburgica filia Joachimi II. ex Hedwige Polona nepte Eliſabethæ Auſtriacæ Reginæ Poloniæ nubit Julio Duci Lunæburgico. *Henning. P.* 2. 1560.

*FERDINANDUS II.* Imperator transfert Electoratum Palatinum ad Domum Bavaricam. *Fugger.* 1623.

XXVI. OBit *MARIA* Auſtriaca Caroli V. Imp. filia, Maximiliani II. Imp. vidua Valliſoleti media qninta matutina. Vixit annos 75. *Pieſp. Ehing. Bucelin. Mateneſ. Ciacon. Wurſbain.* 1603.

Obit *FRIDERICUS* Dux Saxoniæ nepos Eliſabethæ Auſtriacæ Alberti II. Imp. filiæ ex Barbara Polona nupta Georgio Barbato Duci Saxoniæ. *Henning. P.* 2. *fol.* 22. 1539.

*FERDINANDUS III.* Imperator nuptias celebrat cum Maria Hiſpana Viennæ Auſtriæ. Unde errat Anonymus, qui id refert ad 2. Maij. Ex *MS. Græc. & Gans.* 1631.

XXVII. NAſcitur *RUPERTUS* Palatinus Rheni Archiepiſcopus Colonienſis patruus Mathildis nuptæ Alberto Arahiduci Friderici *IV.* Imp. fratri. *Gualt. To.* 3. *Chron. fol.* 1236. *Henning. P.* 1. *f.* 210. 1427.

Obit *PHILIPPUS* Rheni Elector, frater Mathildis nuptæ Alberto VI. Archiduci Auſtriæ Friderici *IV.* Imp. fratri, & maritus Margaritæ Bavaræ, quæ fuit neptis Margaritæ Auſtriacæ Friderici *IV.* Imp. ſororis. *Henning. P.* 1. *f.* 210. 1508.

Obit *CHUNEGUNDIS* filia Caſimiri Marchionis Brandeburgici Alberti ſapientis Bavariæ Ducis & Chunegundis Auſtriacæ per matrem Suſannam neptis, vxor Caroli II. Marchionis Badenſis. *Henning. P.* 2. *Ger.* 1558.

Naſcitur *FRANCISCUS* Dux Lotharingiæ frater Eliſabethæ prioris conjugis Maximiliani Ducis Bavariæ, qni fuit frater Mariæ Annæ Ferdinando II. Imp. nuptæ, & altero connubio filiam Ferdinandi II. Mariam Annam ſibi ſociavit. *Henning. P.* 1. *fol.* 95. 1571.

XXVIII. OBit *LEOPOLDUS* I. Glorioſus Alberti I. Cæſaris filius Argentinæ in domo Ochſenſteiniorum, ſepultus in campo Regio. Erravit *Roo*, qui poſuit vltima Aprilis, & *Lazius*, qui menſe Julio, & *Gebvilherus*, qui anno 1327. Melius nobiſcum *Haſelbach. MS. Strada. Pieſp. Mateneſ. & in campo Regio Epitaphium.* 1326.

Naſcitur *SIGISMUNDUS* Merchio Miſniæ frater Friderici Placidi Electoris Saxoniæ, cui nupta Margarita Auſtriaca ſoror Friderici *IV.* Imperatoris. *Henning. P.* 2. 1416.

Obit *HELENA* Archidux Friderici IV. Imperatoris filia infans. *Eytzing. Pieſp. Fugger.* 1461.

Obit *CATHARINA* Ferdinandi I. filia Lincii Auſtriæ ſuperioris 1572.

| | | ANNO. |
|---|---|---|
| | rioris Regina Poloniæ, ſepulta ibidem Lincii in Parochiali Eccleſia *MS. Græc. Gans, Ebing. Pieſp. Strada.* Fallitur enim *Mateneſius*, qui ponit 9. *Martij.* | |
| | *MARIA* Magdalena Caroli Archiducis filia Coſmi *II.* Magni Ducis Hetruriæ conjunx viduatur marito. *MS. Græc.* | 1621. |
| XXIX. | ANno biſſextili naſcitur *ALBERTUS V.* Bavariæ Dux gener Ferdinandi I. Imp. *Vernul. Lequile. Henninges:* ſed *Fugger ſive Betulius* poſuit 1. *Martij* | 1528. |
| | **MARTIUS.** | |
| I. | NAſcitur *ANNA* Dux Cliviæ Gulielmi & Mariæ Auſtriacæ Ferdinando I. Imperatori progenitæ filia. *Gans.* | 1552. |
| | *CAROLUS* Auſtriacus Dux Burgoviæ Ferdinandi Tyrolenſis ex Philippina filius nuptias celebrat cum Sibylla Cliviæ Duce. *Vernul.* alii habent 4. Martij. | 1601. |
| | *CATHARINA* filia Philippi *II.* Regis Hiſpan. *Auſtriaci* nubit Carolo Emanueli Duci Sabaudiæ. *Ciacon. Eytzing. Ebing. Mateneſ.* malè nonnemo poſuit 11. Martij. & alter 10. Martij. | 1585. |
| | Obit *MARIA* prior filia Philippi *III.* Regis Hiſpan. infantula. *Strada. Pieſpord. Ebing. Mateneſ.* | 1603. |
| II. | OBit *CONRADUS* Burggravius Norimbergenſis nepos Eitelfriderici & Eliſabethæ Habſpurgicæ Rudolphi *I.* Imperatoris ſororis. *Henning. P. 2. Ger.* | 1334. |
| | *SABINA* Bavara filia *Alberti* Ducis ex Chunegunde *Auſtriaca* nubit Ulrico Duci Wirtenbergico. Ferunt interfuiſſe nuptiis equitum ſeptem millia. *Simonid. Gualter. Lequil. Henning. P. 1. Germ.* | 1510. |
| III. | NAſcitur *LUDOVICUS* Princeps Luſitaniæ frater Iſabellæ Carolo V. Imp. nuptæ. *Henning. P. 1. f. 207.* | 1506. |
| | Obit *JOANNES* Fridericus Magnanimus Elector Saxoniæ pronepos Margaritæ Friderici *IV.* Imp. ſororis, & pronepos etiam Chunegundis ejusdem Friderici *IV.* filiæ, quià Margareta fuit avi mater, Chunegundis ejusdem ſocrus. *Henning. P. 2. f. 18.* Sed habet 5. Martij. | 1554. |
| | Bruxella fame domita certis conditionibus ſe dedit Parmenſi Duci ſub auſpicijs *PHILIPPI II.* Regis Hiſpaniæ. *Bucholtzer.* | 1585. |
| IV. | HENRICUS V. Jmperat. recipit in protectionem Monaſterium Muri fundatum à Wernero Comite Habſpurgi ipſius fundatoris rogatu. *Guilliman.* | 1114. |
| | Obit *BERTHOLDUS* Habſpurgicus poſtremus Ducum Zaringiæ. *Guilliman. fol. 251. Manlius habet 14. Februarij, & Cuſpinianus 1. Maij.* ſepultus Friburgi Briſgoiæ in æde B. V. ſuprà portam. | 1218. |
| | Naſcitur *GEORGIUS PIUS* Marchio Brandeburgicus nepos Eli- | 1484. |

| | | ANNO. |
|---|---|---|
| | Eliſabethæ Auſtriacæ Reginæ Poloniæ Alberti II. Imperatoris filiæ. *Henning. P. 2. Germ.* | |
| | ALBERTUS Archidux Maximiliani II. filius nominatur S. R. E. Cardinalis à Gregorio XIII. *Ciacon. Oldoin.* | 1577. |
| | CAROLUS Auſtriacus Marchio Burgoviæ filius Ferdinandi Archiducis Principis Tyrol. nuptias celebrat cum Sibilla Juliacenſi. *Jac. Fug. ſeu Betul. in Calend.* | 1601. |
| | JOANNES CASIMIRUS Rex Poloniæ ex Conſtantia Auſtriaca natus nuptias celebrat cum fratris vidua Aloyſia Maria Nivernenſi. *Sigiſm. Betul. Calend.* | 1649. |
| V. | NAſcitur LUDOVICUS I. Rex Ungariæ nepos Clementiæ Habſpurgicæ Rudolphi I. Cæſaris filiæ & avus Eliſabethæ Alberto II. Imperatori nuptæ. *Henning. P. 1. Gualter. Fugger Spec.* | 1326. |
| | ELEONORA Soror Caroli V. Imperatoris Auſtriaci coronatur Regina Galliæ. *Fugger. Vernulæ.* | 1531. |
| | Obit HELENA filia Ferdinandi I. Imp. Auſtriaci Hallæ in Tyroli, ſepulta ibidem in Cœnobio novo ſororis Magdalenæ ad D. Virginem. *MS. Ebing. Pieſp. Maten. Bucelin.* Solus *Gans* habet 7. *Martij* errore Typographi, vt *Betulius* 4. *Martij.* | 1574. |
| | MARIA CHRISTIERNA filia Caroli Archiducis Græcenſis deſponſatur Sigiſmundo Bathoreo Tranſylvaniæ Principi. Græcij ad S. Ægidium. *Gans in Viridar. MS. Pieſpord.* | 1595. |
| VI. | OBit SIGISMUNDUS Archidux Tyrolenſium Princeps Oeniponti, ſepultus in Cœnobio Stambſiano, vixit annos 71. *Roo. Strada. Raymund. Fugger. Gebuilber. Mateneſ. Gans.* erravit *Lazius* qui poſuit *annum* 1487. & *Eytzing.* qui *annum* 1499. de die omnes conſentiunt, præter *Lequilem & Jac. Fugger* qui ponunt 4. *Martij.* | 1497. |
| | Obit WILHELMUS Dux Bavariæ natus ex Chunegunde Auſtriaca. *Brunner. Gans.* | 1550. |
| | ELISABETHA Sabaudiæ Princeps Catharinæ Auſtriacæ filia nubit Franciſco Duci Mutinenſi. *Betul.* | 1608. |
| | FERDINANDUS II. Imperator publicis decretis vrget reſtitutionem bonorum Eccleſiaſticorum. *Aſtron. Tyrn.* | 1629. |
| VII. | NAſcitur ANNA Brandeb. Electrix filia Friderici Ducis Saxoniæ ex Margarita Auſtriaca Erneſti Ferrei filia. *Henning. Gans. Leq.* | 1436. |
| | Obit MARIA Regina Portugalliæ mater Iſabellæ Carolo V. Imp. nuptæ *Henning. P. 1.* die ſeq. habet *Vernulæus.* | 1517. |
| | Naſcitur JOANNES CASIMIRUS Comes Palatinus filius Friderici Electoris ex Maria Brandeburgica nepte Chunegundis Auſtriacæ Friderici IV. Imp. filiæ. *Henning. P. 1. fol. 214.* | 1543. |
| | ALBERTUS Archidux Belgarum Princeps Ambianum Picardiæ Metropolim Gallis eripit. *Calviſius.* | 1597. |

| | | ANNO. |
|---|---|---|
| VIII. | ETHO Habſpurgicus Epiſcopus Argentinenſis Monachicellam ad Harcyniæ Sylvam locupletat,& an. ſequenti obit. *Guilliman.* | 779. |
| | Naſcitur JOANNES Princeps Daniæ ex Iſabella Auſtriaca & Chriſtiano Rege. *Vernul.* | 1517. |
| | Obit MARIA ANNA vxor Ferdinandi II. Imp. feria 3. poſt Dominicam Oculi quadrante ante horam 7. matutinam Græcij: ibidē ſepulta in crypta Mauſolæi novi. *MSS. Græc.* Cor & inteſtina condita ſunt in templo Aulico D. Ægidij ad cornu Evangelij ſummi altaris. | 1616. |
| | FERDINANDUS II. Imp. Duce Tillio Suecos ad Bambergam profligat. *Aſtron. Tyrnau.* | 1632. |
| IX. | FRIDERICUS IV. Imp. cum ſponſa ſua Eleonora Romam ingreditur honorificè exceptus à Nicolao V. Papa, & ab eo coronandus. *Ciacon. Jac. Fugger. Roo.* &c. | 1452. |
| | ALBERTUS Marchio Brandeburgicus nepos Annæ Auſtriacæ Alberti II. Imp. filiæ, frater Joachimi I. Electoris Archiepiſcopus Magdeburgenſis eligitur Archiepiſcopus Moguntinus,& ſimul præeſt duabus Archiepiſcopalibus Cathedris conceſſione Leonis Papæ X. quod inauditum fuerat ad id tempus. *Ciacon.& Oldoin. To. 3. fol.* 414. | 1414. |
| | Naſcitur ANTONIUS Princeps Luſitaniæ filius Joannis III. Regis ex Catharina Auſtriaca Philippi I. Regis Hiſpaniæ filia. Olyſſipone. *Gans.* | 1539. |
| | Naſcitur WENCESLAUS Archidux filius Maximiliani II. Imperatoris Neoſtadij Auſtriæ circa medium 10. matutinæ, è ſacro fonte levatus ab Aulæ Præfecto Chriſtophoro ab Eytzing. *MS. Eytz. Gans. Ehing. Strada.* malè *Betulius* 7. hujus. | 1561. |
| X. | NAſcitur FERDINANDUS I. Imperator in Hiſpania Alcalæ de Henares. hor. 9. min. 56. p. merid. *MS. Græc. Gans. Arb. Strada. Ehing. Bell. Pallav.* Errant qui ponunt 12. die Martij. *Pieſſ. & Maten.* | 1503. |
| | Obit ALBERTUS Sapiens Dux Bavariæ Chunegundis Auſtriacæ maritus. *Brunner.* alij habent 18. Martij ſed hæc fuit dies ſepulturæ, vt habet *Henninges.* | 1508. |
| | Naſcitur FRANCISCUS Dux Mantuæ gener Ferdinandi I. Imperatoris. *Sigiſm. Betul. Calend.* | 1533. |
| | Naſcitur ELISABETHA princeps Holſatiæ filia Adolphi ex Chriſtina Landgravia Haſſiæ pronepte Eliſabethæ Auſtriacæ Reginæ Poloniæ. *Henning. P.* 2. | 1574. |
| XI. | OBit ALBERTUS ACHILLES Marchio Brandeburgicus gener Friderici II. Electo: Saxoniæ,& Margaretæ Auſtriacæ Friderici IV. Imp. ſororis. *Henning. P.* 2. | 1486. |
| | LUDOVICUS Rex Hungariæ maritus Mariæ Auſtriacæ Caroli V. ſororis coronatur Rex Bohemiæ. *Gualter. Chronic. fol.* 560. | 1509. |

CARO-

ANNO.

CAROLUS V. Imp. nuptias celebrat cum Iſabella Luſitana Hiſpali. *Eder. Gebuilherus*: in ſequentem diem referunt *Eytzing. Munſter. Gans in Gynæc.* Alij ad 10. Jan. vt *Chronic. Aug. Sadeler. Fugger.*, ſed hæc fuit ſponſaliorum dies. Ad 24. Febr. reſpexit *Henninges & Gans in Viridario*, apud quem errore Typographi poſitus eſt annus 1520. & apud *Eder.* 1529. Errarunt verò *Simonides*, qui 12. Jan. & *Vernulæus*, qui 3. Martij poſuerunt, & qui 16. Febr. 1526.

Iugredienti Reginæ ISABELLÆ Hiſpalenſes ſeptem arcus triumphales erexerunt. Archiepiſcopus Toletanus ſacris operatus CAROLUM & ISABELLAM ſponſos ſacro epulo refecit. Deinde eorum dextras junxit. *Gebuilher.* 1526.

ALBERTUS Belgarum Princeps Ambianum ſtratagemate capit. *Vernul.* 1597.

Obit ELISABETHA filia Philippi Landgravij Haſſiæ proneptis Eliſabethæ Auſtriacæ Reginæ Poloniæ vxor Ludovici Electoris Palatini pronepotis Chunegundis Auſtriacæ Duciſſæ Bavariæ. *Henning. P. 1. fol. 216.* 1582.

XII.

OBit UDALRICUS Comes Pfyretanus Socer Alberti ſapientis Ducis Auſtriæ. *Lequile.* 1324.

Obit RUDOLPHUS I. Saxoniæ Dux filius Alberti II. Elect. ex Agnete Habſpurgica filia Rudolphi I. Imp. *Lequile. Henning.* P. 2. 1356.

Naſcitur ANNA Poloniæ Duciſſa ex Eliſabetha Auſtriaca Alberti II. Imp. filia. *Gans. Betul.* 1476.

Obit MARGARITA Ferdinandi I. Cæſ. filia Sanctimonialis Hallæ ad Oenum, in Caſtro Haſegg horâ ſeptimâ matutinâ. Sepulta primum apud Franciſcanos Oeniponti, dein Hallam translata poſtquam templum perfectum fuiſſet. *MS. Græc. Pieſp. Ehing. Mateneſ. Strada.* malè quidam 21. 1567.

CAROLUS Archidux Caroli Græcenſis filius poſtulatur in Epiſcopum Brixinenſem. *MSS. Græc.* 1613.

Idem aſſumitur in Coadjutorem Colonienſis Archiepiſc. *Mateneſ.* 1621.

XIII.

OBit MARGARETA Duciſſa Carinthiæ (dicta Maultaſchia ob repandi oris deformitatem) filia Henrici, qui fuit frater Eliſabethæ nuptæ Alberto I. Imperatori, poſtquam Tyrolenſem Comitatum Auſtriacis fratribus vt proximis cognatis conſignaſſet Viennæ, ſepulta ibidem ad S. Martham. *Matth. Merian. fol.* 132. *Lequil. Raym. Fugger.* 1366.

Obit LADISLAUS Rex Hungariæ nepos Alberti II. Imp. ex Eliſabetha Regina Poloniæ, & ſocer Ferdinandi I. Imp. *Fugger.* ſed *Gualterus* habet 3. Martij, & *Sentivani* ponit 14. ejusdem. 1516.

Obit ELISABETHA filia Eliſabethæ Auſtriacæ Reginæ Poloniæ, vx. Friderici II Ducis Lignicenſis & Pomeraniæ. *Fug. in ſpec. & Cal.* 1517.

Naſcitur ELISABETHA Archidux filia Caroli Græc. mediâ 7. veſpertinâ. *MS. Græc. Eytzing. Ehing. Pieſp.* malè poſuit quidam 3. Maij. 1577.

XIV. NAscitur OTTO STRENUUS Dux Brunſuicenſis maritus Mechtildis Bavaræ filiæ Ludovici Severi ex Mechtilde Habſpurgica Rudolphi I. Imp. filia. *Henning. Bucelin. Auct.* ANNO. 1314.

FRIDERICUS IV. Imp. Romæ à Nicolao V. corona Longobardica coronatur. *Fugger.* alij ponunt 15. Martij vt *Cuſpin.* alij 17. ejusdem. Ut *Onunphrius & Buntingus*, ſed confundunt plures actus. 1452.

XV. ALBERTUS II. SAPIENS & Contractus Dux Auſtriæ ſponſalia contrahit cum Joanna Pfyretarum Comitatus hærede juvencula patre ejus Udalrico anno 1324. defuncto. Alij nuptias volunt celebratas, ſed non eſt credibile, cum primogenitus Rudolphus natus ſit anno 1338. Joannam per annos 14. ſterilem fuiſſe: ideoque vel in obitu Udalrici numerus annorum corruptus eſt, vel tardius ducta eſt Joanna. Qui nuptias celebratas putant 1324. ſunt *Lazius, Eytzing. Pieſp. Ebing. Gebuilber. Fugger.* Diem & annum obitus Ulrici poſtremi Comitis Pfyretarum hunc ipſum notat *Gualterius.* 1324.

FRIDERICUS Archidux Tyrolenſium Princeps educit clam Conſtantiâ Joannem Papam, ob quod poſtea à Sigiſmundo Imperatore dominiis multis mulctatur. *Jac. Fugger.* 1415.

XVI. FRIDERICUS IV. Imp. Romæ cum Eleonora conjuge à Nicolao Papa V. ſolenniter jungitur & benedicitur. *Fugger. Cuſpinian.* atverò *Pieſpordius.* id refert ad 17. Martij. 1452.

Naſcitur FRIDERICO IV. Imper. filia CHUNEGUNDIS Neoſtadij Auſtriæ. *Lequile. Fugger. Gans. Laz.* 1465.

Naſcitur Henricus Pius Dux Saxoniæ nepos Margaritæ Auſtriacæ & Friderici Placidi Electoris. *Henning. P. 2.* 1473.

MAXIMILIANUS I. filius Friderici IV. nuptias celebrat cum Blanca Maria Mediolanenſi. *Gebuil. Roo. Mateneſ. Bucelin.* de anno diſcordant. *Eytzing & Gans* anno 1493. *Chronicon Auguſtanum* anno 1495. cæteri 1494. Eadem die ponit *Fugger* obitum Mariæ Burgundæ primæ conjugis Maximiliani, de quo nos infra, ad 28. hujus. 1494.

XVII. NAſcitur GUTTA filia Rudolphi I. Imperatoris Habſpurgici. *Vernulæ.* 1271.

FRIDERICUS IV. Imp. cum conjuge ELEONORA invngitur & coronatur à Nicolao Papa aurea Corona Caroli Magni, Norimbergâ in hunc finem delata. *Cuſp. Roo. Fugger.* die ſequenti habet *Ciaconius*, & die 20. *Pieſpordius*, ſed malè: quia *Fugger* exactè omnia deſcripſit ex originalibus de hoc actu. 1452.

Idem FRIDERICUS hac die poſt ſeptennium coronatur Rex Ungariæ, alij ſolum electum ſcribunt. *Cuſpin. Roo. Bellus.* 1459.

ALBERTUS V. Marchio Brandeburgicus nepos Eliſabethæ Auſtriacæ Reginæ Poloniæ ſecundam vxorem ducit Annam Mariam Brunſuicenſem proneptem Annæ Auſtriacæ Duciſſæ Saxoniæ. *Henning. P. 2. fol. 216.* 1550.

XVIII.

ANNO.

Naſcitur *JOANNES* Palatinus Rheni Bipontinus maritus Magdalenæ Juliacenſis filiæ Gulielmi Ducis Juliaci & Cliviæ ex Maria *Auſtriaca* Ferdinandi I. Imp. filia. *Henning.* 1550.

*CAROLUS* V. abdicato Imperio, etiam Regna Hiſpaniæ & Belgicas Provincias reſignat filio Philippo Bruxellis. *Vernulæ.* 1556.

XVIII.

OBit *ALBERTUS* ſapiens Dux Bavariæ, maritus Chunegundis Auſtriacæ Friderici *IV.* Imp. filiæ, quæ juſtis funeribus marito perſolutis recta ad Cænobium Monialium, ne quidem reverſa ad aulam, ſeſe contulit, & ibi duodecim annis ſanctè tranſactis obiit. *Raderus. Brunner. Eytzing. Gebvil.* pridie ponit Betulius. 1508.

Carolo V. abdicante, plenam Imperii adminiſtrationem ſuſcipit *FERDINANDUS* frater. *Fugger.* ſed annon hoc referendum ſit ad annum 1556. meritò dubites, quià hunc annum notant *Strada. Pieſp. Mateneſius, Bellus, Buntingus. & alij.* 1558.

XIX.

*ANNA* Hochenbergica prior vxor Rudolphi I. Imp. ſepelitur Baſileæ præſentibus tribus Epiſcopis, Sexaginta *Abbatibus*, & trecentis Sacerdotibus. *Roo. Pieſp. Fugger.* 1281.

Obit *FRIDERICUS* Poloniæ Princeps S. R. E. Cardinalis Caſimiri Regis ex Eliſabetha *Auſtriaca* filius, quod alii 14. Martii referunt. *Ciacon. Oldoin. in vit. Pontific. To.* 3. *fol* 179. 1530.

*SIBYLLA* Saxonica proneptis Friderici *II.* Placidi Electoris & Margaritæ *Auſtriacæ* Friderici *IV.* Imperatoris ſororis viduatur marito Franciſco I. Duce Saxoniæ infer. *Henning.* P. 2. *f.* 174. 1581.

Obit *ALBERTUS* V. Marchio Brandeburgicus Dux Boruſſiæ nepos Eliſabethæ *Auſtriacæ* Reginæ Poloniæ, pronepos Alberti *II.* Imperatoris, fundator *Academiæ* Regiomontanæ. *Henning. P.* 2. *fol.* 216. 1568.

Obit *ANNA MARIA* Brunſuicenſis ſecunda vxor Alberti V. Brandeburgici 16. horis poſt maritum. *Henning. cit.* 1568.

XX.

OBit *OBIZO* Marchio Eſtenſis, cujus vxor fuit Eliſabetha Saxonica filia *Alberti II.* Electoris & *Agnetis* Habſpurgicæ Rudolpho I. Imp. progenitæ. *Henning. P.* 2. 1362.

*ALBERTUS II.* Auſtriacus Rex Hung. & Bohemiæ eligitur Rex Romanorum Francofurti Dominica Reminiſcere, vt ait coævus *Haſelbachius.* Errant *Buntingus & Onuphrius*, qui dicunt calendis Januarij, tunc enim Hungariæ coronam ſuſcepit. Errant *Lazius & Eytzing.* qui anno 1437. ponunt. Errant etiam, qui coronatum ſcribunt 6. Januarij. *Guilliman. Henning.* &c. quià coronari non potuit ante electionem. 1438.

Obit *JOANNES* Archidux filius Ferdinandi I. Imp. Oeniponti ſepultus in Cænobio Stambſiano. Vixit annum 1. m. 1. & d. 16. *MS. Græc. Ebing. Pieſp. Strada.* 1539.

ANNO.

Obit *MATTHIAS* Imp. Auſtriacus circà horam 9. matutinam cum pridie ſanus audientiam dediſſet Legato Lotharingo, correptus epilepſia ſpatio duarum horarum exſpiravit. *MS. Græc. Gans. Strada. Ehing. Mateneſ.* Alij habent 10. Martij vt *Raymundus Fugger. & Anonymus.* Alibi *Gans in Viridario* 30. *Martij, ſed Jacobus Fugger* 20. *Martij.* 1619.

Obit *WOLFGANGUS* Wilhelmus Palatinus Rheni Neoburgicus avus Eleonoræ Magdalenæ Imperatricis. *Bucelin. Auctar.* 1653.

XXI. Naſcitur *FERDINANDUS* Catholicus Rex Hiſpaniarum avus maternus Caroli V. Imp. *Vernulæ.* 1452.

Obit *CHRISTOPHORUS* Archidux filius Friderici *IV.* Imp. & ſepelitur Neoſtadij Auſtriæ in Cænobio SS. Trinitatis Ciſtercienſium fundationis paternæ. *Eytzing. Pieſp. Ehing.* vixit menſes 4. dies 6. 1456.

Naſcitur *MAURITIUS* Bellicoſus Dux Saxoniæ Elector pronepos Friderici *II.* Placidi Electoris, & Margaritæ Auſtriacæ ſororis Friderici *IV.* Imperatoris. *Henning. P. 2. f. 22.* 1521.

XXII. Naſcitur *MAXIMILIANUS* I. Archidux Friderici *IV.* Imp. filius Neoſtadij Auſtriæ die Jovis ſancto maioris Hebdomadæ, & ſequenti die S. Paſchæ baptizatur. *Chron. Auguſt. Fugger. Cuſpin. Pieſp. Ehing.* addit *Gans* hora 5. poſt merid. vnde *Lazius*, & poſt eum *Megiſerus* habuerint, quod natus ſit in Tanzenberg arce Carinthiæ, illi viderint. Epiſtola Chunegundis Auguſtæ puerperæ data die Paſchæ, quo baptizatus fuit Maximilianus, & ſignata Neoſtadii miſſaque Auguſtam Vindelicorum apud *Fugger* convincit illos erroris. Potuit evenire, vt in arce Tanzenberg conciperetur Maximilianus. Nam vt narrat *Megiſerus ex antiquis Cileenſib. MSS.* Fridericus cum Eleonora Cileæ anno 1458. die S. Georgij periculum adiit ne caperetur, manſit deinde Cileæ vſque ad 25. Maij. Inde tranſivit in Carnioliam, ex Carniolia in Carinthiam, vbi ſi moratus eſt vſque ad finem Junij cum conjuge, & divertit ad illam arcem, concipi potuit filius, qui nono dein menſe natus eſt Neoſtadii. Neque alibi nunc erat Fridericus Imp. quià hoc ipſo anno die 17 Martii ab Hungaris Rex ſalutatus eſt, & coronatus Neoſtadij. *Roo. Cuſpin. Bellus.* 1459.

Naſcitur *GREGORIA* Maximiliana Caroli Archiducis Græcenſis filia media 6. veſpertina Græcij. *MSS, Græc. Eytzing. Pieſp. Ehing. Gans.* ſed qui poſuit 12. Martii *Mateneſius* erravit, vel ejus Typographus, vel vſus eſt ſtylo vet. 1581.

Obit *WILHELMUS* Dux Bavariæ, filius Alberti ſapientis ex Chunegunde Auſtriaca. *Henning. Lequile.* 1550.

XXIII. Obit *CÆCILIA* Renata filia Ferdinandi *II.* Imp. vxor Uladislai Regis Poloniæ. *Fugger*, qui tamen alibi ponit 13. Martij, & *Bucel.* 14. Martij. 1644.

Naſcitur *WILHELMUS* Ludovicus Comes Palatinus Biponti-

nus 1641.

| | | ANNO. |
|---|---|---|
| | tinus agnatus *Auguſtiſſimæ* Imperatricis Eleonoræ Magdalenæ. *Bucelin. Nucl. Auctar.* | |
| XXIV. | *RATHBOTUS* ſeu Radepoto Comes Habſpurgicus obit ipſo die Paraſceves, ſepultus in Cænobio Murenſi ante altare S. Crucis. *Guillim. Habſp. lib. 4. Wurſbain. Eytz.* Alii volunt obijſſe 24. Aprilis vt *Pieſp.* alii defunctum poſt annum 1034. *vt Lazius Reuſnerus.*: qua de re alibi. | 1027. |
| | *ALBERTUS* Brandeburgicus *Annæ Auſtriacæ* nepos Archiepiſc. Moguntinus creatur Cardinalis à Leone X. Papa. *Ciacon. Oldoin. T.* 3. ſed non publicatur ante Cal. *Aug.* | 1518. |
| | *CAROLUS* V. Imp. reformat Spiræ Cameram Imperialem. *Phil. Simonid.* | 1531. |
| | Naſcitur *SOPHIA* Barbara Bipontina filia Philippi Ludovici neptis Mariæ filiæ Ferdinandi I. Imp. *Henning. P. 1. f. 218.* | 1590. |
| XXV. | NAſcitur Leopoldo Glorioſo Duci Auſtriæ Babenbergicæ ſtirpis filius *LEOPOLDUS. MS. Chron. Vienn.* | 1207. |
| | Obit *ELISABETHA* Bavara vxor Ottonis Jocoſi Ducis *Auſtriæ* veneno infecta die Annuntiati. B. V. *Tho. Ebendorff. in hiſt. MS.* | 1330. |
| | Naſcitur *ERNESTUS* Dux Saxoniæ Electo Miſnæ hora 9. poſt merid. Friderici *II.* ex Margareta *Auſtriaca* Erneſti Ferrei filia, filius. *Gans. Henning. P. 2. f. 18. Betulius.* | 1441. |
| | *MAXIMILIANUS* I. Imperator Baptizatur. *Chron. Auguſt. Fugger. Cuſpin.* | 1459. |
| | Naſcitur *MARIA* filia Alberti Magnanimi Ducis Bavariæ ex Anna *Auſtriaca*, quæ dein nupſit Carolo Archiduci fratri ſuæ matris ſeu avunculo. *Brunn. Gans. MSS. Græc.* ſed *Betulius* ponit 21. | 1553. |
| | *ANNA Auſtriaca* vxor Matthiæ Imp. *Auſtriaci* coronatur Regina Hungariæ Poſonij. *Gans. Strada.* | 1613. |
| XXVI. | OBit *GUNTHRAMUS II.* Comes Habſpurgicus filius Hunifridi. *Guillim. Pieſp.* In anno diſcordant auctores. *Lazius* poſt 985. *Munſterus & Roo.* 950. defunctum volunt. | 945. |
| | *ULADISLAUS* filius Caſimiri Regis Poloniæ ex Eliſabetha *Auſtriaca Alberti II.* Imp. filia eligitur Rex Bohemiæ contrà Matthiam Corvinum. *Gans in Arboret.* | 1471. |
| | Obit *MARIA II.* hujus nominis filia Maximiliani *II.* Imperat. Viennæ inter 6. & 7. matutinam. ſepulta ad S. Stephanum cum cæteris *Archiducibus. Eytz. Pieſp. Gans.* quibus potiùs credo quam *Stradæ* qui Pragæ ſepultam aſſerit, & vixiſſe annis 16. cum ſolùm vixerit menſem 1. dies 7. ſupponit verò ille obijſſe 1580. | 1564. |
| | *ELISABETHA* filia Maximiliani *II.* Imperat. *Auſtriaci* nupta Carolo IX. Valeſio Regi, coronatur Regina Franciæ. *Vernulæ.* pridie ponit *Thuanus.* | 1571. |

Naſci-

ANNO.

Naſcitur *JOANNES* Palatinus Bipontinus filius Joannis, nepos Mariæ *Auſtriacæ* Duciſſæ Cliviæ Ferdinando I. Imperat. genitæ 1584.
*Henning. P. 1. Germ.*

Naſcitur *THERESIA* Maria Joſepha filia Ferdinandi *III.* Imp. ex Leonora Mantuana. 1652.
*Fugger.*

*XXVII.* NAſcitur *ANNA* filia Joannis Regis Bohemiæ vxor Othonis Jocoſi Ducis Auſtriæ. 1323.
*Vernulæ. Betnlius.*

*ALBERTUS III.* cum Trica *Auſtriacus* nuptias celebrat cum Eliſabetha filia Caroli IV. Imp. Lucelburgici. 1366.
*Gualter. f. 1256. Henning. P. 1. f. 161.* Errant qui Joannam ſcribunt, & qui Catharinam, nam illa fuit vxor Alberti IV. poſterior Rudolphi IV. *Auſtriaci.*

Obit *CAROLUS IV.* Lucelburgicus Imperator, ſocer duorum Archiducum Auſtriæ. 1378.
*Henning. Fugger.*

Naſcitur *FERDINANDUS Archidux* filius Maximiliani *II.* Imp. Cigali in Hiſpania. 1551.
*MS, Strada. Pieſp. Ebing. Mateneſ.* ſed diſconveniunt in anno & die. ſolus MS. habet hunc diem & annum 1550. reliqui annum ſequentem & diem ſeq. quod eſt ſaltem quoad annum verius, quià ſoror Anna nata eſt 1549. 2. Novem. adeòque non potuit Ferdinandus ſtatim poſt 4. menſes naſci. *Gans.* poſuit anuo 1551. die 24. Martij, puto errore Typographi. *Strada.* in Cæſaribus poſuit natum Cigali, at in Genealogia Viennæ Auſtriæ, in quo poſteriore erravit.

Obit *SIGISMUNDUS* Bathoreus Tranſylvaniæ Princeps. gener Caroli *Archiducis* Græcenſis, Pragæ. 1613.
*Aſtron. Tyrnau.*

*XXVIII.* *MARIA* Burgunda Maximiliani I. Imp. vxor lapſa in venatione ex equo die 2. Martij, decumbens vſque ad 28. obit Brugis in Flandria, & ibidem ſepelitur ad D. Virginis magno apparatu celebratis exequijs. 1482.
*Mateneſ. Pieſp. Roo.* Alij habent defunctam 27. Martii vt *Gans.* alii verò 22. Martij, vt *Gebvilherus. Marchant. Bucelin.* & deniq; *Fugger* 16. *Martij, Speculf.* 1388. errore Typographi: quià in Diario, & alibi fol. 914. poſuit 28. Martij.

*FRANCISCUS* Gallorum Rex Carolum V. Imperat. provocat ad duellum per literas. 1528.
*Bunt. Sleid.*

*XXIX.* OBit *FRANCISCUS* Gonzaga Marchio IV. Mantuæ. natus ex Margareta filia Alberti Pij Ducis Bavariæ ſorore *Alberti* ſapientis, cui nupta erat Chunegundis *Auſtriaca*, & avus Franciſci & Guliel- 1519.
mi Ducum Mantuæ, quorum priori Catharina, poſteriori Leonora filiæ Ferdinandi I. Imperatoris nuptæ fuere. *Henning. P. 2. f. 232.*

*Auſpiciis RUDOLPHI* II. Imp. Jaurinum præſidium recuperatum Dominica in *Albis* Duce Schwartzenburgico. 1598.
*MS. Tho. Epiſcop. Lab. Bucelin. Variar. lect. To 2.* Unde malè poſuit *Vernulæus* ad diem 19. hujus, niſi acceperit ſtylo veteri.

XXX.

XXX. FRIDERICUS Archidux Erneſti Ferrei filius eligitur Francofurti Imperator. *Gebuilher. Roo. Pieſpord. Mateneſ.* ſed alij volunt electum Cal. Januarij. Ut *Gans. Bunting. Onuph.* alij 7. Januarij, vt *Haſelbach. & Gundelfingenſis.* At *Jac. Fugger.* 2. Febr. in Calend. cum tamen in Elogio Latino ponat 30. Martij ſeu 3. Cal. April. ANNO. 1440.

Obit CHRISTOPHORUS nepos Caroli Marchionis Badenſis & Catharinæ Habſpurgicæ Erneſti Ferrei Archid. filiæ. *Hennin.* 1508.

PHILIPPUS-COSMUS Medicæus Franciſci Magni Ducis filius ex Joanna Auſtriaca Ferdinandi I. Imperat. filia obit puerulus. *Gans. & MS.* 1582.

XXXI. ELEONORA filia Philippi I. Auſtriaci Regis Hiſpaniæ viduatur ſecundo marito Franciſco I. Rege Galliarum. *Henning. P. 2. fol.* 37. *Buntingus. Gans. Fugger. Ehing.* 1547.

Obit PHILIPPUS III. Rex Hiſpaniæ inter horam 9. & 10. matutinam, cum vixiſſet annos 42. m. 11. dies 16. curavit legi pro animæ ſuæ refrigerio 40. millia Miſſarum. Moriens ajebat: Quam felix eſſem ſi 22. annos, quibus regnavi, in eremo vixiſſem! *Vaſconcel. Ciaconius. Gans. Anonymus. Wadding. in Legat. Hiſpan.* alij habent die 30. Martij vt *Ehimger. Vernulæus. Fugger.* 1621.

## *APRILIS.*

I. OBit SIGISMUNDUS Rex Poloniæ filius Caſimiri ex Eliſabetha Auſtriaca filia Alberti II. Imp. cum vixiſſet annos 81. menſes 3. ſepultus Cracoviæ. *Bunting. Vernulæ. Gans.* ſed *MS. Græc.* habet pridie Calend. Aprilis, & *Betulius in Calend.* ponit vltima *Aprilis.* 1548.

PHILIPPUS II. Archidux Caroli V. Imper. filius agens annum ætatis 22. Bruxellis honorificentiſſimè excipitur, & reliqvum dein Belgium luſtrat. *Eytzing. Vernulæ.* 1549.

II. LANDOLUS qui & Betzo & Betzelinus, & Lancelinus Habſpurgicus Guntrami Divitis filius, moritur, & ſepelitur Sultzbergæ in æde Capituli veteris quod Monaſterium Sanctimonialium ipſe cum fratre Birchtilone condidit. *Guilliman. Habſp. fol.* 121. 991.

MARGARITA filia Maximiliani I. Imp. nubit Joanni infanti Hiſpaniæ. *Sigiſm. Betul.* 1497.

Naſcitur ELISABETHA Valeſia patre Henrico II. Galliæ Rege, matre Catharina Medicæa, dein vxor Philippi II. Regis Hiſpaniarum tertia. *Strada. Vernulæ. Henning.* vno in loco *Vernulæus* poſuit 22. Martij, ſed alibi 2. Aprilis. 1545.

Obit FERDINANDUS III. Imp. Auſtriacus, & ſepelitur Viennæ ad Cappuccinos. C. à *Brandis.* SECUNDA APRILIS Mane *Aſtron. Tyrnau.* 1657.

Naſcitur PHILIPPUS EMANUEL Dux Sabaudiæ filius Caroli Emanuelis ex Catharina Auſtriaca. *Sigiſm. Betul. in Calend.* 1586.

| | | ANNO. |
|---|---|---|
| III. | OBit RUDOLPHUS Comes Habſpurgicus Rudolphi Taciturni Habſpurgo-Lauffenbergici Rudolphi Imp. patrui filius, primum Baſileenſis Præpoſitus, dein Epiſc. Conſtantienſis à Gregorio X. Papa nominatus eodem anno, quo Rudolphus patruelis ad Imperium conſcendit. *Guill. lib. 7. c. 3. Manl. in Chron. Conſt. apud Piſtor. fol. 671.* | 1293. |
| | PHILIPPUS II. Rex Hiſpaniæ paciſcitur cum Henrico II. Rege Galliæ, poſtquam ad Gravelingam exercitus Gallorum eſt cæſus. *Vernulæ. Fugger.* | 1559. |
| | Obit FRIDERICUS I. Rex Daniæ, cujus vxor Sophia Pomerana neptis Eliſabethæ Auſtriacæ Reginæ Poloniæ, Alberti II. Imperat. filiæ. *Henning. P. 2.* | 1533. |
| | Naſcitur ALBERTUS Dux Bavariæ, filius Wilhelmi V. nepos Alberti V. & Annæ Auſtriacæ Ferdinandi I. Imperatoris filiæ. *Betul. in Spec. fol. 142.* | 1584. |
| IV. | OBit OTHO STRENUUS Dux Lunæburgicus maritus Mathildis Bavaræ natæ ex Mathilde Habſpurgica Rudolphi Imp. filia Gualter. *Henning. P. 2.* | 1330. |
| | JOANNES Dux Brabantiæ nuptias celebrat cum Jacoba filia Wilhelmi Comitis Hollandiæ, qui fuit pronepos Mathildis Habſpurgicæ Rudolphi I. Imp. filiæ. *Gualt. Henning. P. 1.* | 1418. |
| | MARIA Burgunda Maximiliani I. Imp. vxor ſepelitur Brugis in Eccleſia B. Virg. ſine magno apparatu, vti petierat: cor Antuerpiæ apud matrem conditum. *Jac. Fug. fol. 915.* | 1482. |
| | Naſcitur HERCULES II. Dux Ferrariæ ſocer Barbaræ Auſtriacæ filiæ Ferdinandi I. Imp. *Vernulæ.* | 1508. |
| V. | CAROLO V. Imp. Auſtriaco Romam ingreſſo totus ordo Eccleſiaſticus obviam procedit. *Victorell. in addit. ad Ciacon. Vernulæ.* | 1536. |
| | CAROLO Imperatore concedente incipit colloquium Ratisbonenſe de rebus fidei, pro Catholicis Eckhius: pro adverſariis Melanchton primas habent. *Vernulæ.* | 1541. |
| | Naſcitur GEORGIUS FRIDERICUS March. Brand. pronepos Eliſabethæ Auſtr. Caſimiro Poloniæ Regi nuptæ. *Henn. P. 2.* | 1538. |
| VI. | OBit MARIA CHRISTIERNA Caroli Archid. Græcenſis filia ſeparata à thoro Sigiſmundi Principis Tranſylvaniæ, cum in Parthenone Hallenſi quatuordecim annis vixiſſet, ibidem in Templo D. Virg. ad Altare SS. Trinitatis ſepulta. *MS. Græcenſ. Gans. Fugger.* | 1621. |
| | Naſcitur MARIA LEOPOLDINA filia Leopoldi Archid. Tyrolenſium principis, poſtea Imperatori Ferdinando III. nupta die martis hora 2. matutina. *Gans. Bucel. & Leq.* qui Oeniponti inſpexit *MS.* ſed *Jac. Fugger.* ſeu potius *Sigiſm. Betul.* habet 28. Novembr. ex *Rittershuſio.* | 1632. |
| VII. | OBit PHILIPPUS Burgundus frater Caroli Pugnacis ſoceri Maximiliani I. Imp. Epiſcopus Trajectenſis. *Vernulæ.* | 1454. |

MA-

| | | ANNO. |
|---|---|---|
| | MAXIMILIANUS I. Imp. ſpecialibus Privilegiis ornat Epiſcopatum Labacenſem à patre ſuo fundatum. *MS. Epiſc. Labac.* | 1510. |
| | Idem MAXIMILIANUS mittit ſuo nomine in Ungariam ad Comitia Chriſtophorum Epiſc. Labac. *MSS. Epiſc. Labac.* eadem die. | 1516. |
| VIII. | NAſcitur BARBARA Philippi Landgravij Haſſiæ filia proneptis Eliſabethæ Auſtriacæ Alberto II. Imp. genitæ. *Henning. P. 1.* | 1536. |
| | Naſcitur PHILIPPUS IV. Auſtriacus Rex Hiſpan. Valliſoleti die Paraſceves hora 9. cum dimidia, & medio quadrante poſt merid. *Vaſconcell. Strada. Ehing. Fugger.* Alij ponunt die 29. Maij vt *Mateneſ. Bucel.* ſed falluntur: in eam enim diem dilata fuit ſolennitas baptiſmatis. | 1605. |
| | Obit CLAUDIA FELICITAS Ferdinandi Caroli Archiducis Tyrolenſium Principis filia, Leopoldi Imp. conjunx 2. *MS.* | 1676. |
| IX. | MAXIMILIANUS I. filius Friderici IV. Auſtriaci coronatur Imperator Aquiſgrani. *Fugger* in ſpeculo vbi latè omnem ſolennitatem deſcribit fol. 964. vnde corrigendi qui 23. Febr. coronationem repoſuerunt, vt *Onuphrius. Buntingus. &c.* & qui 10. Aprilis vt *Gebuilber. Ehing. Bucelinus.* & qui 11. Aprilis. *Roo. Maneneſ. Pieſpord.* & denique qui Calendis Januarij id factum aſſeruit *Eder.* | 1486. |
| | Induciæ inter ALBERTUM Principem Belgarum & Hollandos pactæ. *Vernulæ.* | 1609. |
| | PHILIPPUS IV. Rex Hiſpan. luctu per octo dies Patri impenſo Madritum magna cum pompa ingreditur, & regnorum poſſeſſionem adit. *Vernulæ.* | 1621. |
| X. | ADALBERTUS & RUDOLPHUS fratres Comites Habſpurgici (quorum Adelbertus Rudolphi Imperatoris pater) eximiis donis augent Canoniam Beronenſem. *Gulliman. fol. 263.* | 1232. |
| | Naſcitur JOANNES Archidux filius Ferdinandi I. Imp. die Mercurij hora 4. matutina, *MSS. Ehing. Strada. Pieſp. Maten. Betulius.* At verò *Aſtron. Tyrnau.* ſeq. die. | 1538. |
| | Naſcitur JOANNES Caſimirus Palatinus Rheni Bipontinus filius Joan. nepos Mariæ Auſtr. Ferd. I. Imp. filiæ Duc. Cliviæ. *Henn. P. 1.* | 1589. |
| | Naſcitur OTTO HENRICUS Palatinus Rheni Elector Dynaſta Neoburgicus filius Ruperti Virtuoſi ex Eliſabetha Bavara nepte Eliſabethæ Auſtriacæ Reginæ Poloniæ. *Henning. P. 1.* | 1502. |
| XI. | NAſcitur GEORGIUS Dux Stetini & Pomeraniæ filius Bugiſlai X. nepos Eliſabethæ Auſtriacæ Reginæ Poloniæ. *Henning. P. 2.* | 1493. |
| | FERDINANDUS I. Archidux. qui poſtea Cæſar, mittit in Carinthiam Commiſſarios Chriſtophorum Epiſcopum Labacenſem, Chriſtophorum de Zintzendorff, & Wolffgangum Matſeber ad recipiendum homagium, & petendum ſubſidium contra Turcas. *MS. Ober.* | 1522. |
| | Naſcitur GEORGIUS Ingenioſus Comes Palat. Rheni conditor Luzelſteinæ abnepos Stephani Palatini in Veldenz, cujus ſoror Eliſabeth | 1543. |

| | | ANNO. |
|---|---|---|
| | ſabeth nupta fuit Friderico Archiduci Auſtriæ Tyrolenſium Principi. *Henning. P. 1. Bucelin. Auctar. Nucl.* | |
| XII. | OBit BERTHOLDUS II. Habſpurgicus primus Dux Zaringiæ, & ſepelitur ad S. Petrum Harciniæ quod Monaſterium ipſe condere cæpit an. 1090. ante altare S. Crucis. *Otho Friſing. Pieſp. Guilliman. Chifflet.* | 1111. |
| | Obit JOANNA vxor Philippi I. Regis Hiſpaniæ Auſtriaci, quæ vidua pluribus annis mariti cadaver ſecum circumtulit, defuncta Tordeſillæ anno 50. viduitatis. *Gans Pieſpord.* | 1555. |
| | Obit SUSANA filia Alberti ſapientis Ducis Bavariæ ex Chunegunde Auſtriaca, vxor Ottonis Henrici Electoris Palatini. *Sigiſmun. Betulius in Calend. Henning. P. 1. Germ.* | 1543. |
| | Naſcitur CHRISTINA Princeps Holſatiæ filia Adolphi ex Chriſtina Landgravia Haſſiæ pronepte Eliſabethæ Auſtriacæ Reginæ Poloniæ. *Henning.* | 1573. |
| XIII. | OBit RICHIZA ſive REITZA Duciſſa Auſtriæ vx. Henrici Medlingenſis, cujus hac die apud Scotos anniverſarium olim celebrabatur. Annus obitus incertus, fortè circa 1224. | 1224. |
| | Naſcitur LUDOVICUS SEVERUS Dux Bavariæ maritus Mechtildis Habſp. Rudolphi I. Imp. filiæ. *Henning. P. 1. Germ.* | 1229. |
| | Naſcitur CATHARINA MEDICÆA Regina Galliæ, ſoror Alexandri cui nupta Margareta Auſtriaca. *Betul. in Calend.* | 1519. |
| | CAROLUS V. Imp. Romæ die Cœnæ Domini duodecim pauperibus pedes abluit, cum iis cœnat, & omnem argenteam menſæ ſupellectilem inter eos diſtribuit. *Calviſius. Schmid.* | 1536. |
| | Naſcuntur JOACHIMUS & ERNESTUS Gemelli filij Joachimi Friderici Marchionis Brandeburgici, qui fuit abnepos Eliſabethæ Auſtriacæ Reginæ Poloniæ Alberti II. Imperatoris filiæ. *Henning. P. 2. Germ.* | 1583. |
| XIV. | CAROLI Cæſaris exercitus ad Carignanum cum Gallis confligit, non ſine Clade. *Bunting.* | 1544. |
| | Obit CHRISTOPHORUS Comes Palatinus Rheni filius Friderici III. Electoris, ex Maria Brandeburgica nepte Chunegundis Auſtriacæ *Henning. P. 1. Germ. fol. 214.* | 1574. |
| | Naſcitur PHILIPPUS III. Rex Hiſpaniæ Auſtriacus Madriti. *Vaſconcel. Vernulæ. Gans. Pieſpord. Maten. Strada in Cæſar.* Atverò in Gen. idem *Strada* ponit 15. Aprilis. Errat apud *Lequileum. Guillimannus MS.* qui habet menſe Junio. Errat etiam *Vernulæus* qui hac die poſuit obitum Leonoræ Caroli V. ſororis. | 1578. |
| XV. | CAROLUS Princeps Luſitaniæ filius Emanuelis Regis ex Eleonora Auſtriaca Philippi I. Regis filia naſcitur, & paulò poſt obit. *Vaſconcell. Aſtronom. Tyrnau.* | 1521. |

Obit

ANNO.

Obit *CHRISTIANA* Landgravia Haſſiæ filia Georgii Ducis Saxoniæ neptis Eliſabethæ Auſtr. Alberti II. Imp. filiæ. *Hennig. P.* 1. 1549.

XVI. OBit *FRIDERICUS* cognomento Catholicus Dux Auſtræ è ſtirpe Babenbergica in Palæſtina. *Fund. Scot.* 1198.

*PHILIPPUS II.* Rex Hiſpaniæ coronatur Rex Portugalliæ. *Vernulæ. Bucelinus.* ſed *Vaſconcellus* in *A*prili factum homagium innuit, & in Junio ſolennem ingreſſum Olyſſipone. 1581.

XVII. OBit *GEORGIUS* Barbatus Dux Saxoniæ nepos Margaritæ *A*uſtriacæ ſororis Friderici IV. Imp. & maritus Barbaræ filiæ Caſimiri Regis Poloniæ ex Eliſabetha *A*uſtriaca *A*lberti *II.* Imp. filia. *Hennin. P.* 2. *f.* 22. 1539.

Naſcitur *MAXIMILIANUS* Dux Bavariæ poſteà maritus Mariæ *A*nnæ Auſtriacæ Ferdinandi *III.* Imp. ſororis. *Brun. MS. Græc.* 1573.

Albertus *A*uſtriac. Belgarum Princeps Caletum expugnat. *Vernul.* 1596.

Galli à *FRIDERICO* V. Catholico Caroli V. avo materno vincuntur in agro Neopolitano. *Vernulæ.* 1503.

Naſcitur *PHILIBERTUS* Princeps Sabaudiæ filius Caroli Emanuelis ex Catharina *A*uſtriaca. *Betul.* 1588.

XVIII. VEneti à *MAXIMILIANO* Imperatore in anguſtias redacti toto penè continentis imperio exvuntur. *Ciacon. in Julio II. Pont.* 1509.

Obit *SIBYLLA* filia Alberti Ducis Bavariæ ex Chunegunda Auſtriaca vxor Ludovici Electoris Palatini. *Sigiſmundus Betul. in Calenda. Henning. P.* 1. *fol.* 210. 1519.

*PHILIPPUS III.* Rex Hiſpan. nuptias celebrat cum Margarita cognata, Caroli *A*rchiducis filia, Valentiæ. *MS. Græc. Gans. Pieſp. Ehing. Mateneſ.* 1599.

*ALBERTUS A*rchidux Maximiliani *II.* Impertoris filius nuptias eadem die celebrat cum Iſabella Clara Philippi *III.* ſorore, Valentiæ. Falluntur, qui ponunt 25. *A*prilis. *Pieſp. Mateneſ. Ehing.* Nam alii, *ut Ciacon. Oldoin. To. IV. de vit. Pont. & Cardin. fol.* 51. *& MS. Græcenſe melius habent* 18. 1599.

XXIX. OBit *CHRISTOPHORUS* Marchio Badenſis filius Caroli ex Catharina *A*uſtriaca ſorore Friderici IV. Imperatoris, & ſepelitur Badenæ. *Henning. P.* 1. *Betul. Calend.* 1527.

*LEOPOLDUS A*rchidux Auſtriæ filius Caroli Græcenſis reſignatis Epiſcopatibus vxorem ducit, & celebrat nuptias cum Claudia filia Ferdinandi Magni Ducis Hetruriæ, vidua Friderici Ubaldi Ducis Urbini Oeniponti. *MS. Græc. Gans. Strada. Bucelin.* In anno diſcordat *Fugger*, quià tardius vno ponit, & MS. vno citiùs: cæteri omnes habent 1625. 1625.

X. OBit *BEATRIX* Badenſis neptis Caroli Marchionis, & Catharinæ *A*uſtriacæ Erneſti Ferrei *A*rchiducis filiæ Com. Palatina Simerenſis. *Henning. P.* 1. *Germ.* 1535.

ANNO.

Obit *DOROTHEA* filia Friderici I. Regis Daniæ vxor *Alberti* V. Marchionis Brandeburg. Ducis Boruſſiæ, nepotis Eliſabethæ *Auſtriacæ* Reginæ Poloniæ. *Henning. P. 2.* 1547.

XXI.

*JACOBUS* Rex Scotiæ ſocer Sigiſmundi *Archiducis* Tyrolenſis, coronatur cum conjuge. *Aſtron. Tyrnau.* 1423.

*FERDINANDUS* I. Rex Hungariæ ſcribit ad varios Magnates ne credant Joanni Szepuſienſi, qui ſpargebat ſe cum Ferdinando conveniſſe. *MS. Epiſc. Labac.* 1527.

Obit *ALPHONSUS* Princeps Portngalliæ Cardinalis Diaconus tit. S. Blaſij, anno ætatis 31. Eboræ vel Olyſſipone, ſepultus Olyſſipone in templo Bethleemitico in Sacello S. Vincentij. Fuit frater Iſabellæ Imperatricis Caroli V. conjugis. *Ciacon. Oldoin. T. 3. fol. 413.* Erravit *Cabrera*, qui annum 1537. poſuit & *Vernulæus*, qui diem 20. Aprilis, cum ex monumentis Vaticanis aliud conſtet. 1540.

*ELISABETHA* *Auſtriaca* filia Ferdinandi I. Imp. nuptias celebrat Cracoviæ cum Sigiſmundo *II.* Poloniæ Rege. *MS. Pieſp. Ebing. Mateneſ. Gans.* 1543.

Naſcitur *FRIDERICUS* Dux Holſatiæ filius Adolphi ex Chriſtina Landgravia Haſſiæ pronepte Eliſabethæ *Auſtriacæ* Reginæ Poloniæ. *Henning. P. 2.* 1568.

XXII.

*RUDOLPHUS* Comes Habſpurgicus, qui deinde Imperator, confirmat quasdam venditiones à nobilibus de Waldegg ſuis clientibus factas Eccleſiæ Beronenſi. *Guilliman. lib. 6. c. 4. fol. 287.* 1257.

Naſcitur *PHILIPPUS* Landgravius Haſſiæ filius Philippi, & Chriſtianæ Saxonicæ, quæ fuit neptis Eliſabethæ Auſtriacæ Reginæ Poloniæ *Alberti* II. Imp. filiæ. *Henning. P. 1.* 1541.

*FERDINANDUS* II. Imperat. Viennæ Dynaſtiam Hernals confiſcari curat, & Prædicantes inde expelli. *Anonym. impreſſ.* 1625.

XXIII.

*FRIDERICUS* Bellicoſus Dux *Auſtriæ* centum quadraginta quatuor ſuos nobiles ſolenni ritu cingulo militari & gladio donat. *Laz. in comment. Reip. Rom. fol. 584.* 1245.

Obit *ALBERTUS* Comes Tyrolenſis frater Eliſabethæ Alberto I. Imperatori Habſpurgico nuptæ. *Lequile.* 1292.

*FRIDERICUS* *Archidux* Erneſti filius electus Imperator ſumptâ deliberatione Legatis Electorum reſpondet, & in electionem conſentit. *Roo.* 1440.

*FRIDERICUS* IV. Imp. Auſtriacus cum Maximiliano filio magna cum pompa Auguſtam Vindelicorum ingreditur exacturus pro filio homagium & comitia auſpicaturus. *Fug. in ſpec. Chron. Aug. Roo.* 1473.

Naſcitur *ALPHONSUS* Princeps Luſitaniæ frater Iſabellæ Imp. Caroli V. conjugis. *Ciac. T. 3. Oldoin. Henn. P. 1. Græc. pridie poſuit Betulius* 1509.

*LEOPOLDUS* Imp. Nitriam à Turcis recuperat. *Fugger. Cal.* 1664.

XXIV

ANNO.

XXIV. LUITFRIDUS Comes Habſpurgicus cum filiis Hundfrido, Luitfrido, & Hugone fundat Abbatiam S. Trudperti, ſeu potius reſtaurat & augmentat, diplomate expedito 8. Cal. Maij habitus deinde ut tertius loci fundator. *Guilliman. lib. 3. fol. 97.* 903.

CAROLUS V. Imp. Fridericum Electorem Saxoniæ capit ex improviſo, vt diceret. *Veni, vidi, Chriſtus vicit. Bunting. Bucel. Vernul. Henn.* 1547.

Obit PHILIPPINA vxor prima Ferdinandi Archiducis Principis Tyrolenſis. *Fugger in ſpec.* 1580.

FERDINANDUS II. Imperator nuptias celebrat cum Maria Anna Bavara, Græcii, Dominica Jubilate. *MS. Græcenſ.* pridie repoſuit *Fugger.* 1600.

XXV. PHILIPPI II. Auſtriaci Hiſpaniarum Regis auſpiciis Galli ab Hiſpanis in agro Juliacenſi cæduntur. *Bucelin. Auctar.* 1568.

Naſcitur JOAN. BAPTISTA Gaſton frater Ludovici XIII. Regis Galliæ mariti Annæ Mariæ Auſtriacæ. *Betul. Calend.* 1608.

FERDINANDI II. exercitus Duce Fridlando Mansfeldium cædit. *Vernulæ.* hujus Victoriæ nuntio Romam perlato, Urbanus Papa VIII. cum 17. Cardinalibus ad S. Mariam de anima ſe contulit, ſacrum fecit, & DEO gratias egit. *Victorell. in addit. Ciacon.* 1626.

XXVI. MARIA Burgundia per Legatos deſponſatur Maximiliano I. filio Friderici IV. Imp. *Betul. in ſpeculo.* 1477.

Naſcitur DIONYSIUS Princeps Luſitaniæ filius Joannis III. Regis ex Catharina Auſtriaca Caroli V. Imp. ſorore. *Vernul. Vaſconcellius.* 1535.

XXVII. Obit GOTHOFREDUS Gibber Dux Lotharingiæ filius Gothofredi Barbati III. ex Agnete filia Hugonis Comitis Habſpurgici. *Henning. P. 1. fol. 68.* 1075.

Obit RUDOLPHUS Habſpurgicus Rudolphi I. Imp. filius Rex Bohemiæ Pragæ, ſepultus ibidem. *MS. Chron. Vienn. Ebing. Strada. Pieſp.* ſed *Lazius* habet Calend. Auguſti, & *Lequile* 11. Maij. 1289.

Obit PHILIPPUS Audax Dux Burgundiæ ſocer Leopoldi IV Archiducis Auſtr. *Jac. Fugger in ſpecul. fol. 843.* 1464.

Naſcitur FRIDERICUS Princeps Poloniæ dein Cardinalis filius Caſimiri Regis ex Eliſabetha Auſtriaca. *Gans. Fugger. fol. 511.* 1468.

Obit JACOBUS Marchio Badenſis, nepos Caroli ex Catharina Auſtriaca filia Erneſti Ferrei Archiducis Archiepiſcopus Trevirenſis *Henning. P. 1.* 1511.

XXVIII. NAſcitur ELISABETHA Princeps Luſitaniæ Joannis III. Regis filia ex Catharina Auſtriaca filia PHilippi I. ſorore Caroli V. Imperatoris. *Gans. Vaſconcell.* 1529.

Naſcitur CAROLUS Fridericus Cliviæ Dux filius Gulielmi Ducis ex Maria Auſtriaca Ferdinandi I. Imp. filia. *Gans. Arbor.* 1555.

Naſci-

ANNO.

Naſcitur *MARGARETA* Princeps Sabaudiæ ex Catharina *Auſtriaca*, dein Duciſſa Mantuæ. *Betul.* 1589.

Obit *GABRIETTA* Anglica ſoror Ludovici XIII, Regis Galliæ, affinis Annæ Mariæ *Auſtriacæ*. *Betul. in Calend.* 1627.

XXIX. Naſcitur *ALBERTUS* Fridericus Marchio Brandeburgicus gener Gulielmi Ducis Cliviæ & Mariæ *Auſtriacæ* filiæ Ferdinandi I. Imperatoris. *Henning. P. 2.* 1553.

Obit *MARIA Archidux* vidua Caroli., mater Ferdinandi II. Imperatoris, quam *Gans* ponit obijſſe 29. Maii, ſed aliter *MSS.* quorum vnum originale vidi his verbis à Thoma Epiſcopo Labacenſi notatum. Die 29. *Aprilis* literas Sereniſſ. Maximilianus Erneſtus ad me dedit, quibus intimat eodem die mane Sereniſſimam Mariam matrem viduam, fœminam ſanctæ converſationis, & vitæ, omnibus Provinciis & ſeculis memorandam, tot Eccleſiarum fundatricem, Eccleſiaſticorum, omniumq; pauperum, & piorum, meam quoq; matrem, benefactricem, & Patronam, ſpiritum creatori reddidiſſe. Cui 5. Maij in Cathedrali Eccleſia Labaci juſta perſolvimus Pontificaliter. Conſentit *MSS. Græc. Bucelin.* ſed *Fugger* habet ſequenti die. Sepulta eſt Græcii in Cænobio Monialium S. Claræ ad portam Muræ, quod ipſa fnudavit expurgatâ Scholâ ſectariorum. *MS. Græc.* cor in templo D. Ægidii aulico ad cornu Evangelii conditum eſt. *Idem MS.* 1608.

XXX. Naſcitur *ULADISLAUS* Princeps Poloniæ, deinde Rex, filius Caſimiri ex Eliſabetha Auſtriaca, Ferdinandi I. Imperat. filia. *Anonym. MS.* ſed *Fugger & Lequile* habent 1. Martij. 1456.

*MAXIMILIANUS* I. Imperator in Comitiis Equitum *Aurei* velleris renuntiatur ſupremus Magiſter, & octo mox Equites creat Brugis in Flandria: *Jac. Fugger. inſpec. Roo in Annal.* 1478.

Naſcitur *BARBARA* Auſtriaca filia Ferdinandi I. Imp. Viennæ *Auſtriæ* die Mercurij inter 8. & 9. matutinam baptizata à Joanne Fabro Epiſcopo Viennenſi. *MS. Græc. Gans. Ehing. Eytz. Pieſp. Mateneſius.* 1539.

Obit *URSULA* filia Ferdinandi I. Imperatoris Auſtriaci Oeniponti ſepulta in Monaſterio Stambſenſi. *MS. Strada. Ehing. Mateneſ.* 1543.

*FERDINANDUS III.* Imperat. nuptias celebrat cum Leonora Mantuana. *Fugger inſpec. & Calend.* 1651.

## *MAIUS.*

I. Naſcitur *RUDOLPHUS* I. Imperator Habſpurgicus, qui cadentem Habſpurgo Zaringicam familiam hoc ipſo anno in Bertholdo poſtremo Duce, erexit ad ſummum terrenæ potentiæ faſtigium. *Guillim. Roo. Henninges. Ehing. Gans Fitzing. Fugger Jacobus ſpec. fol.* 49. qui locum etiam deſignat Limburgum in ſuperiori Alſatia. *Alij* volunt natum 27. *Aprilis*, vt *Cuſpin. Eytzing. Gebvilher. Mateneſ. Vernulæus.* 1218.

Falli-

ANNO.

Fallitur verò *Cuſpinianus* qui eodem die defunctum ſcribit Bertholdum vltimum Zâringiæ Ducem, cum 4. Martij obierit, vt ſup. dictum.

ALBERTUS I. Imp. à nepote Joanne occiditur. *Pieſſ. Gebuilber. Simonides. Thom. Ebendorffer. MS.* alij ponunt 24. Aprilis vt *Roo. Cuſpin. Laz. Reuſner. Fitzing.* Sed credendum *Ebendorffero*, qui ſeq. ſeculo vixit. 1308.

Obit BARBARA vxor Sigiſmundi Imperatoris ſocrus Alberti II. Imp. Auſtriaci peſte, non Græcij Styrorum, vt aliqui putant, ſed Regino-Græcij in Bohemia. *Lequile. Fugger.* 1439.

Obit ALBERTUS Dux Saxoniæ Elector Moguntinus nepos Friderici II. & Margaretæ Auſtr. ſororis Friderici IV. Imp. *Henning.* 1484.

Naſcitur LUDOVICUS Rex Hungariæ cujus vxor Maria Hiſpana Ferdinandi I. Imp. ſoror, & cujus ſoror Anna vxor fuit Ferdinandi I. *Gualter. fol.* 560. ſed *Betulius* ponit 1. Julij. 1506.

Obit ISABELLA vxor Caroli V. Imp. ex partu. Sepulta Granatæ. *Gans. Arboret. Fugger.* ſed anno 1538. habet *Simonides.* 1539.

FERDINANDUS II. Imp. per Bucquoium occupat Poſonium. *Vernulæ.* 1621.

II.

OBit OTHO Comes Tyrolis frater Eliſabethæ nuptæ Alberto I. Imp. Habſpurgico. *Lequil. de reb. Anſtr.* 1310.

Naſcitur FRIDERICUS Marchio Brandeburgicus gener Eliſabethæ Auſtriacæ Reginæ Poloniæ, & nepos Margaritæ Auſtriacæ Duciſſæ Saxoniæ. *Fugger. Henning. P. 2. fol.* 214. 1460.

Idem FRIDERICUS obit ex phreneſi an. ætat. 76. eadē die. 1536.

Obit EBERHARDUS Dux Wirtenbergiæ pronepos Chunegundis Auſtr. & Alberti Bojor. Duc. Sepul. Tubingæ. *Henn. P. 1. Ger.* 1568.

In Eſcuriali celebrantur magnâ pompâ exequiæ PHILIPPI III. Regis Hiſpaniæ. *Vernulæ.* 1621.

III.

OBit ELISABETHA filia Alberti II. Electoris Saxoniæ ex Agnete Habſpurgica filia Rudolphi I. Imperatoris, vxor Obizonis VII. Marchionis Eſtenſis. *Henning. P. 2.* 1341.

Naſcitur ELISABETHA filia Caſimiri Regis Poloniæ ex Eliſabetha Auſtriaca Alberti II. Imperat. filia, quæ poſt biennium obit. *Anonym. MS.* At verò *Vernulæus* habet 10. Maij. 1565.

Obit ANNA filia Joannis III. March. Brandeb. neptis Annæ Auſtriacæ Alberti II. Imp. filiæ vx. Friderici I. Regis Dan. *Henn. P. 2. f. 276.* 1514.

FERDINANDUS Dux Hetruriæ ſocer Magdalenæ Auſtr. nuptias celebrat cum Catharina Lotharinga. *Vernulæ. Eytzing.* 1586.

IV.

PHILIPPUS Bonus Dux Burgund. avus Mariæ Imp. Maximil. I. conjugis cum Jac. Holland. Com. pacē componit. *Calviſius.* 1428.

MAXIMILIANUS Archid. Maximiliani II. Imp. filius declaratur ſupremus Magiſter Ordt Teuton. in templo Aulico Viennæ. *Strada. Pieſſ. Fugger.* 1585.

| | | ANNO. |
|---|---|---|
| | ANNA MARIA Philippi III. Regis Hiſp. filia viduatur marito Ludovico XIII. Rege Galliæ. *Fugger. Lequile.* | 1643. |
| V. | OBit GUTTA Auſtriaca, filia Alberti I. Imp. Comitiſſa Oettingenſis Viennæ, & ſepelitur in Campo Regio. *Gundelfing. MS. Tho. de Haſelbach. MS. Gans in Arbor.* | 1329. |
| | ALBERTUS ſapiens & Otto Auſtriaci, Alberti I. Cæſaris filij inveſtiuntur Duc. Carinth. à Ludovico Bavaro Imp. *Thom. de Haſelb. MS.* | 1335. |
| | SOPHIA Wirtenbergica Chriſtophori Ducis filia proneptis Chunegundis Auſtriacæ & Alberti ſapientis Bojorum Ducis nubit Wilhelmo Duci Saxoniæ. *Henning. P. 1. Germ.* | 1583. |
| | Paullus Sabellus Albani Princeps nomine FERDINANDI II Imperatoris obedientiam exhibet Paulo V. Pontifici Romæ in aula Regum Vaticana. *Ciacon. edit. 2. fol. 1946.* | 1620. |
| | FERDINANDUS II. Imp. publicat Pragæ impunitatem omnium offenſarum pro iis, qui tumultuum Bohemicorum fuerunt participes. *Vernulæus.* | 1622. |
| VI. | NAſcitur SOPHIA filia Caſimiri Poloniæ Regis ex Elisabetha Auſtriaca, dein vxor Friderici V. Marchionis Brandeburgici. *Anonym. MS.* ſequenti die ponit *Betulius.* | 1464. |
| | CAROLUS V. Duce Borbonio Romam capit. *Marchant. Eytzing. Phil. Simonid.* | 1527. |
| | PHILIPPUS II. Rex Hiſp. donat filiæ Iſabellæ Claræ Eugeniæ Provincias Belgicas in dotem. *Vernulæ.* | 1598. |
| | FERDINANDI II. Imp. exercitus ingenti prælio vincit Durlacenſem ad Wimpinam Ducibus Tillio & Corduba. *Vernulæ.* ſed *Betulius* habet 27. Aprilis. | 1622. |
| | MAXIMILIANUS Dux Bavar. Ferd. III. Imp. affinis ſignificat Gregorio XV. Pontif. ſe Electorem Imperij creatum; litteræ in Conſiſtorio Cardinalium lectæ cum applauſu. *Ciac. Oldoin. To. 4. fol. 467.* | 1623. |
| VII. | OBit OTTHO I. Magnus Imp. Adelheydis Habſpurgo-Burgundicæ maritus. *Gualter. Henning.* | 973. |
| | ALBERTUS II. Imp. Auſtr. eligitur Rex Bohemiæ. *Pieſpord. Strada. Bonfinius.* Errat *Lazius* qui id anno 1436. factum putat. | 1438. |
| VIII. | PAx inter LEOPOLDUM Auſtriacum & Venetos ſancitur, cum multa vtrinque damna fuiſſent illata. *Vernulæ.* | 1381. |
| | Leo Papa X. mittit pileum Cardinalitium ALBERTO Brandeburgico Electori Moguntino nepoti Annæ Auſtriacæ Alberti II. Imp. filiæ. *Henning. P. 2. Ciacon. in Leone 10.* | 1518. |
| | VICTOR Amadæus Dux Sabaudiæ naſcitur ex Catharina Auſtriaca Philippi II. Regis Hiſpan. filia. *Lequile. Fugger. in Calend.* | 1587. |
| | Georgius Papa XV. celebrat magna pompa exequias PHILIPPI III. Regis Hiſpaniarum. *Vernulæ.* | 1621. |

Obit

| | | ANNO. |
|---|---|---|
| IX. | OBit JUDITHA Brandeburgica vxor Rudolphi I. Ducis Saxoniæ filij Alberti II. Electoris ex Agnete filia Rudolphi I. Imperatoris Habſpurgici. *Henning. P. 2.* | 1328. |
| | Obit GEORGIUS Dux Pomeraniæ nepos Eliſabethæ Auſtriacæ Alberti II. Imp. filiæ, Reginæ Poloniæ, ſepultus Stettini in æde D. Ottonis. *Henning. P. 2.* | 1531. |
| | HENRICUS filius Henrici II. Regis Galliæ cui nupta Iſabella filia Philippi II. Regis Hiſp. eligitur Rex Poloniæ. *Jac. Fugger.* | 1573. |
| X. | RUDOLPHUS & ALBERTUS fratres Comites de Habſpurg, novis donarijs augent Eccleſ. ſeu Canoniam Beronenſem. *Guillim. Habſp. fol. 281.* | 1252. |
| | Obit STEPHANUS Fibulatus Dux Bavariæ filius Ludovici IV. Imp. nepos Mathildis Habſpurgicæ. *Henning. P. 1. Germ.* | 1392. |
| | Obit ELISABETHA Princeps Poloniæ filia Caſimiri ex Eliſabetha Auſtriaca Alberti II. Im. filia biennis. *Vernulæ. Anonym. MS.* | 1467. |
| | Obit ULADISLAUS Rex Poloniæ maritus Cæciliæ Renatæ Auſtriacæ. *Jac. Fugger.* | 1648. |
| XI. | HEDWIGIS filia Chriſtophori Ducis Wirtenbergici proneptis Chunegundis Auſtriacæ & Alberti ſapientis Bojorum Ducis, nubit Ludovico Landgravio Haſſiæ. *Henning. P. 1. Germ.* | 1563. |
| | Naſcitur ISABELLA Princeps Sabaudiæ ex Catharina Auſtriaca Philippi II. Regis Hiſp. filia. Carolo Emanueli Duci Sabaudo, quæ poſtea nupſit Duci Mutinenſi. *Jac. Fugger.* | 1591. |
| | MATTHIÆ Imperatoris Conſiliarij Pragæ per feneſtras præcipitantur. *Fugger. Anon. G. G.* | 1618. |
| XII. | NAſcitur CHRISTOPHORUS Dux Wirtenbergicus nepos Chunegundis Auſtr. ex matre Bavara. *Henning. P. 1. Germ.* | 1515. |
| | Obit THERESIA MARIA JOSEPHA filia Ferdinandi III. Imp. ex Eleonora conjuge. *Fugger.* | 1653. |
| XIII. | NAſcitur ELISABETHA ſecunda hujus nominis filia Caſimiri Poloniæ Regis ex Eliſabetha Auſtriaca Alberti II. Cæſaris filia, quæ poſtea Duci Lignicenſi nupſit. *Anon. MS.* | 1472. |
| | Naſcitur MARIA Chriſtina filia Ferdinandi III. Imp. ex vtero mat. Mariæ Hiſp. exſecta, & obit eodem an. Lincij Auſt. ſup. *MSS. Adver.* | 1646. |
| | Obit MARIA Imperatrix filia Philippi *III.* Regis Hiſpaniæ, ex partu filiolæ Mariæ. *MSS. Adverſ.* | 1646. |
| | HENRICUS IV. Rex Galliæ vxorem ſuam Mariam Medicæam Joannæ Auſtriacæ filiam apud S. Dionyſium coronari procurat, pridie quam ipſe trucidaretur. *Petau. in Ration. temp.* | 1610. |
| XIV. | FERDINANDUS Archid. Tyrolenſium Princeps Ferdinandi *I.* Imper. filius nuptias celebrat cum Anna Catharina Mantuana Oeniponti. *Lequil. & MS.* quem citat. alij malè habent in Aprili. | 1580. |

HENRICUS IV. Rex Galliæ gener Joannæ Auſtriacæ Duciſſæ Hetruriæ à Sicario trucidatur. *Petav. in Rationar. Gualt. Chron. de Princip.* — ANNO. 1610.

CAROLUS JOSEPHUS Archidux Auſtriæ Ferdinandi III. ex Leopoldina Auguſta filius renuntiatur Magnus Magiſter Ordinis Teutonici. *Jac. Fugger.* — 1662.

XV.

OBit LUITFRIDUS Comes Habſpurgicus fundator Abbatiæ S. Trudberti. *Eberhard.* Epiſc. Conſtantien. in Epitaphio: *Luitfridum Comitem nobilitate percelebrem, hujus loci ſtructorem S. Trudpertus ſuus noſterque Patronus in ſua ſuſceptum fidelis fidejuſſor Idibus Maij Domino feliciter commendavit.* Ita apud *Guillimanum lib. 3. Habſpurg. fol.* 101. De anno obitus non certo conſtat. *Guillimann.* putat mortuum paulò poſt fundationem factam 903. *Lazius* ait vixiſſe adhuc 908. *Reuſnerus* 929. — 904.

Naſcitur CYMBURGA filia Caroli I. Badenſis Marchionis ex Catharina Auſtriaca filia Erneſti Ferrei Archiducis, nupta dein Engelberto Naſſovio. *Henning. P. 1. fol.* 240. — 1450.

Naſcitur MARIA Ferdinandi I. Imp. filia Pragæ die Lunæ inter 1. & 2. poſtmerid. baptizata à Nuntio Apoſtolico Pimpinello. Ux. deinde Gulielmi Ducis Cliviæ. *MS. Græc. Ebing. Pieſp. Mate. Strad. Gans.* — 1531.

PHILIPPUS III. Rex Hiſpan. per Ducem Feriæ obedientiam præſtat Paulo Papæ V. *Ciacon. fol.* 1945. *edit.* 2. — 1607.

XVI.

OBit THEOBALDUS II. Dux Lotharingiæ parens Friderici Athletæ cui nupta fuit Eliſabetha Auſtriaca Alberti I. Imp. filia. *Henning. P. 1. fol.* 90. — 1311.

Obit FRIDERICUS II. Burggravius Norimbergenſis nepos Eliſabethæ Habſpurgicæ Rudolphi I. Imp. ſororis. *Henning. P.* 2. — 1330.

Naſcitur MARIA LEONORA filia Gulielmi Ducis Cliviæ ex Maria Auſtriaca Ferdinandi I. Imp. filia. Uxor deinde Friderici Ducis Boruſſiæ. *Anon. MS. Gans.* — 1550.

Naſcitur FERDINANDUS infans Hiſpaniæ Philippi III. Regis filius poſtea S. R E. Card. & Belgij Prorex in Eſcuriali die Sabbathi media 3. poſt meridiem. *Gans. Ebing. Pieſp. Strada. Bucelin.* neſcio quomodo *Oldoinus* poſuerit 16. Martij, puto errore Typographi. — 1609.

XVII.

NAſcitur ALBERTUS V. Marchio Brandeb. frater Joannis Alberti Archiepiſc. nepos Eliſabethæ Auſtriacæ. *Henning. cit.* — 1499.

Obit JOANNES ALBERTUS Brandeburg. Archiepiſc. Magdeburgenſis & Halberſtadienſis, nepos Eliſabethæ Auſtr. Alberti II. Imp. filiæ Reginæ Polon. ſepultus Halæ Saxonum. *Henn. P. 2. f.* 215. — 1548.

Obit CAROLUS prior hoc nomine Caroli Archiducis Græcenſis filius intra 12. & 1. poſt merid. Græcij & ſepelit. Secovij in Mauſolæo. *MS. Græc. Eytz. Gebuil. Ebing. Pieſp. Maten.* pleriq; ſignant an. 1580. ſed *MSS.* habet 1582. cui potius credo, quia conſcripto circa hoc tempus. — 1582.

Naſcitur

| | | ANNO. |
|---|---|---|
| | Naſcitur *FERDINANDUS* Carolus Tyrolenſium Princeps, filius Leopoldi *A*rchiducis. *Com. à Brandis. Jac. Fugger. Lequile.* | 1628. |
| XVIII. | OBit *RUPERTUS* Imperator Palatinus Rheni abnepos Mechtildis Habſpurgicæ Rudolphi I. Imp. filiæ Ludovico ſevero Duci Bavariæ nuptæ: & idem ſocer Friderici *A*rchiducis Auſtriæ Tyrolenſium Principis. *Henning. P.* 1. *f.* 208. | 1410. |
| | *SIGISMUNDUS* Imperat. ſocer *A*lberti *II.* Imperatoris Auſtriaci coronatur Romæ Imperator ab Eugenio Papa IV. *Henning. P.* 1. *Vernulæ.* | 1432. |
| | Obit *PHILIPPUS* Dux Bavariæ Gulielmi filius Annæ *A*uſtriacæ nepos Mariæ Annæ *A*uſtriacæ affinis, quià Maximiliani Ducis frater. *Brunner. Fugger.* | 1598. |
| XIX. | OBit *ELISABETHA A*lberti *I.* Imperatoris filia vxor Friderici *A*thletæ Ducis Lotharingiæ. *MS. Tho. Ebendorff. Gundelfing. Gans.* | 1352. |
| | *JOANNES II.* Rex Caſtellæ avus Joannæ Philippo *I.* Auſtriæ *A*rchiduci nuptæ, ingenti prælio *A*ragonios vincit. *Calviſius Schmidius.* | 1445. |
| | Naſcitur *PHILIPPUS* Coſmus Medicæus ex Joanna Auſtriaca. *Vernulæ.* | 1577. |
| XX. | NAſcitur *MARGARETHA* filia Caroli Marchionis Badenſis ex Catharina *A*uſtriaca Ernesti Ferrei filia, poſteà *A*bbatiſſa Lucidæ Vallis. *Henning. P.* 1. | 1452. |
| | *FRIDERICUS IV.* Imperator conſilium capit condendæ arcis ſuprà Tergeſtinam Urbem ad continendos in officio cives, quorum aliqui anno priore ad libertatem aſpirantes cæperant congregari & vicinorum officinas expilare & diripere, vix à reliquis ſedato tumultu. *MSS. ant.* | 1470. |
| | *PHILIPPUS II. A*uſtriacus Rex Hiſpaniæ cum Pio Papa V. & Venetis fædus percutit contrà Selymum Orientis Tyrannum. *Chytr. Calviſius. Schmid.* | 1571. |
| | *MARGARETA* filia Ferdinandi *I.* Imp. defuncta anno 1567 & depoſita apud Franciſcanos Oeniponti, transfertur Hallam Tyrolis ad novum templum. *Gans. Gynæc.* | 1572. |
| XXI. | NAſcitur *PHILIPPUS II.* Rex Hiſpan. Auſtriacus Caroli V. filius Valliſoleti hora 2 min. 48. poſt merid. ità *Gans. in viridar. ſeu Arboreto* de die conſentiunt. *Strada. Pieſſ. Mateneſ. Eytzing. Ehing. Bunting. Sleidan. Eberus. Vaſconcell.* Ab his recedunt *Wurſbain.* qui diem 5. Julij, & *Eder*, qui primam Maij aſſignat. | 1527. |
| | *ANNA A*uſtriaca Caroli *A*rchiducis filia coronatur Regina Poloniæ. *Joan. Gans.* | 1593. |
| | *MATTHIAS A*rchidux, qui poſteà Imperator, homagium recipit à ſtatibus *A*uſtriæ. *Vernulæ.* | 1609. |
| | Naſcitur *ELEONORA* Maria filia Ferdinandi III. Imp. ex | 1653. |

| | | ANNO. |
|---|---|---|
| | Leonora Mantuana. *Fugger.* fuit poſtea Regina Poloniæ, nunc Duciſſa Lotharingiæ. *MSS. adverſ.* | |
| XXII. | AGNES filia Ottocari Bohemiæ Regis, vidua Rudolphi Habſpurgici, Rudolphi I. Imp. filia, obit Pragæ, facta poſt obitum mariti Monialis S. Claræ. *Lequile in Gentilit.* ſed fortè melius 17. Maii ponit *Balbinus in Epito. Bohem.* vt ſuſpicer die 22. ſepultam. | 1296. |
| | *PHILIPPUS* I. *Auſtriacus* inauguratur Rex Caſtellæ Toleti & homagium recipit ab ordinibus. *Pieſp. Mateneſ.* | 1502. |
| | *ERNESTUS* Dux Bavariæ filius Wilhelmi Junioris ex *Anna Auſtriaca* Ferdinandi I. Imp. filia nominatur *Archiepiſcopus* Colonienſis, exauthorato ob hæreſim Gebhardo Truchſeſſio. *Anonym. MS.* verùm *Eytzing.* ponit die ſeq. | 1583. |
| XXIII. | AD Noveſium atrox Prælium *FRIDERICI* Imperatoris cum Carolo Burgundo, quod nox diremit. *Roo. in Annal.* | 1475. |
| | *MAXIMILIANUS I.* Imp. paciſcitur cum Carolo *VIII.* Rege Galliæ. *Betul. in Calend.* | 1493. |
| | Obit *CAROLUS Archidux* Maximiliani *II.* Imp. filius infans die Jovis in feſto Aſcenſionis Domini. *Strada. Eytzing. Pieſp. Mat. Ebing.* ſepultus Viennæ ad D. Steph. | 1566. |
| | Obit *RENATA* Lotharinga vxor Gulielmi Ducis Bavariæ Ferdinandi *II.* Imp. avia materna, ſepulta Monachij in æde S. Michaëlis fundatione ſua. *Brunner.* | 1602. |
| | Obit *MARIA* Eleonora Duciſſa Brandeburgica, filia Mariæ *Auſtriacæ* & Gulielmi Ducis Juliacenſis. *Betul. Calend.* | 1608. |
| XXIV. | NAſcitur *BUGISLAUS* X. Dux Pomeraniæ gener Eliſabethæ Auſtriacæ Reginæ Poloniæ, & Caſimiri *III.* Regis. *Henn. P.* 1. | 1454. |
| | Naſcitur *MARGARITA* Auſtriaca filia Philippi *III.* Regis Hiſpan. Lermæ hora 12. poſt merid. *Strada. Pieſp. Ebing. Maten. Leq. Vern.* | 1610. |
| | *MATTHIAS Archidux* coronatur Rex Bohemiæ. *Pieſp. Mateneſ. Ebing. Betulius.* ſed *Raymundus Fugger* habet 14. Maij, intellige ſtylo veteri: errat ergò *Strada*, qui ponit 10. Julii. | 1611. |
| | *LEONORA* Mantuana vxor Ferdinandi *II.* Imp. coronatur Regina Hungariæ. *Strada. Anonym.* ad diem 26. Julij refert *Anonym. alter.* | 1622. |
| XXV. | OBit *OTTO* filius Mainardi Ducis Carinthiæ Comitis Tyrolis frater Eliſabethæ nuptæ Alberto I. Imp. *Auſtr. Lequile P.* 3. *f.* 233. | 1310. |
| | Naſcitur *PHILIPPUS* filius Joannis III. Regis Luſitaniæ. *Anonymus. Vaſconcell.* | 1533. |
| | *CAROLUS* V. Imperat. Wittebergam occupat, & ingreditur. *Vernulæus. Bucelinus.* | 1547. |
| | Naſcitur *CHRISTIERNA* filia Ferdinandi *II.* Imperat. Auſtriaci, Græcii *Joan. Gans.* qui ponit annum 1604. *Fugger* verò 1601. quod eſt credibilius, quia prima proles. | 1601. |
| | Obit | |

ANNO.

Obit *JOANNES* Gulielmus Dux Cliviæ, filius Gulielmi & Mariæ Ferdinandi I. Imp. filiæ, relicta hæreditate ſua tribus ſororibus. *Anonym. MS.* 1609.

XXVI. OBit *FRIDERICUS* Strenuus Landgravius Thuringiæ pronepos Mechtildis Habſpurgicæ Rudolphi I. Imperatoris filiæ Ludovico ſevero Bavaro nuptæ. *Henninu. P. 2.* 1380.

*FERDINANDUS I.* Imp. nuptias celebrat cum *A*nna hærede Hungariæ. *Pieſp. Mateneſ. Cuſpin. Bellus. Bonfin. Chronicon Auguſtanun.* Errant *Paulus Eberus & Bunting.* qui ponunt anno 1520. ætatis 15. quià fuit jam annorum 17. 1521.

*FERDINANDUS I.* Imp. confirmat Epiſcopo Labacenſi titulum Principis, & mandat, vt domus Epiſcopalis nominetur Palatium, ijsdemque privilegiis gaudeat quibus alia Principum Palatia. *MSS. Labac: Epiſc.* Titulus Principis adhuc anno 1514. datus fuit à Maximiliano Imperatore. 1533.

XXVII. *JOANNES* Intrepidus Dux Burgundiæ frater Catharinæ nuptæ Leopoldo IV. *A*rchiduci & proavus Mariæ conjugis Maximiliani I. Imp. naſcitur. *Jac. Fugger. in Calend. ſed alibi fol.* 843. ponit 28. *A*ug. 1371.

Naſcitur *LUDOVICUS* Landgravius Haſſiæ filius Philippi ex Chriſtiana Saxonica nepte Eliſabethæ *A*uſtriacæ Reginæ Poloniæ Alberti *II.* Imperatoris filiæ. *Henning. P. 1.* 1537.

*FRANCISCUS I.* Galliæ Rex Caroli V. Imperatoris ſororius cum obiiſſet 28 Martii hac die ſepelitur ad D. Dionyſii in monumento maiorum. *Thuanus.* 1547.

XXVIII. NAſcitur *BUGISLAUS* X. Dux Pomeraniæ gener Eliſabethæ *A*uſtriacæ Reginæ Poloniæ. *Sigiſm. Betul. in Calend.* 1454.

Naſcitur *JOANNES* Gulielmus Dux Cliviæ filius Gulielmi ex Maria Ferdinandi I. Imp. filia *A*uſtriaca. *Anonym. MS. Aſtron. Tyrnau.* 1562.

XXIX. *PHILIPPUS IV. A*uſtriacus Rex Hiſpaniæ cum natus fuiſſet 8. *A*prilis, hac primum die ſoleniter baptizatur. *Vernulæ. hinc Bucelinus.* hac die natum poſuit. Bucholtzerus verò die 19. baptizatum ſcripſit ſtylo veteri. 1605.

*FERDINANDUS II.* Imperator cum Electore Saxoniæ pacem integrat. *Bucelin.* 1635.

XXX. *ALBERTUS II.* Auſtriacus Imperator coronatur Rex Romanorum Francofurti. *Haſelbach. Cuſp. Pieſp. Roo. Jac. Fugger.* Alij aliter ſcribunt, ſed confundunt coronationes Regni Romani, Bohemici & Hungarici. *Gans Henning. Guilliman. MS. apud. Lequile* habent 6. Januarij. *Fizing.* verò 20. Martij, ſed tunc fuit electus, vt vult *Fugger.* imperaſſe ſcribitur annum 1. meeſ. 9. dies 27. vel 28. *Onuphr. Bunting. Mateneſ. Eytzing. Cuſpinianus*, ex quo ſequeretur omninò electum Calendis Januarij 1438.

| | | ANNO. |
|---|---|---|
| | nuarij 1438. ſed hæc ſupputatio eſt ſolùm Regni Hungariæ non Romani Imperii. *Haſelbach* qui tunc floruit, & ſcripſit electum Dominicâ Reminiſcere quo convincit erroris cæteros aliter ſentientes. | |
| | *ELISABETHA* Auſtriaca Maximiliani II. Imperatoris filia viduatur marito Carolo IX. Valeſio. *Eytzing. Pieſpord. Mateneſ.* | 1574. |
| | Naſcitur *CLAUDIA* Felicitas filia Ferdinandi Caroli Archiducis Tyrolenſis, poſtea Imperatrix. *MSS. Adverſ.* | 1653. |
| XXXI. | NAſcitur *EMANUEL REX* Luſitaniæ ſocer Caroli V. Imp. Alcocheti oppido ripæ Tranſtaganæ feria 5. Corporis Chriſti *Vaſconcell.* | 1469. |
| | *MARIÆ* Burgundæ ſponſalia cum Maximil. *Auſtr.* Friderici IV. filio in caſtris ad Noveſium confirmantur: vbi Legatus Pontific. Cæſari Burgundum conciliavit. *Gerard. de Roo.* id factum vult 4. Julij *Vern.* & nuptias tamen celebratas 31. Maij. quod alij in Auguſt. reijciunt. | 1475. |
| | Naſcitur *AGNES* Philippi Landgravij Haſſiæ filia proneptis Eliſabethæ *Alberti II.* Imperatoris filiæ. *Henuing. P. 1.* | 1527. |
| | *LEONORA* Auſtriaca filia Ferdinandi *I.* Imperat. nubit Gulielmo Gonzagæ Duci *I.* Mantuæ, hoc menſe: incertum, quo die. *Lequile.* | 1561. |
| | *ANNA Auſtriaca* filia Caroli *Archiducis* Græcenſis nubit Sigiſmundo Regi Poloniæ *Jac. Fugger.* at *Vernulæus* ponit 21. Maij, & *Gans* coronatam 21. Maii. | 1592. |
| | **JUNIUS.** | |
| I. | *LUDOVICUS* Bavarus Imperator coronatur corona Longobardica die Pentecoſtes Mediolani. *Jovius. Fugger. Calend.* atverò *Henn.* habet pridie Calend. Jun. | 1327. |
| | Naſcitur *LUDOVICUS* Dux Wirtenbergicus pronepos Chunegundis Auſtriacæ, & *Alberti* Ducis Bavariæ. *Henning. P. 1. Germ.* | 1554. |
| II. | NAſcitur *GUTTA* filia Wenceslai Regis Bohemiæ ex Gutta Haſpurgica Rudolphi *I.* Imperatoris filia. *THom. Ebendorff.* Hac die coronatam ponunt *Fugger. & Vernulæus.* Guttam Habſpurgicam, ſed aliud elicitur ex *MSS. Chron. Vienn.* | 1297. |
| | Obit *ALEXANDER* Epiſc. Tridentinus, Patriarcha Aquileienſis, & S. R. E. Cardinalis, Friderici *IV.* Imperatoris avunculus quiâ Cymburgæ eius matris frater Dux Maſoviæ. Viennæ, & ibi in Cathedrali ſepelitur ad dextram altaris dextri lateralis. *Æneas. ſylv. Epiſt. 67.* | 1442. |
| | *MAXIMILIANUS I.* Imperator recuperat *Auſtriam* Sexennio detentam à Matthia Rege. *Vernulæ.* ad *Auguſt.* reijcit. *Roo.* | 1490. |
| III. | OBit *LEOPOLDUS IV. Archidux Auſtriæ* Leopoldi *III.* filius ex fluxu fiſtulæ in crure occluſo, Viennæ, ſepultus ibidem in crypta ad D. Sephanum ad dextram graduum. *Thom. Ebendorff. MS.* qui habet | 1411. |

habet feria 4. Pentecoſtes in die S. Eraſmi. *Raymund. Fugger. Jacob. Fugger.* Unde errarunt, qui ſcripſerunt defunctum anno 1410. vt *Strada. Cuſpin. Ehing.* & qui anno 1412. vt *Lazius. Gebuilherus. Eytzing. Mateneſius.* item qui ponunt die 3. Maij, vt *Gundelfing. MS.* & qui 23. Maij, vt *Eytz. Bucelin.* & qui 22. Junij, vt *Mateneſ.* Cæterùm *Betul. in Calend.* ponit 3. Julij, cum fol. 413. poſuerit 3. Junij. Vixit verò annos 40. ANNO.

Naſcitur CAROLUS Archidux Ferdinandi I. Imp. filius Viennæ inter 6. & 7. matutinam. *MS. Græc. Strada. Pieſp. Ehing. Mateneſ. Gans.* vnde errat *Eder* qui habet 3. Julij. 1540.

IV. LUDOVICUS Rex Hungariæ gener Philippi I Regis Hiſpaniæ coronatur coronâ Apoſtolicâ. *Gualter. Chronic. Princ. fol. 560.* 1508.

Naſcitur ELISABETHA Auſtriaca filia Maximiliani I. Imperatoris, poſtea Regina Galliæ inter 10. & 11. noctis die martis Viennæ. *MS. Græcenſ. & Jac. Fugger.* Qui ſequentem diem aſſignant, falluntur, vt ſunt *Eytzing. Mateneſ. Strada.* 1554.

V. GUTTA Habſpurgica filia Rudolphi I. Imp. Regina Bohemiæ coronatur *intra dies ſuæ Purificationis.* Ut ait *MSS. Chron. Vienn.* 1297.

Naſcitur LUDOVICUS XI. Rex Galliæ cujus ſoror Ragundis ſponſa fuit Sigiſmundi Archiducis, & altera Magdalena Ladislai Poſthumi Regis Hungariæ Auſtriaci. *Gualter. Chron. Princ. fol. 1228.* 1423.

Obit FERDINANDUS Princeps Portugalliæ patruus Eleonoræ Imp. Friderici IV. conjugis in barbara captivitate. *Vaſconcell.* 1443.

Viennam Auſtriæ intra 9. & 10. horam concutit terræmotus. *Auth. Fund. Scoto.* 1443.

Naſcitur FERDINANDUS Portugalliæ Princeps frater Iſabellæ Carolo V. Imp. nuptæ, *antiquitatum indagator maximus, qui tamen in juventutis flore vitam finijt.* vt loquitur *Henning. P. 1. Germ. fol. 108.* 1507.

VI. RUDOLPHUS I. Imp. per Legatum Othonem Præpoſitum S. Guidonis Spirenſis obedientiam ſpondet Gregorio X. in Concilio Lugdunenſi. *Ciacon. 2. Edit.* 1274.

ALBERTUS V. Archidux (qui poſtea II. hoc nomine Imperator) tutelæ eximitur, & Viennam inducitur magna cum ſolennitate, ac regimen auſpicatur. *Thom. Ebendorffer. Cuſpin. Laz.* 1410.

Naſcitur JACOBUS Marchio Badenſis nepos Caroli ex Catharina Auſtriaca filia Erneſti Ferrei Archiducis. *Henning. P. 1.* fuit Archiepiſcopus Trevirenſis. 1471.

Naſcitur JOANNES III. Luſitaniæ Rex Philippi I. Auſtriaci Regis Hiſpan. gener & Philippi II. ſocer. *Vaſconcell.* 1502.

Obit JACOBA Marchioniſſa Badenſis proneptis Alberti ſapientis Ducis Bavariæ, & Chunegundis Auſtriacæ Friderici IV. Imp. filiæ. *Henning. P. 1.* 1585.

LEOPOLDUS Imp. cædit Turcas ad Serinvuar. *Fugg. Calend.* 1664.

| | | ANNO. |
|---|---|---|
| VII. | CASIMIRUS Rex Poloniæ Alberti II. Imperatoris Auſtriaci gener obit, relictâ Eliſabethâ vxore viduâ. *Jacob. Fugger ſpec. fol. 511. & Calend.* ſed *Gans* poſuit 7. Julij, & *Lequile* 7. Januarij, vti & *Eytzingerus.* | 1492. |
| | MARIA EUGENIA filia Philippi IV. Regis Hiſpaniæ nata in Novembri ſuperioris anni, Madriti baptizatur ſolenniter à Cardinali Zapatta, & è ſacro fonte levatur à Franciſco Card. Barberino eam ob cauſam miſſo Legato Extraordinario Urbani Papæ VIII. *Ciacon. Oldoin.* | 1626. |
| VIII. | GRoningani ſe ſubijciunt CAROLI V. Belgico imperio. *Ebing. Vernulæ.* | 1536. |
| | ELISABETHA Auſtriaca Maximiliani II. Imp. filia, quæ poſtea Regina Galliæ ante quatriduum nata baptizatur Viennæ ab Eſcopo Agrienſi. *Gans Virid.* | 1554. |
| IX. | OBit ERNESTUS FERREUS Archidux Muræponti, & ſepelitur Runæ propè Græcium in Cœnobio Ciſtercienſium. *Cuſpin. Pieſpord. Mateneſ. Gans.* Fallitur *Lazius* qui ponit annum obitus 1422. & alibi 1425. & ſepultum ait Neoſtadij in templo Parochiali: vti & *Eder* qui in Campoliliorum, credibilius eſt Runæ, qui eſt locus medius inter Muræpontum & Græcium. Mortuum verò eſſe Muræponti vel hinc colligitur, quod ibi in templo B. V. nunc Parochiali, condita ſint ejus inteſtina. Vixit ann. 46. | 1424. |
| | Obit JOANNES III. Luſitaniæ Rex relicta vidua Catharina Auſtriaca Philippi I. Regis filia. *Joan. Vaſconcel. Anonym.* atverò *Jac. Fugger. in Calend.* ponit 11. Junij. | 1557. |
| | Naſcitur ULADISLAUS Rex Poloniæ, Ferdinandi II. Imperatoris Gener, & filius Sigiſmundi III. ex Conſtantia Auſtriaca Ferdinandi II. ſorore. *Jac. Fugger. Spec.* | 1595. |
| | Naſcitur LEOPOLDUS IGNATIUS FRANCISCUS BALTHASAR JOSEPHUS FELICIANUS, filius Ferdinandi III. Imp. deinde Rex Hungar. & Bohemiæ & Imp. *MSS. Adver.* | 1640. |
| | MARIA THERESIA Auſtriaca filia Philippi IV. Regis Hiſpan. nubit Ludovico XIV. Regi Galliæ. *Fugger.* | 1660. |
| X. | CAROLUS V. Imp. Terovanam expugnat. *Vernulæ.* | 1553. |
| | Naſcitur FRIDERICUS CASIMIRUS Palatinus Rheni Bipontinus filius Joannis, nepos Mariæ Auſtriacæ Ferdinandi I. Imp. filiæ Duciſſæ Cliviæ. *Henning.* | 1585. |
| | FERDINANDUS CAROLUS Archidux Tyrolenſium Princeps nuptias celebrat cum Anna Medicæa. *Did. Lequile. Comes de Brandis. Anon. MS. Jac. Fugger.* | 1646. |
| XI. | RUDOLPHUS I. Habſpurgicus Imp. confirmat Privilegia Ducum Auſtriæ. *Fugger in ſpec.* | 1283. |

AGNES

ANNO.

AGNES Auſtriaca Regina Hungariæ Andreæ III. Regis vidua, Alberti I. Imp. filia obit in Campo Regio, ſeu Cœnobio Kônigsfeldenſi exactis in vita religioſa 48. annis ipſa die S. Apoſtoli Barnabæ ſub veſperum, vt habet *Thomas Haſelbachius MS.* cui potius credo, quàm *Gundelfingenſi*, & aliis qui ponunt 10. Junij. 1364.

Obit WOLFGANGUS Palatinus Rheni Bipontinus gener Philippi Landgravij Haſſiæ & Chriſtianæ quæ fuit neptis Eliſabethæ Auſtriacæ Reginæ Poloniæ Alberti II. Imp. filiæ. *Henning.* 1569.

Inter PHILIPPUM Regem Hiſpaniæ, & HENRICUM IV. Galliæ pax publicatur. *Vernulæ.* quæ fuerat 3. Maij concluſa. *Ciacon. edit. 2. fol. 1865.* 1598.

XII. OBit etiam hac die CATHARINA Sabauda vxor Leopoldi I. Auſtriaci, quam Iſabellam nominat *Fugger*, & ait ſepultam Kônigsfeldæ. *Fugger ſpec. fol.* 300. 1330.

Obit ELISABETHA filia Friderici III. Pulchri Imperatoris Sponſa Joannis, vel Caroli Lucelburgici, & ſepelitur in Maurbach. *Gundelfing. MS.* ſed ponit anno 1331. *Gans* verò & *Fugger* 1334. *Haſelbachius* anno 1337. 1334.

Obit LUDOVICUS Gonzaga Marchio II. Mantuæ atnepos Agnetis Habſpurgicæ Rudolphi I. Imp. filiæ Duciſſæ Saxoniæ, anno ætatis 60. *Henning. P.* 2. 1478.

ELISABETHA filia Friderici III. Electoris Palatini ex Maria Brandeburgica nepte Chunegundis Auſtriacæ Duciſſæ Bavariæ nubit Joanni Friderico II. Duci Saxoniæ abnepoti ejusdem Chunegundis. *Henning. P. 2. fol.* 20. 1558.

ISABELLA Clara Eugenia Princeps Belgij Bredam ſolenniter ingreditur, & profana templa curat reconciliari. *Vernulæ.* 1625.

XIII. NAſcitur BARBARA filia Caſimiri Poloniæ Regis ex Eliſabetha Auſtriaca filia Alberti II. Imp. vxor deinde Georgij Ducis Saxoniæ. *Anon. MS.* ſed *Betulius* ponit 15. Julij. 1478.

MATTHIAS Archidux eligitur Imperator Francofurti *MS. Græc. Strada. Ebing. Raym. Fugger. Jacob. Fugger.* 1612.

FERDINANDUS II. per Tillium & Cordubam exercitum Friderici Palatini fundit ad Darmſtadium. *Vernulæ. Anonym.* 1622.

XIV. NAſcitur FERDINANDUS Archidux filius Ferdinandi I. Imperatoris, poſtea Tyrolenſium princeps, hora 3. poſt meridiem Lincij die Mercurij. *MS. Eytzing. Mateneſ. Strada. ſed Pieſſpordius* habet 14. Julij, vt *Ebinger* eodem die. 1529.

MARIA ANNA prior Conjunx Ferdinandi II. Jmp. ſepelitur in Mauſolæo Græcenſi ſolenni pompa, cum novam cryptam eodem die Jacobus Seccovienſis Epiſcopus benedixiſſet. *MSS. Græcenſ.* 1616.

| | | ANNO. |
|---|---|---|
| XV. | NAscitur ERNESTUS Archidux Maximiliani II. Imp. filius, poſtea Belgij Prorex Viennæ Auſtr. hora 2. min. 15. poſt merid. è ſacro fonte levatus à Ferdinando Archiduce Tyrolenſi cum Duciſſa Mantuæ, & Nicolao Radzivilio Regis Poloni Oratore. *Eytzing. Strada. Mateneſ. Gans. Jacob. Fugger.* licet *MSS. Græc. Pieſp. & Ebing.* habeant 15. Julij. Apud *Gans* eſt error Typographi qui poſuit annum 1552. | 1553. |
| | Naſcitur ANDREAS Auſtriacus Ferdinandi Archiducis Tyrolenſis filius, poſtea S. R. E. Cardinalis ex Philippina, Pragæ. *Alphonſ. Ciacon. Oldoin. To. 3.* Atverò *Jac. Fugger.* ponit 12. Decembr. | 1558. |
| | Obit ELISABETHA Regina Poloniæ Sigiſmundi Auſtr. vxor Ferdinandi I. Imp. filia Vilnæ in Lithuania. *Strada: Pieſp. Mateneſ. Bucel. Jac. Fug.* contra *MS. Græc. & Gans.* ponunt 15. Jul. & *Eytz.* 20. Junij. | 1545. |
| XVI. | OBit POPPO filius Leopoldi illuſtris Ducis Auſtriæ Archiepiſcopus Trevirenſis cum fama ſanctitatis. *Jac. Maſen. in Annal. Trevir. Joan. Trithem.* verò ponit 26. Junij. | 1047. |
| | ERNESTI Marchionis Auſtr. anniverſarium apud Scotos Viennæ olim celebrabatur, qui obiit die 9. Junij, vt eſt apud *Lambec. lib. 2. Biblioth. & in Chron. MS. Vienn.* | 1075. |
| | Obit FRIDERICUS Bellicoſus Dux Auſtriæ ſtirpis Babenbergicæ in prælio contra Hungaros. *MS. Chron. Vienn. Auth. Phoſphori.* alij ponunt pridie vt *Pieſp. Roo. Bellus. Eytzing. Stero.* | 1246. |
| | FERDINANDUS IV. Ferdinandi III. Imp. filius coronatur Rex Hungariæ. *Jac. Fugger.* | 1647. |
| | Obit FERDINANDUS Joſephus Aloyſius filius Ferdinandi III. Imp. *Jac. Fugger. MS.* | 1658. |
| XVII. | FRIDERICUS IV. Archidux Auſtriæ coronatur Imperator Aquiſgrani à Theodorico Colonienſi Archiepiſcopo. *Pieſp. Roo. Laz. Ebing. Jac. Fugger.* vnde falluntur qui ponunt coronatum anno 1440. die 6. Januarij, vt *Gans*, & anno 1441. vt *Lazius*, & 17. Januarij vt *Mateneſius*, & in Auguſto, vt *Cuſpinianus.* | 1442. |
| | MAXIMILIANUS Archidux Caroli Græcenſis filius ſepelitur Seccovij in Mauſolæo, cum obiiſſet Græcij die 18. Febr. *MS. Græc.* | 1616. |
| XVIII. | OBit GUTTA filia Rudolphi I. Imp. Habſpurgici, Regina Bohemiæ ex partu filiolæ Guttæ. *MS. Chron. Vienn. Jo. Gans. Pieſp.* cum ante 14. dies fuiſſet coronata in lecto Reginæ Bohem. vt habet *MS. Chron.* alij ponunt die 5. Junij obiiſſe vt *Vernulæ.* ſed verius tunc fuit coronata, vel confundunt Guttam Rudol. filiam & neptẽ, de qua ad diẽ præfat. | 1297. |
| | FERDINANDUS IV. filius Ferdinandi III. Imp. coronatur Rex Romanorum Auguſtæ. *Anon. lib. de coronat. Com. de Brandis.* atverò *Jac. Fugger ponit 8. Junij quia computat ſtylo veteri.* | 1653. |
| | FERDINANDUS Carolus Archid. Tyrolen. Princeps cum natus fuiſſet 17. Maij, hac die ſolenniter baptizatur. *Auth. Anonym. imp.* | 1628. |

XIX.

| | | ANNO. |
|---|---|---|
| XIX. | PHILIPPUS Landgravius Haſſiæ Proteſtantium Dux Halæ Saxonum ſupplex ſe dedit Carolo V. Imperatori. *Anonymus. Ehing. Bucelin. Jac. Fugger.* | 1547. |
| | Obit *ANNA* Brandeburgica vxor Alberti *III.* Ducis Megapolenſis, filia Joachimi Electoris Brandeburg. neptis *Annæ* Auſtriacæ Duciſſæ Saxoniæ, *Alberti II.* Imperat. filiæ. *Henning. Bucelin. in Auctar.* | 1567. |
| XX. | NAſcitur *FRIDERICUS Archidux* Mximiliani *II.* Imp. filius Lincij ſup. Auſtr. *MS. Græc. Pieſp. Ehing.* licet hic diem non ponat atverò *Mateneſ.* habet 21. Junii, & *Strada* 22. Junii *Jac. Fugger.* 21. Januarii. | 1562. |
| | Naſcitur *SIGISMUNDUS III.* Rex Poloniæ gener Caroli *Archiducis* Græcenſis. *Jac. Fugger. ſpec.* | 1566. |
| | *FERDINANDUS II.* Imp. memorabili ſtrage Chriſtianum Ducem Brunſuicenſem & confæderatos fundit per Tillium & Cordubam Halberſtadii ad Mænum. *Vernulæus.* | 1622. |
| XXI. | MAXIMILIANUS I. Imp. Eberhardum Wirtenbergicum ex Comite Ducem creat Wormatiæ. *Vernulæ.* | 1495. |
| | *FERDINANDUS* Catholicus Rex Hiſpaniæ Socer Philippi *Auſtriaci* Alloram urbem Maurorum expugnat. *Mariana. Calviſius Schmidius.* | 1484. |
| | Naſcitur *MARIA* Caroli V. Imp. filia, vxor deinde Maximiliani *II.* Imp. Madriti. *Pieſp. Ehing. Mateneſ. Gans. Jac. Fugger. Vernulæus.* | 1528. |
| XXII. | PHILIPPUS *II.* Rex Hiſpan. vxorem 3. ducit Eliſabetham Valeſiam Pariſiis in æde B. Virg. per Legatum. *Vaſconcell. Eytzing. Gans. ſed Fugger ponit in Januario* 1560. ſed tunc ipſæ nuptiæ, *Gualterus verò 5. Julii rurſum Fugger in Calendario* 20. Junii 1559. | 1559. |
| | *HENRICUS* Valeſius frater jam dictæ Eliſabethæ in nuptiali lætitia haſtiludium exercens læditur in oculo, & poſt paucos dies exſpirat. *Vernulæ.* alii hoc factum volunt in nuptiis ſororis Margaritæ cum Duce Sabaudo, & filiæ Claudiæ cum Lotharingo. *Henninges* in nuptiis Iſabellæ, ſed 30. Junij. | 1559. |
| | Memorabilis victoria Chriſtianorum ſub auſpiciis *RUDOLPHI II.* Imperatoris ad Siſſechum Slavoniæ vbi octo millia Chriſtianorum contra 60. millia Turcarum pugnarunt, & induſtria felici *Andreæ* ab Aurſperg ad internecionem deleta. Gratulati ſunt *Andreæ* victoriam Clemens Papa *VIII.* & Maria *Archidux* Græcenſis. *MS. Labacenſ. Iſtuanf.* | 1593. |
| | *FERDINANDUS* Maria Elector Bavariæ filius Maximiliani ex Maria Anna Auſtriaca nuptias celebrat cum *Adelheide* Sabaud. *Jac. Fugger. ſive Betulius in Calend.* | 1652. |
| XXIII. | ALBERTUS I. filius Rudolphi I. Imp. eligitur Rex Romano- | 1298. |

rum contrà Naſſovium Mogruntiæ in vigilia S. Joannis Baptiſtæ. *MS Chron. Vienn. Eytzing. Pieſp. Roo. Mateneſ. Fugger.* ANNO.

Naſcitur *PHILIPPUS* I. Archidux Rex Hiſpaniæ filius Maximiliani I. Imperatoris Brugis in Flandria. *Roo. Ehing. Beyrl. Gans. Cuſpin. Chron. Anguſtan. ſed aliter Strada Pieſp. Mateneſ. Marchant.* qui habent die 22. Jan. & *Gans* alibi 24. Junii. 1478.

Obit *WENCESLAUS* Rex Bohemiæ Junior Guttæ Habſpurgicæ Rudolpho I. Imperatore progenitæ filius *Æneas Sylvius. Schmid.* ſed melius id referunt alii inf. 4. Aug. & anno 1306. cum Balbino ſcriptore Bohemo. 1305.

XXIV. OBit *HENRICUS* I. Marchio *Auſtriæ* ſtirpis Babenbergicæ. *Hiſt. Fundat. Melicen. apud Lambec.* alii habent anno 1014. *ut Henning. & Lazius. alii* 1018. *vt Cuſpin. Eytz.* alii 1015. *vt Fundatio. Scotorum* Denique *Haſelbachius* anno 983. 1023.

Obit *THEODORA Auſtr.* Duciſſa mater Friderici Bellicoſi ex ſtirpe Babenbergica præ dolore, quòd octiduo ante filium perdiderit. *MS. Chron. Viennenſ.* 1246.

Naſcitur *WILHELMUS* Landgravius Haſſiæ filius Chriſtianæ Duciſſæ Saxoniæ pronepos Eliſabethæ Auſtriacæ Alberti II. Imp. filiæ. *Henning. P. 1.* 1532.

*MATTHIAS* Imperator coronatur Rex Romanorum Francofurti in ſummo templo. *Strada. Jac. Fugger.* 1612.

XXV. OBit *FRIDERICUS* Senior *Archidux* Tyrolenſium Princeps & ſepelitur in Stambſenſi Cænobio. *Gebvilher. Roo. Eytzing. Raym. Fugger. Ehing. Strada. Guillimann. MSS. Lequile de rebus Auſtriacis fol.* 228. pridie poſuit *Mateneſ.* 1439.

*PHILIPPUS* I. Archidux prima Comitia celebrat Equitum *Aurei* Velleris & 14 novos creat. *Jac. Fugger. ſpec. fol.* 1040. 1491.

Naſcitur *JOANNES* Princeps Portugalliæ, filius Joannis III. Regis ex Catharina *Auſtriaca* Philippi I. filia, maritus dein Joannæ Caroli V. filiæ. *Anonym. MS.* 1537.

Obit *SIGISMUNDUS* Franciſcus *Archidux* Tyrolenſium Princeps. *Jac. Fugger. Calend.* 1665.

XXVI. ROTHPRECHTUS aliis Rhoterius, & Rotbertus Comes Habſpurgicus Babonis filius obit. *Pieſp. Laz. Reuſner. Henning.* 766.

Obit *ELISABETHA* Burggravia Norimbergenſis atneptis Rudolphi I. Imperat. ex ſorore Agnete, affinis *Alberti III.* cum Trica Ducis *Auſtriæ*, vxor Ruperti Imperatoris Palatini Rheni abnepotis Mechtildis Habſpurgicæ Rudolphi I. Imp. filiæ, mater Eliſabethæ nuptæ Friderico ſeniori *Archiduci* Auſtriæ Tyrolenſium Principi, avia Sigiſmundi Archiducis. *Henning. P. 1.* 1411.

*MARGARETA* filia Wilhelmi Ducis Saxoniæ ex *Anna Auſtriaca* 1476.

ANNO.

ſtriaca Alberti II. Imperatoris filia progenita nubit Joanni *III.* Electori Brandeburgico. *Henning. P. 2. fol. 19. Fugger.*

Obit *FERDINANDUS* Archidux Maximiliani II. Imperat. filius, & ſepelitur Viennæ ad S. Stephanum in crypta. *Pieſſ. Ebing. Gans* aliter alii vt *Strada* 29. Junij. *Maten.* 16. Junij. *Eder* 25. Junij. vixit annum vnum menſes tres. 1552.

*ANNA* vxor Matthiæ Imperatoris coronatur Imperatrix biduo poſt maritum. *Pieſſ. Mateneſ. Ebinger. ſed Strada.* ponit 26. Junii & *Gans* 16. Junij, ex *Bucholtzero* ſtylo veteri. 1612.

XXVII.

OBit *JOANNES* Albertus electus Rex Poloniæ filius Caſimiri Regis ex Eliſabetha Auſtriaca, & ſepelitur Cracoviæ. *Anonym. MS. Joan. Bolland. To. 1. Mart. in actis S. Caſimiri.* vnde error Typographi in *Jac. Fugger.* qui ponit 17. Junij, vel computat ex ſtylo veteri. 1501.

*PHILIPPUS* Archidux Auſtriæ Maximiliani I. filius cum ſocero Ferdinando Caſtellæ Rege colloquitur de teſtamento ſocrus Iſabellæ. *Mariana. Sethus Calviſius.* ſtylo veteri: alioqui ſtylo novo hoc ad 7. Julij ſpectat. 1506.

Obit *LEONORA* Mantuana Ferdinandi *II.* Imperatoris vidua Viennæ Auſtriæ, & ibidem ſepelitur. *Jac. Fugger. Lequile.* 1655.

*LEOPOLDUS* Auguſtiſſimus Imperator inauguratur Rex Hungariæ Poſonii. *Jac. Fugger ſpec.* 1655.

XXVIII.

*LEOPOLDUS* Auſtriæ Dux S. Leopoldi pronepos de Saracenis triumphat. *MSS. Chron. Vienn.* 1213.

Obit *ALBERTUS* Dux Saxoniæ, nepos Rudolphi I. pronepos Alberti *II.* & Agnetis filiæ Rudolphi I. Imperatoris Habſpurgici. *Henning. P. 2. fol. 170.* 1385.

Naſcitur *ALBERTUS* Brandeburgicus Elector Moguntinus poſtea etiam S. R. E. Cardinalis nepos Annæ Auſtriacæ Alberti *II.* Imperatoris filiæ Duciſſæ Saxoniæ. *Henning. P. 2. Germ. fol. 211.* 1490.

*CAROLUS* V. Auſtriacus eligitur Imperator Francofurti *Chron. Auguſt. Eder. Ebing. Joan. Gans. Pieſſ.* alii ponunt 29. Julij ut *Onuphr. Bunting.* alii 18. Julii ut *Suitzerus.* 1519.

Obit *FRIDERICUS* Gonzaga Dux I. Mantuæ, ſocer Catharinæ & Leonoræ Archiducum Ferdinandi *I.* Imperatoris filiarum. *Bucelin. Auctar.* 1540.

Obit *CATHARINA* Renea Archidux Caroli Græcenſis filia Ducis Parmenſis ſponſa Græcij, & ſepelitur Seccovij in Mauſolæo paterno. *MS. Græc. Joan. Gans.* malè *Betulius* poſuit natam 29. hujus. 1595.

XXIX.

*ALBERTUS II.* Imperator Auſtriacus coronatur Rex Bohemiæ in arce Pragenſi & multos gladio militari donat. *Thom. Ebendorff. MS. Jac. Fugger. in ſpec.* 1438.

Naſcitur *JOANNES* Conſtans Dux Saxoniæ Elector nepos Fri- 1469.

| | | ANNO. |
|---|---|---|
| | Friderici II. Placidi & Margaretæ Auſtriacæ, filiæ Erneſti Ferrei *Ar*chiducis. *Henning. P. 2.* | |
| | *CATHARINA* filia Philippi I. Regis Hiſpaniæ deſponſatur Friderico Electori Saxoniæ, ſed fidei Catholicæ zelo eum repudiat. *Jac. Fugger.* poſtea nupta Joanni *III.* Regi Portugalliæ. | 1518. |
| | Naſcitur *PHILIPPUS-LUDOVICUS* Landgravius Haſſiæ pronepos Eliſabethæ *A*uſtriacæ *A*lberti I. Imp. filiæ. *Henning. P. 1.* | 1534. |
| | *FERDINANDUS II.* Imperator coronatur Rex Bohemiæ Pragæ. *MS. Mateneſ. Sadeler. Ebing. Anonym.* verò 19. id eſt ſtylo veteri. | 1617. |
| | Obit *PHILIPPUS A*uguſtinus filius Ferdinandi *III.* Imperat. Viennæ, ibidemque ſepelitur. *Fugger. Betul. ſed Bucelinus* poſuit 5. Julii. | 1639. |
| XXX. | *FRIDERICUS IV.* Imperator cum Ladislao Rege Hungariæ patruele, B. Joannem Capiſtranum velut Legatum ſedis Apoſtolicæ honorificentiſſimè ſuſcipit Neoſtadii *A*uſtriæ. *Luc. Wad. in Annal. min.* | 1451. |
| | *CAROLUS V.* Imperator Terovanam Morinorum urbem expugnat & diripit *Sleidan. Schmid.* | 1553. |
| | *HENRICUS II.* Rex Franciæ ſocer Philippi *II.* Regis Hiſpaniæ obit. *Fugger. Calend. Vernulæ. At Henninges* habet hac die vulneratum, & 10 Julij extinctum. | 1559. |
| | *A*uſpiciis *RUDOLPHI II.* Imp. Carolus Mansfeldius Strigonium obſidet. *Calviſius.* ſedponit 20. hujus ſtylo veteri. | 1595. |

## *JULIUS.*

| | | |
|---|---|---|
| I. | NAſcitur *MARIA* Badenſis filia Caroli Marchionis ex Catharina Auſtriaca Erneſti Ferrei filia. *Hennind. P. 1.* | 1473. |
| | Obit *HERMANNUS* Ludovicus Comes Palatinus Rheni filius Friderici Electoris ex Maria Brandeburgica nepte Chunegundis Auſtriacæ Duciſſæ Bavariæ. *Henning. P. 1. Germ.* | 1556. |
| | Auſpiciis *MAXIMILIANI II.* Imp. Comites Salmenſis & Helffenſteinius Veſprimium Hungariæ oppidum Turcis eripiunt. *Calviſius. Schmid.* | 1566. |
| | *CAROLUS* Poſthumus filius Caroli *A*rchiducis Græcenſis eligitur Epiſcopus Wratislavienſis in Sileſia. *MS. Græc.* | 1608. |
| | *FERDINANDUS II.* Imp. coronatur Rex Hungariæ Poſonij. *MS. Græc. Mateneſ. Raymun. Fugger. Jac. Fugger. Sadeler. Vernulæ.* | 1618. |
| II. | *ALBERTUS I.* Imp. Habſpurgicus Adolphum Naſſovium Imp. prælio vincit. *Roo. Bucelin. Pieſp. Vernulæ.* | 1298. |
| | Obit *MECHTILDIS* filia Ludovici Bavari Imperat. neptis Mechtildis Habſpurgicæ Rudolphi I. Imp. filiæ. *Henn. P. 1. fol. 198.* | 1346. |
| | Naſcitur *LUDOVICUS* Pacificus Elector Palatinus de Novoforo filius Philippi Electoris ex Margarita Bavara, nepte Margaritæ *A*uſtriacæ ſororis Friderici IV. Imperatoris. *Henning.* | 1478. |
| | Naſcitur | |

| | | ANNO. |
|---|---|---|
| | Naſcitur CHRISTIANUS II. Rex Daniæ maritus Iſabellæ Auſtriacæ Philippi I. Regis Hiſp. filiæ. Matre Chriſtina nepte Margaritæ Auſtriacæ ſororis Friderici IV. Imp. *Henning. P. 2.* | 1481. |
| | ANNA filia Caſimiri III. Regis Poloniæ ex Eliſabetha Auſtriaca, nubit Bugislao X. Duci Pomeraniæ. *Henning. P. 2.* | 1491. |
| | FERDINANDUS III. Imp. nuptias celebrat cum Leopoldina Archiduce Tyrolenſi Lincij Auſtriæ ſuperioris. *Lequil. Jac. Fug. MS.* | 1648. |
| III. | SIGISMUNDUS Archidux Tyrolenſis memorabili prælio Venetos profligat ad Rogoredum. *Chron. Auguſt. Bucelin. Vernulæ.* | 1487. |
| | Naſcitur MARIA MAXIMILIANA filia Alberti Ducis Bavariæ ex Anna Auſtriaca filia Ferdinandi I. Imp. *MS. Græc.* ſequenti die ponit *Betulius.* | 1552. |
| | Naſcitur ANNA filia Alberti Friderici Ducis Boruſſiæ ex Eleonora Juliacenſi filia Gulielmi & Mariæ Auſtriacæ Ferdinando I. Imp. progenitæ. *Henning.* | 1576. |
| | RUDOLPHUS II. Imp. cum Matthia fratre pacem integrat. *Vern.* | 1610. |
| | Obit CAROLUS infans Hiſpaniæ Philippi III. Regis filius. *Sigiſm. Betul. Calend.* | 1632. |
| IV. | OBit RUDOLPHUS Alberti I. Imp. filius Rex Bohemiæ ex profluvio ventris, & ſepelitur Pragæ. *Lazius. Reuſnerus. Fitzing. Fugger.* Alij habent 3. Julij, vt *Gebuilherus & Ephemerid. Bohem.* Alij 13. Julij, vt *Srada.* Errat verò *Gebuilherus* in anno, vbi ponit 1303. & alij, qui ponunt 1308. quia Tabula Kônigsfeldenſis antiqua ponit 1307. niſi mendum ſit Typographi apud *Fugger.* | 1307. |
| | Obit ALBERTUS Princeps Saxoniæ filius Rudolphi ſenioris, nepos Agnetis Habſpurg. patre Rudolpho I. Imp. natæ. *Henning. P. 2.* | 1329. |
| | ANNA Ferdinandi I. Imp. filia nubit Alberto Magnanimo Duci Bavariæ Ratisbonæ. *Ehinger. Mateneſ. Gans. Fugger.* malè apud *Pieſſord.* legitur 6. Julij, & apud *Pallavicin.* 4. Junij. | 1506. |
| | Naſcitur LUDOVICUS Elector Palatinus filius Friderici III. ex Maria Brandeburgica nepte Chunegundis Auſtriacæ Duciſſæ Bavariæ, maritus Eliſabethæ Landgraviæ Haſſiæ, quæ fuit proneptis Eliſabethæ Auſtriacæ Reginæ Poloniæ. *Henning. P. 1. f. 216. P. 2. f. 22.* | 1539. |
| V. | CATHARINA filia Ferdinandi I. Imp. vidua Ducis Mantuæ nubit Sigiſmundo Auguſto Regi Poloniæ poſt mortem ſororis Annæ. *Jac. Fug. Strada. Mateneſ. MS.* atverò alij habent 13. Julij. | 1553. |
| | ALBERTUS Auſtr. Belgarum Princ. Oſtendam obſidet. *Calv.* | 1601. |
| | Obit MARGARITA filia Maximiliani II. Imp. Sanctimonialis Madriti cum inſigni opinione ſanctitatis. *Joan. Gans. Jac. Fugger.* | 1633. |
| VI. | OBit MARGARETA filia Friderici ſenioris Archiducis Tyrolenſium Principis. *Lequile.* Sed *Fugger* ponit pridie. | 1424. |
| | Obit SEBASTIANUS Rex Portugalliæ filius Joannis IV. | 1574. |

| | | ANNO. |
|---|---|---|
| | Principis ex Joanna Auſtriaca filia Caroli V. Cæſaris. *Vaſconcel.* Sed *Fugger & Henning.* habent 4. Auguſti. | |
| | Obit MAXIMILIANUS THOMAS filius Ferdinandi III. Imp. *MS. Adverſ.* | 1639. |
| | FERDINANDUS III. Imp. occupat manu armatâ Ratisbonam. *Sigiſm. Betul. Calend.* | 1634. |
| VII. | NAſcitur ANNA filia Ferdinandi I. Imperatoris Pragæ hora 4. matutina. *Strada. Pieſp. Ehing. Eytzing. Mateneſ. Reuſner. MS. Græcen.* Neſcio cur *Gans* poſuerit 14. Junij, & *Fugger* 7. Junij, niſi Typographus lapſus ſit, cum in Calendario deinde ponat 7. Julij. | 1528. |
| | Obit SIGISMUNDUS Auguſtus Rex Poloniæ maritus duarum ordine ſororum Auſtriacarum, Eliſabethæ & Catharinæ Ferdin. I. Imperatoris filiarum. *Fugger fol.* 511. | 1572. |
| | RUDOLPHUS II. Imp. prima Comitia Imperij celebrat Auguſtæ Vindelicorum à Statibus honorificentiſſimè exceptus. *Thuanus.* quod ad 27. Junij refert *Schmidius.* ſtylo veteri. | 1582. |
| VIII. | NAſcitur CAROLUS Archidux & infans Hiſpaniæ Philippi II. Regis ex Maria Luſitana filius Valliſoleti. *Strada. Pieſp. Ehinger. Gans. Bunting. Eberus. Jac. Fugger.* | 1545. |
| | Naſcitur FRIDERICUS Marchio Badenſis poſtea Epiſcopus Trajecti, filius Caroli ex Catharina Auſtriaca Erneſti Ferrei filia. *Henning. P. 1. fol.* 240. *Fugger in ſpec.* | 1458. |
| | Naſcitur SIGISMUNDUS Caroli IV. Imp. filius, poſteà Imperator, Alberti II Imp. Auſtr. ſocer. *Calviſ. ex Dubrav.* | 1368. |
| IX. | LEOPOLDUS Probus Alberti ſapientis Ducis filius Alberti I. Imp. nepos infeliciter cum Helvetiis pugnans ad Sempacum occumbit, & ſepelitur in Campo Regio. *Haſelbach. Roo. Suitz. Pieſpord. Ehing. Raymund. Fugger. Jacobus Fugger.* Errant verò *Strada, Lazius, Wurſbain*, qui habent 10. Junij, vt *Gebuilberus cum Eytzingero* qui habent 7. Junij, & *Mateneſ.* qui 8. Julij. | 1386. |
| | Naſcitur ELISABETHA filia Ferdinandi I. Imperatoris Lincij hora 4. matutina baptizata à Joanne Fabro Epiſcopo Viennenſi, poſtea Regina Poloniæ. *MS. Græc. Eytzing. Pieſpord. Gans. Strada. Ehinger.* ſolus *Mateneſins* ponit 10. Julij. | 1526. |
| | Naſcitur FERDINANDUS II. Imp. filius Caroli Archiducis Græcij die Mercurij, quadrante poſt octavam veſpertinâm. *MS. Græc.* | 1578. |
| | MAXIMILIANUS Archidux Caroli Græcenſis filius inſignitur Cruce Teutonici Ordinis. *MS. Græc.* | 1615. |
| X. | GOTFRIDUS Comes Habſpurgo-Lauffenbergicus filius Joannis I. obit, & ſepelitur Vettingæ. *Guillim. lib. 7. cap. 6. Habſpurg.* | 1375. |
| | FRANCISCUS Dux Lotharing. nuptias celebrat cum Chriſtina filia Chriſtiani II. Regis Daniæ ex Eliſabetha Auſtriaca Caroli V. ſorore. *Gualter Chron. Princ.* Obit | 1541. |

ANNO.

Obit CAROLUS Archidux Græcij Styriæ. Viſcera in vaſe cupreo condita ſunt in templo D. Ægidij ad Cornu Evangelij ſummi altaris. Corpus ſepultum Seccovij in Cathedrali Canonicorum Regularium S. Auguſtini in ſumptuoſo Mauſolæo, quod ſibi & ſuis conſtrui curavit. *MS. Græcenſe.* Malè *Betul. in Cale.* 1. Julij, niſi ſtylo veteri, vt ſolet. 1590.

Obit ANNA vxor Wolfgangi Palatini Rheni Bipontini neptis Eliſabethæ Auſtriacæ Reginæ Polon. *Henning.* 1591.

Obit CONSTANTIA filia Caroli Archiducis vxor Sigiſmundi III. Poloniæ Regis, Varſaviæ. *MSS. Græcenſ. Jac. Fugger.* 1631.

Obit FERDINANDUS IV. Rex Romanor. filius Ferdinandi III. Imp. Viennæ. *Avanc. in Elog.* Sed *Betul.* in Calendario pridie. 1654.

XI. CAROLUS IV. Lucelburgicus nepos Guthæ Habſpurgicæ Rudolphi I. Impera. filiæ, & ſocer Rudolphi IV. Archiducis, renuntiatur Imperator. *Henning. P.* 1. 1346.

Obit JOACHIMUS I. Elector Brandeburgicus nepos Annæ Auſtriacæ Alberti II. Imp. filiæ, Ducisſæ Saxoniæ, fundator Academiæ Francofordienſis. *Henning. P.* 2. *Germ. fol.* 210. 1535.

MARIA Maximiliana filia Alberti Magnanimi Ducis Bavariæ ex Anna Auſtriaca obit. *Fugger.* 1614.

Naſcitur MARGARITA Auſtriaca filia Philippi IV. Regis Hiſpan. poſtea Imperatrix. *MSS. & Jac. Fugger.* Alius *MS.* habet 12. Julij. 1651.

XII. GAndavenſes rebellant MAXIMILIANO I. Imp. *Bet. in Cal.* 1485.

Obit MARIA Luſitana Philippi II. Regis Hiſpaniæ vxor, ex partu Caroli filioli. *Vernulæus. Lequile. ſed Fugger ponit* 13. *hujus in Calend.* 1545.

Obit Mauritius Elector Saxoniæ pronepos Friderici II. Placidi Elector. & Margaritæ Auſtr. Friderici IV. Imp. ſororis. *Henn. P.* 2. *f.* 22. 1553.

XIII. ALBERTUS Archidux Maximiliani II. filius purpuram Cardinalitiam deponit Halæ ad D. Virginem ducturus conjugem Iſabellam. *Ehing.* 1598.

Idem ALBERTUS obit intra 11. & 12. noctis Bruxellæ, ibique ſepelitur in maiori æde. *MS. Græc. Ciacon. Strada. Anonym.* 1621.

Naſcitur FERDINANDUS III. Imp. filius Ferdinandi II. Græcii poſt mediam noctem ante horam primam. *MS. Græc.* malè poſuerunt *Ehinger, & Lequile* 20. Julij, & *Vernulæ.* 5. Maij. 1608.

Obit FRIDERICUS Gonzaga proavus Franciſci & Guliel-mi Ducum Mantuæ, quibus duæ ſorores filiæ Ferdinandi I. Imperat. nuptæ fuerunt. *Henning. P.* 2. 1484.

FERDINANDUS II. Imp. recipit Viennæ ab ordinibus Auſtriæ homagium. *Vernulæ.* 1620.

XIV. OBit AGNES filia Rudolphi Rhynfeldenſis Imperatoris poſt maritum Bertholdum Habſpurgicum primum Ducem Zaringiæ. *Pieſp. Lazius.* alii eam Mathidem vocant. 1111.

ANNO.

Obit CATHARINA vxor Friderici Strenui Landgravij Thuringiæ pronepotis Mechtildis Habſpurgicæ Rudolphi I. Imp. filiæ. Duciſſæ Bavariæ. *Henning. P. 2.* 1397.

Status Imperij homagium præſtant MAXIMILIANO I. Imp. in primis Comitiis Wormatiæ celebratis. *Aventin. Calviſ.* 1519.

SIGISMUNDUS III. Rex Poloniæ gener Caroli Archiducis Auſtriæ Smolensko occupatâ victor Villnam ingreditur. *Bucholtzer.* 1611.

Obit MARIA Princeps Sabaudiæ filia Caroli Emanuelis ex Catharina Auſtriaca. *Betul. Cal.* 1656.

XV.

OBit RUDOLPHUS I. Imperator Habſpurgicus Germersheimij, & ſepelitur Spiræ, vbi inſcriptio ſic habet. Rudolphus de Habſpurg Romanor. Rex anno regni ſui XVIII. Ob. anno Domini M. CC. XCI. menſe Julio in die diviſionis Apoſtolorum. *Philipp. Simonid. Jac. Fugger. MS. Chron. Vienn. Roo. Mateneſ Gans. Cuſpin. Eberhard. Ebing. &c.* malè poſuit *Lazius* anno 1289. Calend. Auguſt. & poſt eum *Pallavicinus.* Malè etiam *Bucelinus* 31. Aug. & *Strada* 30. Sep. & *Suitzerus* anno 1292. 1291.

ALBERTUS II. ſapiens Archidux Tigurum obſidet, ac Joannem Habſpurgo-Lauffenbergicum Comitem ex captivitate Tigurinorum, in qua duobus & medio anno detentus fuit per pacis conditiones liberat. *Henn. Suitz. Roo. Laz.* Sed *Guillim.* ponit Cal. Sept. 1352.

Obit WILHELMUS Archidux filius Leopoldi III. Viennæ, & ſepelitur ibidem ad D. Stephani in crypta majorum, id expreſsè habet Haſelbachius, qui tunc Viennæ vixit, cùm ponat in die diviſionis Apoſtolorum defunctum, ſecutus *Joan. Gans.* Alij diverſa habent *Raymundus Fugger.* 1. Junij. *Jacob Fugger* 11. Julij. *Lazius. Gebuilber. Eytzing. Eder.* anno 1405. *Ebinger & Pieſford.* 1407. ſed credendum *Haſelbachio* coævo. 1406.

Obit PHILIPPUS Bonus Dux Burgundiæ avus Mariæ Maximiliano I. Imp. nuptæ. *Jac. Fugger.* 1467.

ULADISLAUUS filius Caſimiri Regis Poloniæ ex Eliſabetha Auſtriaca Alberti II. Imp. filia eligitur Rex Hungariæ. *Anonym. MS.* 1491.

Naſcitur FERDINANDUS prior hujus nominis filius Caroli Archiducis Græcenſis Judenburgi medio quadrante poſt octavam matutinam. *MSS. Græc. Eytzing. Gans. Virid.* Aliter ponunt *Ebing. Pieſp. Mateneſius, & Jac. Fugger*, qui referunt ad 25. Julij, ſed *MSS. Græcenſia* ſunt ſynceriora. 1572.

MARIA ANNA filia Ferdinandi II. Imp. nuptias celebrat Viennæ cum Maximiliano Duce Bavariæ Electore. *MS. Græc. Jo. Gans in Arbor. & Gynæc.* ſed *Fugger* habet 10. Julij. 1635.

Naſcitur PHILIPPUS-AUGUSTINUS filius Ferdinandi III. Imp. circa mediam 2. poſt meridiem, baptizatus ſequenti die ab Epiſcopo Viennenſi. *Henricus Oræus. MSS. Jac. Fugger.* 1637.

XVI.

Obit CAROLUS ROBERTUS Rex Hungeriæ filius Caroli Martelli Regis Siciliæ ex Clementia Habſpurgica Rudolphi I. Imp. 1342.

ANNO.

Imp. filia *Bonfin. Betul. Calend. ſed Gualterus* ponit 7. Cal. Auguſti id eſt 26. Julii; niſi forte voluerit ſcribere 17. Cal. *Aug.* id eſt 16. Julij.

Obit *RUPERTUS* Archiepiſcopus Colonienſis ex Comitibus Palatinis Rheni patruus Mechtildis nuptæ Alberto VI. *Archiduci* Auſtriæ. *Henning. P. 2. Gualt. Chron. Epiſcop. f.* 1345. 1480.

Naſcitur *CÆCILIA* Renata vel Renea filia Ferdinandi II. Imp. Græcij media 3. poſt merid. *MS. Græc. Concio Funeb. Strada. Ebing. Gans. Mateneſ.* hæc poſtea Regina Poloniæ. 1611.

XVII. TRes Reges Sigiſmundus Polonus, Ladislaus Bohemus, & Ludovicus Hungarus conveniunt Viennæ ad *MAXIMILIANUM I.* Imperatorem. *Roo. Freyſtein. Eder. Fugger.* 1515.

Naſcitur *CAROLUS Archidux* Caroli Græcenſis prior hoc nomine filius brevis ævi, Græcij quadrante ante 6. veſpertinam. *MS. Græc. Gans Arbor. Eytz.* Falluntur qui ponunt die 17. Junij. *Pieſp. Ebing. Mat.* 1579.

XVIII. NAſcitur *ISABELLA* ſive Eliſabetha filia Philippi I. *Auſtriaci* Regis Hiſpaniæ, Bruxellis, quæ poſtea Regina Daniæ. *MS. Jo. Gans. Mateneſ. Pieſp. Ebing.* 1501.

*MARIA* filia Ferdinandi I. Imp. nuptias celebrat cum Guliel-mo Duce Cliviæ. *MS. Græcen. Joan. Gans. Eytzing. Pieſp. Mateneſ.* 1546.

Naſcitur *RUDOLPHUS II.* Imperator parum ante 7. veſpertinam die Lunæ Viennæ. *Strada. Pieſp. Eytzing. Ebing Mateneſ. Gans. contra Eder.* qui habet 18. Junij. 1552.

*LEOPOLDUS* Ignatius Rex Hungariæ, & Bohemiæ eligitur Imperator. *MSS. priv. Jac. Fugger.* 1658.

XIX. *PHILIPPI II.* Regis auſpiciis Mechlimia fame domita ſe tradit Hiſpanis. *Aſtron. Tyrnau.* 1585.

*MAGDALENA* Sibylla filia Alberti Friderici Marchionis Brandeburgici neptis Mariæ *Auſtriacæ* Duciſſæ Juliacenſis Ferdinandi I. Imp. filiæ, nubit Joanni-Friderico Duci Saxoniæ Electori. *Jac. Fugger ſeu Betul. in ſpec. fin. Bucelin. Auctar.* 1607.

XX. OBit *ALBERTUS* Sapiens & Contractus filius *Alberti* I. Imperatoris Viennæ, & ſepelitur in Cartuſia Gamingenſi quam fundavit. Ex inſcriptione Kônigsfeldenſi antiqua, *Joan. Gans. Jac. Fug.* Errant ergò, qui 22. Julij defunctum putant ut *Lazius*, quià tunc fortè ſepultus eſt: errant etiam, qui anno 1368. ut *Heuterus & Gundelfingenſis MS.* qui anno 1378. ut *Gebvilherus*, qui anno 1388. ut *Eder.* Nam filius Rudolphus natus 1339. anno ætatis vigeſimo adiit regimen *Auſtriæ*, ut ſæpè repetit in ſuis diplomatibus: ergò parens defunctus an. 1358. 1358.

Obit *ISABELLA Aragonia* Friderici *III.* Pulchri Imperatoris vxor, & ſepelitur Viennæ apud Minores. *Lequile. Guill. MS. Jac. Fugger.* 1331.

Obit *MARIA* Eugenia filia Philippi IV. Regis Hiſpaniæ infantula. *Joan. Gans. Jac. Fugger.* 1627.

XXI. | ANNO.

*MAGDALENA* Ducissa Bavariæ vxor Friderici Landshutani, soror Viridæ Leopoldo *III.* Archiduci nuptæ obit. *Henn. P. 1. fol.* 202. fuit eadem mater Henrici Landshutani, qui Margaretam *Austriacam Alberti* IV. Archid. filiam vxorem habuit. *Idemf.* 198. 1404.

Nascitur *CHRISTOPHORUS* nepos Caroli Marchionis Badensis & Catharinæ *Austriacæ* Ernesti *Archiducis* filiæ. *Henning. P.* 1. 1477.

*CAROLUS* V. Imp. Tunetum Africæ capit & Muleassem restituit, & multa millia Christianorum in libertatem asserit. *Eytzing. Marchantius. Ciaconius. sed Bunting.* sequenti die. 1535.

XXII.

OBit *MEINARDUS* Comes Tyrolis & Goritiæ avus paternus Elisabethæ nuptæ Alberto I. Imperat. Habspurgico. *Lequile. P.* 3. *fol.* 232. 1258.

Obit *HENRICUS* Princeps Saxoniæ Friderici Placidi Electoris ex Margarita Austriaca filius. *Henning.* 1433.

*FRIDERICUS IV.* Imp. assignat B. Joanni Capistrano Ord. Min. locum pro Monasterio observantum ad S. Theobaldum in suburbio Viennensi, vbi prius pauculæ sorores Tertii ordinis morabantur. Hoc Monasterium sequenti seculo propter Turcæ irruptionem dirutum & ad S. Hieronymum translatum est intrà urbem. *Wadding. in Annal. Minor.* 1451.

*MARIA* filia Philippi I. Regis Hispaniæ desponsatur Ludovico Regi Hungariæ Viennæ in Basilica *S.* Stephani. *Bonfin. Istuanf. Freystein. Gans. sed Roo* ponit die sequenti. 1515.

Tres Reges Polonus, Bohemus, Vngarus cum Maximiliano I. Imp. Viennæ in templo S. Stephani interfunt solenni Missæ, quam cecinit Cardinalis Strigonienfis, & tunc firmata affinitas cum Rege Hungariæ, Maria Hispana promissa Regi Hungaro, & Anna soror Hungari Ferdinando Hispano. *Eder. Vernulæ.* 1515.

XXIII.

OBit *ITHA* Lotharingica vxor Radepotonis Comitis Habspurgici, à quo rectâ serie masculina omnes hodierni *Austriaci* descendunt: sepulta in Cænobio Murensi quod dotaverat. *Guill. l.* 4. *c.* 3. 1026.

Obit *ALBERTUS* Marchio Badensis filius Caroli I. ex Catharina Austriaca. *Henning. P.* 1. 1488.

Nascitur *ANNA* filia Ladislai Poloniæ, & Hungariæ Regis vxor Ferdinandi I. Imp. hora 7. matutina. *Fugger spec. fol.* 511. Atverò *Bonfinius* habet anno 1501. *Wurfbain* anno 1504. *& Bucelinus* 1505. 1503.

*CAROLUS* V. occupat Mediolanum Duce Carolo Borbonio. *Ebing. Piesford.* 1529.

XXIV.

NAscitur *CATHARINA* filia *Alberti Animosi* Ducis Saxoniæ, postea vxor Sigismundi *Archid.* Tyrolensium Princip. *Buc. Auct.* 1468.

Nascitur *URSULA* filia Ferdinandi I. Imp. Neostadii *Austr.* intrà horam 3. & 4. post merid. *MS. Græc. Eytz. Piesp. Ebing. Strada. Gans. Mate.* 1541.

Obit

ANNO.

Obit *CAROLUS* filius Philippi II. Regis Hiſpan. Madriti ſepultus ibidem in Cænobio S. Dominici. *Strada. Eytzing. Pieſp. Mateneſ* Verùm *Gans.* habet 23. Julij, & *Beyrl.* in Octobri. 1568.

XXV. NAſcitur *AMELIA* filia Philippi Electoris Palatini ex Margarita Bavara nepte Margaritæ *Auſtriacæ* Erneſti Ferrei Archiducis filiæ Duciſſæ Saxoniæ. *Henning. P.* 1. 1490.

*PHILIPPUS* II. Rex Hiſpan. nuptias celebrat cum Maria Angla Vinceſtriæ. *Vaſconcell. Pieſp. Mateneſ. Strada.* Alij habent pridie, *vt Schleidanus. Buntingus.* 1554.

Obit *FERDINANDUS* I. Imp. Viennæ ex tabe catharrhali paulo ante 7. veſpertinam ſepultus Pragæ in templo S. Viti penes vxorem. *MS. Græc. Ciacon. Pieſp. Mateneſ. Bellus. Bunt.* vixit annos 61. menſes 4. dies aliquot. 1564.

Naſcitur Magnæ ſpes altera Romæ *JOSEPHUS-JACOBUS JOANNES-IGNATIUS-ANTONIUS-EUSTACHIUS* filius Leopoldi *Auguſti* Imperatoris Viennæ. *MSS. adver.* 1678.

XXVI. NAſcitur *ANNA* filia Coſmi Magni Ducis Hetruriæ poſtea vxor Fedinandi Caroli *Archiducis Auſtriæ. Com.* à *Brandis. Lequile. Betulius.* 1616.

*LEONORA* Imperatrix Ferdinandi II. vxor coronatur Regina Hungariæ Poſonij. *Anonym. MS. Vernulæus*, ſed hic ponit Sopronij non Poſonij. 1622.

XXVII. OBit *RUDOLPHUS* IV. Magnanimus, qui primus titulo Archiducis eſt vſus filius *Alberti* Sapientis febre calidâ Mediolani, & Viennæ in crypta ad Divum Stephanum quam condidit primus ſepultus eſt. *Haſelbach. MS. Gundelfing. MS.* qui habet Dominica proxima poſt Jacobi. *Pieſpordius. Alii* habent 24. Julij ut *Jac. Fugger. f.* 345. *ſed in tabula fol.* 337. ponit 26. Aug. alii habent 26. Julij. ut *Roo. Ehinger*, plerique 25. Julij feſto S. Jacobi, *ut Strada. Gebvilher. Eytzing. ſed Fitzing.* 7. *Auguſti. Lazius.* 2. *Sept. melius fortè Lambecius.* die 31. Julij, quæ fuit tunc Dominica poſt Jacobi. 1365.

Naſcitur *ALBERTUS* Animoſus Dux Saxoniæ Friderici II. Placidi Electoris ex Margareta Auſtriaca filia Friderici IV. Imp. genitus. *Henning. P.* 2. *Germ. fol.* 22. 1443.

Naſcitur *MARIA* Maximiliani II. Imp. filia Sabbatho inter 3. & 4. matutinam Viennæ. *Gans. Eytzing. Pieſp. Mateneſ.* 1555.

Obit *CAROLUS* Emanuel Dux Sabaudiæ gener Philippi II. Regis Hiſpaniæ. *Fugger. Spec.* 1630.

*LEOPOLDUS* Imperator inſigni de Gallis victoria potitur. Cadit tormenti ictu proſtratus Turreinius Gallorum ſupremus militiæ Dux. *Novellæ.* 1675.

XXVIII. OBit *VICTOR* Papa II. ex Comitibus Caluenſibus nepos Wiltrudis 1057.

| | | ANNO. |
|---|---|---|
| | trudis Habſpurgicæ, & patruus Godefridi, cui nupta Luitgardis Habſpurgica. *Henning. Bucelin.* | |
| | *SANCIA* Regina Siciliæ ſocrus Catharinæ *Auſtriacæ* Alberti I. Imp. filiæ, obit. *Wadding. in Annal. Minor.* | 1344. |
| XXIX. | *MARIA* Scotiæ Regina vidua Franciſci II. Franciæ Regis affinis Iſabellæ Reginæ Catholicæ nubit Henrico Stuarto *Anglo. Gualter. To.* 3. | 1564. |
| | *FERDINANDUS* infans Hiſpaniæ Philippi III. Regis filius renuntiatur â Paulo Papa V. S. R. E. Cardinalis. *Oldoinus T.* 4. *fol.* 449. | 1619. |
| XXX. | OBit *HENRICUS* Impuber Dux Bavariæ maritus Margaretæ filiæ *Alberti* IV. Archiducis Auſtriæ, ſororis *Alberti II.* Imperatoris. *Henning. P.* 1. | 1450. |
| | *MAGDALENA* filia Gulielmi Ducis Cliviæ ex Maria Auſtriaca Ferdinandi I. Imperatoris filia nupta Joanni Palatino Duci Bipontino, obit. *Jac. Fugger. Calend.* | 1635. |
| XXXI. | OBit *FRIDERICUS* ex Comitibus Zollerenſibus Epiſcopus Conſtantienſis filius Eitelfriderici IV. atnepotis Eliſabethæ (vel *Agnetis*) Habſpurgicæ Rudolphi I. Imp. ſororis, & Eliſabethæ (ſeu Margaretæ) Wirtenbergicæ, quæ fuit proneptis Agnetis Habſpurgo-Zaringicæ. *Henning. P.* 1. *fol.* 309. *& P.* 2. *fol.* 219. | 1436. |
| | Obit primo genitus *CAROLI* Archiducis Græcenſis filius Ferdinandus dierum 16. infans Judenburgi, & ſepelitur in conditorio paterno Cænobii Seccovienſis. *MS. Eytzing. Ebing. Pieſp. Gans.* | 1572. |

## *AUGUSTUS.*

| | | |
|---|---|---|
| I. | *GEBHARDUS* Habſpurgo-Zaringicus Epiſcopus Conſtantienſis dedicat templum S. Petri ad Harcyniam fundatum â Bertholdo fratre primo Duce Zâringiæ. *Guillim. lib.* 5. *fol.* 191. | 1093. |
| | *FRIDERICUS* Princeps Poloniæ filius Caſimiri Regis ex Eliſabetha *Auſtriaca* donatur pileo Cardinalitio ab *Alexandro* Papa VI. *Ciacon. Oldoin. Anonym.* | 1493. |
| | *ALBERTUS* Brandeburgicus Elector Moguntinus nepos *Annæ* Auſtriacæ Alberti *I.* Imperat. filiæ *S*olenni cæremonia recipit Cardinalitium pileum Auguſtæ. *Henning. P.* 2. *fol.* 211. | 1518. |
| | Naſcitur *SIGISMUNDUS* Auguſtus Rex Poloniæ, maritus duarum Ferdinandi *I.* Imperat. filiarum. *Jac. Fugger. ſpec. fol.* 511. | 1520. |
| | *LEOPOLDUS* *A*uguſtus *I*mp. Victoria potitur contra Turcas ad S. Gothardum. *Jac. Fugger.* | 1664. |
| | Naſcitur. *MAXIMILIANUS II.* Imperat. Auſtriacus hora nona veſpertina die Jovis Viennæ. *MS. Pieſp. Mateneſ. Ebing. Strada. Eder.* | 1527. |
| II. | OBit *EMANUEL-PHILIBERTUS* Sabaudiæ Dux, cujus filius Carolus Emanuel duxit Catharinam *Auſtr.* Philippi *II.* Regis | 1580. |

| | | ANNO. |
|---|---|---|
| | gis Hiſpaniæ filiam. *Bucelin. in Nucle. P. 1. Jac. Fugger.* ait natum ex Catharina, ſed mater ejus fuit Beatrix Luſitana. *Henning. P. 2. Germ. fol. 81.* | |
| | HENRICUS III. Rex Galliæ affinis Philippi II. Regis Hiſpani, qui ejus ſororem Iſabellam duxerat, occiditur â Sicario 1. Aug. & 2. obit. *Gualter. in Chron. Princ.* | 1589. |
| III. | NAſcitur ERNESTUS Bavariæ Princeps Alberti Ducis ex Chunegunde Auſtriaca filius, deinde Archiepiſcopus Salisburgenſis. *Betul. Calend.* | 1500. |
| | Naſcitur JOANNES PRUDENS Brandeburgicus pronepos Annæ Auſtriacæ Alberti II. Imperatoris filiæ Duciſſæ Saxoniæ. *Henning. P. 2. fol. 210.* | 1513. |
| | CAROLUS V. Imp. Duce Marchione Marignano Gallos cædit in ditione Senenſi memorabili clade. *Vernulæ.* | 1554. |
| | Obit PHILIPPUS EMANUEL Princeps Sabaudiæ filius Caroli Emanuelis ex Catharina Auſtriaca. *Betul.* | 1604. |
| | Obit ANNA Mantuana Ferdinandi Archiducis Tyrolenſis ſecunda vxor, & ſepelitur in Cœnobio Servitarum Oeniponti fundatione ſua. *Jac. Fugger. Lequile. fol. 364. Betulius* in Calendario ponit 3. Julij. Sed prius in Tabula 3. Auguſti. | 1621. |
| IV. | WENCESLAUS Junior Bohemiæ Rex Wenceslai ſenioris ex Gutta Habſpurgica Rudolphi I. filia genitus, occiditur Olomutij. *Fugger in Calend. Haſelbach. MS. Roo.* | 1306. |
| | CAROLUS V. Imp. Auguſtæ Vindelicorum Senatores alios pro aliis ſubſtituit. *Vernulæus.* | 1548. |
| V. | NAſcitur ALEXANDER Rex Poloniæ ex Eliſabetha Auſtriaca Alberti II. Imp. filia. *Anonym.* | 1461. |
| | ELEONORA Auſtriaca Philippi I. Regis Hiſpaniæ filia nubit Franciſco Regi Galliæ in Montemarcanis. *Eder.* alij habent ann. 1530. vt *Fugger. Eytzing. Matenef.* ſed id de coronatione intelligendum. | 1529. |
| | Obit ELEONORA filia Ferdinandi I. Imp. Duciſſa Mantuæ vidua Gulielmi hora 22. Mantuæ, & ſepelitur ibidem in templo PP. Soc. JESU, quod cum Collegio fundavit. *Jo. Gans. Jac. Fugger. Spec.* | 1594. |
| | Naſcitur ALBERTUS SIGISMUNDUS Princeps Bavariæ Alberti III. ex Anna Auſtriaca Ferdinandi I. Imp. filia pronepos. *Bucelin. Auctor.* | 1623. |
| | FERDINANDUS IV. filius Ferdinandi III. Imp. coronatur Rex Bohemiæ. *Jac. Fugger. Calend.* | 1647. |
| | LEOPOLDUS frater Ferdinandi IV. coronatur Imperator. *MSS. & Fugger.* | 1658. |
| VI. | MARIA CHRISTIERNA filia Caroli Archiducis Græcenſis nubit Sigiſmundo Bathori Principi Tranſylvano. *Gualter. Jac. Fugger.* Stylo veteri ponit *Bucholzerus* die 27. Julij. | 1595. |

ANNO.

Obit MARIA LEONORA filia Leopoldi Archiducis Tyrolenſis biennis. *Jo. Gans.* 1629.

Naſcitur CAROLUS JOSEPHUS filius Ferdinandi III. ex Leopoldina, in cujus partu poſtridie mater defuncta eſt. Alij ponunt 7. Auguſti, ſed falluntur. *Adverſ. prop. Vienn.* 1649.

VII.

NAſcuntur ANNA & CLARA gemellæ filiæ Friderici Landgravij Thuringiæ deſignati Regis Romanorum ex Mechtilde nepte Mechtildis Habſpurgicæ Ludovico Severo Bavaro nuptæ. *Henning.* 1345.

Naſcitur CAROLUS POSTHUMUS filius Caroli Archiducis Græcenſis, Græcij. *MS. Græc. Pieſp. Mateneſ. Bncelin.* Sed *Ebing.* poſuit 11. Auguſti, & erravit. 1590.

Obit LEOPOLDINA Auguſta Ferdinandi III. Imp. ſecunda conjunx: cùm pridie feliciter prolem enixa fuiſſet, nocte ſubſequente obſtetricum incuriâ exſpiravit. *Ex noſtr. Adverſar. Vienn.* 1649.

VIII.

OBit ALPHONSUS V. Rex Portugalliæ frater Eleonoræ Imperatricis Friderici IV. conjugis, in eodem cubiculo in quo natus fuerat. *Vaſconcell.* Vixit annos 49. Menſes 7. 1481.

Obit LUDOVICUS Dux Wirtenbergicus pronepos Chunegundis Auſtriacæ Friderici IV. Imp. filiæ, & Alberti Bojorum Ducis. *Henning. P.* 1. 1593.

CÆCILIA RENATA deſponſatur Uladislao Regi Poloniæ, fuit filia Ferdinandi II. Imp. *Oræus in Theat. Europ.* qui latè deſcribit ſolennitatem peractam & nuptias per Legatum Caſimirum fratrem Regis. fol. 740. *Jac. Iugger* poſuit 9. Auguſti. 1637.

IX.

ALBERTUS I. filius Rudolphi I. Imperatoris devicto Adolpho Naſſovio renuntiat Electioni ſuæ, & liberum relinquit Electoribus nominandi quem vellent, & iterum eligitur Imperator. *MS. Chron. Vienn.* horum temporum. *Roo. Bellus.* alij aliter *Reuſner.* 27. Julij. *Henning.* an. 1299. 27. Julij. *Cuſpin.* 25. Julij. vult coronatum, ſed errat. 1298.

Naſcitur JOANNES filius Friderici IV. Imp. Neoſtadij Auſtriæ in Vigilia S. Laurentij. *Pieſpord. Mateneſ. Ebinger. Iugger. & Gans.* Sed anno vno tardius, quàm alij. 1466.

ISABELLA filia Philippi I. Regis Hiſpaniæ, nubit Chriſtiano II. Regi Daniæ. *Gans. Eytzing. Strada. Mateneſ.* 1515.

X.

LANDOLUS quem alij Lancelinum & Betzelinum appellant Comes Habſpurgicus intereſt prælio, quo Otho Imperator ad Auguſtam Vindelicorum Hungaros ingenti cæde proſtravit: jam aliàs etiam relatis ſpoliis de eadem gente nobilitatus; cùm plerisque Imperatorum expeditionibus interfuit. *Guillimann. lib. 4. fol.* 112. & 119. 955.

Obit LEOPOLDUS filius Ottonis Jocoſi Archiducis, & ſepelitur Neupergæ fundatione paterna. *Strada. Pieſp. Ebing. Fugger.* 1345.

CA-

| | | ANNO. |
|---|---|---|
| | CAROLUS V. Imp. Florentiam in Thuſcia occupat, & Medicæis reſtituit. *Vernulæ.* | 1530. |
| | PHILIPPUS II. Rex Hiſpaniæ Gallos magnâ cæde affligit ad S. Quintinum. *Chytræus.* | 1557. |
| | FRANCISCUS II. Valeſius affinis Philippi II. Regis Hiſpaniæ cui ſoror Iſabella nupſit, coronatur Rex Franciæ. *Henning. P. 2.* | 1559. |
| | Naſcitur PHILIPPUS Dux Holſatiæ Adolphi filius ex Chriſtina Landgravia Haſſiæ pronepte Eliſabethæ Auſtriacæ Reginæ Poloniæ. *Henning.* | 1570. |
| XI. | OBit ANNA vxor ſecunda Friderici ſenioris Archiducis Tyrolenſium Principis, nata Duciſſa Brunſuicenſis ſeu Lunæburgenſis, & ſepelitur in Cœnobio Stambſiano. *Lequile. Jac. Fugger.* | 1432. |
| | AMELIA Palatina Rheni filia Philippi Electoris ex Margarita Bavara nepte Margaritæ Auſtriacæ Duciſſæ Saxoniæ nubit Georgio Duci Pomeraniæ. *Henning.* | 1513. |
| | Eadem die HELENA Ameliæ ſoror deſponſatur Henrico Duci Megapolenſi eodem anno. *Idem Henninges.* | 1513. |
| | Naſcitur ISABELLA CLARA EUGENIA Philippi II. Regis Hiſpani filia pridie S. Claræ Segoviæ. *Pieſpord. Strada. Ehing. Mateneſius.* | 1566. |
| XII. | ISABELLA filia Philippi Regis Hiſpaniæ vxor Chriſtiani II. coronatur Regina Daniæ biduo poſt nuptias. *Joan. Gans.* | 1515. |
| | Naſcitur CLARA ISABELLA filia Leopoldi Archiducis Tyrolenſis die Dom. hora 7. matut. poſtea Duciſſa. Mantuæ *Jo. Gans. Fug.* | 1629. |
| XIII. | OBit LUDOVICUS Manſuetus Palatinus Elector ſocer Alberti VI. Archiducis Auſtriæ Wormatiæ in Comitiis die S. Hippoliti. *Henning. P. 1.* | 1449. |
| | Naſcitur CHRISTIANUS III. Rex Daniæ filius Friderici I. Regis ex Anna nepte Annæ Auſtriacæ filiæ Alberti II. Imperatoris. *Henning. P. 2.* | 1503. |
| | CAROLUS V. per Ferdinandum Corteſium occupat Mexicum Rege cum centum millibus Indorum cæſis. *Vernulæ.* | 1521. |
| | Obit JOANNES CONSTANS Elector Saxoniæ nepos Friderici II. Placidi ex Margareta Auſtriaca ſorore Friderici IV. Imperatoris. *Henning. P. 2. fol. 19.* | 1532. |
| XIV. | OBit FRIDERICUS I. Burggravius Norimbergenſis filius Eitelfriderici ex Eliſabetha ſorore Rudolphi I. Imp. Habſpurgici. *Henning. P. 2. Germ.* | 1290. |
| | Naſcitur MAGDALENA filia Ferdinandi I. Imp. Oeniponti die Mercurij hora 8. veſpertina. *MS. Græc. Eytz. Pieſp. Maten. Strada. Ehing. Gans.* | 1532. |
| | ELEONORA filia Ferdinandi I. Imperatoris Duciſſa Mantuæ viduatur marito Gulielmo. *Jac. Fugger.* | 1587. |

ANNO.

Naſcitur MARIA MARGARETA filia Philippi IV. Regis Hiſpan. die Sabbathi, & obit poſt 30. horas, ſepulta in Eſcuriali. *Gans. Anonymus.* 1621.

CLARA ISABELLA filia Leopoldi Archiducis Tyrolenſis viduatur marito Carolo Mantuano. *Jac. Fugger.* 1665.

XV. RUDOLPHUS Comes de Habſpurg avus Rudolphi Imperatoris cum filio Alberto donis ac muneribus locupletat Canoniam Beronenſem, vbi in diplomate ſe nominat *Rudolphus DEI Gratia Landgravius Alſatiæ, & Comes de Habſpurg, &c. Guillimann. lib. 6. fol. 256.* 1227.

Obit OTTILIA vxor Chriſtophori Badenſis filij Caroli Marchionis ex Catharina Auſtriaca. *Henning. P. 1. Betul. Calend.* 1517.

Obit MARIA MARGARETA filia Philippi IV. Regis Hiſpaniæ, infans 30. horarum. *Gans. Anonym. MS.* 1621.

XVI. OBit CAROLUS filius Rudolphi I. Imperatoris ſex Menſium infans, ſepultus Baſileæ in Choro Cathedralis Baſilicæ, cujus oſſicula ſe vidiſſe gloriatur Gebuilherus ante ſeculum. *Annal. Columbarienſes.* 1276.

Naſcitur ANNA filia Caroli Archiducis Græcenſis tertio quadrante ad ſextam veſpertinam Græcij. *MS. Græc. Gans. Ebing. Eytzing. Mateneſ.* facta dein Regina Poloniæ. 1573.

XVII. OBit BARNABOS VICECOMES, Dux Mediolanenſis, ſocer Leopoldi III. Probi Archiducis Auſtriæ. *Bucelin. Auctar.* 1385.

MATTHIAS Hungariæ Rex Neoſtadium civitatem Auſtriæ longa obſidione fatigatam deditione occupat, & ingentem ibi theſaurum reperit in arce, ſimulacra argentea Chriſti, B. Virginis & Apoſtolorum, quæ omnia aufert. *Freyſtein. Thomaſich. MSS.* 1487.

ALBERTUS V. Marchio Brandeburgicus Dux I. Boruſſiæ nepos Eliſabethæ Auſtriacæ Reginæ Poloniæ fundat Academiam Regiomontanam. *Henning. P. 2. fol. 216.* 1544.

Naſcitur MARIA MAGDALENA filia Caroli Ferdinandi Archiducis Tyrolenſium Principis. *Jacob. Fugger.* pridie ponit *Rittershuſius.* 1656.

XVIII. MAXIMILIANUS I. Imperator nuptias celebrat cum Maria Burgunda Gandavi in Flandria. *Marchantius. Pieſpord. Gans. Gualter.* Sed *Roo* habet 30. Auguſti, *Fugger* 20. Auguſti, *Marchantius* diſtinctiſſime omnia proſeqvutus ait 18. ſponſos conveniſſe, & poſtridie benedictionem nuptialem accepiſſe. 1477.

Naſcitur MARIA filia Philippi III. Regis Hiſpaniæ Madriti. *MS. Græcenſ.* at verò *Strada* habet in Eſcuriali, fuit deinde vxor Ferdinandi III. Imperatoris. 1606.

XIX.

ANNO.

XIX. *MAXIMILIANUS* I. per Anhaltinum Principem Viennam ab Hungaris detentam recuperat, & cives Anhaltino jurant. *Freyſtein. Roo.* Ipſe in ædibus Epiſcopi divertit, donec caſtrum expugnaretur, in quod ſe Hungari receperant. *Idem.* 1490.

Obit *FRIDERICUS* IV. Imp. Auſtriacus Lincij *Auſtriæ* ſuperioris diarrhœâ: inteſtina condita ſunt Lincii in æde Parochiali: corpus depoſitum Neoſtadij, vnde poſteà Viennam translatum eſt ad cryptam in Cathedrali, & poſt 20. annos ad proprium Mauſolæum. Vixit annos 77. menſes 10. d. 27. atque adeò ferè 78. imperavit annis 53. menſ. 4. d. 4. ut Cuſpinianus ſupputat: qua ratione triennio ſuperavit *Auguſtum* Imp. vivendo, & triennio minus imperavit, quàm *Auguſtus.* *Pieſſ. Eytzing. Gebvilher. Ehing. Eder. Bunting. Onnphrius. Strada.* Errat *Lazius*, qui ponit defunctum 1490. & *Roo.*, qui die 20. *Anniverſarium* habet apud *Scotenſes* 18. Auguſti. 1493.

Obit *ALEXANDER* Rex Poloniæ Caſimiri Regis ex Eliſabetha *Auſtriaca* filius, Lidæ, & ſepelitur Villnæ in Lithuania. *Anonym. MS.* 1506.

XX. OBit *ALBERTUS* Palatinus Rheni in Mosbach Epiſcopus Argentinenſis filius Ottonis, & Joannæ Bavaræ, quæ fuit filia Henrici Landshutani ex Margareta Auſtriaca Alberti IV. *Archiducis* filia. *Henning. P.* 1. *fol.* 211. 1506.

Obit *ELISABETHA* Brandeburgica filia Joachimi II. Electoris ex Magdalena Saxonica nepte Eliſabet. *Auſtr.* Reginæ Poloniæ. *Henning. P.* 2. *fo.* 211. 1529.

*ALBERTUS Archidux* Belgarum Princeps Hulſtum expugnat *Calviſius.* 1596.

XXI. *ALBERTUS* I. Imperator fundat duo Beneficia Eccleſiaſtica Spiræ ſervato ſibi & ſucceſſoribus jure patronatus. diploma expeditum Wimpenæ. *Philipp. Simonid. Chron. Spiren.* 1306.

*ULADISLAUS* Princeps Poloniæ filius Caſimiri Regis ex Eliſabetha *Auſtriaca Alberti* II. Imperatoris filia, coronatur Rex Bohemiæ. *Betul. inſpec. fol.* 511. *Bucelin. in Auctar.* 1471.

Naſcitur *LUDOVICUS* Palatinus Rheni filius Friderici V. Electoris exauthorati, qui fuit atnepos Eliſabethæ Auſtriacæ Reginæ Poloniæ *Alberti* II. Imperat. filiæ. *Bucelin. in Auctar.* 1623.

XXII. *MAXIMILIANUS* I. Imperator Hungaros in Caſtromunitos oppugnat, dein militem in Hungariam ducit. *Roo. Freyſtein. Laz.* 1490.

*MAXIMILIANUS* filius Maximiliani *II.* Imp. eligitur Rex Poloniæ. *Fugger.* 1587.

*ELISABETHA* Borbonia filia Henrici IV. Regis Galliæ deſponſatur Philippo *IV.* Regi Hiſpan. *Joan. Gans.* 1612.

*FERDINANDI III.* Imperatoris auſpiciis Urangelius Sueci- | ANNO
cus copiarum Ductor â Joanne de Werth, & Montecuculi gravi cla- | 1647.
de atteritur. *Bucelin. Auctar.*

XXIII. *FRIDERICUS Auſtriæ* Dux Badenſis ſtirpis & Conradinus Sue- | 1269.
vus à Carolo *Andagaxenſi* capti. *MS. Chron. Vienn.* quod dicit hac
die capite truncatos, ſed verius ſunt capti. v. 29. oct.

*RUDOLPHUS* Lotharingiæ Dux filius Ellſabethæ *Auſtriacæ* | 1346.
nepos Alberti I. Cæſaris occumbit ad Creſſiacum. *Anonym. Henn. P. 1.*

Obit *JOANNES* Lucelburgicus Rex Bohemiæ maritus Eliſa- | 1346.
bethæ neptis Rudolphi I. Imperatoris, in prælio ad Creſſiacum. *Henn.*
*P. 1. fol. 258. Fugger fol. 105.*

Naſcitur *JOANNES* Fridericus Com. Palatinus Bipontinus | 1587.
nepos Mariæ Auſtriacæ Ferdinandi I. filiæ. *Henning. P. 1.*

*MARIA Anna* Ferdinandi *III.* Impera: filia deſponſatur Carolo | 1646.
Balthaſari filio Philippi IV. Regis Hiſpaniæ, ſed is non multo poſt
obiit. *Nic. Ritzershuſ.*

XXIV. NAſcitur *JOANNES* Dux Saxoniæ filius Georgij Barbati, ne- | 1499.
pos Eliſabethæ *Auſtriacæ* Alberti *II.* Imp. filiæ Dresdæ. *Henn.*
*P. 2. fol. 22.*

*SUSANNA* filia Chunegundis *Auſtriacæ* & Alberti Ducis Ba- | 1518.
variæ nuptias celebrat cum Caſimiro Brandeburgico in Comitiis Au-
guſtanis. *Chron. Auguſt. Fugger. Henning. fol. 205. & 214.*

*MAXIMILIANUS* Archidux Hatwanum urbem Hunga- | 1590.
riæ muniriſſimam expugnat. *Calviſius.*

*ALBERTUS I.* Imperator coronatur Aquiſgrani feſto S. Bar- | 1298.
tholomæi *MS. Chron. Vienn. Roo. Pieſpord.* vnde errant. *Cuſpinianus*, qui 25.
Julii & *Mateneſ.* qui 22. *Auguſti* id factum ſcribunt, & *Lazius.* qui an-
no 1300.

*AGNES* ſoror Alberti Imp. Duciſſa Saxoniæ viduatur marito | 1298.
Alberto *II.* Electore *Roo.* qui ait ab hominum accurrentium multitu-
dine oppreſſum in ipſa Coronatione *Alberti.*

XXV. *RUDOLPHUS I.* Habſpurgicus Imperator confligit cum Otto- | 1278.
caro Bohemo, qui in prælio occiditur. Ita *Eberhardus in Annal. &*
*Haſelbachius MS. & Chron. Vienn. MS.* alii proinde errant, qui 25. Sept. re-
ferunt hoc prælium ut *Roo. Pieſp. & 1. octob. ut Vernulæ. & 21. octob.* alii *apud*
*Fugger.* qui ponit in vigilia S. Bartholomæi, ſed *MS. Chron. Vienn.* habet
expreſſè *feria 6. proxima poſt Bartholomæi*, aliunde conſtat prælium fe-
ria 6. commiſſum. Qui verò ponunt ſequenti die 26. intelligendi
ſunt, quod tunc cadaver Ottocari inventum ſit, vel ut habet *Haſelbach.*
tunc primum Ottocarus exſpiraverit.

Obit *ALBERTUS* IV. Archidux cognomento *Patiens*, & *Mi-* | 1404.
*rabilia Mundi* cum Znoymam obſideret venenato poculo propinato,
dela-

| | | ANNO. |
|---|---|---|
| | delatus Chorneoburgum, ibi exſpiravit ſepultus ad D. Stephanum. *ita Roo. Strada. Matenes. Pieſpord. Eytzing. Ehing. Jac. Fugger.* ſed vide 13. ſept. | |
| XXVI. | OBit *ERNESTUS* Dux Saxoniæ Electo Friderici Placidi ex Margareta Auſtriaca filius. *Henning.* | 1486. |
| | Obit *CAROLUS III.* Dux Sabaudiæ (frater Philiberti, cui nupta fuit Margarita *Auſtriaca* Maximiliani I. Imp. filia) Vercellis. *Thuanus, Henninges.* qui habet annum 1554. *Schmid.* ad diem 16. *Aug.* ſtylo veteri. | 1553. |
| | *CAROLUS* Archidux Græcenſis filius Ferdinand I. Imp. nuptias celebrat cum Maria filia *Alberti* Ducis Bavariæ Viennæ Auſtriæ *MS. Græc. Matenes. Wurſbain. Gans.* malè *Pieſp.* in ſeptembri. | 1571. |
| XXVII. | NAſcitur *GEORGIUS* Barbatus Dux Saxoniæ nepos Friderici Placidi Electoris & Margaritæ *Auſtriacæ* Friderici IV. Imp. filiæ. *Henning. P. 2. Germ.* qui ait, quod ſummo odio perſecutus ſit Martinum Lutherum. | 1471. |
| | *JOANNES* Albertus Caſimiri Regis Poloniæ ex Eliſabetha *Auſtriaca* filius eligitur Rex Poloniæ. *Anonym. MS.* | 1492. |
| | Naſcitur *MAXIMILIANUS* Dux Wirtenbergicus pronepos Chunegundis Auſtriacæ Friderici IV. Imp. filiæ & *Alberti* Boiorum Ducis. *Henning. P. 1. Germ.* | 1555. |
| | *FERDINANDUS II.* Duce Tillio copias Regis Daniæ inſigni prælio fundit. *Vernulæ.* | 1626. |
| XXVIII. | NAſcitur *FRIDERICUS* Dux Saxoniæ filius Friderici Placidi ex Margareta *Auſtriaca* Erneſti Ferrei filia. *Henning. P. 2.* | 1439. |
| | *LUDOVICUS* Rex Hungariæ nepos Eliſabethæ *Auſtriacæ* *Alberti* II. filiæ gener Philippi I. Regis Hiſpaniæ, & affinis Ferdinandi I. Imp. occumbit in prælio contrà Turcas ad Mochatzium. Ita ad hanc diem *Chron. Auguſta. Freyſtein. Joan. Thomaſich. Boſſuenſis.* hic tamen vno die tardius uti & *Fugger.* Unde errant *Eytzing. & Pieſp.* qui habent 25. Aug. | 1526. |
| | *FERDINANDUS II. Auſtriacus* eligitur Rex Romanorum Francofurti die Mercurii. *MS. Græc. Matenes. Bucelin. Lamormain. Anon.* | 1619. |
| | *LEOPOLDUS* Gulielmus *Archidux* filius Ferdinandi II. accipit primam tonſuram Græcii in ſacello aulico ab *Apoſtolico* Nuntio Eraſmo Paravicino, & renuntiatur Canonicus Moguntinus. *MS. Tho. Epiſcopi Labac. MS. Græcenſe.* | 1619. |
| XXIX. | *ALBERTUS* I. Imperator. tranſfertur Spiram, & ibi ſepelitur, cum prius Wettingæ fuiſſet depoſitus, ut habet inſcriptio tumuli apud *Philipp. Simonid. & Jac. Fugger.* | 1308. |
| | Obit *SABINA* Princeps Bavariæ filia *Alberti* Ducis ex Chunegunde *Auſtriaca*, vxor Ulrici Ducis Wirtenbergici. *Henn. Anonym. MS.* | 1564. |
| | Obit *ALBERTUS* III. *Auſtriacus* cognom. cum Trica Fundator | 1395. |

| | | ANNO. |
|---|---|---|
| | dator Academiæ Viennenſis, & ſepelitur in crypta apud S. Stephanum Viennæ: ità *Joan. Gans.* ex inſcriptione crucis ſuprà tumbam: niſi denotet diem ſepulturæ: quià alii habent defunctum 18. Auguſti, ut *Laz. Eder. Roo.* Errant verò in anno obitus. qui ponunt annum 1388. *ut Eder, & Ehinger. anno* 1389. *ut Strada. Pieſpord. Mateneſius. Raymund. Fugger.* De loco etiam variant: plerique Laxenburgi, ſed *Gans* ex inſcriptione præfata Znoymæ putat obijſſe, & idem aſſerit *Lazius*, ex quo puto poſſe conciliari auctores, quod ex venationis laſſitudine ſoluto ventre die 18. cæperit deficere, & deportatus Laxenburgum ibi objerit die Decollationis S. Joannis Baptiſtæ, ut habet *Haſelbach. MS.* Metuo tamen ne *Gans* Albertum 3. cum 4. confuderit, de quo ſuprà 25. *Aug.* | |
| XXX. | OTTHO COMES Habſpurgicus filius Luithardi, electus Epiſcopus Argentinenſis trucidatur in arce Rottenburga per ſicarios ſubornatos à plebe *Argentinenſi. Pieſp. Laz. Reuſner. Guilliman. lib. de Epiſc. Argentin.* qui licet familiam taceat, ait tamen ab Erkenbaldo ſucceſſore Epiſcopo carmine deploratnm, & Martyrem appellatum fol. 128. quod ipſum repetiit *Wimphelingius.* | 913. |
| | Obit *ELISABETHA* Auſtriaca filia Alberti II. Imp. mater S. Caſimiri Reginæ Poloniæ Cracoviæ, & ibidem ſepelitur. *Joan. Gans. Wurſbain. Mateneſ. Jac. Fugger.* atverò *Lequile* poſuit pridie, & *Mateneſius* vno anno prius. | 1505. |
| XXXI. | MAXIMILIANUS II. poſteà Imperator è ſacro fonte levat Carolum Maximilianum filium Henrici II. Regis Galliæ dictum poſteà Carolum IX. *Vernulæ.* | 1550. |
| | Naſcitur *CAROLUS* IV. Dux Mantuæ filius Caroli *III.* ex Iſabella Clara *Auſtr.* filia Leopoldi Archiducis Tyrolenſium Principis. *Jac. Fugger. in Calend.* | 1652. |

## *SEPTEMBER.*

| | | |
|---|---|---|
| I. | RUDOLPHUS Comes Habſpurgicus, qui poſteà Imperator Comitis Regenſpergenſis arcem Glantzenbergam evertit. *Guill. Habſp. libro 6.* | 1265. |
| | *MAXIMILIANUS I.* Imperator victor Trajectum ingreditur. *Betul. Calend.* | 1483. |
| | *HEDWIGIS* filia Sigiſmundi Regis Poloniæ neptis Eliſabethæ Auſtriacæ nubit Joachimo *II.* Electori Brandeburgico. *Henninges P. 2. fol. 211.* | 1535. |
| II. | NAſcitur *FRANCISCUS* filius Maximiliani I. Imperatoris. *Roo. Pieſp. Mateneſ.* | 1481. |
| | Obit *ISABELLA* Emanuelis Luſitaniæ Regis vxor, Joannæ Philippo Auſtriaco nuptæ ſoror. *Mariana. Calviſius.* ad 23. Auguſti nimirum ſtylo veteri. | 1498. |
| | Obit *ELEONORA* filia Phllippi I. Regis Hiſpaniæ vidua Franciſci | 1558. |

ANNO.

Franciſci I. Regis Galliæ. *Gans. Mateneſ. Bucelin.* licet ponat *Hagelgans* in Februar. *Pieſpord. & Ehinger* Martio. & *Eytzing.* die 14. Aprilis. Obiit Talaruelæ, & ſepulta Pace Auguſtæ.

III. OBit ANNA Bohema filia Wenceslai ex Gutta Habſpurgica Rudolphi I. Imp. filia, vxor Henrici Ducis Carinthiæ. *Lequile.* ſed *Megiſerus* ait anno 1316. defunctam, & *Betulius* ponit 14. Septemb. 1313.

Obit ANNA Lucelburgica vxor ſecunda Ottonis Jocoſi Archiducis. *Lequile. Jac. Fugger.* in anno diſcordant alij. Nam 1338. *Haſelbachius.* anno 1340. *Henning. Laz. Pieſpord. Ehinger*, & anno 1345. *Gundelfingenſis MS.* ſepulta in Novomonte Styriæ fundatione mariti. *Lazius. Gans. Mateneſ.* 1338.

Obit ALDOBRANDINUS IV. Marchio Eſtenſis filius Obizonis VII. ex Eliſabetha Saxonica nepte Agnetis Habſpurgicæ Rudolphi I. Imp. filiæ. *Henning. P. 2.* 1361.

Obit ELEONORA Luſitana vxor Friderici IV. Imp. & ſepelitur Neoſtadij ad S. Trinitatem Ciſtercienſium Cœnobio fundatione ſua, translata poſtmodum Viennam ad maritum. *Lazius. Gans. Cuſpin. Pieſpord. Ehing.* Vixit annos 30. minus 5. dieb. *Cuſpin.* 1467.

IV. PHILIPPUS I. Archidux cedente Socero adit regimen regnorum Hiſpaniæ & Valliſoleti cum Joanna conjuge ſolenni ritu Rex inauguratur. *Roo in Annal. Betul. in Calend.* homagium Philippo à Proceribus hac die præſtitum ait *Calviſius ex Mariana.* 1506.

Obit WILHELMUS Landgravius Haſſiæ pronepos Eliſabethæ Auſtriacæ Reginæ Poloniæ, Alberti II. Imp. filiæ. *Henning.* ad 25. Auguſt. ſtylo veteri. 1592.

RUDOLPHUS II. Imp. cum Achmete Turcarum Tyranno paciſcitur in annos viginti. *Bucholzerus. Schmid.* 1606.

V. WERNHERUS Comes Habſpurgicus Epiſcopus Argentinenſis diſceſſurus Conſtantinopolim teſtamentum condit, quo Comites Habſpurgicos ſeniores ætate conſtituit Advocatos Monaſt. Murenſis à ſe & fratre Radepotone fundati, & aucti. *Guill. l. 4. Habſp.* 1026.

ELISABETHA Tyrol. mater Eliſabethæ Alberto I. Imp. nuptæ transfertur in novum conditorium Stambſenſe præſente filia. *Lequile.* 1284.

ALBERTUS & ISABELLA Clara Belgarum Principes primo Bruxellas adveniunt. *Vernulæus.* 1599.

Naſcitur LUDOVICUS XIV. Rex Franciæ ex matre Anna Auſtriaca Philippi III. Regis Hiſpaniarum filia. *MS. adverſ.* 1638.

VI. CATHARINA filia Philippi Audacis Burgund. Ducis deſponſatur Leopoldo Auſtr. Archid. cognomento Craſſo. *Guill. MS. Leq.* 1387.

HADRIANUS VI. Papa concedit Regibus Hiſpan: jus præſentandi Epiſcopos, & Regibus Caſtellæ præſentationem perpetuam trium Militarium ordinum. *Vernulæ.* 1523.

ANNO.

WOLFGANGUS Palatinus Rheni Bipontinus vxorem ducit Annam filiam Philippi Landgravij Haſſiæ ex Chriſtiana Saxonica nepte Eliſabethæ Auſtriacæ Reginæ Poloniæ. *Henning. P. 1.* 1544.

FERDINANDUS III. Imperator de Suecis ad Nordlingam gloriosè victor. *Fugger. Oræus.* 1634.

VII.

HUngari & Auſtriaci cum Bohemis dum fruſtra expetunt ſuum Principem hæredem Ladislaum à FRIDERICO IV. Imperatore, cum 24. millibus armatorum obſident Neoſtadium Auſtriæ, ubi tunc cum Cæſare morabatur Ladislaus, qui tandem certis conditionibus dimiſſus eſt. *Th. Ebend.* Interim dum Viennenſes interſunt obſidioni Neoſtadij, Rudigerus de Stahrenberg pro Cæſare militans Viennam obſidet ac penè capit. *Jac. Fugger.* 1452.

Naſcitur EDUARDUS Princeps Portugalliæ frater Iſabellæ Carolo V. nuptæ. *Henning. P. 1.* 1515.

Dux Bavariæ & Fridlandus pro FERDINANDO II. Imp. ad Altenburgam ſeptem millia Suecorum cædunt. *Bucelin.* 1632.

VIII.

OBit BERTHOLDUS IV. Habſpurgicus Dux Zaringiæ, & ſepelitur ad S. Petrum Harcyniæ. *Guill. lib. 6. fol. 225.* 1186.

AGNES filia Ludovici IV. Bavari Imperatoris neptis Mechtildis Habſpurgicæ Rudolphi I. Imp. proneptis, ingreditur Monaſterium S. Claræ, in quo cum ſanctitatis opinione vixit. *Matth. Rad. in Bav. S.* 1349.

Naſcitur ELEONORA Luſitana vxor Friderici IV. Imperatoris. *Cuſpin.* 1437.

MAXIMILIANUS II. Auſtriacus coronatur Rex Hungariæ. *Strada. Pieſp. Ehing. Lequile.* diſcordat *Mateneſ.* qui ponit die ſeq. 1563.

FERDINANDUS II. coronatur Imperator Francofurti in Baſilica S. Bartholomæi. *Lamormaini in vita*: alij ponunt die ſeq. *ut Mat. Anonym. Fugger.* 1619.

Naſcitur FERDINANDUS IV. Rex Romanorum filius Ferdinandi III. Auguſti. *MS. Gans. circa horam 2. matutinam MS. Græc.* 1633.

IX.

MARIA Auſtriaca vxor Maximiliani II. Jmp. coronatur Regina Hungariæ Poſonij in æde D. Martini cùm pridie maritus coronatus fuiſſet. *Iſthuanſi. in hiſt. Hung.* 1563.

RUDOLPHI II. Imp. auſpiciis Mercurius Dux Albam Regalem in Hungaria obſidet & poſteà expugnat. *Calviſius.* 1601.

Obit FRIDERICUS IV. Elector Palatinus, filius Ludovici IV. Electoris, & Eliſabethæ Landgraviæ Haſſiæ, quæ fuit proneptis Eliſabethæ Auſtriacæ Reginæ Poloniæ, Alberti II Imp. filiæ. *Betul. in ſpec. fol. 143. Henning. P. 1. Germ. fol. 126.* 1610.

X.

MARGARITA filia Maximiliani I. Imp. viduatur marito Emanuele Pulchro Duce Sabaudiæ, quem in Bronzeo Cænobio ſuæ fundationis ſepelivit. *Henning. P. 2. Mateneſ.* 1504

Naſci-

ANNO.

Naſcitur GEORGIUS Landgravius Haſſiæ in Darmſtatt, filius Philippi & Chriſtianæ Saxonicæ, quæ fuit neptis Eliſabethæ Alberti II. Imp. filiæ. *Henning.* 1547.

Obit MAGDALENA filia Ferdinandi I. Imp. in Parthenone Hallenſi intra 12. & 1. horam noctis, ſepulta Hallæ in templo fundationis ſuæ, cujus tumbæ appoſitum ſertum ex amarantho & roſmarino diutiſſimè viruit. *Jo. Gans. Pieſp. Ehing. Mateneſ.* 1590.

XI.

OBit LUDOVICUS I. Rex Hungariæ gener Caroli IV. Imp. avus Eliſabethæ nuptæ Alberto II. Auſttiaco Imperatori. *Gualter. Chronic. Princ. fol. 555.* Avus item alterius Eliſabethæ Bavaræ per filiam Eliſabetham Stephani fibulati vxorem, nuptæ Ottoni Archiduci Auſtriæ. *Henning. P. 1. fol. 198.* 1382.

Naſcitur JOANNES GEORGIUS Marchio Brandeburgicur Elector filius Joachimi II. ex Magdalena Saxonica nepte Eliſabethæ Auſtriacæ Reginæ Poloniæ. *Henning. P. 2.* 1525.

Oſtenda Auſpicis ALBERTI Archiducis Belgarum Principis poſt trium annorum & trium ferè menſium obſidionem ab Ambroſio Spinola deditione capitur. *Bucholzer. Schmidius.* 1604.

XII.

FRANCISCUS I. Valeſius Rex Galliæ maritus Eleonoræ Auſtriacæ Caroli V. Imp. ſororis, naſcitur. *Jac. Fugger. Calend.* 1494.

Obit ALBERTUS Dux Saxoniæ Margaritæ Auſtriacæ Erneſti I. Ferrei filiæ filius, à Pontifice appellatus Dextra manus Imperij. *Anonym. Henning. P. 2. fol. 22.* ſed *Fugger* die ſeq. 1500.

FERDINANDI I. Imperatoris exercitus magnâ clade atteritur à Turcis, & Solimannus Peſtum occupat. *Calviſius ſtylo vet.* 1541.

XIII.

OBit CATHARINA Lucelburgica vxor Rudolphi IV. Archiducis Fundatoris & Ingenioſi, de qua *Tho. Haſelbachius* teſtatur, quod vidua in Berchrolsdorff (vulgo Pettersdorff) multos annos exegerit, & perſonaliter SS. Apoſtolorum limina viſitaverit, multas reliquias & indulgentias pro diverſis Eccleſiis Roma attulerit à ſummo Pontifice impetratas, & vitam laudabili fine concluſerit. Falluntur ergò, qui ſcripſerunt marito præ mortuam, & alteram conjugem Rudolphi fuiſſe Margaretam Maultaſchiam vt *Laz. Gebuilher. Eytzing.* Obit verò Catharina anno 1373. ſepulta apud Maritum in Crypta S. Stephani Viennæ. *Raymund. Fugger. Cuſpin. Jed Jac. Fugger* 29. hujus *Lequile* verò 13. Cal. Oct. quæ eſt 19. Septemb. 1373.

Naſcitur MARIA filia Philippi I. Regis Hiſpaniæ, poſtea Regina Hungariæ, Bruxellis. *Pieſpordius Mateneſius.* Atverò Gans poſuit errore Typographi 17. Septemb. & cum eo Fugger. Credo *Pieſpordio* qui Bruxellæ vixit. 1505.

ANDREAS Auſtriacus Ferdinandi Archiducis Tyrolenſium Principis filius creatur Cardinalis. *Ciacon. Strada.* 1576.

ANNO.

Obit PHILIPPUS II. Auſtriacus Rex Hiſpaniæ. *Ehing. Strada. Pieſp. Mateneſ. Bucelin. Betulius.* & ſepelitur in Eſcuriali D. Laurentij fundatione ſua. *Vaſconcel.* vixit annos 71. 1597.

Obit LEOPOLDUS Archidux Tyrolenſium Princeps frater Ferdinandi II. Imperatoris Oeniponti, ita *MSS. Græc. Bucelinus. & Co. de Brandis.* aliter alij qui 17. Septemb. defunctum ſcribunt, vt *Gans. Lequile. Jac. Fugger.* vel potius ejus augmentator, credo *MSS.* vixit annos 45. Menſes 11. dies 4. vt idem *MSS.* 1632.

XIV. OBit ALBERTUS IV. Archidux cognomento patiens, & mirabilia mundi veneno in medicina porrecto ad Znoymam, vbi cum Sigiſmundo Cæſare vrbem oppugnabat, in lectica delatus Chorneoburgum ibi extinctus eſt, & ſepultus Viennæ in Crypta majorum, vbi & mater ejus Beatrix ex Berchtoldsdorff translata cum ipſo tumulata eſt teſte *Haſelbachio* qui tunc vixit, & vidit in lectica ægrum deferri. *Joan. Gans* obitum hac die poſuit, id eſt *Die Dominico in Feſto Exaltationis S. Crucis*, ſine dubio ex inſcriptione tumuli, quam in Crypta conſpexit. Alij de quibus ſupra 25. Auguſti ponunt obitum, ſed puto ego ea die propinatum illi venenum, & obſidionem ſolutam. Fuit (vt inquit *Haſelbachius*) *Literatorum & Religioſorum indefeſſus zelator.* Cum Canonicis ad S. Dorotheam nocturnas horas ſolebat decantare, Diſputationibus Academicis frequenter intereſſe. Vixit ſolum 27. annis. *Thom. de Haſelbach. MSS.* 1404.

ULADISLAUS filius Caſimiri Regis Poloniæ ex Eliſabetha Auſtriaca eligitur Rex Hungariæ. *Anonym. MS.* ſed *Betulius* ponit 21. Septemb. & anno 1590. quo nullus Ladislaus in Ungaria fuit. 1491.

Obit FRIDERICUS Epiſcopus Trajectenſis Caroli Marchionis Badenſis ex Catharina Auſtriaca filius, ſepultus Badenæ. *Jo. Gans. Henning. P.* 1. ſed fortè veteri ſtylo, quia *Betulius* ponit 24. 1517.

ALBERTO Archiduci filio Maximiliani II. Imper. Ordines Belgij homagium præſtant. *Vernulæ.* 1598.

LEOPOLDUS AUGUSTUS coronatur Rex Bohemiæ. *Jac. Fugger. Calend. Anonym. Novell.* 1663.

XV. OBit RUPERTUS Virtuoſus Palatinus Rheni, gener Georgij Divitis Ducis Bavariæ & Hedwigis Polonæ Caſimiri ex Eliſabetha Auſtriaca filiæ. *Bucelin. Auctar.* 1504.

CAROLUS V. Imp. in Comitiis Auguſtanis decernit contra Lutheranos, vt omnia in priſtinum ſtatum reſtituant. *Calviſ. ex Chythræ.* 1530.

Naſcitur CAROLUS filius Philippi III. Regis Hiſp. die Sabbathi hora 9. cum dimidia poſt meridiem Matriti. *Strada. Pieſp. Mateneſ. Ehing. Gans.* ſed *Betulius* habet 14. hujus, & *Buchholzerus* 5. Sep. ſtylo vet. 1607.

XVI. OBit BERTHOLDUS Burggravius Norimbergenſis Epiſcopus Eyſtettenſis pronepos Eliſabethæ Habſpurgicæ Rudolphi I. Imp. ſororis. *Henning. P.* 2. *Germ.* Obit 1365.

ANNO.

Obit *CAROLUS* V. Valeſius Rex Franciæ filius Joannis Regis ex Gutta Bohema nepte Guttæ Habſpurgicæ Rudolphi I. Impera. filiæ. *Henning. P. 2. fol. 32. Gualter. Chron. Princ.* 1380.

*FERDINANDUS II.* Imp. Ducibus Bavaro & Tillio Heidelbergam occupat, vbi ſequenti die ſacra Catholico ritu celebrantur. Bibliotheca inter omnes totius orbis ſecunda, quæ ex Monaſteriorum ruinis creverat Romam mittitur. *Anonym. Vernulæ.* & alii. 1622.

XVII.

*FRIDERICUS I.* Imp. creat Henricum Marchionem Auſtriæ S. Leopoldi filium primum Ducem cum præeminentia inter cæteros Duces, vbi ait. *Unus de Palatinis Archiducibus eſt cenſendus, &c. poſt Electores Principes obtineat primum locum. Guilliman. Habſpurg. fol. 210. Jacob. Fugger. ſpec. fol. 170.* 1156.

*FRANCISCUS* Archidux Maximiliani I. Imp. filius natus 2. ſept. hac die baptizatur ab Henrico Bergenſi, Cameracenſium Epiſcopo. *Roo.* 1481.

Obit *PHILIPPUS* Marchio Badenſis nepos Caroli & Catharinæ Auſtriacæ Erneſti Archiducis filiæ. *Henning. P. 1. Germ.* 1537.

Naſcitur *ANNA* Maria Bipontina filia Philippi Ludovici, neptis Mariæ Auſtriacæ Ferdinandi I. Imp. filiæ. *Henn. P. 1. fol. 218.* 1575.

Obit *CATHARINA* Princeps Poloniæ Caſimiri Regis ex Eliſabetha Auſtriaca neptis, vxor Joannis *III.* Regis Sueciæ. *Bucelin.* 1583.

*WILHELMUS II.* Dux Bavariæ nuptias celebrat, cum Renata Lotharinga: fuit filius Alberti Magnanimi ex Anna Auſtriaca Ferdinandi I. Imp. filia. *Henning. P. 1. fol. 94.* 1596.

Obit *PHILIPPUS IV.* Auſtriacus Rex Hiſpan. *Jac. Fug. MS. adver.* 1665.

XVIII.

OBit *LUDOVICUS* Dux Bavariæ filius Ludovici IV. Imperat. nepos Mathildis Habſpurgicæ Rudolphi I. Imperatoris filiæ. *Henning. P. 1.* 1361.

*MAXIMILIANUS I.* Impera. occupat Albam Regalem in Hungaria. *Betul. in Calend.* 1490.

Naſcitur *LUDOVICUS* Dux Bavariæ Alberti ſapientis filius ex Chunegunde Auſtriaca. *Gualter. Chron. Princ.* 1495.

Naſcitur *AMALIA JACOBI* Palatina Bipontina filia Joannis neptis Mariæ Auſtriacæ Ferdinandi I. Imperat. filiæ Duciſſæ Cliviæ. *Henning. P. 1.* 1592.

XIX.

*JOANNA* hæres Hiſpaniarum ſponſa Philippi *I.* Archiducis appellit in Belgium. *Betul. in Calend.* 1496.

*CAROLUS* Philippi I. Archiducis filius appellit primo in Hiſpanias. *Betul. Calend.* 1517.

Mercurius Dux pro *RUDOLPHO II.* Impera. obſidet Albam Regalem in Hungaria, & dein expugnat. *Sethus Calviſius.* 1601.

Obit *FRIDERICUS IV.* Elector Palatinus cujus vxor Eliſabe- 1610.

| | | ANNO. |
|---|---|---|
| | tha filia Philippi Landgravii Haſſiæ proneptis Eliſabethæ *Auſtriacæ* Alberti II. Imp. filiæ. *Gualter. Chron. Princ.* | |
| XX. | *CAROLI* V. Imp. auſpicio *Aphrodiſium* Africæ urbs ſeptuageſimo quarto die obſidionis capitur. Cerva Vegæ Ducis, quæ ſuâ ſponte per ruinam inſilierat Chriſtianis attulit bonum omen. *Thua.* | 1550. |
| | *MAXIMILIANUS II.* Imp. coronatur Rex Bohemiæ Pragæ in Cathedrali præſente patre Ferdinando. *Strada. Pieſpord. Mateneſ. Ebinger. Betul.* | 1562. |
| | Obit *GREGORIA* Maximiliana filia Caroli Archiducis Græcenſis ſponſa Philippi *III.* Regis Hiſpaniæ, Græcii quadrante ante 6. matutinam. *MSS. Græc. Joan. Gans.* | 1597. |
| | Naſcitur *MARIA* Thereſia filia Philippi IV. Regis Hiſpaniæ vxor Ludovici XIV. Regis Galliæ. *MSS. Jacob. Fugger.* | 1638. |
| | Naſcitur *MAXIMILIANUS II.* Dux Bavariæ filius Maximiliani I. ex Anna Auſtriaca. *Betul.* | 1638. |
| XXI. | *BERCHTOLDUS III.* Dux Zaringiæ Habſpurgicus conditor Friburgi Briſgoiæ Molshemium Alſatiæ inferioris oppidum tranſiens à civibus noctu oppreſſus interficitur. Corpus delatum ad S. Petri Harcyniæ fundationem paternam, & in æde Capituli ante Abbatis ſedem ſepultum eſt. Uxor Sophia vidua dein Leopoldo Styriæ Marchioni nupſit. *Guilliman. lib. 5. fol.* 196. | 1122. |
| | *JOANNES I.* Comes Habſpurgo-Lauffenbergicus in prælio contrà Toggenburgicum Comitem geſto occumbit, Toggenburgico ab ejus miiitibus in fruſta conciſo. *Guillim. lib. 7. fol.* 331. | 1337. |
| | Obit *HEDWIGIS* filia Friderici Archiducis Tyrolenſium Principis in infantia. *Jac. Fugger. ſpec.* | 1427. |
| | Naſcitur *HEDWIGIS* filia Caſimiri Poloniæ Regis ex Eliſabetha Auſtriaca Alberti II. Imp. filia, poſteà Duciſſa Bavariæ. *Anonymus. MS. ſed Fugger* ponit 2. huius. | 1457. |
| | Obit *CAROLUS* V. Imperatorum Maximus in Hiſpaniis in Cænobio S. Juſti, ibique primò humatur, deinde à filio translatus in Eſcuriali S. Laurentii. *Eytzing. Ebinger. Bunting. Vernulæ. Gans. Marchantius. Bucelinus. contrà Beyrlinck, qui 21. octob. & Mateneſ.* qui 21. Decemb. | 1558. |
| | *MARIA* vxor Maximiliani II. Imp. filia Caroli V. Imp. coronatur Regina Bohemiæ. *Vernulæ.* | 1562. |
| | Naſcitur *VINCENTIUS* Dux Mantuæ filius Gulielmi ex Eleonora Auſtriaca. *Sigiſm. Betul. Calend.* | 1562. |
| | *RUDOLPHUS* II. Imp. coronatur Rex Bohemiæ. *Ebing. Mat. Pallavicin. Lequile. Jac. Fugger. contrà Bunting. Vernulæ. Gans.* qui ponunt 22. ſept. & *Stradam*, qui ponit anno 1575. | 1573. |
| | Obit *OCTAVIUS* Farneſius Dux Parmenſis Margaretæ Auſtriacæ maritus. *Betul.* | 1587. |
| | Naſcitur | |

| | | ANNO. |
|---|---|---|
| | Naſcitur *PHILIPPUS* Dux *Aurelianenſis* filius Ludovici *XIII.* Regis Galliæ ex Anna Maria *Auſtriaca* Philippi *III.* Regis Hiſpan. filia. *Betul.* | 1640. |
| XXII. | OBit *LUDOVICUS* Comes Tyrolenſis frater Ellſabethæ nuptæ *Alberto* I. Imperatori Habſp. *Lequile.* | 1305. |
| | *JOANNA* Duracia vidua Wilhelmi *Archiducis Auſtriæ* poſt obitum mariti diſcedit in Apuliam, à matre revocata, vbi mortuo Ladislao fratre ipſa regnum ſibi vſurpavit, & quendam Gallum maritum accepit, ut ait *Thom. Ebendorffer.* qui tunc vixit Viennæ. Unde errat *Lazius & ſequaces*, qui aiunt Joannam defunctam ante maritum, imò ante nuptias: & tertiam conjugem *Agnetem* filiam Caroli IV. Imp. ductam obiſſe eodem anno, quo Wilhelmus. | 1406. |
| | *JOANNES* Franciſcus Gonzaga renunciatur primus Marchio Mantuæ à Sigiſmundo Imperatore. fuit abnepos Agnetis Habſpurgicæ Rudolphi I. Imperat. filiæ Ducisſæ Saxoniæ. *Henning. P. 2.* | 1433. |
| | Naſcitur *ANNA* Maria Mauritia filia Philippi *III.* Regis Hiſpaniæ, poſteà vxor Ludovici *XIII.* Regis Galliæ Valliſoleti hora 1. & vno quadrante poſt mediam noctem, quinque diebus ante natalem ſui mariti. *Strada. Pieſp. Gans. Ciacon. Ehing. Mateneſ. Bucelin. contrà Bet.* qui ponit pridie. | 1601. |
| | Naſcitur *ALPHONSUS* Mauritius filius Philippi *III.* Regis Hiſpaniæ, hora 11. cum dimidia poſt meridiem in Eſcuriali. *Strada. Pieſp. Mateneſ. Ehing. Bucelin.* | 1611. |
| XXIII. | NAſcitur *FRIDERICUS* IV. Imperator Erneſti Ferrei *Archiducis* filius Oeniponti. *Cuſpin. Lazius. Roo. Pieſpord. Mateneſ. Ehing. Jacob. Fugger. Raymund. Fugger.* contrà *Vernulæum. Gans. Eder.* qui ponunt 21. Septemb. & *Pallavicinum* qui habet Calend. octob. | 1415. |
| | *JOANNES* Albertus filius Caſimiri Regis Poloniæ ex Eliſabetha Auſtriaca filia *Alberti* II. Imp. coronatur Rex Poloniæ. *Anon. MS.* | 1492. |
| | *JOANNES* Franciſcus Gonzaga primus Marchio Mantuæ atnepos Rudolphi I. Imperatoris per abaviam *Agnetem* Habſpurgicam, obit anno ætatis 54. *Henning. P. 2.* | 1444. |
| XXIV. | OBit *ELISABETHA* vxor *Alberti II.* Imp. *Auſtriaci* mater Ladislai Regis Bohemiæ ex vteri inflammatione, vel ut alij putant veneno. Sepulta Pragæ in Regum monumento. *Roo. Jac. Fug.* | 1443. |
| | *ALBERTUS* Brandeburgicus Archiepiſcopus Moguntinus & Cardinalis, *Annæ Auſtriacæ* Alberti *II.* Imperat. filiæ nepos, obit. *Aug. Oldoinus. Ciacon. Henning. P. 2. fol. 211.* | 1545. |
| | Tranſactio inter *PHILIPPUM II.* Regem Hiſpaniæ & Paulum *IV.* Pontificem confirmatur. *Thuanus* ſed *Schmidius.* ſtylo veteri. 14, Septemb. | 1557. |
| XXV. | OBit *PHILIPLUS* I. *Auſtriacus* Rex Hiſpaniæ, Burgi Caſtellæ, | 1506. |

| | | ANNO. |
|---|---|---|
| | læ, inteſtina ibi condita, cor delatum Brugas Flandriæ, corpus humatum apud Mira flores Cartuſianos propè Burgum. *Roo. Pieſp. Ebing. Eytzing. Guicciard. Bellus. Mateneſ. Chron. Auguſta. Wurſbain. Paulus Eberus. Marchant. Buntingus.* Errat *Strada*, qui habet 7. Sept., & alii apud *Gans* qui 17. Septemb. & *Schmidius*, qui 28. Sept. & *Gebvilherus cum Edero*, qui anno 1507. | |
| | Naſcitur *CATHARINA* filia Ferdinandi I. Imp. intra horam 8. & 9. matutinam Viennæ Auſtriæ die Jovis, baptizata à Joanne Fabro Epiſcopo Viennenſi. *MSS. Eytz. Pieſp. Ebing. Gans. Strada. Mateneſius.* fuit deinde Duciſſa Mantuæ & demum Regina Poloniæ. | 1533. |
| | Naſcitur *ELEONORA* filia Caroli Archiducis Græcenſis tertio quadrante ad 4. poſt merid. *MSS. Gans. Ebing. Eytzing. Pieſp.* contrà *Mateneſ.* qui habet 13. Sept. | 1582. |
| XXVI. | NAſcitur *WOLFGANGUS* Palatinus Rheni Bipontinus gener Philippi Landgravii Haſſiæ & Chriſtianæ, quæ fuit neptis Elibethæ *Auſtriacæ* Reginæ Poloniæ Alberti II. Imp. filiæ. *Henning. P. 1. fol. 218.* | 1526. |
| | *HENRICUS* Julius Dux Brunſuicen. & Lunæburg. filius Julii ex Hedwige Brandeburgica pronepte Eliſabethæ Auſtriacæ Reginæ Poloniæ, nuptias celebrat cum Dorothea filia Auguſti Electoris Saxoniæ. *Henning. P. 2.* | 1585. |
| | *LEOPOLDUS* Imperator cum Turcarum Tyranno inducias paciſcitur. *Betul.* | 1664. |
| | *RUDOLPHUS I.* Imperator Wenceslao Regi genero ſuo confirmat officium Pincernatus in Imperio & dignitatem Electoralem. *Goldaſtus. Calviſius.* | 1390. |
| | Vienna *Auſtriæ* ingenti exercitu obſidetur à Solimanno Turcarum Imperatore. *Iſthuanf. Megiſer. Sleidan.* | 1529. |
| XXVII. | NAſcitur *WENCESLAUS* Rex Bohemiæ, cui poſteà nupta Gutta Habſpurgica filia Rudolphi I. Imp. *Betul, Calend.* | 1270. |
| | Naſcitur *CASIMIRUS* Marchio Brandebnrgicus nepos Eliſabethæ Auſtriacæ filiæ Alberti II. Imperat. *Henning. P. 2. fol. 214.* cuius vxor Sophia neptis Friderici IV. Imperatoris. | 1481. |
| | Naſcitur *CAROLUS* filius Maximiliani II. Jmperat. Viennæ die Mercurii 27. Septemb. intrà horam 12. & 1. noctis, ſuſceptus è ſacro fonte à Thoma Peronotto Oratore Catholici Regis, & Helena de Brederode ejus conjuge, nec non Franciſco Laſſo Cæſareæ Aulæ Præfecto. *MS. Græc. Pieſp. Gans. Mateneſ. Strada. Ebing. Errat Vernulæus.* qui 28. poſuit: nam alii plerique 26. habent computantes totam noctem cum præcedenti die. | 1565. |
| | Naſcitur *LUDOVICUS XIII.* Rex Franciæ maritus deinde Annæ *Auſtriacæ* Hiſpanæ. *Jac. Fugger.* | 1601. |

Obit

ANNO.

Obit MAXIMILIANUS Dux Bavariæ maritus Mariæ Annæ Auſtriacæ Ferdinandi II. Imp. filiæ. *Jac. Fugger.* 1651.

XXVIII.

SIGISMUNDUS Imperator ſocer Alberti II. Imp. Auſtriaci magnâ clade afficitur à Bajazethe Turcarum Tyranno ad Nicopolim: pleriq; culpam adſcribunt Gallorum proterviæ. *Calviſ. Schmidius.* 1396.

Obit MARIA ANNA filia Ferdinandi II. Imp. vxor Maximiliani Ducis Bavariæ Electoris. *Jac. Fugger.* 1665.

Naſcitur FERDINANDUS Wenceslaus Joſephus filius Leopoldi Imperatoris Viennæ. *Com. de Brandis.* 1667.

XXIX.

GOTFRIDUS Comes Habſpurgo-Lauffenbergicus obit, ſepeliturque Vettingæ. *Guillim. lib. 7. c. 2.* 1271.

RUDOLPHUS I. Habſpurgicus renuntiatur Cæſar ab Electoribus Francofurti. *Guillim. Lequil. Vernul. Pieſſ. Mæteneſ. Fugger.* atverò *Roo.* 4. Octob. qua die in caſtris nuntium accepit de electione. 1273.

FRIDERICUS *III.* Pulcher Auſtriacus infeliciter cum Ludovico Bavaro Imperij competitore confligit. *Cuſpin. Roo. Fugg. Hundius. Pieſſ. Bellus.* alij an. 1323. alij. 1324. vt *Cuſpin. & Beyrlinck. Theat. vit. hum.* 1322.

Obit ELISABETHA vxor Joannis Lucelburgici Regis Bohemiæ filia Wenceslai Regis ex Gutta Auſtriaca Rudolphi I. Imp. filia. *Anonym.* 1330.

Naſcitur WILHELMUS Junior Dux Bavariæ filius Alberti Magnanimi ex Anna Auſtriaca Ferdinandi I. Imperatoris filia. *Brunner. Anonym. Græc.* 1548.

RUDOLPHUS II. Imp. coronatur Rex Ungariæ Poſonij. *Pieſſ. Pallavicin. Vernulæ.* Aliter alij qui ponunt 25. Sept. vt *Lequile. Jac. Fugger. Iſtuanfi.* Sub dubio alterutrum *Ehinger.* & 26. Sept. *Calviſius.* 1572.

XXX.

OBit MARGARETA Sabauda vxor Ludovici Manſueti Electoris Palatini, Socrus Alberti VI. Archiducis, Erneſti Ferrei filij. *Henning. P. 1. Germ. fol. 210.* 1470.

FRANCISCUS II. Galliæ Rex frater Iſabellæ Philipo Regi Hiſpano nuptæ coronatur Rhemis. *Schmid. ex Thuano.* aliàs 20. Sept. atverò *Henninges* habet 10. Auguſt. vt ſup. relatum. 1559.

Naſcitur MAXIMILIANUS-PHILIPPUS Dux Bavariæ filius Maximiliani Electoris ex Maria Anna Auſtriaca filia Ferdinandi II. Imperatoris. *MS. adverſ. Oræus in Theat. Europ.* 1638.

## *OCTOBER.*

I.

OBit MECHTILDIS Palatina vxor Alberti VI. Archiducis, filij Erneſti Ferrei. *Lequile.* 1482.

Obit URSULA filia Joannis III. Marchionis Brandeburgici neptis Annæ Auſtriacæ Alberti II. Imperatoris filiæ Wilhelmo Duci Saxoniæ nuptæ. *Henning. P. 2. fol. 19. & 211.* 1488.

| | | ANNO. |
|---|---|---|
| | MAGDALENA filia Gulielmi Ducis Cliviæ ex Maria Auſtriaca, nubit Joanni Palatino Bipontino. *Betul. Calend. Henning. P. 1. Germ.* | 1579. |
| | RUDOLPHUS II. Imp. ſepelitur Pragæ in templo S. Viti ſolenni pompa. *MS. Græc. Strada.* | 612. |
| II. | MARGARITA filia Maximiliani I. Imp. fit vidua mortuo priore marito Joanne Rege Caſtellæ. *Jac. Fugger. Roo. Pieſp.* | 1497. |
| | Naſcitur PHILIPPUS LUDOVICUS Palatinus Rheni gener Mariæ Auſtriacæ Duciſſæ Juliacenſis & Gulielmi. *Henning. P. 2. fol. 218.* idem pronepos Eliſabethæ Auſtriacæ Reginæ Poloniæ, & proavus Eleonoræ Magdalenæ Imperatricis. | 1547. |
| | Naſcitur Philippo jam dicto filius AUGUSTUS ex Anna Juliacenſi, filia Gulielmi & Mariæ Auſtriacæ, idem *Henning.* | 1582. |
| | Obit JOANNES Senior filius Friderici I. Regis Daniæ ex Sophia Pomerana nepte Eliſabethæ Auſtriacæ Reginæ Poloniæ. *Henning. P. 2.* | 1580. |
| III. | DUCES BAVARIÆ cedunt omni prætenſo juri in Comitatum Tyrolenſem Archiducibus Auſtriæ, initâ concordiâ Schardingæ. *Jac. Fugger. fol. 351.* | 1369. |
| | Naſcitur S. CASIMIRUS Princeps Poloniæ filius Caſimiri ex Eliſabetha Auſtriaca Alberti II. Imp. filia. *Henſchen. To. 1. Mart. Anonym. MS. ſed Vernulæ* ponit 5. Octob. | 1458. |
| | Obit HERCULES II. Dux Ferrariæ ſocer Barbaræ Auſtriacæ Ferdinandi I. Imp. filiæ. *Henning. P. 2. Germ.* | 1559. |
| | Obit ELISABETHA Valeſia vxor 3. Philippi II. Regis Hiſpaniæ. *Joan. Gans. Vernulæ.* | 1568. |
| | MARIA Chriſtierna filia Caroli Archiducis Græcenſis ſoluto matrimonio cum Sigiſmundo Tranſylvano Halæ ingreditur Partheniun, ſequenti die ponit *Gans.* ſed hodie *MSS.* | 1607. |
| | ELEONORA ſoror Mariæ Chriſtiernæ, eadem die ingreditur domum Virginum Halæ Tyrolis. *MSS. Græcenſ.* | 1607. |
| | Obit MARGARITA filia Caroli Archiducis Græcenſis, vxor Philippi III. Regis Hiſpaniarum in puerperio Alphonſi infantis. *MSS. Gans. Mateneſ.* ſed *Ebing. & Pieſpord.* habent 13. vti & *Lequile.* | 1611. |
| IV. | RUDOLPHUS Comes Habſpurgicus in Caſtris ante Baſileam ſalutatur Rex Romanorum. *Roo. Guillimannus.* | 1273. |
| | Naſcitur ISABELLA filia Emanuelis Regis Portugalliæ vx. Caroli V. Imperatoris. *Jac. Fugger.* | 1503. |
| | Obit SIGISMUNDUS Cardinalis Gonzaga frater Franciſci Marchionis, qui fuit abavus Leonoræ Auguſtæ Ferdinandi II. Imp. vxoris. *Oldoin. To. 3. de. vit. Pontif.* | 1525. |
| | Naſcitur CATHARINA filia Caroli Emanuelis Ducis Sabaudiæ ex Catharina Auſtriaca Philippi II. Regis filia. *Jac. Fugger. Calend.* | 1595. |
| | Obit | |

| | | ANNO. |
|---|---|---|
| V. | OBit LUDOVICUS IV. Imperator, filius Ludovici Severi Ducis Bavariæ ex Mechtilde Habſpurgica Rudolphi I. Imp. filia, & ſepelitur Monachij in æde B. V. *Brunner.* alij hahent 11. hujus, vt *Henninges.* | 1347. |
| | Treviris conveniunt FRIDERICUS IV. Cæſar cum Carolo Duce Burgundiæ. *Jac. Fugger fol.* 770. vbi diebus ſequentibus concluſa ſponſalia inter Maximilianum Archiducem, & Mariam Burgundam. | 1473. |
| | Obit HERCULES II. Dux Ferrariæ parens Alphonſi II. cui nupta Barbara filia Ferdinandi I. Imp. *Henning. P.* 2. | 1559. |
| VI. | OBit CAROLUS Marchio Badenſis Canonicus Argentinenſis nepos Caroli Marchionis ex Catharina Auſtriaca filia Erneſti Ferrei Archiducis. *Henning. P.* 1. | 1510. |
| | Naſcitur EDUARDUS Comes Palatinus Rheni filius Friderici V. Ex-Electoris, qui fuit atnepos Eliſabethæ Auſtriacæ Reginæ Poloniæ Alberti II. Imp. filiæ, maritus Annæ Gonzagæ Duciſſæ Nivernenſis. *Betul. in ſpecul.* | 1624. |
| VII. | MARIA Burgunda deſponſatur Maximiliano Archiduci poſtea Imperatori. *Jac. Fugger. ſpec.* | 1473. |
| | MAXIMILIANI I. Imp. auſpiciis Veneti ad Vicentiam ingenti prælio vincuntur. Ericus Dux Brunſuicenſ. inde aliquot vexilla Veneta in Germaniam retulit, & in templo Mindenſi ſuſpendit. *Chytræus. Peucerus.* | 1513. |
| | JOANNES ab Auſtria bello Naupactæo ſpatio 5. horarum triginta duo millia Turcarum cædit, & 15. millia Chriſtianorum in libertatem aſſerit. *Ciacon. edit.* 2. *col.* 1699. *Ebing. Mateneſ. Bucelin.* | 1571. |
| | Naſcitur MARIA MAGDALENA filia Caroli Archiducis Græcenſis, poſtea Duciſſa Hetruriæ, Græcij Styriæ. *Pieſp. Mateneſ. Gans. Menl. Contin. Jac. Fugger. ſed Vernulæns* poſuit 6. Octob. & *MSS. Græc.* | 1587. |
| | Obit VICTOR AMADÆUS Dux Sabaudiæ Catharinæ Auſtriacæ filius. *Betul. Calend.* | 1637. |
| | PHILIPPUS IV. Rex Hiſpaniæ nuptias celebrat cum Maria Anna Ferdinandi III. Imp. filia Navalcarnerij, vt teſtatur Antonius Calderon tunc in Aula Hiſpanica: licet *Betul. inſpec. Fuggeri & Calendario.* ponat 8. Novemb. & *Lequile* malè Anno 1648. | 1549. |
| VIII. | PHILIPPUS II. Rex Hiſpaniæ per Comitem Fontanum potitur arce Cameracenſi. *Vernulæ.* | 1595. |
| | LUDOVICUS XIII. Rex Galliæ nuptias celebrat cum Anna Maria Mauritia Philippi III. Regis Hiſpaniæ filia Burdegalæ. *Bucholzer. Calviſ.* ſtylo veteri. *Vernulæus* habet 18. | 1615. |
| | Naſcitur MAXIMILIANUS HENRICUS Dux Bavariæ Elector Colonienſis pronepos Alberti V. & Annæ Auſtriacæ Ferdinandi I. Imp. filiæ. *Betul. in ſpeculo. Bucelin. Auctario.* | 1621. |

IX.

ANNO.

OBit ELISABETHA Comitiſſa Tyrolenſis mater Eliſabethæ Alberto I. Imperatori nuptæ, & deponitur in Capella S. Joannis Baptiſtæ, quam ipſa erexerat donec Stambſenſis Cænobij Eccleſia abſolveretur, poſt aliquot annos translata. *Lequile. P. 2. fol. 232.* 1273.

Naſcitur LEOPOLDUS Archidux Tyrolenſium Princeps tertio quadrante ad 11. veſpertinam. Græcij Styrorum. *MS. Græc. Eytzing. Pieſp. Mateneſ. Ehing. Gans.* Malè poſuit *Strada* 9. Novemb. 1586.

Obit LUDOVICUS Landgravius Haſſiæ ex matre Chriſtina Saxonica pronepos Eliſabethæ Auſtr. Reginæ Poloniæ. *Henning. Gualter.* 1604.

Obit FRANCISCUS Magnus Dux Hetruriæ, maritus Joannæ Auſtriacæ. *Betul. Calend.* 1587.

X.

OBit SEVERINUS Dux Saxoniæ filius Henrici Pij, pronepos Friderici II. Placidi Electoris, & Margaritæ Auſtriacæ ſororis Friderici IV. Imp. *Henning. P. 2. fol. 22.* 1533.

Naſcitur Madriti CATHARINA Auſtriaca filia Philippi II. Regis Hiſpan. *Strada. Pieſp. Ehing. Mateneſ.* fuit poſtea Duciſſa Sabaudiæ. 1567.

Naſcitur ANNA filia Ferdinandi Archiducis Tyrolenſis, vxor Matthiæ Imperatoris. *Strada in Cæſaribus.* ſed *Jac. Fugger.* poſuit 4. Octob. 1585.

XI.

WERNERUS Comes Habipurgi filius Radepotonis curat Eccleſiam Murenſis Cœnobij paternæ fundationis dedicari per Rumoldum Conſtantienſem Epiſc. *Acta Mur. Guillim. lib. 5. fol. 156.* 1064.

FERDINANDUS II. Imperator mandat Auſtriacis heterodoxis, vel religionem mutare, vel auram. *Bucelin. in Nucl.* 1625.

Obit CAROLUS BALTHASAR DOMINICUS-Lucas-Philippus-Victor infans Hiſpaniæ Philippi IV. Regis filius. *Jacob. Fugger. ſed MS.* habet 9. Octob. 1646.

XII.

OBit LEOPOLDUS Pulcher Marchio Auſtriæ, pater S. Leopoldi, & ſepelitur in Mellicenſi Cœnobio. *Auth. Phoſphori. & Chronic. Auſtrale.* 1096.

MAXIMILIANUS I. Imperator paciſcitur cum Ludovico XII. Rege Galliæ. *Betul. Calend.* 1505.

Naſcitur MAXIMILIANUS Archidux filius Maximiliani II. Imp. die S. Maximiliani Neoſtadij Auſtriæ, die Mercurij paulo ante horam 11. noctis. *MS. Eytzing. Pieſp. Ehing. Strada. Mateneſ. Fugger.* 1558.

Obit MAXIMILIANUS II. Imperator in Comitiis Ratisbonenſibus, & ſepelitur Pragæ in Cathedrali. *MS. Strada. Pieſp. Mateneſ. Beyrl. Eytzing. Bucelin.* Lincij ſepultum ponit *Gans*, ſed nullum ibi indicium ſepulturæ. 1576.

Obit LUDOVICUS Elector Palatinus filius Friderici III. ex Maria Brandeburgica nepte Chunegundis Auſtr. Duciſſæ Bavariæ, & maritus Eliſabethæ Landgraviæ Haſſiæ, quæ fuit proneptis Eliſabethæ Auſtriacæ Reginæ Poloniæ. *Henning. P. 1. fol. 216.* 1583.

Obit

| | | ANNO |
|---|---|---|
| | Obit *THOMAS* Carolus filius Philippi IV. Regis Catholici. *MSS.* | 1659. |
| XIII. | *MAXIMILIANUS* II. Imp. nuptias celebrat cum Maria Caroli V. filia Valliſoleti in Hiſpania. *Strada Pieſp. Ebing. MS. Græc. Bunting. ſed Eder & Betulius* habent in Sept. & *Vernulæus.* 16. Octob. | 1548. |
| | Naſcitur *DOROTHEA* Sabina filia Philippi Ludovici Palatini Bipontini, neptis Mariæ *Auſtriacæ* Duciſſæ Cliviæ. *Henning. P.* 1. | 1576. |
| | Obit *FRANCISCUS* Dux Mantuæ Nivernenſis patruus Eleonoræ Auguſtæ viduæ Ferdinandi *III.* Imp. *Betul. Calend.* | 1622. |
| XIV. | *MARIA* Eleonora filia Gulielmi Ducis Cliviæ & Mariæ Auſtriacæ, nubit *Alberto* Friderico Duci Boruſſiæ Marchioni Brandeburgico. *Henning. P.* 2. | 1573. |
| | Naſcitur *ÆMILIA* Hedwigis Philippi Ludovici Palarini Bipontini neptis Mariæ *Auſtriacæ* Duciſſæ Juliacenſis. *Henning.* | 1584. |
| | *FERDINANDUS III.* Imp. concludit pacem cum Gallis & Suecis. *Jac. Fugger.* | 1648. |
| XV. | Naſcitur *MARIA* infans Portugalliæ filia Joannis *III.* Regis ex Catharina *Auſtr.* poſteà vxor Philippi II. Regis Hiſpaniarum. *Joann. Gans. Jac. Fugger.* | 1527. |
| | Naſcitur *HENRICUS* Julius Dux Brunſuicenſis filius Julij ex Hedwige Brandeburgica pronepte Eliſabethæ Auſtrlacæ Reginæ Poloniæ. *Henning.* | 1562. |
| | *PHILIPPUS* Dux Bavariæ nepos *Annæ Auſtriacæ* Ferdinandi I. Imp. filiæ fit Epiſcopus Ratisbon. *Lequile Henning. P.* 1. ſed apud *Gevvoldum.* eſt facta poſtulatio ante annum 1590. | 1590. |
| | *FERDINANDO II.* Imp. ê templo egredienti præſentantur per Dampierium ſigna 14. Vngaris erepta, qui cum Szepuſienſi invaſore coronæ ſtabant. *Vernulæ.* | 1620. |
| XVI. | *SUSANNA* Bavara filia Alberti ſapientis ex Chunegunda *Auſtriaca* nubit Ottoni Henrico Palatino Rheni. *Henning. P.* 1. *Germ. fol.* 205. | 1529. |
| | Obit *ANNA Auſtriaca* filia Ferdinandi I. Imp. vxor *Alberti* Magnanimi Ducis Bavariæ & ſepelitur Monachii ad D. Virginem juxtà maritum. *MS. Strada Pieſp. Ebing. Mateneſ. Bucelin*: atverò *Jac. Fug.* ponit 18. Octob. & *Gans* annum habet 1587. | 1590. |
| | Obit *ELISABETHA* Borbonia vxor Philippi IV. Regis Hiſpaniæ. *Jac. Fugger. ſpec.* | 1644. |
| XVII. | *RUDOLPHUS* Comes Habſpurgicus, qui poſteà Imperator cum patruelibus Rudolpho, Gotfrido, & Eberhardo vendunt Abbati Wettingenſi Dieticum & Slierum. *Guilliman. fol.* 234. | 1259. |
| | Obit *MARIA* Angla ſecunda vxor Philippi II. Regis Hiſpan. *Vaſconcell. Beyrliuck. ſed Gans & Eytzinger* ponunt in Novembri nullâ deſignatâ die. | 1558. |

ANNO.

Naſcitur *ANNA* Maria Neoburgica neptis Mariæ Auſtriacæ Duciſſæ Cliviæ Ferdinandi I. Imp. filiæ, patre Philippo Ludovico Palatino Rheni, matre Anna Juliacenſi. *Henning.* 1575.

Naſcitur *CAROLUS-BALTHASAR-DOMINICUS* filius Philippi IV. Regis Hiſpaniæ. *MS. Lequile Jac. Fugger. Rittersbuſ.* 1629.

XVIII. OBit *MARIA* filia Philippi I. Regis Hiſpaniæ, vidua Ludovici Regis Hungariæ, Zigali in Hiſpania. *Gans. Mateneſ. Pieſp. ſed Vern.* ponit 14. Octob. fuit heroina ſuprà ſexum fortis. *Thuanus.* 1558.

Obit *FERDINANDUS* filius Philippi II. Regis Hiſpaniæ, Hiſpali. *Strada. Ebing. Pieſp. Vernulæ. Jac. Fugger, ſed Strada* in anno diſcrepat, quià ponit 1572. 1575.

*PHILIPPUS* IV. Rex Hiſpan. nuptias celebrat cum Eliſabetha Borbonia per Legatum Burdegalæ. *Vernulæ.* 1621.

XIX. *FRIDERICUS* Pulcher Auſtriacus eligitur Rex Romanorum Francofurti à parte Electorum. *Jac. Fugger. fol.* 272. Alii habent pridie 18. Octob. ut *Mateneſ. Roo.*, alii 5. Octob. *ut Pieſp.* alii 7. Octob. ut *Pallavicinus.* 1314.

*MAXIMILIANUS I.* Imp. Albam Regalem expugnat, vbi Joannes Dux Saxoniæ, poſteà Elector, primus murum conſcendit. *Cuſpinian. Freyſtein.* 1490.

*MARIA MAGDALENA* filia Caroli Archiducis Græcen. nubit Ferdinando Duci Hetruriæ Florentiæ nuptiis celebratis. *MS. Græc. Mateneſ. Ebing. Pieſp.* 1608.

XX. NAſcitur *MAXIMILIANO II.* Imperatori filius ante tempus, qui illicò extinguitur, quem Reuſnerus Fridericum appellat. *Menlii Continuat.* 1557.

Obit *FERDINANDUS* Dux Mantuæ Cardinalis, frater Eleonoræ Auguſtæ Ferdinandi *II.* conjugis. *Betul. Calend,* 1627.

XXI. OBit *LEOPOLDUS* Liberalis Marchio Auſtriæ Dux Bavariæ filius S. Leopoldi, & ſepelitur ad S. Crucem Cænobio Ciſtercienſium. *MS. Mart. Pieſp. Brunner. MS. Chron. Vienn.* 1142.

*RUDOLPHUS* I. Habſpurgicus coronatur Imperator feria 3. poſt. feſtum S. Lucæ. *Guilliman. Mateneſ. Pieſp. Jac. Fugger.* Unde errant qui ponunt in vigil. omnium SS. ut *Gebvilherus. Eytzing.* & qui anno 1274. die 5. Jan. ut *Reuſnerus.* die 6. Jan. ut *Henning. Fitzing. & Aſtron. Tyrnau.* 1273.

*PHILIPPUS I.* Archidux Maximiliani I. Imperatoris filius nuptias celebrat Liræ Brabantiæ cum Joanna hærede Hiſpaniæ. *Marchant. Pieſpord. ſed Gans* habet pridie. 1496.

Naſcitur *FERDINANDUS* Maria Dux Bavariæ Elector filius Maximiliani ex Maria Anna Auſtriaca. *Betnlius. Calend.* vide infra die 31. Octob. 1636.

ANNO.

XXII. OBit *JOANNES* Dux Bavariæ maritus Eliſabethæ filiæ Ludovici IV. Imperatoris & neptis Mechtildis Habſpurgicæ Rudolpho I. Imp. prognatæ. *Bucelin. in Auctario, ſed Henninges* habet 22. Dec 1340.

*CAROLUS* V. Imperator Metin obſidet, & amiſſâ tertiâ parte exercitus, obſidionem ſolvit: vnde verſus: Siſte gradum, Metis nam tibi meta datur. *Sleidan. Shmid.* 1552.

Obit *CATHARINA* filia Caroli Emanuelis Ducis Sabaudiæ ex Catharina Auſtriaca filia Philippi II. Regis Catholici. *Bucelin. Nucl. Jac. Fugger. Calend.* 1642.

Obit *THOMAS* Carolus infans Hiſpaniæ Philippi IV. Regis filius. *Rittershuſius.* 1659.

XXIII. *CAROLUS* V. coronatur Rex Romanorum *Aquiſgrani* 10. Cal. Novemb. *Reuſner. Fitzing. Jac. Fugger.* Aliter alii 21. Octob. *Ehing. Eytzing.* & 12. Octob. *Bucelin. Chron. Auguſt.* & 10. Novemb. *Onuphr. Bunt. Gans.* 1520.

Obit *JOANNES* Erneſtus Dux Saxoniæ Eiſenacenſis filius Joannis Friderici ex Eliſabetha Palatina Rheni pronepte Eliſabethæ *Auſtriacæ* Reginæ Poloniæ Alberti II. Imp. filiæ. *Henning. P.* 2. *Bucel. Auctar. Betul. inſpec.* 1638.

*CAROLUS* V. Imperator expeditionem ſuſcipit in *Africam*, & *Algierum* appellit. *Sleidanus.* 1541.

XXIV. *MARGARETA* filia Maximiliani Imp. nubit Philiberto Duci Sabaudiæ. *Betnl. Strada. Pieſp. Ehing.* 1501.

Auſpiciis *FERDINANDI II.* Imp. Joannes de Werth cum 3000. ſuorum Caſtra Gallica invadit, & diſſipatis 5. legionibts, Cæſis ter mille hoſtium, captis mille ducentis equis, ac vexillis octodecim, ad ſuos revertitur. *Bucelin.* 1635.

XXV. *PHILIPPUS* I. Rex Hiſpaniæ ab ordinibus *Aragoniæ* homagium recipit Cæſarauguſtæ. *Pieſp. Mateneſ.* 1502.

*PHILIPPUS II.* Rex Hiſpaniæ auſpicatur regimen Ordinis *Aurei* Velleris. *Betul. Calend.* 1556.

Naſcitur *WOLFGANGUS* Wilhelmus Palatin. Rheni Neoburgicus per matrem nepos Mariæ *Auſtriacæ* Cliviæ Duciſſæ idemque avus Eleonoræ Magdalenæ Imperatricis. *Henninges P.* 1. in ſeq. diem ponit *Bucholtz.* 1578.

Naſcitur *MARIA* Magdalena filia Caroli Archiducis Græcenſis poſteà Duciſſa Hetruriæ, vt habet *MSS. Græcenſe.* aliàs accuratum initio hujus ſeculi conſcriptum, ſed videtur eſſe calami error, & fuerit dies hæc quâ baptizata eſt, alii omnes 7. Octob. 1587.

XXVI. *CAROLUS* V. auſpicatur regimen ordinis Aurei Velleris. *Betul. Cal.* 1519.

Naſcitur *ANNA* Landgravia Haſſiæ filia Philippi Landgravij proneptis Eliſabethæ *Auſtriacæ* Alberti *II.* Imp. filiæ. *Henning. P.* 1. 1529.

Exerci-

ANNO.

Exercitus *RUDOLPHI II.* Imperatoris ingenti clade apud Agriam Hungariæ atterit Turcas & Tartaros, ſed cum miles avidior eſſet ad ſpolia quàm proſequendam victoriam, à Turcis revertentibus opprimitur. *Calviſius*, qui ad 16. hujus id refert. 1596.

XXVII. OBit *ALBERTUS II.* Imperator Auſtriacus propè Strigonium ex nimio peponum eſu contractâ dyſenteriâ, in Inſula Schutta: ſepultus Albæ Regali. *Strada. Pieſp. Mateneſ. Ehinger Raymund. Fugger. Bonfin. Bunt. Laz. Eytzing. Haſelbach. ſed Jac. Fugger* habet 26. Octob. & *Gans* 28. Octob. & *Gebvilherus* 26. Auguſti. quibns non aſſentior, pluribus ſubſcribens. 1439.

Obit *FRIDERICUS* Epiſcopus Hildeſienſis filius Friderici I. Regis Daniæ ex Sophia Pomerana nepte Eliſabethæ Auſtriacæ Reginæ Poloniæ. *Henning.* 1556.

Naſcitur *MARIA* Eliſabetha filia Caroli IX. Valeſii Regis Galliæ ex Eliſabetha Auſtriaca Maximiliani II. Imp. filia. *Henning. P. 2.* 1572.

*RUDOLPHUS II.* Auſtriacus eligitur Imperator Ratisbonæ. *Jac. Fugger. Henning. P. 1.* non benè *Pallavicinus* Auguſtæ. Coronatio ad triduum dilata. 1575.

Obit *ANNA* filia Maximiliani II. Imp. vxor Philippi II. Regis Hiſpaniæ & ſepelitur in Eſcuriali. *Strada. Pieſp. Ehing. Mateneſ. Betul.* ſed *Beyrlinck. & Gans* habent 25. Octob. 1580.

XXVIII. OBit *ELISABETHA* Tyrolenſis vxor Alherti I. Imp. Konigſfeldæ, vbi poſt cædem mariti Cænobium Clariſſarum condidit, & cum filia reliquam vitam exegit, ſepulta ibidem in medio templi. *Guilliman. MS. ap. Lequile P. 3. fol. 87. Jac. Fugger ſpec. fol. 374.* ex inſcriptione Kônigsfeldenſi. Unde errant, qui ponunt anno 1314. ut *MS. Chron. Vienn.* 1313.

Obit *CATHARINA* filia Alberti I. Imperatoris vxor Enguerranni Domini de Couſſin. *Fugger in ſpec. fol. 300.* ſepulta Kônigsfeldæ. 1349.

*LADISLAUS* Poſthumus filius Alberti *II.* Imperatoris Auſtriaci coronatur Rex Bohemiæ. *Pieſp. Roo. Freyſtein. Jac. Fugger.* contrà *Vernulæ.* qui ponit 29. Octob. 1453.

*FERDINANDUS I.* Imp. coronatur Rex Hungariæ Albæ Regali. *Chron. Auguſt. Pieſp. Mateneſ. Ehing. Jac. Fugger.* Errant qui ponunt 16. Septemb. ut *Vernulæ. & Aſtron. Tyrnavien.* & qui ponunt 5. Novemb. *vt Iſthuanſi.* 1527.

*CAROLUS* V. tradit filio Philippo *II.* gubernationem plenam Provinciarum Belgicarum, & regnorum Hiſpaniæ, Bruxellis coram Legatis. *Vernulæ. Jac. Fugger. ſed Eytzing.* habet 25. Octob. 1555.

Naſcitur *OTTO HENRICUS* Palatinus Rheni Bipontinus nepos Mariæ Auſtriacæ Ducis Clivenſis. *Henning.* 1580.

XXIX. OBit *ALBERTUS* V. Dux Bavariæ nepos Chunegundis Auſtriacæ, 1579.

ſtriacæ, & maritus Annæ Auſtriacæ gener Ferdinandi I. Imperatoris. *Henning. P. 1. Lequile. Piet. Auſtr. ſed Betulius* poſuit 24. hujus. ANNO.

Naſcitur ERDMANNUS Auguſtus Dux Brandeburgicus Culmbacenſis filius Chriſtiani nepos Joannis Georgij Electoris, qui fuit pronepos Eliſabethæ Auſtr. Reginæ Polon. per matrem. *Bucel. Auct.* 1615.

XXX. MAXIMILIANUS I. Imp. inſtituit ſupremum Cameræ imperialis tribunal Francof. quod deinde Spiram translatum. *Vern.* 1495.

Obit CAROLUS Auſtriacus filius Ferdinandi Archid. Tyrol. ex Philippina. *Jac. Fug.* fuit Marchio Burgoviæ bellis clariſſimus. 1618.

XXXI. OBit MAINHARDUS. III. Comes Tyrolis & Dux Carinthiæ ſocer Alberti I. Imp. Habſpurgici fundator Cænobij Stambſiani Ord. Ciſterc. & ſepelitur in fundantione ſua. *Lequil. de reb. Auſt. P. 3. f. 233.* 1295.

HARTMANNUS Habſpurgo-Lauffenbergicus Comes in arce Dunenſi per ſicarios à fratre Eberhardo ſubmiſſos trucidatur. *Guilliman. lib. 7. cap. 8. Habſpurg.* contrarium aſſerit *Jac. Fugger.* quod Hartmannus Eberhardum curaverit perimi. *Spec. fol. 31.* 1332.

Naſcitur ERNESTUS nepos Caroli Marchionis Badenſis & Catharinæ Auſtriacæ Erneſti Ferrei Archiducis filiæ. *Henning. P. 1. Sed Fugger* habet 7. Octob. 1482.

Obit MARIA filia Caſimiri March. Brandeburgici vxor Friderici Palatini Electoris neptis Chunegundis Auſtriacæ ex matre Sophia Bavara. *Heuning. P. 1. fol. 214.* 1567.

Naſcitur ISABELLA THERESIA filia Philippi IV. Regis Catholici, & die ſequenti poſt baptiſmum obit. *Joan. Gans. Jac. Fugger.* 1627.

Naſcitur FERDINANDUS IGNATIUS MARIA Dux Bavariæ Elector filius Maximiliani ex Anna Maria Ferdinandi II. Imp. filia. *MSS. Græc.* atverò *Gans* habet ult Nov. & anno ſeq. 1637. *Batul.* verò die 21. Octob. ſtylo veteri. 1636.

## *NOVEMBER.*

I. MAXIMILIANUS I. Imp. transfert è crypta Princ. Auſtriæ Eccleſ. Cathed. Vienn. oſſa patris ſui Friderici IV. ad proprium Mauſol. magnis ſumptibus erectum in Capel. ejusd. Eccleſ. ad cornu Epiſt. maxima cum ſolennitate. *Jo. Cuſp.* qui tunc orat. funebrem dixit. 1513.

Naſcitur EMANUEL filius Joannis III. Regis Luſitaniæ ex Catharina Auſtriaca Philippi I. Regis filia Albicij. *Anon. MS. Vaſc. Jo. Gans.* 1531.

Naſcitur ANNA filia Maximiliani II. Imp. Cigali in Hiſpania. *MS. Græc. Gans Arbor.* quadrante ante 1. noctis. Unde fortè alij ponunt 2. Novemb. vt *Pieſp. Strada. Eytzing. Ebing. Mateneſ.* 1549.

RUDOLPHUS II. Auſtr. coronatur Imperator Ratisbonæ à Daniele Electore Moguntino. *Gans. Bunting. Mateneſ. Beyrlinck. Ebing. Pieſp.* 1575.

Naſcitur JOANNES CAROLUS filius Ferdinandi II. Imperatoris Græcij Styrorum. *MS. Græc. Ebing. Mateneſ. Jac. Fugger.* 1605.

ANNO.

Obit ISABELLA THERESIA filia Philippi IV. Regis Hiſpaniæ, altero die poſt baptiſmum. 1627.

Obit MARIA MAGDALENA Auſtriaca Duciſſa Hetruriæ in itinere Paſſavij, cùm ad fratrem Ferdinandum II. proficiſceretur. *MS. Græc. Jo. Gans.* ſed hic ponit annum ſeq. *Fug.* verò concordat cum *MSS.* 1631.

Obit PHILIPPUS Proſper filius Philippi IV. Regis Hiſpaniæ. *MSS. & Jac. Fugger.* 1661.

II.

OBit ADELHEIDIS vx. 2. Henrici Ducis Carinthiæ, qui fuit frater Eliſabethæ Imperatricis Alberti I. Imp. conjugis. *Lequile.* 1320.

Naſcitur ELEONORA filia Ferdinandi I. Imp. die Lunæ intra horam 5. & 6. matutinam Viennæ Auſtriæ poſteà Duciſſa Mantuæ. *MS. Græc. Strada. Pieſp. Ehing. Eytzing.* 1534.

Obit BARNIMUS IX. Dux Pomeraniæ filius Buguslai X. ex matre Polona nepos Eliſabethæ Auſtriacæ Reginæ Poloniæ Alber- II. Imp. filiæ. *Heming. P. 2.* 1573.

Obit MAXIMILIANUS Archidux filius Maximiliani II. Imp. & ſepelitur Viennæ ad S. Stephanum. *MSS. Græc. Raymund. Fugger.* ſed *Gans* habet 11. Novembr. errore Typographi. *Anonymus* verò impreſſ. & cum eo *Fugger Jacobus.* habet 23. Octob. *Strada & Ehinger* die ommiſſo ponunt anno 1620. 1618.

III.

NAſcitur HELENA filia Friderici IV. Imperatoris Auſtriaci. *Pieſp. Mateneſ. Gans. Fugger.* 1460.

Naſcitur CHRISTIANUS Dux Saxoniæ abnepos Annæ Auſtriacæ Alberti II. Imp. filiæ, Wilhelmo Duci Saxoniæ nuptæ, filius Auguſti Pij ex Anna Danica. *Henning. P. 2.* 1560.

IV.

RUDOLPHUS Comes Habſpurgicus, qui poſteà Imperator expedit diploma in favorem Eccleſiæ Beronenſis, in quo etiam nominat patrueles Gotfridum, Rudolphum & Eberhardum. *Guill. l. 6.* 1259.

Obit AGNES filia Philippi Landgravij Haſſiæ, ex Chriſtiana Saxonica nepte Eliſabethæ Auſtriacæ Reginæ Poloniæ, Uxor Joannis Friderici Ducis Saxoniæ. *Henning. P. 2. fol. 20.* 1555.

Naſcitur ELEONORA filia Maximiliani II. Imp. die Jovis quadrante ante 10. noctis Viennæ. *MS. Græc. Joan. Gans. Eytzing. Pieſpord. Ehinger. ſed Strada* habet 10. Novemb. erroneè. 1568.

ELISABETHA filia Maximiliani II. deſponſatur Spiræ Carolo Valeſio Regi Franciæ. *Joan. Gans.* Atverò *Vernulæus* habet 22. Oct. & *Thuanus* 23. Octob. 1570.

V.

PHILIPPUS Archidux Maximiliani I. Imp. filius ſponſalia celebrat cum Joanna Regum Catholicorum filia, quæ publicantur Mechliniæ. *Joan. Gans.* 1495.

ALBERTUS Archidux Belgarum Princeps repellit Mauritium Ducem Confœderatorum ab obſidione Sylvæducis. *Vernulæ.* 1603.

Naſci-

| | | ANNO. |
|---|---|---|
| VI. | NAſcitur JOANNA vxor Philippi I. Regis Hiſpaniæ Toleti. *Pieſp. ſed Fugger* ponit 8. fuit hæres vnica regnorum Hiſpaniæ. | 1479. |
| | Obit ULRICUS Dux Wirtenbergicus gener Alberti Bojorum Ducis & Chunegundis Auſtriacæ. *Henning. P.* 1. *Germ.* | 1550. |
| | Obit MECHTILDIS (alias Sidonia) vxor Philiberti Marchionis Badenſis, neptis Alberti Bojorum Ducis & Chunegundis Auſtriacæ Friderici IV. Imp. filiæ. *Fugger Spec.* | 1565. |
| | Obit ANNA vxor Barnimi IX. Ducis Pomeraniæ nepotis Eliſabethæ Auſtriacæ Reginæ Poloniæ. *Henning. P.* 2. | 1568. |
| | Naſcitur CAROLUS II. Rex Hiſpaniæ filius Philippi IV. ex Maria Anna filia Ferdinandi *III.* Imp. *MSS.* nominatus in baptiſmo Carolus, Joachimus, Joſephus, Antonius, Leonardus, ut notavit *Ritterſ.* | 1661. |
| VII. | NAſcitur PHILIPPUS Marchio Badenſis nepos Caroli & Catharinæ Auſtriacæ Erneſti Ferrei Archiducis filiæ. *Henning. P.* 1. *Fugger verò inſpec.* pridie. | 1478. |
| | PHILIPPUS I. Auſtriacus Caſtellæ Rex cum vxore Joanna in Hiſpanias proficiſcitur, regnorum adminiſtrationem aditurus. *Vernulæ.* | 1501. |
| | Obit WENCESLAUS Archidux filius Maximiliani II. Imp. Hiſpali in Hiſpania Eques Melitenſis annorum 17. juvenis. *Jac. Fugger. Pieſpord. Ehing. Lequile. ſed Gans* habet menſe Septembr. & *Strada cum MS.* ant. anno 1576. & *Mateneſius* anno 1579. | 1578. |
| | Naſcitur MARIA Eliſabetha Bipontina filia Joannis, neptis Mariæ Auſtriacæ Duciſſæ Cliviæ Ferdinandi I. Imp. filiæ. *Henning.* | 1581. |
| VIII. | OTTO II. Comes Habſpurgicus filius Werneri I. nepos Rapotonis occiditur ab Heſſone Barone de Buttenheim in Caſtro Buttenheim. *Guilliman. lib.* 2. *cap.* 2. *Pieſp. Suitz.* | 1109. |
| | Obit ALBERTUS Marchio Auſtriæ filius S. Leopoldi, & ſepelitur Clauſtroneoburgi, cujus Monaſterij Advocatum egit. *Fund. Scoto. MS. Chron. Vienn.* | 1136. |
| | FERDINANDI II. Imp. auſpiciis Maximilianus Dux Bavariæ Pragæ in Albo monte inſigni victoria potitus Fridericum Pleudo-Regem profligat. *Vernulæ. ſed Betulius* ponit 6. hujus, & *Cancellariæ Anhaltinæ Author.* 28. Octob. nimirùm ſtylo veteri. | 1620. |
| IX. | BARBARA filia Ferdinandi I. Imper. nubit Alphonſo II. Duci Ferrariæ. *MS. Ant.* cum eſſet annorum 24. *Jo. Gans.* | 1565. |
| | Obit FERDINANDUS infans Hiſpaniæ Prorex Belgij S. R. E. Cardinalis Bruxellis; corpus transfertur in Hiſpaniam. *Oldoinus in vit. Pontif. To.* 4. ponit 26. Oct. ſed addit, quòd alij ſcribant defunctum in Novembri, & ita habet *Betul. in Calend.* | 1641. |
| X. | NAſcitur CHRISTOPHORUS filius Caroli Marchionis Badenſis ex Catharina Auſtriaca Erneſti Ferrei filia. *Henning. P.* 1. *fol.* 440. *ſed Betulius* ponit 13. credo *Henningi* quia pridie Martini. | 1453. |

ANNO.

Naſcitur MARIA Chriſtierna hora 2. noctis filia Caroli Græcenſis Archiducis Græcij, poſtea Tranſylvaniæ Princeps. *Eytzingerus. Pieſpordius. Ehinger. Joannes Gans in Arboreto. Vernulæus. Mateneſius.* Sed *MS. Græcenſe* habet 11. Novembris, quia fortè intellexit hora 2. poſt mediam noctem. 1574.

Obit CHRISTINA filia Eliſabethæ Auſtriacæ Reginæ Daniæ neptis Philippi I. Regis Hiſpaniæ vidua Franciſci Ducis Lotharingiæ. *Fugger in ſpec.* 1590.

XI.

OBit WERNERUS I. Comes Habſpurgicus filius Rapotonis, & ſepelitur in Cœnobio Murenſi. *Guilliman. lib. 5. fol. 183. Gebuiher. Pieſpord. Roo. Munſter.* 1096.

ELISABETHA vxor Alberti I. Imperatoris coronatur Imperatrix Norimbergæ à Wigboldo Colonienſi Archiepiſcopo. Die S. Martini. *MS. Chron. Vienn.* 1298.

ALBERTUS I. Imp. Comitia celebrat Norimbergæ, quibus interſunt Chriſtophorus II. Daniæ, & Wenceslaus II. Bohemiæ Reges. *Schmidius.* 1300.

FRIDERICUS IV. Imperator Baſileam venit vbi PP. Concilii erant congregati. Felici Antipapæ honorem quidem habet, ſed non ut Papæ legitimo. *Æneas Sylv. Ep. 29.* 1442.

ANNA Duciſſa Saxoniæ ex Anna Auſtriaca genita, nubit Henrico Duci Sileſiæ in Mûnſterberg. *Betul. Calend.* 1459.

Obit DOROTHEA filia Friderici I. Regis Daniæ ex Sophia Pomerana nepte Eliſabethæ Auſtriacæ Reginæ Poloniæ. *Henning. P. 2.* 1575.

XII.

ANNA filia Margaritæ Auſtriacæ Electricis Saxoniæ, neptis Erneſti Ferrei nubit Alberto Brandeburgico Electori cognominato Achilli. *Anonym. Henning. P. 2. Germ. fol. 209.* 1458.

Naſcitur PHILIPPUS BELLICOSUS Palatinus Rheni filius Ruperti virtuoſi ex Eliſabetha Bavara, nepte Eliſabethæ Auſtriacæ Reginæ Poloniæ. *Henning. P. 1.* 1503.

ANNA filia Maximiliani II. Imp. nubit Philippo II. Regi Hiſpaniæ. *Betul. Calend.* 1570.

PHILIPPUS II. Rex Hiſpaniæ nuptias cælebrat cum Anna Maximiliani II. Imp. filia Segobiæ. *Vaſconcel. Sadeler. Jac. Fugger.* Sed continuator *Menlij & Lequile* habent 14. Novemb. 1570.

Obit ANDREAS Auſtriacus S. R. E. Cardinalis filius Ferdinandi Archiducis Tyrolenſium Principis, Romæ in manibus Clementis Papæ III. hora 13. in Palatio Pontificis, ſepultus ibidem in Eccleſia S. Mariæ de anima. *Ciacon. Oldoin.* vixit annos 42. Menſes 5. dies 27. duos Pontifices ſuis manibus coronavit. 1600.

Naſcitur COSMUS III. Dux Hetruriæ, Coſmi II. & Magdalenæ Auſtriacæ nepos. *Rittershuſ.* 1660.

XIII.

ANNO.

XIII. *WERNERUS I.* Comes Habſpurgicus filius Rapotonis ex Itha Lotharingica Murenſe Cænobium à patre ſuo conditum, à ſe perfectum manumittit eâ conditione, vt maior natu ſtirpis Habſpurgicæ *Advocatiam* illius à loci Abbate reciperet, non ut hæreditariam ſibi vendicaret. *Guilliman. lib. 5. Habſp. fol. 171. Gebvilher.* 1082.

*WERNERUS II.* Comes Habſpurgicus filius Ottonis Comitis nepos Wernheri I. obit & ſepelitur in Cænobio Murenſi avita fundatione. *Pieſſord. Guilliman. Reuſner.* Errant *Gebvilherus* cum Menlii continuatore, qui aiunt ſepultum Wettingæ, quod Cænobium nondum hoc tempore conditum erat. 1143.

Naſcitur *WILHELMUS* Dux Bavariæ Alberti ſapientis ex Chunegunde Auſtriaca filius. *Betul.* 1493.

Naſcitur *ALBERTUS* Maximiliani II. Imp. filius poſteà Cardinalis & Belgarum Princeps Neoſtadii *Auſtriæ* die Lunæ paulò ante horam 10. matutinam. *MS. Græc. Ciacon. Pieſp. Gans. Strada Eytzing. Ehing. Mateneſ.* E ſacro fonte levatus à Uratislao de Bernſtein Cancellario Bohemiæ, ejuſque conjuge Maria Manrique. *Eytzing.* 1559.

XIV. *FERDINANDUS I.* Imperator confirmat Privilegia Marchæ Slavonicæ & Iſtriæ Neoſtadii Auſtriæ. *Lib. privileg. Carn.* 1523.

*CAROLUS V.* Imp. in comitiis *Auguſtanis* reſcindit *Alberti.* Brandeburgici Magiſtri Ord. Teutonici tranſactionem cum Poloniæ Rege Sigiſmundo I. tanquam in detrimentum Imperii factam. *Sleid. Schmidius.* 1530.

*MATTHIAS* Archidux *Auſtriæ* eligitur Rex Hungariæ. *Strad. Pieſſord.* 1608.

XV. *SUSANNA* Bavara filia Alberti ſapientis ex Chunegunde *Auſtriaca* Friderici IV. Imperàt. filia ſecundas nuptias celebrat cum Ottone Henrico Palatino Rheni. *Anonym. Henning.* 1529.

*PHILIPPUS II.* Rex Hiſpaniæ nuptias celebrat cum Maria Luſitana Joannis *III.* Regis filia Salmanticæ Cardinale de Tauara jungente manus. *Joan. Gans. Vaſconcell. Bunt.* ſed *Jacob. Fugger* habet 15. Maii, quo forte ſponſalia celebrata. 1543.

*ALBERTUS* Belgarum Princeps Ferrariæ nuptias præſens celebrat coram Clemente VIII. cum Iſabella *Auſtriaca* abſente, & pariter Margarita Auſtriaca Caroli Græcenſis filia præſens cum Philippo *III.* Rege Catholico abſente. *Ciacon. Oldoinus. To. 4. fol. 52.* Unde errant, qui ponunt die 17. cum ſit ſolùm 17. Cal. Decemb. & magis, qui in *Aprili*: cùm illæ nuptiæ fuerint conſummatæ in Hiſpania anno ſeq. 1598.

XVI. *RUDOLPHUS* Comes Habſpurgo Lauffenbergicus filius Rudolphi, nepos Gotfridi I. occumbit in prælio ad Morgartum, & transfertur Wettingam ad ſepulturam. *Guillimann. lib. 7. cap. 4. Jacob. Fugger. fol. 31.* 1315.

ANNO.

Naſcitur *CHRISTOPHORUS* filius Friderici IV. Imperatoris Neoſtadii Auſtr. *Joan. Gans. Eytzing. Laz. Ebing. Mateneſ. Pieſp. Raym. Fug.* diſcordant in anno, quià aliqui ponunt 1456. ſed malè, quia hoc anno eſt mortuus in Martio, ſepultus Neoſtadii ad S. Trinitatem fundatione paternâ. 1455.

*FERDINANDI II.* auſpiciis Pappenheimius cum Rege Sueco Guſtavo confligit ad Lutzam, & cadit Victor Pappenheim cum Sueco victo. *Anonym. Bucel. ſed Betulius* ad 6. repoſuit ſtylo veteri. 1632.

XVII. Naſcitur *MAXIMILIANUS* Archidux filius Caroli Græcenſis ſeſqui quadrante poſt horam 9. veſpertinam Græcii. *MS. Græc. Eytz. Pieſp. Ebing. Mateneſ. Bucel. Gans.* 1583.

*ALBERTUS* Archidux Maximiliani *II.* Impera. filius repellit Mauritium Naſſovium ab obſidione Sylvæ ducis. *Vernulæ.* 1601.

Naſcitur *MARIA-ANNA-VICTORIA* filia Ferdinandi Mariæ Electoris Bavariæ, neptis Mariæ Annæ Auſtriacæ Ferdinan-*III.* Imp. ſororis. *Betul. in ſpec.* 1660.

XVIII. OBit *AMALIA* Ducissa Bavariæ Ludovici Divitis vxor, filia Friderici Electoris Saxoniæ ex Margaretha Auſtriaca ſorore Friderici IV. Imp. *Fugger. ſpec. fol.* 441. maritus ejus Ludovicus fuit filius Henrici Impuberis ex Margareta Auſtriaca ſorore Alberti *II.* Imperat. *Henning. P. 1. Germ. fol.* 202. 1502.

*MARGARITA* Auſtriaca vxor Philippi *III.* Regis Hiſpaniæ defuncta 3. Octob. hac die ſepelitur ad D. Hieronymum. *Vernulæ.* 1611.

Naſcitur *LEONORA* Mantuana vxor tertia Ferdinandi *III.* Imperat. *Jac. Fugger.* 1629.

XIX. *OTTOCARUS* Bohemiæ Rex ad littus Clauſtroneoburpi flexis genibus à Rudolpho I. Imperatore feuda ſuſcipit & Auſtriacas Provincias reſignat. *Thomas Ebendorffer. MS. Jacob. Fugger in ſpec. fol. 96. Roo. Pieſp. MS. Chron. Vienn.* ſed *Roo* vno anno tardius. 1276.

Obit *OTTOCARUS* filius Wenceslai Regis nepos Ottocari ex Gutta Habſpurgica Rudolphi I. Imp. filia natus, paucorum menſium infans. *Lequile.* 1288.

*BARBARA* filia Caſimiri Regis Poloniæ ex Eliſabetha Auſtriaca nubit Georgio Barbato Duci Saxoniæ. *Betul. Calend.* 1496.

Obit *FRIDERICUS* Princeps Saxoniæ nepos Friderici Placidi Electoris & Margaritæ Auſtriacæ Friderici IV. Imp. ſororis. *Henn.* 1510.

*MATTHIAS* Archidux coronatur Rex Hungariæ Poſonii. *Strada. Pieſp. Ebing.* ſed *Mateneſius* errat in anno 1610. *Betulius* ponit 18. hujus, alii 9. ſtylo veteri. 1608.

XX. OBit *ELEONORA* filia Jacobi *II.* Scotorum Regis vxor Sigiſmundi Archiducis Tyrolenſium Principis, ſepulta in Cænobio Stambſiano. *Lequile. Betul. in Calend.* 1480.

Obit

ANNO.

Obit *LEOPOLDUS* Wilhelmus Archidux Belgii Prorex, Epiſcopus Paſſavienſis, & Olomucen. hora 5. matutina Viennæ. *Nic. Avancin. in vita.* 1662.

XXI.

OBit *JACOBUS* Archidux filius Philippi II. Regis Catholici in Eſcuriali. *Ebing. Pieſp. Eytzing. Vaſconcell. Strada. Gans.* 1582.

*FERDINANDUS* Archidux, qui poſteà Imperator hoc nomine II. ſolvit obſidionem Caniſæ in Slavonia. *Calviſ.* 1601.

Naſcitur *MARIA* Eugenia filia Philippi IV. Regis Catholici. *Joan. Gans. Ciacon.* 1624.

*LEONORA* Ferdinandi II. Imp. vxor ſecunda coronatur Regina Bohemiæ. *Strada. Anonym. Gaſper. in Mercur. ſed Vernulæus* ponit die ſequenti. 1627.

XXII.

OBit *ELISABETHA Auſtriaca* filia Ottonis Jocoſi *Archiducis* ſepulta in Novomonte Styriæ fundatione paternâ. *Laz. Pieſp.* 1326.

*FRIDERICUS* IV. Imp. paciſcitur cum Matthia Rege Hungariæ. *Betul. Calend.* 1487.

*ALBERTUS* V. Marchio Brandeburg. Dux Boruſſiæ primus inveſtitur à Sigiſmundo avunculo Rege Poloniæ, nepos Eliſabethæ Auſtriacæ Reginæ Poloniæ. *Henning. P. 2. fol. 216.* 1525.

Naſcitur *ELISABETHA* Borbonia vxor prima Philippi IV. Regis Hiſpan. *Lequile. P. 3. fol. 358.* 1602.

XXIII.

*LADISLAUS* Rex Bohemiæ Auſtriacus *Alberti* II. Imp. Poſthumus Delitium orbis, veneno propinato extinguitur Pragæ in ipſo nuptiali apparatu. *Thomas Ebendorff. MS.* qui tunc vixit *Lazius. Gebvilhe. Freyſtein. Ebing.* in anno diſcrepant cum aliqui velint 1457. Errant, qui ponunt 13. Novemb. ut *Roo.* & 21. Novemb. ut *Bucelin. Cuſpin.* & 24. Novemb. ut *Eder* & 22. Decemb. ut *Bonfin.* ſepultus eſt in monte S. Wenceslai Pragæ. *Anniverſarium* habet Viennæ apud Scotenſes die 22. Novemb. Eadem die biennio ante, ait *Betulius*, Ladislaum Corvinum à Ladislao Rege *Auſtriaco* injuſtè occiſum; in quo ſunt duo errores: quià Corvinus anno 1456. vel ſeq. *Capitalem excepit ſententiam die* 10. *Martii* ut ejus temporis ſcriptor *Thomas Ebendorff.* notavit & nulla facta illi injuſtitia, quià cum Aſtrologo ſibi prædictam coronam Regiam crederet, inſidiatus eſt vitæ primum Ulrici Comitis Ciliæ, quem etiam occidit, deinde inſidiatus eſt vitæ ipſius Ladislai Regis, ut idem *Ebendorffer* ſcripſit. Coævis plus credo, quàm neotericis. 1458.

XXIV.

*WERNERUS III.* Comes Habſpurgicus ſubſcribit diplomati Friderici Imp. quo Hermanno Epiſcopo Conſtantienſi privilegium protectionis Monaſterij Creützlingæ confirmavit. *Guilliman. lib. 5. fol. 215.* 1162.

*HARTMANNUS* poſtremus Comes Kiburgi hæredem ſuum inſtituit Rudolphum Comitem Habſpurg. *Guillimann. lib. 6. cap. 4. f. 299.* 1264.

| | | ANNO. |
|---|---|---|
| | Naſcitur *ALBERTUS Achilles* Marchio Brandeburgicus gener Friderici II. Placidi Electoris Saxoniæ, & Margaritæ Auſtriacæ Erneſti Ferrei Archiducis filiæ. *Henning. P. 2.* | 1414. |
| | Naſcitur *ELEONORA* filia Philippi I. Regis Hiſpaniæ deinde Regina Luſitaniæ, Lovanii, baptizata ab Epiſcopo Cameracenſi. *Pieſſ. Ehing. Mateneſ.* ſed *Gans* ponit 25. at *Hagelgans* anno 1499. nobiſcum ſentit *Fugger.* | 1498. |
| | *MAXIMILIANUS II.* eligitur Imperator Francofurti. *Strad. Eytzing. Bunting.* Errat *Menlius*, qui habet 12. Novemb. | 1562. |
| | Naſcitur *PHILIPPUS* Wilhelmus Comes Palatinus Rheni Neoburgicus parens Auguſtæ Imperatricis Eleonoræ Magdalenæ, Leopoldo Auguſto junctæ. *Betul. in ſpec.* | 1615. |
| XXV. | *CAROLUS* IV. Lucelburgicus nepos Guttæ Habſpurgicæ Rudolphi I. Imp. filiæ coronatur Imperator. *Henning. P. 1. fol. 158.* | 1346. |
| | *MARGARETA* Auſtriaca Alberti IV. Patientis Archid. filia nubit Henrico Diviti Duci Bavariæ. *Thom. Ebendorff. MS. Jacob. Fugger.* | 1412. |
| | *FERDINANDUS* Rex Catholicus ſocer Philippi I. Auſtriaci Granatam Mauris eripit. *Betul. Calend.* | 1491. |
| | *CAROLUS V.* Imperator Metenſem urbem obſidens tormentis quaſſat. *Thuanus.* | 1552. |
| | *PHILIPPUS* IV. Rex Catholicus nuptias celebrat cum Eliſabetha Borbonia Burdigalæ per Legatum 18. Octob. & hac die Matriti conſummat. *MS. Lequile. Jac. Fugger. Betul.* | 1621. |
| | Naſcitur *MARGARETA-CATHARINA* filia Philippi IV. Regis Catholici. *Anonym. MS. Gans. Jac. Fugger.* | 1623. |
| | *FERDINANDUS III.* Imperator coronatur Rex Bohemiæ. *MS. Græc. Strada. Gans. Anonym.* | 1627. |
| XXVI. | *ISABELLA* ſocrus Philippi I. Regis Hiſpaniarum Regina Catholica obit. *Lequile. Betul.* addit *Chytræus*, & Carolum V. Imp. nepotem facit hæredem. | 1504. |
| | *ELISABETHA* filia Maximiliani *II.* Impera. nuptias celebrat cum Carolo IX. Valeſio Rege Franciæ. *Gans. MS. Græcen. Eytzing. Pieſſ. Jac. Fugger. Thuanus.* | 1570. |
| XXVII. | Naſcitur *SOPHIA* filia Chriſtophori Ducis Wirtenbergiæ proneptis Chunegundis Auſtriacæ Friderici IV. Imp. filiæ Stuttgardiæ. *Gualter. Chron. Princ. Henning. P. 1.* | 1563. |
| | Naſcitur *HENRICA* Maria ſoror Ludovici *XIII.* Regis Galliæ generi Philippi *III.* Regis Hiſp. *Sigiſm. Betul. in Calend.* | 1609. |
| XXVIII. | *ORDO* Equitum Aurei Velleris inſtituitur. *Betul. in Calend.* | 1431. |
| | Naſcitur *LUDOVICUS* Wilhelmus Palatinus Bipontinus filius Joannis, nepos Mariæ Auſtriacæ Duciſſæ Juliacenſis Ferdinandi *I.* Imp. filiæ. *Henning. P. 1.* | 1580. |

Naſcitur

ANNO.

Naſcitur SIGISMUNDUS FRANCISCUS Archidux Auſtriæ, filius Leopoldi Tyrolenſium Principis. *Lequile.* 1630.

Naſcitur PHILIPPUS Proſper filius Philippi IV. Regis Hiſpaniæ. *MS. ſed Fugger* habet 28. Decemb. *Rittershuſius* in 2. editione melius 28. Novemb. 1657.

XXIX. OBit FRIDERICUS Palatinus contra Ferdinandum II. electus Rex Bohemiæ, Moguntiæ. *Bucel.* 1632.

Obit ISABELLA CLARA EUGENIA Belgarum Princeps, vidua Alberti Archiducis. *Jac. Fugger. Gans. Mateneſ.* 1633.

XXX. MAXIMILIANUS I. Imperator cum Julio Papa confœderatur. *Roo. Jac. Fugger. Calend.* 1512.

MAXIMILIANUS II. coronatur Imperator Francofurti. *Strada. Eytzing. Bunting. Jac. Fugger.* 1562.

## *DECEMBER.*

I. OBit MARGARITA filia Maximiliani I. Imp. vxor 1. Joannis infantis Hiſpaniæ. 2. Philiberti Ducis Sabaudiæ, vidua per 25. annos, Mechliniæ. Cor Brugis in Flandria, viſcera Mechliniæ condita, corpus Burgi Caſtellæ ſepultum apud fratrem Philippum Regem, ubi ſumptuoſiſſimum templum & Mauſolæum ipſa condidit. *Strada. Eytzing. Pieſpord. Ehing. Mateneſ. Gans. Marchant.* 1530.

Naſcitur SOPHIA-HEDWIGIS filia Julij Ducis Lunæburgici ex Hedwige Brandeburgica pronepte Eliſabethæ Auſtriacæ Reginæ Poloniæ. *Henning. P. 2.* 1561.

II. RUDOLPHUS IV. Magnanimus Ingenioſus & Fundator primus Archidux revectus Mediolano, ubi obierat 27. Julij, hac die ſepelitur Viennæ ad S. Stephanum in crypta, quam ipſe curaverat, uti & templum nova ſtructura, & Turrim inceperat erigere. *Gebvilber. Laz.* Catharina vxor ſuperſtes illi curavit funebria. *Tho. Haſelbach.* 1365.

Obit ALBERTUS VI. Archidux frater Friderici IV. Imperatoris apoplexiâ Viennæ, & ſepelitur ibidem ad D. Stephani in crypta majorum. *Thomas de Haſelbach. MS.* qui tunc vixit. *Roo. Cuſpinianus. Ehing. Vernulæus. Lazius* feria 6. ante S. Barbaræ. *Fugger* verò ſequenti die. Uxor ejus illi parentavit Rotenburgi ad Necarum convocatis novendecim Epiſcopis & Prælatis, & Sacerdotibus ſeptingentis. *Roo.* 1463.

Naſcitur SIGISMUNDUS Brandeburgicus poſtea Archiepiſcopus Magdeburgenſis Primas Germaniæ pronepos Eliſabethæ Auſtriacæ Alberti II. Imperatoris filiæ Reginæ Poloniæ, matre Hedwige filia Sigiſmundi I. Regis, patre Sigiſmundo I. qui fuit pronepos Annæ Auſtriacæ ejusdem Alberti II. Imperatoris filiæ Duciſſæ Saxoniæ. *Henning. P. 2. fol. 210.* 1538.

| | | ANNO. |
|---|---|---|
| III. | NAſcitur BARNIMUS IX. Dux Stettini & Pomeraniæ filius Bugislai X. nepos Eliſabethæ Auſtriacæ Alberti II. Imp. filiæ Reginæ Poloniæ, ex matre Anna Polona. *Henning.* | 1501. |
| | Obit LUDOVICUS Dux Bipontinus avus Philippi Ludovici, qui fuit gener Mariæ Auſtriacæ Duciſſæ Cliviæ. *Henning. P. 1.* | 1532. |
| | Obit HIPPOLITUS Cardinalis Eſtenſis frater Herculis Ducis Ferrariæ cujus filio Alphonſo II. nupta fuit Barbara Auſtriaca filia Ferdinandi I. Imp. *Betul. Calend. ſed Ciaconius* habet pridie. | 1572. |
| IV. | OBit FRIDERICUS filius Ottonis Jocoſi Ducis & ſepelitur in Novo monte Styriæ fundatione paternâ. *Jac. Fugger. Haſelbach. Gans. Eytzing. Mateneſ.* ſed Königsfeldæ ſepultum putat *Guillimannus in MS.* apud *Lequile.* | 1344. |
| | Obit etiam FRIDERICUS Dux Bavariæ Landshutanus, cujus ſoror fuit Ottonis Jocoſi vxor. *Henning. P. 1. fol. 202.* | 1393. |
| | Naſcitur FERDINANDUS filius Philippi II. Regis Hiſpan. die S. Barbaræ. *Vaſconcel. Pieſp. Strada. Ebing. Eytzing. Beyrl.* | 1571. |
| | MATTHIAS Imperator nuptias celebrat Viennæ cum Anna Archiduce Tyrolenſi. *MS. Strada. Pieſp. Ebing. Jac. Fugger.* ad 24. Novemb. id referunt *Calviſius & Bucholzerus*, | 1611. |
| V. | OBit FRIDERICUS Landgravius Thuringiæ pronepos Mechtildis Habſpurgicæ Rudolphi I. Imperatoris filiæ Ludovico Severo Bavaro nuptæ. *Henning. P. 2. fol. 17.* | 1329. |
| | Obit FRANCISCUS II. Valeſius Rex Franciæ affinis Philippi II. Regis Hiſp. cui ſoror Iſabella Valeſia nupta fuit. *Henning. P. 2. Germ.* | 1560. |
| VI. | OBit RUDOLPHUS II. Elector Saxoniæ nepos Agnetis Habſpurgicæ filiæ Rudolphi I. Imp. *Lequile. Henning. P. 2.* | 1370. |
| | ELISABETHA filia Alberti II. Imp. deſpondetur Caſimiro Regi Poloniæ Uratislaviæ. *Roo. ſed Waddingus* habet poſt feſtum Aſſumptionis B. Virg. | 1453. |
| VII. | OBit HENRICUS Dux Carinthiæ & Comes Tyrolis frater Eliſabethæ Imperatricis Alberto I. Habſpurgico nuptæ. *Roo. Lequi. Ebinger. Merian. Thomas Ebendorff. MS.* contra *Laz.* qui ponit an. 1331. putem errore Typographi, & hunc ſecuti *Megiſerus & Jac. Fugger.* ſepultum ſcripſit *Aventinus* & poſt eum *Megiſerus* Tridenti, *Lequile* dubitat, & potius putat in Stambſiano Cænobio. *Ebendorffer* proximus illis temporibus diſertè notat habitaſſe in caſtro Terioli, à quo Provinciæ nomen, Dominica Judica cholerâ ſuffocatum (vnde aliâ die ponendus foret ejus obitus) ibidem in Capella S. Pancratij ſub caſtro ſepultum; dein poſt biennium translatum ad Stambſenſem majorum ſepulturam, quod credibile ſanè eſt. *Lequile* ait mortuum Oeniponti die S. Ambroſij, id habere videtur ex ſepulchrali inſcriptione: niſi fortè hic dies ſit ſepulturæ ſecundæ. | 1335. |

ANNO.

ALBERTUS VI. Archidux Friderici IV. Imp. frater ſepelitur Viennæ in conditorio majorum ad D. Stephani. *Laz. Tho. Ebendorff. &c.* — 1463.

Naſcitur MARIA infans Hiſpaniæ filia Philippi IV. Regis ex Maria Anna Auſtriaca. *Jac. Fugger.* — 1655.

VIII.

RUDOLPHUS filius Alberti I. Imper. ſponſalia celebrat cum Blanca Philippi Pulchri Galliæ Regis filia Tulli-Leucorum. *Haſelbach. MS. Chron. Vienn. MS. Laz. Roo. Pieſp.* — 1299.

FRIDERICUS III. Pulcher Auſtriacus coronatur Imperator Bonnæ ab Archiep. Colonienſi coronâ Caroli Magni. *Laz. Roo.* in anno diſcrepant, *Roo.* ponit 1315. quia ſimul agit de Bavaro, qui coronatus in Epiphania ſequentis. *Betulius* ponit die 25. Novemb. — 1314.

SIGISMUNDUS Imperator declarato hærede genero Alberto Archiduce obit Znoymæ. *Roo. Freyſlein.* vixit annos 70. — 1437.

SIGISMUNDUS filius Caſimiri Regis ex Eliſabetha Auſtriaca eligitur Rex Poloniæ. *Anonym. Gans.* — 1506.

Naſcitur MARIA-ANNA filia Gulielmi Ducis Bavariæ, poſtea Ferdinandi II. Imp. vxor *MSS. Camp. Lilior. ſed Jac Fugger.* habet 18. hujus, forte illud eſt veteri, hoc novo ſtylo. — 1574.

FERDINANDUS III. Imper. coronatur Rex Hungariæ. *MS. Græc. Gans. Anonym. Oræus.* — 1625.

LEOPOLDUS WILHELMUS Ferdinandi III. Auguſti frater renuntiatur Epiſcopus Paſſavienſis. *MS. Græc.* — 1625.

Obit MARIA-ANNA filia Philippi IV. Regis Hiſpaniæ, decem menſium infans. *MS. Fugger.* — 1636.

IX.

NAſcitur FRIDERICUS II. Elector Palatinus maritus Dorotheæ Danæ filiæ Chriſtiani II. Regis ex Iſabella Auſtriaca Philippo I. Rege Hiſpan. progenita, & pronepos Margaritæ Auſtriacæ Duciſſæ Saxoniæ. *Henning. P. 1. fol. 210.* — 1582.

PHILIPPUS III. Rex Hiſpan. jubet Mauros ex Hiſpaniis migrare intra 30. dies, dimiſſa ſunt nongenta millia hominum. *Vernulæ.* — 1609.

Obit MARGARETA CATHARINA filia Philippi IV. Regis Hiſpaniæ. *Fugger. Lequile. ſed MS. ant. Gans. & Anonymus* habent 23. Decemb. & *Rittershuſius* die 7. Decemb. — 1623.

X.

OBit FRIDERICUS Archidux Auſtriæ Alberti II. Contracti filius cognomento ſplendidus occiſus in venatione ab Ernliebo de Pottendorff ſepultus in crypta ad S. Stephanum, quam frater ejus Rudolphus ſibi & familiæ conſtrui curavit. *Gundelfing. MS. Raym. Fugger. Jac. Fugger. Eytz. Strad. Pieſp.* ex inſcriptione ad S. Steph. Errat *Chron. Vienn. MS.* quod ponit ſepultum in campo liliorum, niſi fuerit depoſitus, donec crypta Viennenſis perficeretur. Vixit annos 15. — 1362.

XI.

OBit CATHARINA filia Erneſti Ferrei Archiducis Marchioniſſa Badenſis. *Guilliman. MS. Lequile. Jac. Fugger.* — 1490.

| | | ANNO. |
|---|---|---|
| | Obit SOPHIA BARBARA Bipontina filia Philippi Ludovici, neptis Mariæ Auſtriacæ Duciſſæ Juliacenſis. *Henning. P. 1.* | 1591. |
| | Obit ALEXANDER Parmenſis filius Margaretæ Auſtriacæ. *Betul. Calend.* | 1592. |
| | CONSTANTIA Auſtriaca filia Caroli Archiducis Græcenſis nuptias celebrat Cracoviæ cum Sigiſmundo III. Rege Poloniæ, ſecunda ejus vxor poſt Annam ſuam ſororem. *MS. Græc. Jo. Gans. Jac. Fugg.* ſed *Vernulæus* poſuit die ſequenti. | 1605. |
| XII. | ALEXANDER Princeps Poloniæ filius Caſimiri ex Elisabetha Auſtriaca coronatur Rex Poloniæ poſt obitum fratris. *Anonym. Joan. Gans.* Coronatur verò à fratre ſuo Friderico Cardinali. *Ciacon.* | 1502. |
| | LEOPOLDUS AUGUSTUS IMPERATOR nuptias celebrat cum Margarita, nepte ex ſorore, Hiſpana. *Jac. Fug. ſive Sigiſ. Betul.* | 1666. |
| XIII. | GOTFRIDUS Comes Habſpurgo-Lauffenbergicus confirmat donationes ſuorum majorum & patruelium factas Cœnobio Wettingenſi. *Guillim. Habſpurg. fol.* 289. | 1259. |
| | JOANNES Auſtriacus Cæſaricida obit Piſis in Monaſterio Auguſtinianorum cui fuerat incluſus à Summo Pontifice propter occiſum patruum Imperatorem : ſepultus ibidem ad S. Nicolaum. *Roo. Haſelbach.* vixit annos 31. | 1313. |
| | Naſcitur ELISABETHA filia Friderici Archiducis Principis Tyrolenſium. *Lequil. Jac. Fugger. Guilliman. MS.* | 1409. |
| | Obit ELISABETHA vxor Friderici Tyrolenſis ex partu filiolæ Eliſabethæ. *Lequile. Fugger.* alibi habet *Lequile* defunctam triduo poſt prolem, igitur 16. Decemb. | 1409. |
| | ELEONORA filia Philippi I. Regis Hiſpaniæ viduatur marito Emanuele Rege Luſitaniæ. *Jac. Fug. in ſpec.* & in Catalogo bis ponit, ſemel die 13. dein iterum die 19. ſed melius 13. quia eandem diem habet *Gans.* | 1521. |
| XIV. | ANNA filia Friderici III. Pulchri Auſtriaci Imp. ſponſa 1. Regis Poloniæ, 2. Ludovici Romani Ducis Bavariæ. 3. Joannis Goritiæ Comitis, nulli nupta, ut aliqui ſibi perſuaſerunt ex *Lazio* non benè intellecto, ſed virgo, ex ſua dote ſeu hæreditate paterna conſtructo Cœnobio S. Claræ Viennæ, illud ingreditur cum 26. Virginibus 19. Cal. Januar. in die S. Gertrudis ut habet *Lazius*, tametſi nullam Gertrudem reperiam coli die 14. Decemb. alij ponunt 23. Decemb. vt *Gans.* & decennio prius, quod non credo, quia anno 1334. vixdum habuit 15. annos. *Waddingus* tamen in Annalibus ait circa annum 1333. ingreſſam cœnobium Annam, ſed videtur alijs credidiſſe. | 1344. |
| | Obit ANNA vxor Matthiæ Imperatoris mane intra horam 7. & 8. *MS. Gans Mateneſ. Jac. Fugger.* malè *Anonym.* die 4. Dec. hora 10. matut. pejus *Vernulæus* qui habet 31. Decemb. ſepulta eſt Viennæ ad Cappuccinos intra vrbem fundatione ſuâ. | 1618. |

Leo-

ANNO.

*LEOPOLDUS* Imp. *A*uguſtus tertias nuptias celebrat cum Leonora Magdalena Thereſia Palatina Neoburgica Paſſavii. *Novell.* 1676.

XV. OBit *FRIDERICUS* Dux Lotharingiæ avus Friderici Athletæ, cui nupta fuit Eliſabetha Auſtriaca *A*lberti I. Imperat. filia. *Henning. P.* 1. *fol.* 90. *Gualter.* 1303.

*PHILIPPUS II.* Rex Hiſpaniæ conjugi ſuæ Mariæ Anglæ Bruxellis parentat. *Vernulæ.* 1558.

XVI. *HENRICUS* Princeps Portugalliæ frater Iſabellæ Carolo V. Imperat. nuptæ creatur Cardinalis à Paulo Papa *III. Ciacon. Oldoin. To.* 3. *fol.* 710. 1545.

Naſcitur *JOANNES* Georgius Marchio Brandeburgicus filius Joachimi Friderici abnepotis Eliſabethæ *A*uſtriacæ Reginæ Poloniæ Alberti *II.* Imperat. filiæ. *Henning. P.* 2. 1577.

XVII. OBit *JOANNES II.* Comes Habſpurgo-Lauffenbergicus, & ſepelitur Wettingæ. *Tſchudius apud Guillim. lib.* 7. *c.* 6. ipſe *Guillim.* Cal. Jan. ſed eſt 16. Calend. Jan. 1380.

Naſcitur *ERNESTUS* Dux Bavariæ matre Anna *A*uſtriaca filius Alberti Magnanimi, poſteà Epiſcopus Friſingenſis, Hildeſienſis, Leodienſis, & demum Colonienſis *A*rchiepiſcopus. *Anonym. Græc.* ſed *Vernulæus* ponit die ſeq. *Betulius* nobiſcum. 1554.

*SIGISMUNDUS III.* Rex Sueciæ maritus Conſtantiæ Auſtriacæ fit Rex Poloniæ. *Jac. Fugger. inſpec. fol.* 511. 1587.

XVIII. NAſcitur *GEORGIUS* Fridericus Dux Holſatiæ in Sunderburg pronepos Chriſtiani *III.* Regis Daniæ nati ex Anna Brandeburgica nepte Annæ *A*uſtriacæ filiæ Alberti *II.* Imperatoris Duciſſæ Saxoniæ. *Henning. P.* 2. *Bucelin. Auctar.* 1611.

Naſcitur *MAXIMILIANUS* Thomas filius Ferdinandi *III.* Cæſaris Viennæ. *Henr. Oræus* ſed *Fugger* ponit 20. Dec. 1638.

XIX. *PHILIPPUS* Archidux Auſtriæ Caroli V. filius Mediolanum ingreſſus omni publicæ lætitiæ genere excipitur. *Thuanus.* 1548.

Naſcitur *ANNA* Maria Brandeburgica in Culmbach filia Chriſtiani proneptis Mariæ *A*uſtriacæ Ferdinandi I. Imperatoris filiæ Duciſſæ Cliviæ, quæ poſteà nupſit Jaonni *A*ntonio Principi ab Eggenberg. *Bucelin. in Auctar.* 1609.

*FERDINANDUS* Rex Vngariæ obligat ſe Mariæ Reginæ ſorori ſuæ, quod ei portionem dotalem in regno aſſignare, vel ſi in regno non poſſet, aliis æqui valentibus mediis proſpicere velit. *MS. Oberburg.* Eadem die deſtinat Chriſtophorum Epiſcopum Labacenſem Legatum, adjunctis aliis Conſiliariis ad tractandum cum Joanne Comite Poſonienſi. *ibidem.* 1626.

Naſcitur *COSMUS* Dux Hetruriæ Coſmi *II.* & Mariæ Magdalenæ *A*uſtriacæ nepos, & poſt horas quadragiuta obit. *Rittershuſ.* 1639.

ANNO.

XX. OBit *HARTMANNUS* filius Rudolphi I. Imperat. Habſpurgici ſubmerſus in Rheno ad Rheinaviam prope Schaffhuſium cum 11. aliis nobilibus. Vixit annis 18. *Gebvilher. Gans, Suitz. Eytzing. Beyrlinck. Cuſpin.* ad annum 1288. ſed alii anno 1282. ut *Pieſp. Ebing.* alii 1280. ut *Jacob. Fugger.* alii quibus ſubſcribo anno 1281. ut *MS. Chron. Vien. Vernulæ. Roo.* ſepultus eſt Baſileæ in Baſilica maiori. *Gebvilh. Cuſp. Eytzing.* 1281.

Obit *BEATRIX* vxor 3. Henrici Ducis Carinthiæ, qui fuit frater Eliſabethæ nuptæ *A*lberto I. Imp. Habſpurgico, & ſepelitur in Stambſenſi Cænobio. *Lequile.* 1331.

Naſcitur *AGNES* filia Adolphi Ducis pronepotis ex matre Sophia Eliſabethæ *A*uſtriacæ Reginæ Poloniæ, & conjuge Chriſtina pronepte ejusdem Eliſabethæ. *Henning.* 1579.

XXI. *RUDOLPHUS* Comes Habſpurgicus confirmat quasdam donationes factas Eccleſiæ Beronenſi à nobilibus de Waddegg ſuis feudatariis. *Guilliman. lib. 6. fol.* 288. 1257.

Naſcitur *WILHELMUS* I. Cocles Landgravius Thuringiæ pronepos Mechtildis Habſpurgicæ Rudolphi I. Imp. filiæ Ludovico Severo Bavaro nuptæ. *Henning. P.* 2. 1343.

Naſcitur *ELISABETHA* filia Philippi Electoris Palatini ex Margareta Bavara nepte Margaretæ Auſtriacæ Duciſſæ Saxoniæ. *Henning. P.* 1. 1483.

Naſcitur *FRANCISCUS* Thomas Dux Sabaudiæ filius Caroli Emanuelis ex Catharina Auſtriaca. *Betul. in Calend.* 1596.

*MAXIMILIANUS* Thomas filius Ferdinandi III. Imp. baptizatur à Nuntio *A*poſtolico Viennæ. *MSS. adverſ.* 1638.

XXII. *GEBHARDUS* Habſpurgo-Zâringicus fit ex Monacho Hirſchaugienſi Epiſcopus Conſtantienſis, & confirmatur à Cardinale Oſtienſi tunc ſedis Apoſtolicæ in Germania Legato. *Guillimann. lib. 5. fol.* 177. 1084.

Naſcitur *CAROLUS* Ludovicus Palatinus Rheni Elector filius Friderici V. qui fuit atnepos Eliſabethæ Auſtriacæ Reginæ Poloniæ Alberti II. Imp. filiæ. *Betul. in ſpec.* 1617.

Naſcitur *MARIA Anna* filia Ferdinandi III. Imperatoris Neoſtadii, quam ê ſacro fonte levat Leopoldus Wilhelmus Archidux, baptizat Cardinalis à Dietrichſtein. *Oræus. MS. Vienn. Jac. Fugger. ſed Joan. Gans* habet 24. quâ die fortè baptizata fuit. 1634.

*FERDINANDUS III.* eligitur Ratisbonæ Rex Romanorum vivo patre. *Oræus. Bucelin. Fugger.* 1636.

XXIII. OBit *FRIDERICUS* filius Friderici II. Electoris Saxoniæ ex Margarita Auſtriaca Erneſti Archiducis filia vixit annum 1. m. 3. dies aliquot. *Anonym. Henning. P.* 2. 1451.

Naſcitur *THOMAS* Carolus filius Philippi IV. Regis Hiſpaniæ. *Jac. Fugger. ſed Anonym.* habet 21. hujus. 1658.

ANNO.

XXIV. OBit *GEBBO* Comes Habſpurgicus frater Ramperti. *Guillim. lib. 3. cap. 4. fol. 84.* 767.

Obit *MECHTILDIS* Habſpurgica Rudolphi I. Impera. filia Duciſſa Bavariæ pridie natalis Domini, ſepulta in Cænobio Fürſtenfeldenſi, quod maritus fundaverat ob cæſam priorem conjugem ex injuncta Romæ pœnitentia. *Roo. Joan. Gans. ſed Vernulæus* poſuit die 26. Decemb. & *Betulius* 23. ejusdem. 1304.

Obit *FRIDERICUS II.* Elector Saxoniæ maritus Margaritæ *Auſtriacæ*, & ſepelitur Miſnæ in ſacello à ſe fundato. *Henning. P. 2. f. 18.* malè *Betul.* ponit 7. ſept. 1464.

Naſcitur *CONSTANTIA* filia Caroli *Archiducis* Græcenſis, Græcii Styrorum. *MSS. Græc. Gans. in Gynæc. & Arbor. Eytzing. Ebing. Mateneſ. Jac. Fugger.* 1588.

XXV. OBit *SIGISMUNDUS* Marchio Miſniæ frater Friderici Placidi Electoris Saxoniæ, cui nupta fuit Margarita *Auſtriaca* Erneſti Ferrei Archiducis filia, Epiſcopus Herbipolenſis. *Henn. P. 2. fol. 19.* ſepelitur Miſnæ. 1457.

*FRIDERICUS* IV. Imperator Romam venit ut peregrinus, & ſacrâ nocte in miſſa Pontificis Pauli *II.* Evangelium decantat, ut Romanæ Eccleſiæ Diaconus. *Roo. Ciacon. Fugger.* 1468.

Naſcitur *MARGARETA* Auſtriaca filia Caroli *Archiducis* poſteà Regina Hiſpaniarum, ſeſqui quadrante poſt 9. matutinam Græcii. *MSS. Græc. Eytzing. Pieſp. Ebing. Mateneſ. Gans.* 1584.

Obit *CLAUDIA* Archiducis Leopoldi Tyrolenſium Principis vidua Oeniponti, & ibidem ſepelitur in templo PP. Societatis penes maritum. *Fugger. Lequile*, qui obitum notat pridie. 1648.

XXVI. OBit *FRANCISCUS* Archidux filius Maximiliani I. Imp. & ſepelitur Bruxellæ ad D. Jacobi. Vixit circiter menſes quatuor. *Cuſpin. Roo. Pieſp. Eytzing.* 1481.

*CAROLUS* Archidux filius Caroli Græcenſis inſignitur Cruce Teutonica Halæ in Tyroli in præſentia Sereniſſi. ſororum. *MS. Græ. Ma.* 1618.

Obit *JOANNES* Carolus *Archidux* filius Ferdinandi *II.* Imp. Græcij. *MSS. Græc. Gans.* ſed diſcordant in anno, quià *MS.* habet 1619. *Gans* verò 1617. putem errore Typographi, quià *Fugger* habet eundem annum ſed diem 16. uti & *Mateneſ.* nimirùm ſtylo veteri, qudd idem eſt. 1619.

XXVII. RUDOLPHUS I. Imperat. creat Albertum filium ſuum Ducem Auſtriæ, & alterum filium Rudolphum Ducem Sueviæ *Auguſt.* in Comitiis. *Roo. T. Haſel. MS. Roo. Pieſp. Ebing. Strada ſed Mat.* die 27. Januarii. 1282.

Naſcitur ex Eliſabetha Auſtriaca Alberti *II.* Imp. filia Caſimiro Poloniæ Regi filius *JOANNES* Albertus. *Anonym. Joan. Gans. Betul.* 1459.

Naſcitur *ELEONORA MAGDALENA THERESIA* Pala- 1654.

| | | ANNO. |
|---|---|---|
| | Palatina Rheni Neoburgica nunc Imperatrix Auguſta Leopoldi Auguſti tertia conjunx. *Sigiſm. Betul. in ſpec. fol.* 144. | |
| XXVIII. | OBit *ELISABETHA* filiola Friderici Archiducis Tyrolenſium Principis 17. dierum infans, die SS. Innocentum. *Didacus. Lequile: ſed Fugger* habet pridie: mater poſt triduum ſubſecuta, alibi verò ſcribitur præceſſiſſe 13. hujus. | 1409. |
| | Naſcitur *MARGARETA* ab Auſtria filia Caroli V. Imp. poſteà vxor Octavii Farneſij. *Jac. Fugger. Vernulæ.* | 1522. |
| | Obit Chriſtophorus Dux Wirtenbergicus nepos Chunegundis Auſtriacæ ex matre Sabina Bavariæ Duciſſa. *Henning. P. 1. Germ.* | 1568. |
| XXIX. | NAſcitur *CASIMIRUS* Rex Poloniæ *Alberti* II. Imperatoris *Auſtriaci* gener. *Jac. Fugger. Betul.* | 1427. |
| | *MAXIMILIANUS* I. Imp. Sfortiam Ducem Mediolanenſem à Gallis pulſum vrbi & dignitati reſtituit. *Vernulæ.* | 1512. |
| | Obit *MAGDALENA* filia Georgii Barbati Ducis Saxoniæ neptis Eliſabethæ *Auſtr.* Reg. Poloniæ. & vxor prior Joachimi II. Electoris Brandeburgici. *Henning.* | 1534. |
| | Eadem die naſcitur & obit cum matre Magdalena in partu filius *PAULUS* Brandeburgicus. *Henning.* | 1534. |
| XXX. | NAſcitur *MARIA Anna* Joſepha filia Ferdinandi III. Imp. Ratisbonæ *MSS. ſed Jac. Fug.* ponit 20. Decemb. quià utitur ſtylo veteri in quibusdam. | 1654. |
| | Obit *FERDINANDUS* Carolus Archidux Tyrolenſium Princeps *Jac. Fugger. Com. Brandis. MSS. Adverſar.* | 1662. |
| XXXI. | OBit *LEOPOLDUS* Victorioſus nepos S. Leopoldi Dux Auſtriæ Babenbergicæ ſtirpis, & ſepelitur ad S. Crucem in *Auſtria*. *MS. Chron. Vienn. MS. alt. Thom. Ebendorffer. MS. Henr. Stero.* | 1193. |
| | *HARTMANNUS* filius Rudolphi I. Imp. Habſpurgici ſubmerſus in Rheno pridie S. Thomæ, hac die ſepelitur Baſileæ *Jac. Fugg. fol.* 109. niſi quod vno anno anticipet. Tardius ponunt *Pieſp. & Ehing.* anno 1282. ſed *Eytzing. Suitzerus. Gebvilherus* anno 1288. credo *MS. Chro. Viennenſ.* quod habet annum 1281. | 1281. |
| | Naſcitur *BEATRIX* Princeps Portugalliæ Emanuelis Regis filia, ſoror Iſabellæ Carolo V. Imp. nuptæ. *Henn. P. 1. Germ. fol.* 106. | 1504. |
| | Obit *BLANCA* Maria vice Comes Mediolanenſis vxor Maximiliani I. Imp. Oeniponti vltimo anni die, & ſepelitur in Stambſenſi Cænobio, *Lequile. Jac. Fugger.* Unde errant *Pieſp. & Mateneſ.* qui an. 1502. extinctam ſcribunt. *Strada* ait ſedecim annis marito convixiſſe, igitur obiit 1511. cum nupta fuerit 1494. | 1511. |
| | *FERDINANDUS* III. coronatur Rex Romanorum Ratisbonæ. *Jac. Fugger.* alii habent die 30. hujus, ut *Henr. Oræus. Gabr. Buc.* malè quidam alius 20. Dec. licet correſpondeat ſtylo vet. qui turbat faſtos. | 1636. |

CON-

# CONCLUSIO PROLEGOMENI.

ATque hæc ſunt ornamenta & Prærogativæ *Auguſtiſſimæ Domûs Habſpurgo-Auſtriacæ* è millenis decem, inſinuatæ potiùs quàm deductæ. Fuſior earum tractatio, non tam operoſa foret, quàm obnoxia æmulorum invidiæ. Ex vngue Leonem colligent ſapientes. Ii potiſſimum, qui *Auguſtæ Domûs* honorem ardenter optant, zelosè promovere ſatagunt, & in ejus æternitate dignis facinoribus perlegendis delectantur. Theologorum effatum eſt: Beatos quo perſpicaciori oculo divinas perfectiones contemplantur, hoc vehementius in DEI amorem exardeſcere, & quaſi violentari. Mihi *Auſtriacæ Auguſtæ Domûs* divinas virtutes, heroica facinora, Fortunam æmulorum livori expoſitam curioſius ſcrutari dudum pia fuit ambitio: Neque pauca ſanè ſunt, quæ in Adverſaria multis annis congeſſi. Omnia digerere labor eſſet meis (vt nunc ſunt) viribus impoſſibilis. Oceanus ſunt virtutes Auſtriacorum, in quo quantum proveheris, tantum recedis à vado, & quanto amplius ſcrutaris, tanto amplius amas. Id fidelium vaſallorum ingenium eſt, cum aliter grati eſſe non poſſint vigilantiæ, curæ, protectioni, beneficentiæ ſuorum Principum. Magni Mundi Monarchæ DEUM imitantur vigilando pro ſubditis, arcendo hoſtes, averruncando ab iis pericula, donando, conferendo beneficia. Unde & vectigal cum DEO commune habent, ſubditorum vota, amorem, & venerationem. Mihi hactenus aliter non licuit Auſtriam venerari, quàm hoc Opuſculo, tenui quidem, ſed laborioſo, ſed pro honore Principum patriæ Patrum ſuſcepto. Succedant

alij, quibus plus otij, quibus ætas vegetior, & arcana Archivorum magis aperta. Porrò ſcopum in hac Diſſertatione Prolegomena præfixum (qui erat oſtendere *Habſpurgo-Auſtriacos à Caroli Magni ſanguine* ita *derivari*, vt inter hodie ſuperſtites Europæos Principes jure ſint Caroli M. Primogeniti) ſi placet ſuperis, attigimus. Siquid comparatione factâ cum aliis Principibus exaggeratius ſcriptum eſt, id citrà invidiam ſcriptum eſto, nec malus animus eſt in alios, qui bonus in ſuos. Omnes veneror, Auſtriacos nativo affectu proſequor, cùm nulli amplius debeam. Cœtera in hoc Opuſculo contenta, parerga ſunt, & appendices, quibus præludere placuit ſubſequenti Operi ANNO SANCTO HABSPURGO-AUSTRIACO, quem plurium annorum improbo labore molitus ſum, & tandem cum fine *Seculi Quarti Habſpurgo-Auſtriaci*, & principio *Seculi Quinti* Anno M. DC. LXXIX. concluſi. Cœlitum in eo producentur nomina *Sanctorum*, *Beatorum*, *Beatæ memoriæ*, *Bonæ memoriæ*, *Venerabilium*, provt hactenus hæc prædicata illis ſive ab Eccleſia, ſive ab aliis probis authoribus attributa ſunt. Intrà Quingenteſimum ſubſtiti numerum: addent alij plures, quibus plus otij, plus ad librorum, & chartophylaciorum arcana occaſionis. Nunc voto calamum infringo: Vivat AUSTRIA! annos annis accummulet, & Faſtos impleat dignos æternitate!




IN-

# INDEX I.

## IN I. PARTEM DISSERTATIONIS POLEMICÆ CAPITUM ET PARAGRAPHORUM.

### CAPUT I.

PRima Opinio de Origine Auguſtæ Domûs Habſpurgo-Auſtriacæ. *Habſpurgicos derivari ab Oſiride Ægyptio.* pag. 1.
§. Unicus. Exponitur Opinio I. & reiicitur. ib.

### CAPUT II.

Secunda Opinio. *Habſpurgicos derivari à Noë, & Cham ejus Filio.* p. 2
§. Unicus. Exponitur II. Opinio, & reiicitur. ib.

### CAPUT III.

Tertia Opinio. *Habſpurgicos derivari à Scipionibus, aut Fabiis Romanis.* p. 3
§. Unicus. Exponitur III. Opinio, & reiicitur. ib.

### CAPUT IV.

Quarta Opinio. *Habſpurgicos derivari ab Antenore Trojano, Cimmeriorum ad oſtia Danubii Rege.* p. 4
§. I. Explicatur quarta Opinio. ib.
§. II. Probatur quarta Opinio. p. 6
§. III. Cenſura quartæ Opinionis. p. 7

### CAPUT V.

Quinta Opinio. *Habſpurgicos derivari ab Æneæ, ejusque poſteris Italiæ Regibus.* p. 10
§. I. Explicatur quinta Opinio. ib.
§. II. Probatur quinta Opinio. p. 13
§. III. Impugnatur quinta Opinio, & refelluntur Probationes. p. 14
§. IV. Reſponſiones Adverſariorum ad præmiſſas Impugnationes. p. 17
§. V. Cenſura præmiſſarum Reſponſionum. p. 19

### CAPUT VI.

Sexta Opinio. *Habſpurgicos derivari à Perleonibus, ſeu Petris Leonibus Romanis.* p. 22

§. I. Explicatur ſexta Opinio. ib.
§. II. Sextæ Opinionis fundamentum primum Authoritas. p.24
§. III. Sextæ opinionis alterum fundamentum Membranæ. p.26
§. IV. Sextæ opinionis tertium fundamentum Conjecturæ. p.28
§. V. Pierleoniſtarum primum fundamentum evertitur. p.30
§. VI. Examen authorum quos pro ſe allegant Pierleoniſtæ. p.32
§. VII. Pierleoniſtarum ſecundum Fundamentum evertitur. p.45
§. VIII. Pierleoniſtarum tertium fundamentum evertitur. p.49
§. IX. Impugnatur vlterius Pierleoniſtarum opinio, & fictitia oſtenditur. p.56
§. X. Examen cauſæ, ob quam Perleones Româ abiiſſe dicuntur. p.62
§. XI. Examen temporis, quo Perleones dicuntur Româ diſceſſiſſe. p.68
§. XII. Examen loci ad quem fugerunt Perleones, ut aſſeritur. p.70
§. XIII. Novæ Pierleoniſtarum ſuppetiæ diſſipantur. p.74
§. XIV. Judicia aliorum authorum de hac ſexta opinione. p.80

## CAPUT VII.

Septima Opinio. *Habſpurgicos derivari à Gunthero Francorum Rege.* p.84
§. I. Quid Francorum nomine intelligendum. ib.
§. II. Explicatur ſeptima opinio. p.87
§. III. Reiicitur ſeptima opinio. p.88

## CAPUT VIII.

Octava Opinio. *Habſpurgicos derivari à Griphone filio, vel fratre Pipini Brevis Regis Francorum.* p.90
§. Unicus. Proponitur octava opinio & reiicitur. ib.

## CAPUT IX.

Nona Opinio. *Habſpurgicos derivari ab antiquis Regibus Francorum Germanorum Merovingis.* p.90
§. I. Explicatur nona opinio. ib.
§. II. Nonæ Opinionis fundamentum primum authoritas. p.94
§. III. Nonæ Opinionis fundamentum ſecundum Probationes, & conjecturæ. p.103
§. IV. Impugnatur nona Opinio. p.110
§. V. Impugnationes Nonæ Opinionis refelluntur. p.112

## CAPUT X.

Decima Opinio. *Habſpurgicos derivari ab Hugoberto Duce Transjurano.* p.116
§. Unicus. Exponitur decima opinio, & reiicitur. ib.

## CAPUT XI.

Undecima Opinio. *Habſpurgicos derivari à Comitibus Merſpurgicis.* p.119
§. Unicus. Refertur hæc Opinio, & reiicitur. ib.

CA-

## CAPUT XII.

Duodecima Opinio. *Habſpurgicos derivari ab antiquis Bavariæ Ducibus, & Marchionibus Antuerpienſibus.* p.120
§. Unicus. Proponitur hæc Opinio, & reijcitur. ib.

## CAPUT XIII.

Decimatertia Opinio. *Habſpurgicos derivari ab antiquis Comitibus, & Præfectis Vindoniſſæ Helvetiorum.* p.123
§. I. Explicatur Decimatertia Opinio. ib.
§. II. Probatio Decimætertiæ Opinionis. p.125
§. III. Impugnatur Decimatertia Opinio. p.127

## CAPUT XIV.

Decimaquarta Opinio. *Habſpurgicos derivari à Comitibus Thierſteinijs.* p.128
§. I. Explicatur Decimaquarta Opinio. ib.
§. II. Impugnatur Decimaquarta Opinio, & iterum vindicatur. p.129

## CAPUT XV.

Decimaquinta Opinio. *Habſpurgicos derivari à Gunthramo, vel alio quopiam Comite Altenburgico prætermiſſis ejus majoribus.* p.134
§. I. Explicatur Decimaquinta Opinio. ib.
§. II. Genealogia Habſpurgicæ *Domus* ex veteribus membranis Cœnobij Murenſis, edita à Gothofredo. p.135
§. III. Alia Genealogia ex MSS. Cœnobij Murenſis conſcripta à Dominico Abbate Murenſi. p.137

## CAPUT XVI.

Decimaſexta Opinio. *Habſpurgicos derivari ab Attico, ſeu Ethicone Alemanniæ, & Alſatiæ Duce.* p.142
§. I. Explicatur Decimaſexta Opinio. ib.
§. II. Probatur Decimaſexta Opinio. p.144
§. III. Cenſura Decimæſextæ Opinionis. p.146

## CAPUT XVII.

Decimaſeptima Opinio. *Habſpurgicos derivari à Warino Duce Alemanniæ Attici Ducis pronepote.*
§. Unicus. Proponitur Decimaſeptima Opinio, & reijcitur.

## CAPUT XVIII.

Decimaoctava Opinio. *Habſpurgicos derivari ab antiquis Regibus Gothis, & Burgundionibus.* p.150

§. I. Explicatur Decimaoctava Opinio. ib.
§. II. Censura Decimæoctavæ Opinionis. pag.152

## CAPUT XIX.

Decimanona Opinio. *Austriæ Archiducum Originem, prætermissis Habspurgicis petendam esse â Rudolpho I. Imperatore.* p.154
§. I. Explicatur Decimanona Opinio. ib.
§. II. Censura Decimænonæ Opinionis. p.155

## CAPUT XX.

Vigesima Opinio. *Habspurgicos derivari à Carolo Magno Imperatore.* p.156
§. I. Explicatur Vigesima Opinio. ib.
§. II. Designatio graduum à Carolo Magno ad Habspurgicos. p.158

## CAPUT XXI.

Judicium authoris de præmissis Viginti Opinionibus, circà Originem Augustæ Domûs Habspurgo-Austriacæ. p.163
§. Unicus. Recapitulantur præmissæ Viginti Opiniones, & censurantur. ib.

## CAPUT XXII.

Opinio Amplectenda. *Habspurgicos derivari non solùm à Carolo Magno, sed etiam à Merovingis, & Romanis.*
§. I. Explicatur amplectenda Opinio. ib.
§. II. Designatio Stemmatis Merovingici Vniversi. p.167
§. III. Designatio Stemmatis Merovingici Collateralis ex Alberico filio Clodionis. p.171
§. IV. Designatio Stemmatis Merovingici Collateralis, ex Blithilde filia Clotharij Magni. p.172
§. V. Plenius Stemma lineæ collateralis Merovingicæ à Blithilde ad Carolum Magnum. p.176
§. VI. Plenius Stemma lineæ Carolinæ vsq; ad Habspurgicos. p.184
§. VII. Designatio Stemmatis Altenburgo-Habspurgici ab Ottoberto Comite Vindonissæ ad Rudolphum I. Imperatorem. p.191
§. VIII. Designatio Stemmatis Habspurgo-Austriaci lineæ rectæ à Rudolpho I. Imperatore, ad Leopoldum Augustum. p.195
§. IX. Deductiones plures Originis Habspurgicæ à Merovingis & Carolingis. p.198

IN-

# INDEX II.

## *In I. Partem Dissertationis Polemicæ, Rerum & Verborum.*


### A.

ALberti Argentinensis opinio de origine Habspurgicorum Comitum pag.33.36.77
Alberti de Bonstetten opinio de origine Habspurgicorum. p.3
Anicij an orti ex Julianis. p.13.15
Ansberti Senatoris Romani genesis. p.9.172.174.176
Atticus Dux Alsatiæ an origo Habspurgicorum. p.142
ejus genesis relata. p.143
Aventini opinio de origine Habspurgica. p.1
de eo non benè sensit Baronius. pag.2
Augusti vnde dicantur. p.16
Avitus Imperator proavus Ansberti. pag.9
Austriæ Chronicorum vetus author quis. p.34
Austriacorum Impp. & Principum opinio de sua origine. p.29.51.94
Austriacorum origo à Romanis. pag. 126.157.172
origo à Carolo Magno. p.158. & seqq.

### B.

BAvariæ Duces antiqui an origo Habspurgicorum. p.120
an orti à Carolo Magno. p.161
Blithildis Merovingicæ cum Ansberto Romano successio. p.172
Bucelinus de origine Habspurgica palinodiam prudenter cecinit. p.148
Burgundiæ Regum & Ducum origo. p.117

### C.

CApetinorum Regum origo à Carolo Magno improbabilis. p.160
verior à Saxonibus. p.118
Carolus Magnus an à Trojanis ortus. p.10.21
fuit natione Germanus. p.85.198
ejus sanguinis participatio etiam per fæminas semper magni æstimata. p.157
ejus sanguis communicatus Habspurgicis. p.156
ejus mascula progenies extincta. p.183
ejus plena Genesis vsque ad Habspurgicos. p.158.& p.184
vna cum probationibus. p.186
Cuspiniani judicium de origine ficta Habspurgicorum. p.2.

### D.

DIdacus Lequile reprehensus. p. 155.& alibi.
Diplomata veterum non omnia sincera. p.141
eorum variæ subscriptiones. p.141

### F.

FAbij Romani an origo Habspurgicorum. p.3
Flavij prænomen à multis usurpatum. p.21
Franci veteres veri Germani. p.85
Franci Ortivi & Occidui distincti. p.85

Franci Galli ſunt ſoboles Franco-Germanorum. p.87
Francorum nomine quinam intelligendi. p.84
Francorum Regum veterum Genealogica fragmenta. p.8
Frangepanorum Comitum diſceſſus Româ. p.70

G.

GEnealogiæ ſcribendæ regulæ. p.22
Genealogicum ſtudium peculiare, & paucorum eſt. p.31
Gothi veteres an origo Habſpurgicorum. p.150
Gundelfingius primus author Pierleoniſtarum. p.35.51.78

H.

HAabſpurgi vocabulum vnde ſumptum. p.56.80
caſtrum quando conditum. p.56
Habſpurgicæ Geneſes ex ant. membranis. p.135.137
Habſpurgicorum à Romanis origo. v. Auſtriaci.
Henrici Gundelfingenſis ſcripta plena fabulis. p.35
Hildegardis vxoris Caroli Magni origo. p.122

I.

INſignia ſæpè arguunt originem familiæ. p.30.108.152
Julius Cæſar an ab Æneа ortus. p.14
Juliæ & Julianæ familiæ geneſis. p.12
Juliani vtrum orti ex Juliis. p.13.15.
Juſtinus Imperator vtrum Anicius. p.17.18.21

L.

LEopoldi Auguſti linea recta à Merovingis. p.196
Lucretiæ de Perleonibus Epitaphium. p.43.80

M.

MAximiliani I. Imperatoris opinio de origine Habſpurgica p.1.2.94.
ejus in Stabium invectiva. p.2.3
Merovingi prima origo Habſpurgicorum. p.167
Merovingorum exacta geneſis. p.163
eorum ſtirps maſcula eradicata. p.170
S. Morandus ex familia Auſtriacorum. p.96

N.

NEronis familia penitus exſtincta. p.15

O.

OTtobertus Habſpurgicus in S. Trudpertum munificus. p.140
Ottocari Regis Bohemiæ ſenſus de Rudolpho Imperatore. p.27

P.

PErleones Romani an origo Habſpurgicorum. p.22
alij defenſores Sedis Apoſtolicæ. p.64
alij refractarij Sedi Apoſtolicæ. p.66
eorum Geneſis. p.23
de eorum diſceſſu Româ varia authores. p.68
Pierleoniſtæ qui Habſpurgicos à Perleonibus deducere volunt, enumerantur. p.24
eorum probationes ex membranis. p.26
probationes ex conjecturis. p.28
eorum fundamenta evertuntur p.30.45.49

autho-

authores examinantur. p.32.& ſeq.
pauci cum veritate allegantur. p. 40.& 45.
opinio eorum fictitia. p.55.& ſeqq.
Piſanorum Epiſtola ad Rudolphum Imperatorem. p. 27.

R.

REgum familiæ ſæpè interruptæ. p.7.
Romanorum Regē Geneſis. p.11.20.
Rudolphi I. Imp. modeſtia.p.27.47.
Epiſtola ad Ciſtercienſes. p. 27.
neglectus in veſtibus. p.47.
munificentia in hiſtoricum. p.47.

S.

SCioppij Opinio de Origine Habſpurgica. p.4.
Scipiones Romani an origo Habſpurgicorum. p. 3.
Seyfridi opinio de origine Habſpurgica. p.4.
nullo ſolido fundamento firmata. p. 38. 49.
Sigebertus Exul an fictus authorHabſpurgicorum. p.106.110.112.
Stabij opinio de origine Habſpurgica. p. 2.3.

T.

TExeræ opinio de origine Habſpurgica. p.7.
Thierſteinij an Origo Habſpurgicorum. p.128.
Trojani an Origo Habſpurgicorum. p. 10.
Trojanorum Regum Origo. p.19.

V.

VIndoniſſa Habſpurgicis hæreditaria. p. 124.
ejus Comites olim potentes.p.152.
eorum linea recta. p.191.
Urſinorum Romanorum adventus in Carnioliam,& Carinthiam. p.72.

## *Menda graviora ſic emenda.*

PAgina 7. in fine §. II. *adde* VIII. producit etiam Bucelinus in favorem hujus opinionis titulum S. Clodulphi ex quodam, vt ait antiquo Inſtrumento: nos igitur Clodulphus Dux Auſtriæ Moſellanicæ Arnulphi Ducis filius, filij Arnoldi ex antiqua ac nobili Francorum Trojanorumq; ſtirpe natus, &c. Datæ Treviris An. Domini DC.XLVI. Pag. 11. n. 16. demenſus. *lege* demerſus. Pag. 16. med. eamipſam, *adde* Epiſtolam. ibid. fine adiectivum *lege* adjectitium. Pag. 33. lin. 4. haſtæ. *lege* hauſtæ. Pag. 44. lin. 1. ſcripſit. *lege* obiit. Pag. 65. med. Octobris. *lege* Septembris. Pag. 73. init. augmenta, *lege* argumenta ib. fine. mum ortum, *lege* primum ortum. Pag. 80. init. viſitet. *lege* viſitur. ib. momentum' *lege* monumentum. Pag. 103. lin. 1. Bucheim. Labacenſis, *adde* Epiſcopus. Pag. 106. med. explicari, *lege* expilari. Pag. 111. num. 4. filiorum Theodeberti, *adde:* ſed etiam vaticinium. Columbani, quo prædixit Deum Theodorici. Pag. 128. tit. Caput XII. *lege* Caput XIV. Pag. 135. init. Suecus, *lege* Suevus. Pag. 138. med. Adelbetus I. *lege* Adelbertus I. Pag. 149. tit. §. I. *lege* §. III. Pag. 151. tit. Origo, *lege* Origo à. Pag. 162. med. fratrem, *lege* fratre. Pag. 173. tit. §. II. *lege* §. IV. Pag. 175. tit. §. III. *lege* §. IV. Pag. 196. fin. anno 1417. *lege* 417. Pag. 199. num. 10. anno 606. *lege* 906. Pag. 201. num. 12. anno 916. *lege* 906.

*Minora prudens Lector emendabit.*

IN-

# INDEX I.

## In II. Partem Diſſertationis Polemicæ, Capitum & Paragraphorum.

## CAPUT I.

*Prima Prærogativa.* Tot Sancti quot dies in Anno Habſpurgo-Auſtriacis ſanguine & cognatione illigati. §. vnicus. pag. 2.

## CAPUT II.

*Secunda Prærogativa.* Summi Pontifices Habſpurgo-Auſtriacis, & eorum majoribus ſanguine conjuncti. p. 3.

§. I. Sergius Papa III. ex Comitibus Tuſculanis Habſpurgo-Auſtriacis ſanguine junctus. p. 3.

§. II. Joannes Papa XI. ex Comitibus Tuſculanis. p. 4.

§. III. Joannes Papa XII. ex Comitibus Tuſculanis. p. 4.

§. IV. Benedictus Papa VII. ex Comitibus Tuſculanis. p. 4.

§. V. Georgius Papa V. ex Ducibus Saxoniæ Carolingis. p. 4.

§. VI. Benedictus Papa VIII. ex Comitibus Tuſculanis. p. 5.

§. VII. Joannes Papa XIX. ex Comitibus Tuſculanis. p. 5.

§. VIII. Benedictus Papa IX. ex Comitibus Tuſculanis. p. 6.

§. IX. Leo Papa IX. ex Comitibus de Dachsberg, imò Habſpurgicis. p. 6.

§. X. Victor Papa II. ex Comitibus Caluvenſibus. p. 6.

§. XI. Stephanus Papa IX. ex Ducibus Lotharingiæ. p. 7.

§. XII. Benedictus Papa X. ex Comitibus Tuſculanis. p. 7.

§. XIII. Calixtus Papa II. ex Comitibus Burgundiæ. p. 8.

§. XIV. Felix Papa V. ex Ducibus Sabaudiæ. p. 8.

§. XV. Calixtus Papa III. ex Borgia Hiſpana familia. p. 9.

§. *XVI.* Alexander Papa VI. ex Borgia Hiſpana familia. p. 9.

§. *XVII.* Leo Papa *X.* ex Medicæis Florentinis. p. 9.

§. *XVIII.* Clemens Papa VII. ex Medicæis Florentinis. p. 10.

§. *XIX.* Pius Papa IV. ex Medicæis Mediolanenſibus. p. 10.

§. *XX.* Leo Papa XI. ex Medicæis Florentinis. p. 10.

## CAPUT III.

*Tertia Prærogativa.* Imperatores omnes Occidentales à Carolo Magno, vel Habſpurgo-Auſtriaci, vel ex eorum majoribus, vel ſanguine juncti: p. 11.

§. I. Prima decas Imperatorum ex Majoribus Habſpurgo-Auſtriacorum. p. 11.

§. II.

§. II. Secunda Decas Imperatorum Occidentalium. p. 12.
§. III. Tertia Decas Imperatorum Occidentalium. p. 14.
§. IV. Quarta Decas Imperatorum Occidentalium. p. 14.
§. V. Quinta Decas Imperatorum partim Occidentalium, partim Orientalium ex Flandriæ Comitibus. p. 18.
§. VI. Imperat. Habſpurgo-Auſtriaci vna geneſi repræſentati. p. 20.

## CAPUT IV.

*Quarta Prærogativa.* Imperatores Orientales Habſpurgo-Auſtriacis eorumque majoribus ſanguine juncti. p. 21.
§. I. Imperatores Orient. ex ſtirpe Leonis I. & Martiani. p. 22.
§. I. Imperatores Orient. ex ſtirpe Heraclij. p. 22.
§. III. Imperatores Orient. ex ſtirpe Iſaurica. p. 23.
§. IV. Imperatores Orient. ex ſtirpe Macedonum. p. 23.
§. V. Imperatores Orient. ex ſtirpe Comnenorum. p. 24.
§. VI. Imperatores Orient. ex ſtirpe Palæologorum. p. 25.
§. VII. Aliæ connexiones Habſpurgo-Auſtriacorum cum Imperatoribus Orientalibus jus hæreditatis probantes. p. 25.

## CAPUT V.

*Quinta Prærogativa.* Præcipuorum Regum & Principum Europæ Origo ex Habſpurgo-Auſtriacis. p. 30.
§. I. Origo Regis Chriſtianiſſimi Galliarum ex Habſpurgo-Auſtriacis. p. 30.
§. II. Origo Regum Angliæ ex Habſpurgo-Auſtriacis. p. 31.
§. III. Origo Regum Bohemiæ à Carolo Magno ſimul, & Habſpurgicis. p. 35.
§. IV. Origo Regum Daniæ ex Habſpurgo-Auſtriacis. p. 36.
§. V. Origo Regum priorum Hungariæ ex Habſpurgo-Auſtriacis. p. 38.
§. VI. Origo Regum Poloniæ ex Habſpurgo-Auſtriacis. p. 39
§. VII. Origo Regum Sueciæ ex Habſpurgo-Auſtriacis. p. 40.
§. VIII. Origo Ducum Bavariæ Electorum ex Habſpurgo-Auſtriacis. p. 41.
§. IX. Origo Palatinorum Rheni Electorum ex Habſpurgo-Auſtriacis. p. 42,
§. X. Origo Ducum Saxoniæ Electorum ex Habſpurgo-Auſtriacis. p. 44.
§. XI. Origo Marchionum Brandeburgenſium Electorum ex Habſpurgo-Auſtriacis. p. 45.
§. XII. Origo Principum Anhaltinorum ex Habſpurgo-Auſtriacis. p. 48.
§. XIII. Origo Marchionum Badenſium & Durlacenſium ex Habſpurgo-Auſtriacis. p. 48.

§. XIV. Origo Ducum Brigenſium & Lignicenſium ex Habſpurgo-Auſtriacis. p. 51.
§. XV. Origo Ducum Brunſuicenſium, & Lunæburgenſium ex Habſpurgo-Auſtriacis. p. 52.
§. XVI. Origo Ducum Haſſiæ Landgraviorum ex Habſpurgo-Auſtriacis. p. 52.
§. XVII. Origo Ducum Hetruriæ ex Habſpurgo-Auſtriacis. p. 54.
§. XVIII. Origo Ducum Holſatiæ ex Habſpurgo-Auſtriacis. p. 54.
§. XIX. Origo Ducum Saxon. Lavenburgicorum ex Habſpurgico-Auſtriacis. p. 55.
§. XX. Origo Landgraviorum Leuchtenbergicorum ex Habſpurgo-Auſtriacis. p. 56.
§. XXI. Origo Ducum Lotharingiæ ex Habſpurgo-Auſtric. p. 56.
§. XXII. Origo Ducum Mantuæ ex Habſpurgo-Auſtriac. p. 59.
§. XXIII. Origo Ducum Megapolenſium ex Habſp. Auſtr. p. 61.
§. XXIV. Origo Ducum Sabaudiæ ex Habſpurgo-Auſtriac. p. 62.
§. XXV. Origo Ducum Vinarienſium ex Habſpurgo-Auſtriacis. p. 62.
§. XXVI. Origo Ducum Wirtenbergiæ ex Habſp. Auſtriac. p. 63.

## CAPUT IV.

*Sexta Prærogativa.* Jure natalium Habſpurgo-Auſtriaci Orbis Monarchæ, & primogeniti Caroli Magni. p. 64.
§. I. Oſtenditur obiter Habſpurgo-Auſtriaca potentia authorum ſuffragijs. p. 64.
§. II. Unde Habſpurgo-Auſtriacæ Domui tanta potentia, inquiritur. p. 69.
§. III. Habſpurgo-Auſtriaci inter Principes Caroli Magni primogeniti & Hæredes, etiam reſpectu Regum Galliæ. p. 72.
§. IV. De Origine Hugonis Capeti hodiernorum Regum Galliæ protoparentis variæ Opiniones.
§. V. Inquiritur vlterius Origo & ortus Hugonis Capeti. p. 86.
§. VI. Authorum teſtimonia, quòd Caroli Magni progenies maſcula penitus extincta ſit, & ejus ſanguinem Capetici nullo modo participaverint. p. 90.
§. VII. Proſecutio materiæ. Oſtenditur vera origo Capetica, & prioritas Auſtr. in participatione ſanguinis Carolini. p. 98.

## CAPUT VII.

*Septima Prærogativa.* Glorioſi Tituli Habſpurgo-Auſtriacorum ſuprà alios Principes. p. 104.
§. I. Titulus Archiducum ſolis Habſpurgo-Auſtriacis proprius: ejus origo. p. 104.

§. II. Habſpurgo-Auſtriaci Piiſſimi, Religioſiſſimi, ſemper Catholici. p. 124.
§. III. Titulus Chriſtianiſſimi æquè proprius Auſtriacis, ac Catholici. p. 127.
§. IV. Exemplis oſtenditur fidei Zelus Habſpurgicorum Comitum ante Rudolphum I. Imperatorem. p. 130.

## CAPUT VIII.

*Octava Prærogativa.* Hæreditaria Pietas Habſpurgo-Auſtriacorum Cæſarum Firmamentum Romani Imperij. p. 136.
§. I. Rudolphus I. Imperator Magnus. p. 136.
§. II. Albertus I. Imperator Triumphator. p. 140.
§. III. Fridericus III. Imperator Pulcher. p. 141.
§. IV. Albertus II. Imperator Honorificus. p. 143.
§. V. Fridericus IV. Imperator Pacificus. p. 145.
§. VI. Maximilianus I. Imperator Prudens. p. 148.
§. VII. Carolus V. Imperator Maximus. p. 149.
§. VIII. Ferdinandus I. Imperator Impavidus. p. 153.
§. IX. Maximilianus II. Imperator Omnilinguis. p. 156.
§. X. Rudolphus II. Imperator Acer. p. 157.
§. XI. Matthias Imperator Zelator. p. 159.
§. XII. Ferdinandus II. Imperator Pius. p. 162.
§. XIII. Ferdinandus III. Imperator Sapiens. p. 167.
§. XIV. Ferdinandus IV. Rex Romanorum *Amabilis.* p. 170.
§. XV. Leopoldus Imperator Induſtrius. p. 172.

## CAPUT IX.

*Nona Prærogativa.* Auſtriaci Reges antonomaſticè Catholici, & Archiduces ſingulariter Pij. p. 173.
§. I. De fidei Zelo, Catholicæ Religionis ſtudio, & Pietate in Auſtriacis Regibus Hiſpaniæ. *Philippo I. & Philippo II.* p. 173.
§. II. De fidei Zelo, Catholicæ Religionis ſtudio, & Pietate in Auſtriacis Regibus Hiſpaniæ *Philippo III. & Philippo IV.* p. 176.
§. III. De fidei Zelo, & Pietate Ducis *Alberti Sapientis.* p. 180.
§. IV. De fidei Zelo, & Pietate Archid. *Rudolphi IV. Ingenioſi.* p. 183.
§. V. De fidei Zelo, & Pietate Archiducis *Caroli Styriæ Principis.* p. 185.
§. VI. De fidei Zelo, & Pietate Archiducis Alberti Belgarum Principis. p. 187.
§. VII. De fidei Zelo, & Pietate Archiducis Leopoldi Tyrolenſ. Principis. p. 189.
§. VIII. De fidei Zelo, & Pietate Archiducis Leopoldi Gulielmi Belgarum Proregis. p. 191.

§. IX. De fidei Zelo, & pietate Archiducis Ferdinandi Infantis Hiſpaniæ. p. 195.
§. X. De fidei Zelo, & Pietate aliquot Heroidum Auſtriacarum: Mariæ Archiducis, & filiarum. p. 196.
§. XI. Analecta de fundatoribus Auſtr. & eorum Pietate. p. 201.
§. XII. Oſtenditur per Antitheſim Zelum Religionis Catholicæ, & Pietatem eſſe Firmamenta Regnorum. p. 206.

## CAPUT X.

*Decima Prærogativa.* Habſpurgo-Auſtriaca magnitudo Faſtos implens. p. 214.
§. *Vnicus.* Ephemeris Habſpurgo-Auſtriaca.

# Index II. In Partem II. Diſſertationis Polemicæ

Rerum & Verborum.

A.

AGnes Leopoldi Auſtriaci Glorioſi filia fundat Cænobium S. Magdalenæ. p. 206.
Albertus Belgarum Princeps orationis ſtudio addictus. p. 188.
fuit juſtitiæ amans. p. 101.
in Eccleſias Deiparæ munificus. p. 188.
Eccleſiis doctos præficere ſolitus. ib.
Religioſis multa domicilia ſtatuit. ib.
Proceſſionibus Theophoriæ devotè intereſt. ib.
Albertus I. Imperator tria in pretio habet. p. 140.
Concionatorem acrem modeſtè tolerat. ib.
ejus in ſedem Apoſtolicam reverentia. ib.
apud eandem ſedem æſtimatio. ib.
in Religioſos viros propenſio. ib.
ejus Elogium. ib.
Albertus II. Imperator Cleri reformationem procurat. p. 144.
in Judæos animadvertit. ib.
Divo Georgio devotus ib.
invitus ſuſcipit Imperij faſces ib.
fuit trium ordinum militarium Magiſter. ib.
Albertus ſapiens Comes Habſpurgicus in terra ſancta pro Martyre habitus. p. 136.
Albertus ſapiens Dux Auſtriæ inveſtitur Dux Carinthiæ. p. 172.
primus Styris, & Carinthis leges communes dedit. p. 182.
fundat Gamingenſē Cartuſiam ib.
peregrinatur habitu diſſimulato ib.
omnibus æq; & publicè jus dicit ib.
ejus Elogium p. 180.
Alberti III. cum Trica Ducis Pietas p. 201.
Alberti IV. Archiducis Pietas p. 201.
Annæ Auſtriacæ Reginæ Poloniæ pietas. p. 198.
Angliæ Regum origo ex Auſtr. p. 33.
Anhaltinorum Principum origo ex Auſtriacis p. 48.
Archiduces Palatini, qui dicti. p. 106.
aliqui jam olim ſic appellati. p. 110.
Archiducum tituli origo & proprietas p. 140. 111.
Auſtriaci plures habent ſanctos p. 2.

diutius imperant quàm vlla familia. p.28.
maximè devoti Immaculatæ Conceptioni Deiparæ. p.125.
ſunt propagatores veræ Religionis p.126.& ſeqq.
gaudent etiam titulo Chriſtianiſſimi. p.127.176.
nullus vnquam ex illis hæreticus. p.126.
ſunt maximè obſervantes Sedis Apoſtolicæ. p.129.
ſunt fundatores ſacrorum locorum. p.130.& ſeqq.201.
latius regnant quam olim Romani. p.64.
eorum potentia & dominia. p.65.
cauſæ tantæ potentiæ. p.69.124.
arces & vrbes ab illis conditæ p.70
matrimoniis valdè felices. p.71. & ſeq.
ſunt Caroli M. primogeniti. p.72.
participant Caroli M. ſanguinem diu ante Capeticos. p.100.102.
quot Reges & Reginæ ex eorum familia. p.28.
eorum jus in Orientale Imperium. p.25.69.
eorum tituli ſuprà alios Principes. p.103.
ſunt dignitate primi poſt Electores. p.105.
Auſtria Cor & Clypeus Romani Imperij. p.105.

B.

BAdenſium Marchionum origo ex Auſtriacis. p.48.
Bavariæ Ducum origo ex Auſtriacis. p.41.
Blancæ Rudolphi III. Auſtr. conjugis pietas. p.205.
Bohemiæ Regum familia ex Auſtriacis. p.35.
Borgia familia cognata Auſtriacis. p.9.
Brandenburgi Marchionum origo ex Auſtriacis. p.45.
Brigenſium Ducum origo ex Auſtriacis. p.51.
Brunſuicenſium Ducum origo ex Auſtriacis. p.52.
Burgundiæ Comites cognati Auſtriacis. p.8.

C.

CAluvenſes Comites cognati Auſtriacis. p.6.
Capetici, vide Hugo Capetus.
an originentur à Carolo M. p. 76. ſeq.102.
extranei à ſtirpe Caroli M. p. 90. & ſeq.
Carinthiæ Duces an vſi aliquando titulo Archiducum. p.115.
Carolingo-Habſpurgici v. Auſtriaci.
Carolus M. & Carolingi verè Germani. p.73.
Caroli Magni ſtirps *virilis exaruit.* p. 90.& ſeqq.
Carolus M. transfert multa millia Saxonum in Gallias, & Gallorum in Saxoniam. p.98. & ſeqq.
Carolus IV. Imp. concedit Auſtriacis titulum Archiducis. p.120.
Carolus V. Imp. Anabaptiſtas exterminat. p.150.
Chriſto attribuit victorias. ib.
Eccleſiaſticos fovet & defendit. ib.
Chriſtum belli Ducem eligit. ib.
Religioſos viros habet in pretio. ib.
multa erigit Cænobia. ib.
Filio Religionem Catholicam commendat. ib.
Tridentini Concilij decreta ſervari mandat. ib.
SS. Euchariſtiam piè veneratur. ib.
vult nominari Oeconomus Confraternit. Immac. Concep. p. 152.

Romam à ſuis captam ægrè fert. ib.
ejus tituli & laudes inſignes. ib.
Carolus Styriæ Princeps odit hæreſim. p. 187.
Fundat Græcenſe Soc. Jeſu Colleg. & Academ. ib.
devotus eſt SS. Euchariſtiæ. p. 187.
ejus elogium. p. 186.
Catharinæ Reneæ Auſtriacæ pietas. p. 200.
Catholici Reges Maximi & Archi-Reges. p. 123.
prænomen proprium Regibus Hiſpanis. 128.
Chriſtianiſſimi titulus quibus attribuatur. p. 127.
Conceptionem Immaculatam B. V. ſingulariter colunt Auſtriaci. p. 125.
Conſtantiæ Auſtriacæ Reginæ Poloniæ pietas. p. 199.

D.

DAniæ Regum origo ex Auſtriacis p. 36.
Daxbergenſes cognati Auſtriacis. p. 6.
Draconicus ordo quis fuerit. p. 145.
Ducum vocabulum vnde ortum, & quid ſonet. p. 111.

E.

ERneſtus Archidux quomodo vſus titulo Archiducis. p. 121.
Euchariſtiæ cultus proprius Archiducibus. p. 124. & ſeqq.

F.

FAmiliarum interitus ex neglectu Religionis. p. 208. ſeqq.
Ferdinandus I. Imp. pro Catholica Religione Zeloſus. p. 153.
viros Religioſos habet in pretio. p. 154.
pro Eccleſiaſticis multa decernit. ibid.
Epiſcopos Labacenſes Legationibus adhibet. ib.
Societatem Jeſu inſigni favore proſequitur. p. 155.
Theophoriæ proceſſionibus piè intereſt. ib.
Deiparæ Virginis cultor eximius. ib.
Moriturus abnuit appellari Imperator. p. 156.
Ferdinandus II. Imp. meretur cognomentum Apoſtolici. p. 162.
Zeloſus eſt pro Religione Catholica. ib.
devotus erga SS. Euchariſtiam. ib.
devotus Immaculatæ Conceptioni Deiparæ. p. 163. 125.
Deiparam habet Generaliſſimam in bellis. p. 163.
In caſtris non patitur Prædicantes hæreticos. p. 163.
Diuturnis precibus ſæpè incumbit. p. 164.
Duodecim pauperibus ad menſam miniſtrat. p. 164.
Proceſſionibus Theophoriæ devotè intereſt. p. 165.
Epiſcopatus & Parochias reſtituit. p. 166.
Plures Religioſas familias inducit Viennam. p. 166.
Multas domos Religioſas fundat. ib.
ejus æſtimatio apud Turcas .ib.
Ferdinandus III. Imp. Catholicam fidem promovet. p. 167.
Religioſos viros habet in pretio. ib.
SS. Euchariſtiæ devotus. ib.
publicè divino epulo accumbit. p. 168.
definitionem pro Imaculata Conceptione B. V. apud Sedem Apoſtolicam vrget. p. 168.

Imma-

Immaculatè Conceptæ Statuam erigit. ib.
Fundat plures domos Religioſos & Eccleſias. p.169.
Iconem Deiparæ Boleslavienſem veneratur. ib.
Ferdinandus I V. mirè devotus SS. Euchariſtiæ. p.170.
propenſus in cultum Deiparæ. p. 171.
componit libellum ex Elogiis Deiparæ. ib.
Ferdinandi Infantis Hiſpaniæ pietas in SS. Euchariſtiam. p.195.
Et ergà Immaculatam Conceptionem B. V. p.196.
Flaviæ familiæ nomen à multis uſurpatum. p. 21.
Fœdera cum infidelibus pernicioſa Regnis & familiis. p.211.
idque exemplis oſtenditur. p.212.
Friderici III. Imp. in loca ſacra munificentia. p.141.
Fridericus IV. Imp. declarat Auſtriacos Archiduces. p.108.
procurat vnionem Eccleſiæ. p.145.
Felicem Antipapam inducit ad deponenda Pontificatus inſignia. p.146.
nuptias Romæ celebrat, & appellatur Pacificus. ib.
laus ejus ex Ænea Sylvio. ib.
Clerum à ſecularium vexatione defendit. p.147.
fundat Epiſcopatum Labacenſem, Viennenſem, & Neoſtadienſem. 147.
aliæ ejus fundationes. ib.
Oratio ejus pro filio. ib.
Fridericus Senior Tyrolenſis vſus titulo Archiducis. p.122.
obſervans ſedis Apoſtolicæ. p. 127.

## G.

GAlliæ Regum origo ex Auſtriacis. p.30.
Galli fruſtra prætendunt jus in Imperium & Germaniam, velut deſcendentes à Carolo Magno. p. 73. & ſeqq.
vſurpant Francorum nomen minùs propriè. p.73.
ſunt acceſſorij & adoptivi ad veros Francos. p.74. & ſeqq.
Germanus vox quo ſenſu accipiatur. p.79.
Guttæ Rudolphi I. Imper. filiæ pietas. p.205.

## H.

HAſſiæ Landgravij ex Auſtriacis. p.52.
Hetruriæ Ducum origo ex Auſtriacis. p.54.
Hiſpani Reges Regum maximi p.68.
Holſatiæ Ducum origo ex Auſtriacis. p.54.
Hugonis Capeti origo inquiritur. p.76
Hugo Capetus non fuit ex ſanguine Caroli M. p.77. & ſeqq.
niſi fortè ex impuro. p.84. & ſeqq. 88
ejus poſteri participarunt de ſanguine Caroli M. p.77. 112.
ejus origo certa non eſt vltra tres majores. p.78.
vera origo ejus à Saxonibus. p.93. 98. & ſeqq.
ejus parallela cum Auſtriacis. p.103

## I.

IMperatores Occidentis omnes cognati Auſtriacis. p.11.
Orientis ſimiliter centum. p.21.
Imperium occidentale debetur Germanis ſolis. p.74.
Iſabellæ Friderici Pulchri Imp. conjugis pietas. p.205.

## L.


LAdislai Posthumi Regis Hungar. pietas. p.203.
an peste vel veneno extinctus. p. 204.
B. Capistranum in magno honore habuit. p. 204.
Lavenburgiorum origo ex Austriacis p. 52.
Leonora Imperatrix Ferd. II. vxor fundatrix. p. 206.
Leopoldus Augustus meritò Archi-Imperator. p. 184.
propagat fidem Catholicam. p. 130.
ejus devotio ergò SS. Eucharistiam p. 172.
cultus Deiparæ Immaculatè Conceptæ. p. 172.
per Mariam obtinet gratias. p. ib.
cultus S. Josephi per quem obtinet filium. p. 173.
Leopoldus Archidux Tyrolensis multa sacra loca condit. p. 189.
PP. Societatis amanter complectitur. p. 189.
Theophoriæ processiones frequentat. p. 190.
ad divinum epulum publicè accumbit. ib.
Jmmaculatæ Conceptioni B.V. devotus. ib.
frequenter invisit sacras ædes. ib.
pietate vincit hostes. ib.
Leopoldus Wilhelmus Archid. Zelosus pro fide Catholica. p. 192.
mirè devotus SS. Eucharist. p. 193.
eâ devotione hostes vincit p. 194.
Marianas ædes frequens visitat. p. 194.
Immaculatæ Conceptionis mysterium veneratur ib.
ejus elogium. p. 191.
Leuchtenbergiæ Landgravij ex Austricis p. 56.
Lignicensium Ducum origo ex Austriacis p. 52.
Lotharingiæ Duces cognati Austriacis p. 7.
originantur ex Austriacis p. 56.


## M.


MAntuæ Ducum origo ex Austriacis p. 59.
Margarita Maximiliani I. Imp. filia fundat Domos religiosas p. 206.
Margaritæ Reginæ Hispaniæ pietas p. 200.
Maria Archidux Græcensis Zelosa pro fide p. 197.
ejus affectus in loca sacra p. 198.
ejus Elogium p. 196.
Maria Ferdinandi III. Imp. conjunx Fundatrix p. 206.
Mariæ Magdalenæ Ducis Hetruriæ pietas p. 200.
Matthias Imperator precibus obtinet victorias p. 160.
Catholicos fovet contrà hæreticos ib.
pietatem, & cultum SS. Eucharistiæ resuscitat Viennæ Austriæ. p. 161.
S. Calisti Papæ & M. cultu recipit sanitatem. ib.
Maximilianus I. Imp. omnia ferè gerit per Ecclesiasticos p. 149.
Ejus in Deiparam pietatis argumẽta p. 149.
vidit suprà cucullum Lutheri Dæmonem. ib.
an fuerit primus Archidux p. 108.
alter familiæ protoparens p. 124.
ejus Zelus pro Catholica Religione p. 148.
Maximilianus II. Imper. Religiosos protegit p. 156.
in ejus aula plurimi literati p. 157.

Confeſſionem Auguſtanam ſacco aſſimilat ib.
Catholicis contrà hæreticos favet. p. 157.
Medicæi cognati Auſtriacis p. 9. 10.
ejus familiæ Pontifices p. ead.
Megapolenſium Ducum origo ex Auſtriacis p. 61.

N.

NEoſtadienſis in Auſtria arcis conditor p. 202.
Nicolaus Papa III. Imperium partiri molitur. p. 139.
Nobilitati ſemper favetur p. 1.

O.

ORigo familiis gloria eſt p. 1.
Otto Auſtriacus primus Dux Carinthiæ p. 116
ejus inveſtitura qualis ib.
ejus in ſacra loca munificentia p. 201.
Ottocarus Rex Bohemiæ Styriam occupat. p. 137.
ejus campi Ductor Rudolphus I. Habſpurgicus ib.

P.

PAlatinorum Rheni origo ex Auſtriacis p. 42.
Perleones gloriantur ſanctorum numero p. 2.
Philippi Regis Hiſpaniæ titulus p. 68.
Philippus II. Zeloſus pro fide Catholica p. 174.
in Belgio novos Epiſcopatus erigit. p. 174.
Xenodochia condit ib.
Domos Religioſas fundat ib.
Templum D. Laurentij in Eſcuriali excitat p. 175.
In Theophoriæ proceſſionibus devotus ib.
Albo Immaculatæ Conceptionis ſe inſcribit ib.
Moriturus filio Crucifixum, & flagellum patris ſui Caroli offert ib.
à Gregorio XIII. appellatur Chriſtianiſſimus filius Rex Càtholicus p. 176.
Philippus III. eijcit Judæos ex Hiſpania p. 176.
Mauros etiam expellit ib.
Æthiopiam ad fidem conatur convertere ib.
pro definitione Immaculatæ Conceptionis mira molitur p. 177.
SS. Euchariſtiæ devotus. ib.
Philippus IV. proſequitur Legationē patris ad ſedem Apoſtolicam. p. 178.
Ope B. Virginis obtinet victorias p. 179.
SS. Euchariſtiam piè colit. p. 179.
Multa impendit in Religioſos apud Indos. p. 180.
Pietas Regnorum baſis & firmamentum. p. 124. 206. & ſeqq.
Poloniæ Regum origo ex Auſtriacis. p. 39.

R.

RIchſæ Polonæ Rudolpho III. Auſtriaco nuptæ pietas. p. 205.
Robertus fortis proavus Hugonis Capeti quo patre natus. p. 76. & ſeqq.
Rudolphus I. Habſpurgicus pietate fundavit familiæ Imper. p. 124.
pius idem & liberalis. p. 124.
ejus pietas in SS. Euchariſtiā. p. 137.
bellum ejus pro Ottocaro. ib.
electus in Imperatorem. p. 138.
Coronatio ejus cum oſtento Crucis in cœlo. p. 138.
ejus obſervantia in ſedem Apoſt. ib.
amat

amat Religioſos & eis benefacit. p. 139.
eius fundationes ſacræ ib.
Rudolphus II. Imp. Zeloſus pro Religione Catholica. p. 158.
devotè intereſt proceſſioni Theophoriæ. p. 156.
Literæ ejus pro augenda Religione Catholica. p. 158.
ab officiis amovet hæreticos. ib.
vult ab Academicis graduandis emitti fidei profeſſionem. p. 159.
Rudolphus III. Auſtriacus an primus Archidux. p. 107.
Rudolphus IV. primus authoritate Cæſareâ Archidux. p. 110. 117.
ejus ſigillorum inſcriptio. p. 119.
multa ſacra loca fundat. p. 183.
Vniverſale ſtudium Viennæ procurat. ib.
ejus Elogium. p. 184.

S.

SAbaudiæ Duces originantur ex Auſtriacis. p. 62.
Sancti familias ornant. p. 2.
Saxoniæ Ducum origo ex Auſtriacis. p. 44.
Sigiſmundus Auſtriacus Tyrolis Princeps an primus Archidux. p. 109.
Styriam occupat Ottocarus Rex Bohemiæ. p. 13.
Sueciæ Regum origo ex Auſtriacis. p. 44.

T.

TUſculani Comites cognati Auſtriacis. p. 345.

V.

VInarienſium Saxonum origo ex Auſtriacis. p. 62.
Viridæ Leopoldi Auſtriaci conjugis pietas. p. 205.
Wilhelmus Auſtriacus Cleri fautor.
Wirtenbergiæ Ducum origo ex Auſtriacis. p. 63.

FINIS.

# PARTE II.

## Menda graviora ſic emenda.

PAg. 1. *fin.* proprium. *adde* Regibus Hiſpaniæ & pietas Archiducibus. Pag. 4. *med.* Emingarda. *lege* Ermingarda. p. 5. *med.* Benedictus Papa VI. *lege* VIII. p. 6. *init.* Pontificato. *lege* Pontificatu. p. 8. *med.* §. XIX. *lege* V. p. 12. *fine* Ludovicus IX. *lege* IV. p. 13. *med.* duc lineam ab Ottone I. ad Ottonem II. p. 16. *init.* Ludovicus Pius Landgravius vxor. *adde* S. Eliſabetha. p. 69. *init.* Barbaroſa, *lege* Barboſa. p. 85. *med.* teſte Regione *lege* Reginone. p. 87. *muta numerum* 78. in 87. & *dele* primam lineam *etiam ſilet*, &c. p. 106. *initio* Pe explicat, *lege* vbertim explicat Pe. Ib. 26. vbertim, *lege* 26. Hæc. p. 127. *fine* præcellentiſſimum, *adde* atque Chriſtianiſſimum. p. 128. *initio*, majorum *adde* ac ſucceſſorum. p. 144. *init.* Minoratis *lege* Minoritis. p. 165. *med.* Eavarus, *lege* Bavarus. p. 171. *fin.* affectu Marino *lege* Mariano. p. 179. *med.* Nierembergius *adde* præteream. p. 196. *med.* Prompſit, *lege* Promiſit. p. 216. *med.* Leopoldi Auguſti conjugis, *adde* quæ nata eſt eodem die prioris Anni, vt habet Rittershuſius licet Betulinus natalem repoſuerit 27. Decembris. Ib. *fin.* Fridericus III. *lege* Fridericus IV. p. 218. *medio.* Madriti coram Carolo, &c. Anno 1525. *lege* 1526. p. 219. *init.* conveniunt, *adde* diem verò expreſſit *Haſelbachius* 15. p. 225. *ad diem* 7. *adde*: Obit Sophia Eliſabetha Neoburgica ſoror Eleonoræ Imperatricis. Anno 1658. *Rittershuſius.* p. 237. *init.* juſtis faneribus, *lege* funebribus. p. 245. *fin.* muta numerum XXIX. in *XIX.* & ibi *adde*: Naſcitur Joannes Wilhelmus Joſephus Ignatius Princeps Neoburgicus frater Eleonoræ Imperatricis. Anno 1658. *Rittershuſius.* P. 254. *die* 25. *adde*: Naſcitur Sophia Eliſabetha Princeps Neoburgica ſoror Eleonoræ Magdalenæ Imperatricis Anno 1657. *Rittershuſius.* p. 257. *ad diem* 5. *adde*: Naſcitur Wolfgangus Georgius Fridericus Franciſcus Princeps Neoburgicus frater Eleonoræ Imperatricis Anno 1659. *Rittershuſius.* p. 258. *ad diem* 9. *adde*: Naſcitur Ludovicus Antonius Princeps Neoburgicus frater Eleonoræ Imperatricis Anno 1660. *Rittershuſius.* quem authorem ſerò nacti ſumus. p. 287. die 23. Naſcitur Fridericus &c. Octob. *adde*: ſed litem dirimit ſigillum Friderici, in quo ſe natum aſſerit die S. Matthæi Apoſtoli, ergo die 21. hujus. p. 293. *init.* Æmilia Hedwigis *adde*: filia. p. 305. *fine*, patre Sigiſmundo I. *lege* Joachimo II. p. 340. *ad diem* 21. *adde*: Obit Maria Anna Adelheidis Neoburgica ſoror Eleonoræ Imperatricis Anno 1656. *Rittershuſius.*

*Minora prudens Lector emendabit.*

---

## Bericht an den Buchbinder.

Pars Poſterior **oder im anderen Thail vom** A. **biß** Qq. **Duern / im** Rr. **wird eingeſteckt /** E. Ee 2. **vnd der** Index **vom anderen Thail.**

**Die Kupffer** Num. 1. 2. 3. 4. **auff einem Bogen werden zuſahmen vnzerſchnitten eingebunden zwiſchen** fol. 118. **vnd** 119. **im anderen Thail /** Num. 5. 6. 7. 8. **Auff dem andern Bogen gleichhernach zwiſchen** fol. 120. **vnd** 121.